MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM

TOMVS IV.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCII.

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM

TOMVS IV.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCII.

PASSIONES
VITAEQUE SANCTORUM
AEVI MEROVINGICI.

EDIDIT

BRVNO KRVSCH.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCII.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.
SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.
FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Sexennio post tertium Scriptorum Merovingicorum tomum nondum completo quartum studiorum nostrorum fautoribus iam praebemus, qui temporum ordine item servato a saeculo VII. ineunte usque ad annum 660. circiter progreditur. Restat etiamnunc ad aevum Merovingorum consummandum tanta tamque gravis vitarum copia, ut non uno, ut olim speravimus, volumine, sed duobus ad omnia eadem qua antea ratione complectenda opus sit. Crescit vero paulatim auspiciis laetioribus earum vitarum numerus, quae ab aequalibus compositae fructum utilem historiae neque tempore posteriore fictae vel adulteratae solum laborem aerumnae plenum editori attulerunt.

Magni momenti sunt igitur in hoc volumine vitae Columbani abbatis successorumque eius a Iona monacho compositae necnon Sulpicii Bituricensis, Desiderii Cadurcensis episcoporum, Fursei abbatis Scotti, Haimhrammi ab Arbeone Frisingensi condita, Eligii Noviomensis episcopi denique ex parte tantum genuina ex parte conficta. His monumenta illa proxime accedunt, quae inter fabulas quidem numeranda sunt, sed veneranda canitie aut auctoritate loci, ad cuius primordia spectant, inter reliquas longe praestant, vita scilicet Goaris in priscam rusticitatem iam restituta atque sancti Galli discipuli Columbani triplex, de cuius indole iam rectius iudicari licet, vetustissimae recensionis

erutis fragmentis. Inter acta apocrypha alia, ut passio Thrudperti Brisigavensis martyris, iamdudum dubiae fidei esse credebantur, alia non pauca ut vitae abbatum Habendensium auctoritatem iusto maiorem sibi huc usque vindicabant. Sed quomodocumque de fide historica earum iudicetur, textus omnium, subsidiis codicum manuscriptorum multis optimisque adhibitis, ita purgati sunt, ut quibuscumque dein has res rimari cordi sit, ab hac nostra editione, veteribus penitus antiquatis, ordiri oporteat.

Editoris officium laboriosissimum in hoc quoque volumine Bruno Krusch nunc Vratislaviensis suscepit vitasque singulas commentario tam amplo quam acuto instruxit. In plagulis corrigendis atque in indicibus componendis W. Levison socius strenue eum adiuvit.

Dabam B e r o l i n i, *Iunio mense a.* 1902.

ERNESTUS DUEMMLER.

VITAE COLUMBANI
ABBATIS DISCIPULORUMQUE EIUS LIBRI DUO
AUCTORE IONA.

*Ecclesiae Gallicanae instituta eo magis aevo Merovingico senescere videbantur,
5 quo populi decrepiti in deterius mutabantur mores, neque cupiditates humanas concilia
episcopive coercere valebant, sed inulta plerumque patiebantur flagitia foedissima. Disciplina igitur ecclesiastica fere dissoluta erat, neque neglegentes timorem habebant neque
studiosi incitabantur*[1]. *Sedes episcopales senatoriis tantum nobilioribusque familiis patebant, pecunia data haud raro acquisitae ab iis, qui ad ordinem quemlibet magis
10 praeparati erant quam ad ecclesiasticum. Episcopi igitur creati quam antea degerant
continuabant vitam neque, sicut canonibus statutum erat, uxoribus semper abstinebant
neque stupro flagitiisque eiusmodi; clericos autem subditos exempli pessimi diligentissimos
fuisse sectatores non est quod mireris. Sane honesti quoque laudabilesque inter episcopos
aevi illius reperiuntur, de re ecclesiastica optime meriti, sed minus idonei aut indigni
15 praevalebant, quorum pluris intererat fructus praebendae capere, quam cura animarum
fungi delictorumque coercitione. 'Neglegentia igitur praesulum religionis virtus paene
abolita habebatur'*[2], *atque vitae christianae exemplum imitandum neque inter clericos
neque inter laicos reperiebatur nisi perraro. Res coenobialis eodem modo neglecta iacebat, ita ut ne Lerinum quidem monasterium illud celeberrimum quam per longum tem-
20 poris spatium obtinuerat conservasset auctoritatem, disciplina laxata regulari*[3]. *Litterarum liberalium studium, quod ex urbibus Gallicanis decedere cum Gregorio Turonensi
conquerebantur plerique*[4], *vertente saeculo VI. nondum plane extinctum erat, sicut ex
V. Desiderii episcopi Viennensis colligi licet*[5], *etsi componendi facultas paene exaruerat.
Ecclesiae Gallicanae senescenti novus surculus insitus est mox late diffusus immigran-
25 tibus Scottis.*

1) *Columbani ep. II, MG. Ep. III, p.* 160. 2) *V. Columb. I,* 5. 3) *Ib. II,* 1;
cf. SS. R. Meroving. III, p. 434. 4) *Greg., Praef. hist. Fr., SS. R. Merov. I, p.* 31;
*cf. G. Kaufmann, 'Rhetorenschulen und Klosterschulen oder heidnische und christliche Cultur
in Gallien während des* 5. *und* 6. *Jahrh.' (v. Raumer, 'Histor. Taschenbuch'* 1869, *p.* 79).
30 5) *Cf. SS. R. Merov. III, p.* 620. *Artes Romanorum urbanas inprimis in Gallia meridiana
diutius perdurasse monuit H. Zimmer, 'Über die Bedeutung des irischen Elements für die
mittelalterliche Cultur' ('Preussische Jahrbücher'* 1887, *LIX, p.* 27—59).

Columbano duce vel Columba[1] *duodecim monachi*[2] *natione Scotti*[3], *quae gens non tam legibus*[4] *quam fidei christianae fervore reliquas tunc longe praestabat, viri admodum provectae aetatis ex Hibernia profecti ad Britanniam Gallicam appulerunt, ibique paulisper remorati, tandem Gallias adire constituerunt ad mores hominum inquirendos, ut si ingenia repperissent ad salutem recipiendam habilia, ibidem consisterent, sin aliter, ad vicinas nationes transirent*[5]. *Erat autem Columbanus in Lagenorum finibus natus, liberalibus litteris a pueritia usque ad virilem aetatem institutus, i. e. grammatica, rhetorica, geometria, utque in sacrarum scripturarum scientia magis proficeret, relicto solo natali, Sinilis cuiusdam viri venerabilis scholas adierat*[6]; *regularem autem monachorum disciplinam in monasterio didicerat quod in Ultonia situm Bangor appellatur apud Comgellum et abbatem et conditorem eiusdem. Is egregio discipulo, qui iugum Christi magna cum humilitate susceperat seque ipsum abnegando mortificationem corporis libenter perficiebat, non sine maestitia licentiam peregrinandi dederat primo denegatam comitesque itineris addiderat, duplici, nisi fallor, ratione ductus, scilicet ut aliorum utilitati consuleret neve proprii monasterii et regulae et familiae propagationi obsisteret. Egressi autem coloni, quamvis longe a matre remoti in extremo oceano sita, non minore tamen ipsam colebant pietate, 'versiculos illos familiae Benchuir':*

Benchuir bona regula,
Recta atque divina,
Stricta, sancta, sedula,
Summa, iusta ac mira,

et infra:

Virgo valde foecunda
Haec et mater intacta,
Laeta ac tremebunda,
Verbo Dei subacta,

1) *Utroque nomine Ionas in V. Col. I,* 2: Columbanus qui et Columba *et I,* 17: beatus igitur Columbanus, isdem Columba, *alias modo hoc, modo illo utitur. Sanctus ipse in epistulis suis nomen Columbae anteposuit, quod Ionas hebraice, Peristera graece reddidit (MG. Ep. III, p.* 176*) latineque immutavit in Palumbum (ib. p.* 170*), sed in una earum eaque vetustissima nomen convertitur (ib. p.* 156*) 'Bargoma vilis columba', i. e. Bariona filius Columbae, neque Ionas, ita ut pater ipsius Columbae nomen tulisse videatur, versu que qui ei iusto iure attribuuntur (ib. p.* 182*) acrostichon efficiunt:* Columbanus Hunaldo. *Cum igitur non solum biographus, sed etiam sanctus ipse utrumque nomen adhibuerint, cumque hic Columba nuncupari nequeat nisi addito vocabulo iuniore, ut ab abbate Hyensi seniore distinguatur, neglectis recentiorum rebus novis, nomen Columbani ante hos annos solum usitatum servare visum est et Funkio ('Zur Gesch. der altbritischen Kirche', 'Kirchengesch. Abhandl. und Untersuch.' I,* 430*) et mihi.* 2) *E quibus solus notus est alter Columbanus, quem ex eodem genere unoque commeatu et nomine ex Hibernia processisse Ionas, V. Columb. I,* 17, *rettulit. Praeterea Scottos nominavit e Fontanensibus monachis hos Comininum, Eunocum, Equonanum, dum quartum Gurganum genere Brittonem fuisse affirmat (c.* 13*). E sodalibus Columbani longe clarissimus Gallus ille est, cuius vitam infra edituri sumus. Denique ipsius comites enumerandi sunt Autiernus (c.* 11*), Lua et Potentinus (c.* 21*), sive Scotti erant, sive non.* 3) *Cf. Adami Gesta Hammab. eccl. pontif. IV,* 10: Hyberniam Scotorum patriam, quae nunc Irland dicitur. 4) *V. Columb. I,* 2. 5) *Ib. I,* 4. *Quaeritur, utrum vicinae nationes intellegendae sunt Alamanni aliique pagani an Itali, sicut A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 253 [2], *statuit. Certe Columbanus, antequam Italiam adeundi consilium cepit (V. Columb. I,* 25*), 'gentes' se visitaturum voverat (MG. Ep. III, p.* 167*), cumque 'proximas nationes' Theudebertus ei ad praedicandum obtulisset (V. Columb. I,* 27*), ad conatum rediit, si forte 'gentes vicinas' convertere valeret, scilicet Alamannos.* 6) *V. Columb. I,* 3.

reliquosque hymnos patrios concinentes, quos antiphonarium vetustissimi codicis Bobiensis servavit in aevum[1].

Scotti illi pro Christo salvatore peregrinantes nudos se facilius quam divites sermonem Domini posse complere existimabant, mundoque semel renuntiantes, simul et causas vitiorum et fomites iurgiorum amputaverant[2]. Sectabantur enim Domini exemplum illud[3]: Qui vult post me venire, abneget semet ipsum sibi, tollat crucem suam et sequatur me (Luc. 9, 23). Mortificationis amore ducti humilitatem perfectam omnes ostentabant mortemque perennem evitari non posse docebant nisi paenitentiae medicamentis[4] eamque salutem praedicabant, quocumque perveniebant. Columbanus cum gentes se visitaturum eisque evangelium praedicaturum vovisset[5], tamen salutem seri non posse intellexit nisi certis collocatis domiciliis. Manifestum enim erat peregrinantis praedicationem effectum promereri parum stabilem, quamquam ea quae praedicabat proprio quoque exemplo confirmabat. Urbes autem, quae ad novas disciplinas propagandas hodie visitari solent, contemptori huius mundi neque conveniebant neque propter episcopos patebant ex causis, de quibus infra disserendum est, sed deserti quies ei qui saeculo renuntiaverat aptius eligenda erat, ut exemplo et opere sectatores acquireret, nec ipsum fefellisse ex effectu colligi potest. Igitur in Burgundiam profectus peregrinationem suam interrupit atque in eremo Vosagi montis anno 591. cellula constructa[6] consedit, scilicet in castro olim diruto nomine Anagrates[7] haud procul a finibus Suevorum, qui latrocinantes usque in ea loca progrediebantur[8]. Cibus in locis asperis ac scopulosis initio satis tenuis erat, scilicet cortices arborum herbaeque saltus et inprimis parvula illa poma, quae frutices rubique ferebant quaeque bullugas vulgo appellabant[9]; sed inopia maxima instante, piis peregrinatoribus vicini fideles alimenta necessaria equis vehentibus afferebant, velut Carantocus[10] abbas monasterii Salicis et ipse alienigena, scilicet Britto[11]. Cum omnes parco cibo aut fame carnem voluptatesque contererent Deoque mortificata membra offerrent, tamen Columbanus ipse adhuc severiorem vitae rationem ingressus, diebus dominicis aliisque festis appropinquantibus, de media sodalium societate recedebat atque in secretam eremi specum se recipiebat ab Anagrate circa septem milia distantem, ut absque curis solus ieiunio orationique vacaret religionique se dederet; cum fratribus autem commercium per ministrum qui ipsum comitabatur Domoalem[12] nomine exercebat. In saltibus aviis cum feris saepe congrediebatur neque vero vel rapaciores ei nocebant, sed qui prope specus quas frequentare solebat commorabantur ursi lupique ipsius iussis potius oboediebant[13]; amicissime enim cum bestiis silvestribus vixisse videtur, ad cuius imperium ferae avesque testante Chagnoaldo ministro discipuloque statim venerint, quas manu blandiens attrectabat, quique sciuros ex arduis arborum culminibus arcessere potuerit, quos collo imponebat aut sinu recipiebat[14].

Vita solitaria Scottorum piorum ubi in vicinia percrebruit, vulgus undique eo confluere coepit et inprimis aegri infirmique ob sanitatem recuperandam Columbanum frequentabant, qui orationibus suis omnes curasse dicitur[15]. Cumque etiam monachorum societas in diem cresceret multitudinemque locus fere capere nequiret, sanctus ad monasterium construendum Luxovium[16] castrum elegit circa octo milia ab Anagrate distans,

1) Ed. Muratorius, Anecdota IV, p. 156. Cf. Manitius, 'Gesch. der christlich-lat. Poesie' p. 482 sqq. 2) Columbani ep. II, MG. Ep. III, p. 163. 3) V. Columb. I, 6. 4) Ib. I, 5. 10. 5) Columbani ep. IV, MG. Ep. III, p. 167. 6) Cf. V. Columb. I, 8: secessit a cellula. 7) Ib. I, 6. 8) Ib. I, 8. 9) Ib. I, 9; cf. c. 27. 10) Ib. I, 7. 11) De eius nomine v. Zimmer apud A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, 256 [2]. 12) V. Columb. I, 9. 13) Ib. I, 8. 27. 14) Ib. I, 17. 15) Ib. I, 7. 16) Ib. I, 10.

locum scilicet opportuniorem, ubi aquae calidae cultu eximio constructae extabant, quae usque in hodiernum diem frequentantur. Novum monasterium vel nobilium liberi, contemptis honoribus pompaque saeculi, undique petebant, tantusque factus est discipulorum concursus, qui cultui religionis se dedere desiderabant, ut unum monachorum collegium iam minime sufficeret. Quare loco aquis irriguo Columbanus alterum construxit monasterium Fontanas nomine mox adeo celebre, ut per 60 *fratres*[1] *agri colerentur. Utrumque cum iam unus gubernare nequiret, praepositos instituit religione conspicuos; ipse autem administrationi supremae invigilabat, modo hic modo illic versatus, regulamque ad disciplinam stabiliendam condidit, quae adhuc extat*[2].

Scotti illi piscatui insistebant in fluviis rivisque e Vosago decurrentibus Mosella, Brusca, Lignone, neque Columbanus eremum solito more et nonnumquam per 50 *dies frequentans tenuem victum piscibus aliquo modo condire praetermittebat, occasione data*[3]. *Cum autem maior monachorum numerus in silvis aviis sustentari nequiret, solum incultum, caesis arboribus, a radicibus lapidibusque purgandum atque agriculturae aptandum erat. Quercus vetustas, immissis cuneis arietibusque, fratres in saltu magna vi partiebantur, ita ut mirarentur adstantes*[4]. *Manus, ne duro labore laederentur, Columbanus tegumentis operiebat, quae Galli wantos vocabant; calceamenta autem e corio facta ferebat cervino*[1] *alioque. Terram fratres sarculo excolebant glebasque magno labore scindebant, ut arva semini futuro praepararent*[1]. *Agri frumentarii quos prope monasteria instituebant saepibus muniti et fortasse paucis casulis instructi a Iona calmina appellantur, iisque vel nomina indita erant talia qualia Baniaritia*[4], *Fredemungiacas*[1]. *Ad segetem metendam fratres ipsi duce Columbano se eo conferebant, victum secum ferentes, neque semper feliciter messem cessisse exemplo monachi edocemur, qui digitum falce absciderat, ut non haereret, nisi parva retinente pelle. Novus ager si messium copiam locupletem dederat, soles assidui exoptandi erant, ne, emisso germine, in stipula messis periret, atque Columbanus ipse labori suo non pepercit, ut seges quam celerrime horreis conderetur*[5]. *Quod cum factum esset, messis in area a fratribus virga caedenda erat*[6]. *Horreo cuique suus custos vel claviger praeerat*[1], *eaque admodum referta esse opus erat, ut tanta multitudo pane aleretur. Monachi autem vel laborantes angustius reficiebantur, nam duo panes paululumque cerevisiae sexaginta hominibus vix suffecisset, nisi more Domini sanctus illa oratione sua multiplicare potuisset*[1]. *Potus, ut dixi, cerevisia erat, artemque eam ex frumenti vel hordei suco decoquendi, adsumpta brace, Scotti ex patria attulerant. Cura autem ministro refectorii vel cellerario mandata erat, isque hora refectionis ex vase quo ea condebatur tracto duciculo ampullam in cellario replebat*[7]. *Operi rustico faciundo Columbanus in utroque monasterio per vices intererat et Luxovii et Fontanis.*

Consederat autem in territorio Sequanorum, cuius caput erat Vesontio, atque in dioecesi Vesontionensi. Auctoritatis quam intra paucos annos vel apud nobilissimos sibi acquisierat testis est qui Vesontione tunc residebat dux Waldelenus nomine cum Flavia coniuge. Qui cum prole carerent, ad ipsum se conferebant in desertum, ut precibus eius sibi succurreretur, neque intercessionem suam denegavit, ea condicione, ut Domino nasciturum consecrarent sibique ex lavacro suscipiendum eum traderent. Duos iam uxor filios peperit Donatum et Chramelenum, quorum alter in monasterio Luxoviensi educatus sedi Vesontionensi episcopus postea praeerat, alter patre mortuo ducatum meruit. Uterque ad sancti regulam monasterium construxit, alter unum Palatium nomine in urbe episcopali, ubi et mater post mariti obitum monasterium puellarum condidit, alter alterum in saltu Iurensi ad Novisonam fluviolum situm[8]. *Ducalem igitur familiam adeo sibi*

1) *V. Columb. I,* 17. 2) *V. infra.* 3) *V. Columb. I,* 11. 4) *Ib. I,* 15. 5) *Ib. I,* 13. 6) *Ib. I,* 12. 7) *Ib. I,* 16. 8) *Ib. I,* 14.

devinxerat, ut sectatores studiosissimi ex ipsa sibi surgerent, neque vero ei qui sedem Vesontionensem tunc occupabat episcopo loci praesentia ipsius eodem modo accepta erat, totusque Burgundiae episcopatus prospero eius successu laetari minime poterat. Tantum enim aberat, ut iurisdictioni dioecesanae sese subiceret, ut contra propriis legibus viveret.

5 *Scotti in Christum credentes, postquam episcopum primum a Caelestino papa a.* 431. *acceperunt Palladium*[1], *cum ecclesiam suam monasteriis conditis crescere vidissent, iisdem de propaganda fide christiana optime meritis principatum ecclesiasticum iam concessere, ita ut non solum in subdita monasteria dominarentur, sed etiam per totam provinciam acquisitam iurisdictionem ecclesiasticam exercerent. Cum igitur monachi officia* 10 *cleri saecularis implerent, factum est, ut et ipsius honores ambirent. Monasterio principali presbyter et abbas praeerat, qui humilitatis causa superiorem ordinem respuebat; munera autem illa quae ordini episcopali conveniebant, velut consecrationem altarium cetera, abbati subditi exequebantur et monachi et episcopi*[2]. *Monasteria deducta firmo necessitudinis vinculo cum matre coniuncta perstabant, totaque societas ecclesiastica* 15 *praesidente abbate presbytero magnam familiam efficere videbatur. Tantum autem monachorum numerum monasteria illa nonnumquam capiebant, ut velut Bancorenses Walliae in septem turmas dispositi essent, quarum nulla minus* 300 *hominibus comprehenderet; turmae a praepositis regebantur omnesque de labore manuum suarum vivere solebant*[3]. *Scotti in multis consuetudini ecclesiae Gallicanae Romanaeque contraria gerentes, a moribus* 20 *utriusque desciscebant in his tribus, ut pascha suo tempore non celebrarent neque missas more solito comamque aliter tonderent. Galli enim Victorii Aquitani cursum paschalem in concilio Aurelianensi a.* 541. *sanxerant*[4] *calculatoris illius scrupulosi, qui iussu Hilari archidiaconi a.* 457. *cyclum Aegyptiorum decemnovennalem Latinorum usui adaptare conatus erat*[5], *leges utriusque partis ita inter se concilians: cum die dominico luna XV. primi* 25 *mensis proveniente Graeci pascha celebrarent, Latini autem in subsequentem dominicum illud differrent, ita ut illi lunam XV—XXI, hi XVI—XXII. observarent, ipse utrumque pascha adnotaverat, electioni papali decisionem totam reservans. Scotti cum Brittonibus utraque ratione improbata pascha a luna XIV. usque ad XX. celebrabant, cumque in aequinoctio vernali etiamtunc haererent Caesariano, dominicum paschalem* 30 *non admittebant ante diem* 25. *Martii, aestimantes se in hac observatione sancti ac laude digni patris Anatolii scripta secutos esse*[6]; *Anatolii vero nitebantur non libro genuino, sed falso, quem sectator quidam eorum ad doctrinam domesticam confirmandam finxerat*[7]. *Ab adversariis id maxime ipsis crimini dabatur, quod luna XIV. cum Iudaeis pascha celebrarent; cum autem resurrectionem dominicam semper observarent neque* 35 *lunam XIV. approbarent nisi dominico die provenientem, ab imperitis tantum pro quartodecimanis haberi poterant iustoque iure huic opinioni iam Beda contradixerat*[8]. *Ad diem paschalem computandum cyclo LXXXIV annorum utebantur, qui ante Victorium apud Latinos in usu fuerat, legesque in quibus haerebant paschales Romae a.* 312—342. *viguerant. Missarum sollemnia insimulabantur multiplicatione orationum vel collectarum* 40 *celebrare*[9]. *Missalia quae extant originis Hibernicae, scilicet Stowense aliaque, ritum missae repraesentant eundem, qui ante Gregorium M. etiam Romae observatus est*[10].

1) *Prosperi Chron., Auct. antiq. IX, p.* 473. 2) *Beda, H. eccl. III,* 4. 3) *Ib. II,* 2. 4) *Concilia ed. Maassen I,* 87. 5) *De quaestione paschali in annalibus nostris plenius disserui ('Die Einführung des griechischen Paschalritus im Abendlande', 'N. Arch.' IX,* 101 *sqq.).* 45 6) *Beda, H. eccl. III,* 3. 7) *Librum Anatholi de ratione paschali spurium edidi 'Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie' p.* 311 *sqq.* 8) *Beda, H. eccl. III,* 4. 9) *V. Columb. II,* 9. 10) *Cf. C. Schöll, 'Keltische Kirche' (Herzog, 'Realencyklop.' VIII,* 352 [2]*); F. Probst, 'Die abendländische Messe vom* 5.—8. *Jahrh.', Monasterii* 1896, *p.* 34 *sqq.*

Denique, ut alia praetermittam, Scotti capitis comam aliter tondebant alium characterem exprimentes[1]. *Capillus enim eorum ab aure ad aurem per frontem in coronae modum incisus erat, per occipitium autem intonsus dependebat*[2], *ita ut in frontis quidem superficie coronae videretur speciem praeferre, sed in cervice ea decurtata esset*[3]. *Tonsura haec ab adversariis Simoniaca appellabatur, qui ipsi coronam exemplo spineae illius Domini in capite portabant. In universum ecclesia Scottorum in eo statu perseveraverat, quem ecclesia Romana saeculo IV. ineunte obtinuerat, eaeque quae postea in hanc introductae erant consuetudines omnes ipsos fugerant in extremo oceani sitos*[4].

Potestati ordinis episcopi dioecesani Columbanus se omnino subtraxerat, ita ut altare in monasterio Luxoviensi episcopus Scottus Aidus[5] *nomine consecravisset. Diversa autem paschatis celebratione tota dioecesis quam maxime perturbabatur. Plerumque Scotti resurrectionem dominicam iam septimana ante celebraverant, quam episcopus Gallicanus cum suis subsequeretur, nonnumquam utraque pars mense integro disiuncta erat. Magnum autem odium iis annis Scotti subibant, quibus Victorii sectatores propter lunam quartam decimam in diem dominicum subsequentem pascha distulerant; tunc enim septem diebus illud anticipantes oculis adversariorum videbantur esse quartodecimani. Id anno* 600. *p. Chr. accidit, quo Scottis d.* 3. *Aprilis l. XVIII, Gallis autem d.* 10. *Aprilis l. XXI. pascha celebrandum erat. Episcopi cum quartodecimanos deprehendisse sibi viderentur, convenerunt sententiamque unanimam dixerunt: 'Cum Iudaeis facere pascha non debemus'. Columbanus autem hanc frivolam inpolitamque iudicans, Candidum rectorem patrimonii sedis apostolicae ex a.* 595. *in Galliis versantem primo adiisse videtur, sed responsum minus favorabile accepit, scilicet temporis antiquitate roborata mutari non posse. Iam totam causam ad Gregorium papam detulit*[6], *'Petri cathedram apostoli et clavicularii legitime insidentem', ut ipsius sententia aut excusaretur aut damnaretur schismaticus ille Victorius, non receptus ab Hibernicis antiquis philosophis et sapientissimis componendi calculi computariis. Ipsius paschale Romae quidem iam diu abolitum erat, sed quem tunc ibi adhibebant cyclus Dionysii Exigui eo magis distabat a vetere Scottorum supputatione. Columbanus luna XXI. et XXII. contendit pascha non esse, Anatolii allegans de pascha opus, utque Victorium eo magis refelleret, per librum qui in Gallis tunc circumferebatur dogmatis probavit, resurrectionem dominicam ante aequinoctium vernum celebrandam non esse; ignoravit autem de ipso aequinoctio utramque discrepare partem, cumque adversarii Nicaenum accepissent, scilicet diem* 21. *Martii, eos opinabatur resurrectionem ante passionem celebrare, quam item die* 25. *Martii factam esse tradebant. Gravissimos igitur errores in cyclo Victorii deprehendisse sibi visus est, ipseque mirabatur schismatica illa a papa non iam diu esse rasa. Praeterea in episcopis illis Gallicanis canonibus contraria haud pauca offenderat. Multi inter eos reperiebantur, qui contra canones quaestus causa ordinati erant simoniaci, aliique, qui in diaconatu cum uxoribus quas antea habuerant, — clientelas*

1) *V. Columb. II,* 9. 2) *Ducange s. v. 'tonsura'.* 3) *Beda, H. eccl. V,* 21. 4) *Ita recte Zimmer l. l. p.* 35. 5) *Cf. Columb. epist. IV. (MG. Ep. III,* 167*). Aidus, quem Scottum fuisse primus, quoad sciam, perspexit A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' I,* 256[2], *idem fortasse est, cuius memoria fastis Luxoviensibus Martyrologii Hieronymiani illata est (cod. Eptern.):* II. Non. Ian. Aedui episcopi *(cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 311*). Aedeus appellabatur abbas Benchorensis tertius; cf. Antiphon. Benchor. (Muratori, Anecdot. IV,* 159*):* Domnum ornavit *(scil. Christus)* Aedeum. 6) *Epistula Columbani ad Gregorium (ed. W. Gundlach, MG. Ep. III,* 156 *sqq.) anno data est, quo pascha Scottorum cum luna XIV. cycli Victoriani conveniebat, id quod post a.* 595. *annis tantum* 600 *et* 603 *accidit, cumque ex epistula insequenti intellegatur, eandem quaestionem triennio ante ventilatam esse, cumque haec a.* 603. *conscripta sit, illam a.* 600. *attribuendam esse patet.*

eas vocitabat, — adulterium commiserant. Magistri Hibernici, e quibus Gildam protulit, de eiusmodi delictis satis severe iudicaverant, ipsique dubium erat, quin cum talibus episcopis communicandum esset. Tantam autem auctoritatem per Gallias iam comparaverat, ut vel istorum nonnulli conscientias suas peregrino illi aperuissent, interrogantes, utrum post talia delicta iam episcopi esse possent annon, ipseque et hanc quaestionem papae diiudicandam proposuit. Tertio, quid de monachis faciendum esset, eundem interrogavit, qui perfectioris vitae desiderio accensi, neglectis votis suis, primae conversionis loca relinquerent et invitis abbatibus, fervore cogente, aut lassarentur aut ad deserta confugerent. Tepori igitur episcopatus Gallicani suorum ardorem opposuit, quem iam vix solus coercere poterat.

Uterque cyclus paschalis anno 603. *denuo ita inter se discrepabat, ut Gallis dies* 7. *Aprilis luna XXI. paschalis esset, cum Scotti die* 31. *Martii luna XVIII. cycli LXXXIV annorum, Victoriani autem ipsa luna XIV. cum Iudaeis pascha celebrarent. Qua de causa episcopi in unum congregati, de fidei et bonorum operum veritate tractaturi et de consuetudine diversa iudicio iudicaturi erant. Constat autem inter omnes, synodum illam fuisse Cabillonensem a.* 603. *celebratam*[1], *eandem scilicet, in qua Desiderius episcopus Viennensis de stupro condemnatus est. Columbanus ipse comparere non ausus, ne forte contenderet praesens, litteras*[2] *ad episcopos presbyterosque sua causa congregatos misit, in quibus tomum responsionis ante triennium scriptum inclusit, quo demonstraverat omnes totius occidentis ecclesias consentire, resurrectionem ante passionem fieri non debere*[3] *neque ante aequinoctium neque ultra lunam XX. pascha celebrandum esse. Praeterea traditionem suam papae per tres tomos exposuerat brevemque libellum eadem de re ad Arigium modo scripserat episcoporum illorum principem, qui paulo ante sedem Lugdunensem nactus erat*[4]. *Calculo LXXXIV annorum Anatolioque suo pertinaciter maiorem fidem attribuit quam Victorio illi nuper dubie scribenti et, ubi necesse erat, nihil definienti, fiduciam vero non adeo magnam habuisse videtur, ut adversariorum animos converteret, nam contentionem iam omnino evitare voluit, idque solum petiit, ut sibi, qui diversitatis auctor non esset, in silvis illis silere et vivere liceret iuxta ossa* 17 *fratrum defunctorum, sicut per* 12 *annos ibidem vixisset. Ex his verbis colligi licet, a.* 591. *Vosagi saltum adiisse veteranos pauperes et peregrinos senes illos, sicut se suosque ipse appellavit. Metuens, ne in sua opinione perseverantes Scotti expellerentur ex deserto illo, utramque traditionem bonam esse posse iam non omnino denegavit totisque viribus conventioni pacificae institit: 'unius enim sumus corporis commembra, sive Galli sive Britanni sive Iberi sive quaeque gentes'. Attamen iudicibus suis haudquaquam pepercit. Tantam ecclesiae Gallicanae corruptionem deprehenderat, ut ipse exoptaret, ut episcopi saepius convenirent, ut neglegentes timorem haberent studiosique incitarentur. Deo autem gratias egit, ut vel sua causa synodus effecta esset, etsi non tam de paschatis negotio, quod iam diu ventilatum esset diuque a diversis auctoribus iudicatum, tractari voluit quam de universis observationibus canonicis, a multis, quod gravius esset, depravatis.*

Synodus iterum sententiam dixit Scottis contrariam iterumque Columbanus ad sedem apostolicam appellare constituit, sed 'tumultuosis gentium interiacentium seditionibus' ali-

1) *SS. R. Merov. III,* 620; *cf. Hertel, 'Anmerkung zur Gesch. Columba's' ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' III,* 145 *sqq.); 'N. Arch.' IX,* 146; *W. Gundlach, 'N. Arch.' XV,* 510; *Hauck l. l. p.* 584[2]. 2) *MG. Ep. III,* 160. 3) *Idem in epistula ad Gregorium demonstraverat (p.* 157, *l.* 15) *eodem fere quo responsio tempore conscripta.* 4) *Noli Arigium episcopum Lugdunensem, ad cuius decessorem a.* 602, *m. Nov., Gregorius papa litteras dederat (Jaffé, Reg. n.* 1872[2]), *cum Vapincensi confundere; cf. Hertel, 'Zeitschr. für Kirchengesch.' III, p.* 145 *sqq.; 'N. Arch.' IX, p.* 146.

quamdiu impeditus est. In Italia enim Langobardis Romani bellum inferentes devicti sunt, hostesque iam ad obsidionem urbis Romae perrexerant, cum Gregorius papa occurrens precibus eos amovit, tributoque imposito abscesserunt[1]. *Pax a.* 603, *mense Nov., inter utramque partem facta est, de qua et papa Agilulfo regi gratias rettulit*[2]. *Interim semel et bis tabellarii a Columbano missi ad Gregorium pervenire nequiverant, mortuoque demum ipso, ad successorem a.* 604. *litteras dare contigit ita incipientes:* Iam diu omnes *(scr.* vos[3]*)* sedi apostolicae praesidentes dulcissimos omnibus praesules fidelibus ac merito apostolici honoris reverendissimos patres visitare spiritu et consolari cupiens, nunc usque votis — satisfacere non potui. *Ne eadem iteraret, epistulas priores Gregorio non traditas successori examinandas Columbanus obtulit una cum epistula ad episcoporum Gallicanorum synodum data. Tumultuantibus potius quam ratiocinantibus adversariis, auctoritatis papalis sententiam ambivit, ut sibi laborantibus subveniret seniorumque suorum traditionem confirmaret, ut ritum paschae, sicut accepissent, iudicante eodem observare possent in peregrinatione sua. Contendit autem in patria se vivere in desertis sedentes neque ullas Gallorum regulas recipientes, nullique molesti in regulis seniorum suorum perturbari nolebant. Salva igitur ecclesiasticae pace unitatis iam inter Gallos degere desiderabant, id quod etiam ab ipsis episcopis Columbanus in epistula praecedente petiverat*[4]. *Denique actis concilii Constantinopolitani II. innititur, ut suis legibus, sicut a patribus edoctae essent, vivere liceret ecclesiis in barbaris gentibus constitutis, etsi de suis legibus nihil ibidem legitur*[5], *nimiumque arroganter ad canonem illum papam delegavit, quasi barbari fuissent episcopi Gallicani una cum Victorio suo.*

Denique a. 607. *Scotti tertio luna XIV. cycli Victoriani, die scilicet* 16. *Aprilis, pascha celebrabant, Galli autem insequenti die dominico. Episcopi synodis celebratis contra peregrinos a conprovincialium moribus desciscentes eo usque haud multum effecerant, nisi fallor, eo quod praesidio regis illi fruebantur. Theudericus*[6] *enim rex Burgundiae tantum aberat, ut viro sancto iniurias inferens iram Dei provocaret, ut contra frequenter ipsum visitans orationes eius humiliter ambiret. Ipso enim intercedente in regnum caelorum intrare cogitabat, quam maxime gratulatus, tam efficacem servum Dei in finibus suis consedisse. Interim vitam angelicam minime degerat, peccatisque contractis haud paucis, de salute sua paene desperare poterat. Inde ex quarto decimo aetatis anno quattuor e concubinis filios genuerat ultimumque a.* 606/7. *p. Chr. Columbanus regem se frequentantem luxuriae vehementissime increpabat, admonens, ut legitimo potius coniugio contracto ex honorabili regina liberos procrearet. Discipulus magistri praeceptis obtemperans se id facturum esse promisit promissisque stetit, nam Ermenbergam, filiam Betterici regis Wisigothorum, mox in matrimonium duxit*[7]. *Regina legitima in palatium introducta, ea quam Brunechildis avia et Teudila soror apud regem eo usque obtinuerant auctoritas periclitabatur, quare utraque ipsam invisam reddere laborabat. Praeterea quam Columbanus habebat vis frangenda erat, ne rex amplius secundis auribus acciperet monitus*

1) *Contin. Prosperi Havn., Auct. antiq. IX, p,* 339*; Paulus, Hist. Langob. IV,* 28. 2) *Jaffé n.* 1925[2]. 3) *Scilicet* diu uos *pro* diu ōs *(= omnes); cf. MG., Ep. III, p.* 165*, l.* 22: ad vos, ut dixi, apostolicos patres. 4) *Confer p.* 165*, l.* 27. *cum p.* 162*, l.* 21. *Epistulam III. ad Bonifacium IV. a.* 609/610. *datam esse maluit quam ad Sabinianum, Hauck, 'Kirchengesch.' I,* 585[2]*, vix recte. Cum enim in ipsa Columbanus causam apud sedem apostolicam persecutus sit Gregorio sedente inceptam, de intervallo multorum annorum cogitari minime licet.* 5) *Canones gr.: κατὰ τὴν κρατήσασαν συνήθειαν παρὰ τῶν πατέρων; lat.:* secundum patrum quae servata est consuetudinem *(Mansi, Conc. III,* 559*); cf. Maassen, 'Gesch. d. Quellen d. canonischen Rechts' I,* 944: secundum hanc quae apud patres consuetudo optinuit. 6) *V. Columb. I,* 18. 7) *Fred. IV,* 30.

salutares. Sanctus autem ipse adversariorum labores totis viribus promorebat, importunissimum in genus regium passim se gerens. Filios enim regis a Brunechilde productos benedicere noluit, quasi e lupanaribus emersissent. Unde commota regina imperavit, ne monachis extra monasterium iter pateret neve subsidiis a vicinis relevarentur. Quod 5 *ut tolleretur mandatum, Columbanus ad regem apud Spissiam villam publicam residentem se contulit neque vero ullam eius hospitalitatem accepit, sed contemptor gratiae regiae extitit. Nihilominus rex praesagiis quibusdam futuri periculi commotus sanctum ipsum cum avia visitavit, veniam petiturus. Sed mox neglectis votis suis ad vitam priorem rediit, annoque post (a.* 607/8) *Ermenbergam thesauris spoliatam in Hispanias remisit. Quibus* 10 *auditis, Columbanus litteras minarum verbis plenas ad regem dedit, excommunicationem comminatus, si peccata emendare differret.*

Interim diversa paschatis celebratione ecclesiae Gallicanae status adeo perturbabatur, ut videndum esset, ne quid res publica detrimenti caperet, cumque ab episcopis Columbanus iam delatus esset, tamquam ab ecclesiae Gallicanae moribus descisceret, rex ipse Luxovium 15 *proficisci constituit, ut religionem ipsius examinaret. Monasterium visitaturus iam refectorium ingressus erat, cum terribilibus sancti dictis ad redeundum commotus est. Periculum imminens ut averteret sibique consuleret, augurem nefastum ea qua venerat via remeare maluisset, nisi ille pertinaciter restitisset, numquam sua sponte monasterio se egressurum esse spondens. Maturo igitur consilio sententia dicenda erat, ne in auctorem* 20 *illa recideret, et interim in oppidum Vesontionense ad exulandum sanctum perduci visum est. Comitabatur autem ipsum minister cuius supra memini Domoalis. Cum nullis ibi custodiis circumdaretur molestiamque nullam a quoquam pateretur, cumque montem ascendens, viam ad monasterium redeundi a nullo impediri videret, urbe relicta domum rediit. Quod cum Theudericus atque Brunechildis audissent, missa militum cohorte eum in exilium re-* 25 *vocari iusserunt, illisque infecta re redeuntibus, alios miserunt, qui eum ex regno pulsum in patriam dirigerent. Custodibus instantissime precantibus, ut inde recederet, ipse immobilis persistebat, se numquam discessurum testatus, nisi vi abstraheretur. Illi gemino vallati periculo, cum dicto non parentes mortis periculum incurrerent sanctoque vim inferre vererentur, ad ipsius genua provoluti, veniam petebant, quibus regis imperio obtem-* 30 *perandum esset. Tunc demum sanctus, ne ministris periculum faceret, severitatem suam remisit, cunctisque eiulantibus atque maerentibus, e monasterio cessit. Ex fratribus ii soli eum sequi permissi sunt, qui in Britanniis nati erant; reliquos in Galliis ortos rex remanere iusserat. Is igitur iure suo utebatur, ut qui pacem publicam turbassent sibique molestias contraxissent peregrinos e finibus suis removeret. Anno vicesimo, postquam in* 35 *deserto Vosagi saltus consedit, i. e. a.* 610. *p. Chr., Columbanus custodibus regiis comitantibus ad Namnetensem deductus est portum, quo naves Hibernicae appelli solebant. Iter primo terrestre faciebant per Vesontionem, Avallonem, Autissiodorum urbes, deinde ad alteram viam declinantes apud Nivernensem urbem scapham conscenderunt Ligerimque navigantes Aurelianos et Turonos attigerunt, antequam quo tendebant portum ceperunt.* 40 *Navale iter fortasse praeferendum erat, quo magis sanctus a vulgo separaretur; gravissimas enim iniurias in regem spargere solebat*[1] *tristeque praesagium de eo pervulgabat, scilicet intra triennium* (613 *p. Chr.*) *ipsius regnum periturum atque Chlotharium dominaturum esse*[2]. *Itaque custodibus antecedentibus ac subsequentibus Columbanus ad Nivernensem urbem advenerat, iussuque regis aditu quoque ecclesiarum prohibebatur, ne tranquillum tur-* 45 *baret. Victus cotidianus ei publice non praebebatur, sed ipse eum quo poterat modo sibi comparare coactus erat. Episcopi aliique misericordia commoti res quibus indigebat ei*

1) *Qua de causa rediret, interrogatus, respondisse fertur: 'Canis me Theudericus meis a fratribus abegit'; cf. V. Columb. I,* 22. 2) *V. Columb. I,* 20. 22.

libenter offerebant, cumque Namnetis positus penuriam pateretur, Procula matrona alteraque Doda nomine ei permultos modios vini, frumenti, braces miserunt. Sophronius autem loci episcopus se a muneribus dandis abstinuit neque commutando ei quicquam tradidit; habebat enim cum Theudoaldo comite a rege mandatum, ut adveniente navi Hibernica traiectui eius consulerent[1]. 5

Columbano abducto, fratres Luxovii relicti gubernaculo omnino carebant, cum ne alteri quidem curam monasterii committendi magistro occasio data esset, antequam abscederet. Verebatur autem, ne se absente monachi a prisco Scottorum ritu alienarentur. Namnetis demum constitutus, dum navis expectatur, otium litteras ad fratres dandi nactus est, quae adhuc supersunt[2] *historiaeque Columbani lumen clarius afferunt. Persecutionem* 10 *quam patiebatur ipse confessus est 'propter verbum' exortam esse periculaque etiam domi relictis imminere discordia paschali mota; pax enim cum adversariis nondum facta erat insidiasque ab eis perpetuo metuebat, suis iam infirmioribus factis. Itaque vix dubium esse potest, quin Columbanus propter diversam paschatis supputationem episcopis Gallicanis insidiantibus e Theuderici regno expulsus sit. Ex eadem epistula colligi licet, ipsos* 15 *monachos in binas partes divisos esse unamque rebellem ad adversarios declinasse, unde* plus, *inquit,* nobis nocuerunt, qui apud nos unanimes non fuerunt. *Rebelles foras exire iussit solosque oboedientes heredes voluit esse. Imperium Athalae vero sequaci suo tradidit, cui reliquos oboedire iussit; quod si ipsum subsequi ille mallet, Waldelenum designavit praepositum. Sin a perfectionis norma se magis removerent quam ante neque Athala* 20 *congregationi gubernandae sufficeret, fratres omnes, vel eos qui ipsum in viciniam Brittonum secuti essent, loco illo relicto, in opportuniorem convenire permisit simulque qui eis praeesset eum interim elegere, summam sibi reservans potestatem, si sua iterum usurus esset voluntate. Inprimis unitati studendum erat regulaeque firmitas retinenda, ne votorum diversitas profectui noceret, omnesque, quamvis multi essent, ad eum delegavit, qui Deo* 25 *iuxta altare serviturus esset ab Aido episcopo benedictum. Causam propriae ruinae iam perspexit eam fuisse, quod omnes adiuvare voluisset vel invitos, unde undique impugnatus esset; successorem voluit prudentiorem se diversitatis morum qualitatumve hominum rationem habiturum, cum non omnia omnibus convenire monita didicisset:* esto, *inquit,* multiplex ad curam eorum, qui tibi oboedierint. *Cavit igitur, ne quo una eademque ratione* 30 *omnes tractaverat errore eodem successores implicarentur. Loca autem si placerent, ut in mille milia fratres crescerent, vehementissime exoptavit.*

Scribenti illi nuntius supervenit navem paratam esse narrans, qua invitus in Hiberniam reportaretur. Navis quaedam, quae Scottorum merces advexerat, omnem ipsius supellectilem comitesque receperat; undis vero ad litus reiecta per triduum ibi detinebatur 35 *neque vela in altum dare poterat, priusquam nauta quae ad sanctum pertinebant res exposuisset*[3]. *Is in hospitium suum iam rediens, nullo obstante, paulo post ad Chlotharium Neustrasiorum regem transiit. Custodes autem sibi gratulabantur potentissimum illum Dei servum illaesum evasisse, diuque iam fugam eius expectaverant, id quod ipse testatus est*[4]: Si, *inquit,* fugero, nullus vetat custos; nam hoc videntur velle, ut ego 40 fugiam.

Columbanus peregrinationem suam iterum suscipiens neque in Chlotharii regno consistere volens, castigatis quos in aula regia deprehenderat erroribus, commeatum a rege petiit, ut ad Theudebertum perduceretur. Expulsus primo gentes visitare eisque evangelium praedicare desideraverat, sed de earum tepore certior factus consilium illud paene 45 *abiecerat*[5]; *tunc in Italiam transcendere cupiebat, quo papam consulturus iam diu ab-*

1) *V. Columb. I,* 23. 2) *MG. Ep. III,* 166. 3) *V. Columb. I,* 23. 4) *Columbani epistula l. l. p.* 169. 5) *Ib. p.* 167.

iisset, nisi corporis infirmitas et cura contubernalium suorum ipsum retinuisset[1]. *Iter per Parisios faciens in oppido Meldensi et in villa Vulciaco domus nobilissimas adeo sibi fideique suae devinciebat, ut non solum magnis honoribus ipsum reciperent, sed etiam liberos ei ad benedicendum offerrent, qui postea novis conditis monasteriis doctrinam re-* 5 *gulamque eius et ipsi propagaverunt. Theudebertus rex, ad quem post eius abitum multi iam fratres Luxovio se contulerant, et loca opportuna ad consistendum et nationes proximas ad praedicandum ei obtulit. Quare Columbanus permotus, mutato consilio, peregrinationem suam iterum interrumpere constituit, si forte 'in cordibus gentium vicinarum fidem serere valeret'*[2]. *Elegit oppidum vetustum, olim vero dirutum, cui Brigantia nomen* 10 *erat, quod ad lacum eiusdem nominis situm binas tangebat vias celeberrimas. Exinde Alamannis paganis fides christiana praedicari coepta est.*

Rhenum fluvium navigans per urbem Magontiacum profectus est, ubi Lesio episcopus alimentis eum instruxit. Denique ad locum quem elegerat appulit, sed ille minime placebat, quamquam ob fidem in gentibus serendam paulisper ibi se commoraturum esse 15 *spopondit. Suevi qui ibi habitabant et pagani et nomine tenus christiani simul omnes deo suo Wodano ita sacrificare solebant, ut vas magnum cerevisia plenum in medio positum esset. Columbanus cum agros eorum perlustrans sacrificantes deprehendisset, ligamina vasis dissolvi cerevisiamque profluere iussit; barbari autem evangelicis eius dictis castigati multi tunc ad fidem christianam conversi sunt aliique qui baptizati iam erant ipsius* 20 *monitis superstitionibus se abstinuerunt*[3]. *Victu necessario monachi Scotti egentes per triduum avibus vescebantur, quarto autem die episcopus quidam vicinus frumenti copiam eis misit. Cellulam quam sibi construxerat Columbanus more suo certis temporibus relinquebat, desertumque adiens, sub scopulo quodam delitescebat, comitante ministro suo, quo munere Chagnoaldus tunc fungebatur. Ibi ieiunio corpus conficiens cibum sumpsit poma* 25 *illa silvestria, de quibus dixi.*

Prope Brigantiam Columbanus vix per biennium restitit. Cum apud Chlotharium versaretur, lis inter Theudericum et Theudebertum a. 610/1. *exorta est atque uterque Chlotharii societatem ambisse videtur*[4]. *Anno insequenti, antequam ad pugnam ventum est, Columbanus ad Theudebertum accessit suasitque, ut sua sponte clericus fieret, ne et* 30 *regnum et vitam aeternam perderet. Quod consilium sane inauditum regi et circumstantibus risum movit; non enim Merovingorum fuerat, regno dimisso, ultro vestem mutare. Bellum igitur prope Tullum a.* 612. *mense Maio commissum est alterumque apud Tulbiacense castrum; in utroque Theudebertus superatus fugam iniit, sed captus et clericatum et mortem subiit*[5]. *Denique mortuo Theuderico Chlotharius a.* 613. *trium regnorum* 35 *monarchia potitus est, sicut Columbanus praedixerat.*

Is post cladem Theudeberti, i. e. a. 612, *cum Theuderico Brigantia urbs cessisset, relicta Gallia Germaniaque in Italiam ingressus erat. Cum Alamannorum terra ei displiceret, primo Winidorum vel Sclavorum fines adire cogitaverat*[3], *ut evangelium praedicaret viamque veritatis errantibus monstraret, sed visione commotus, iterum ad Italiam* 40 *animum converterat, expectansque, donec aditus pateret, consilium quod ceperat iam executus est. In regnum gentis Langobardorum ingressum eum Agilulfus rex non solum honorifice recepit, sed etiam optione affecit, quocumque in loco voluisset, intra Italiae fines habitandi. Erat quidem rex fidei Arianae addictus, etsi filium Adaloaldum instante Theudelinda uxore more catholico baptizari consenserat*[6]. *Mediolani, ubi tunc* 45 *residebat, etiam Columbanus primo constitit, ut adversarios fidei catholicae impugnaret,*

1) *Columbani epistula l. l. p.* 159. 2) *V. Columb. I,* 27. 3) *Ib. I,* 27. 4) *Ib. I,* 24; *cf. Fred. IV,* 37. 5) *V. Columb. I,* 28; *cf. Fred. IV,* 38. 6) *Cf. Greg. ep. a.* 603 *(Jaffé, Reg.* 1925 [2]*); Paulus, H. Langob. IV,* 27.

scilicet et Arianos haereticos, contra quos libellum 'florenti scientia' edidit[1], *et papam ipsum.*

De damnatione trium capitulorum, scilicet epistulae Ibae episcopi Edesseni ad Marim Persam scriptae, Theodori episcopi Mopsuesteni cum scriptis eius, scriptorum Theodoreti episcopi Cyrensis, in ipsa ecclesia catholica schisma exortum erat. Instante Iustiniano imperatore et in synodo Constantinopolitana V. a. 553. *et a Vigilio papa illa damnata erant, licet auctores eorum per concilium Chalcedonense a.* 451. *in ecclesiam recepti essent. Attamen complures Italiae superioris ecclesiae*[2] *et inprimis Aquileienses huius concilii auctoritatem imminui non passi damnationi non consenserunt et a communione damnantium se abstinuerunt*[3]. *Cum tanta eo certamine confusio in ecclesiam Italicam irrepsisset, ut utra pars eligenda esset multi ignorarent, Gregorius M. summis viribus laborans, ut abstinentes ad communionem compelleret, Constantium episcopum Mediolanensem a.* 593. *obligasse videtur, ut facta cautione damnationi consentiret, cum subito tres suffraganei cum ipsa Theudelinda regina ab ipsius communione recesserunt*[4]. *Auctoritas ecclesiae catholicae hac dissensione ita imminuta est, ut Constantio defuncto Langobardi proprium candidatum Arianum a.* 600. *eligerent soloque Gregorii interventu a Mediolanensibus catholicis electus Deusdedit episcopus ordinaretur*[5]. *Inter defensores trium capitulorum spargebatur, haereticos illos antiquos, scilicet Eutychen, Nestorium, Dioscorum, a Vigilio in synodo quam dixi Constantinopolitana receptos esse. Sedi igitur apostolicae tuitio haereticorum imputabatur eorum, qui anathemati subiciendi fuissent. Columbanus Italiam adiens paene in primo ingressu litteris admonitus erat, ut papam caveret in Nestorii sectam collapsum. Quod ut attonitus primo minime credidit, ita re accuratius considerata postea veritatem diligentius explorare constituit responsumque componens papae ad relegendum ac concertandum misit. Omnes enim Hiberi solam evangelicam et apostolicam doctrinam admittere sibi videbantur atque in eo multum gloriari solebant, nullum haereticum, nullum Iudaeum, nullum schismaticum inter se fuisse, sed fidem catholicam, sicut ab apostolorum successoribus tradita esset, ita ab ipsis ut Petri et Pauli discipulis inconcussam teneri. Praeterea rex ipse Langobardorum una cum regina Columbanum rogaverat, ut ad papam causam deferret, ut schisma tolleretur totaque ecclesia catholica quam celerrime in unum cogeretur. Agilulfum fortasse diutinae discordiae taedebat aut ad fidem catholicam iam propensior factus erat, postquam haeresim Arianam reges Langobardorum eo usque firmaverunt; dixisse enim fertur, si certum sciret, se et ipsum crediturum esse. Columbanus peregrinus iam Bonifacium papam epistula data in arma suscitare conabatur, ut vigilaret, omni postposita securitate, causamque schismatis cultello S. Petri, id est vera in synodo fidei professione, incidi voluit. Ipse enim totus ad partem adversam transierat eosque laudavit qui papae resisterent neque cum ipso communicarent iuniores; filios contendit in caput conversos esse, si vera essent ea quae vulgarentur, papam autem in caudam. Ei maiorem auctoritatem vindicare noluit, dissentiente se ipso; suam autem opinionem solam veritati respondere imperterritus satisque importunus demonstrare nitebatur:* Non enim, *inquit,* apud nos persona, sed ratio valet.

Hanc epistulam Mediolani annisque 612/3. *conscriptam esse patet*[6], *cum apud Agilulfum regem sanctus versabatur. Is denique solitudinem more suo iterum adire desiderabat, cumque cognosceret locum ubertate fecundum, aquis irriguum, piscium copia in-*

1) *V. Columb. I,* 30. 2) *Cf. Harnack, 'Lehrbuch der Dogmengesch.' II,* 399[2]. 3) *Suggestio episcoporum Istriensium provinciarum a.* 591, *Gregorii M. Registr. I, p.* 18. 4) *Greg. Reg. IV,* 2—4; *Jaffé n.* 1273—1275[2]. 5) *Greg. Reg. XI,* 6; *Jaffé n.* 1796[2]. 6) *MG. Ep. III, p.* 172, *l.* 30: Ecce conturbantur gentes, inclinantur regna, *quae verba ad res a.* 612/3. *gestas referenda esse perspexit G. Hertel, 'Über des h. Columba Leben und*

signem Bobium[1] *nomine in Apennino*[2] *situm esse ad rivum eiusdem nominis, haud procul Trebia illa perfida fluente, eo se contulit basilicamque quae ibi extabat S. Petri semirutam prisco decori restituens monasterium SS. Petri et Pauli construere paravit. Magna*[3] *ibi monachorum congregatio coniuncta est, de litteris humanioribus optime merita, monasteriumque celeberrimum a principibus nobilibusque Langobardis possessionibus large ditatum, denique vel episcopii nomen meruit*[4].

Chlotharius rex postquam prophetiam sancti viri impletam esse intellexit, ut eum recuperaret, Eustasium qui monasterium Luxoviense iam gubernandum susceperat aliosque legatos sumptibus publicis post eum misit. Columbanus peregrinationem suam iam fere concluserat nulloque modo ad tantum iter faciendum commoveri poterat, sed id solum a rege poposcit, ut socios Luxovii relictos in suam tutelam reciperet. Qui licet a sancto viro per litteras vehementer castigatus esset, tamen supremam ipsius voluntatem diligentissime executus Luxovienses et annuis censibus ditabat et dilatatis terminis omnique conatu ipsis auxilium providebat, ita ut monasterii regii privilegio iam fruerentur. Anno autem transacto in monasterio Bobiensi Columbanus defunctus est, scilicet a. 615. *p. Chr., die* 23. *Novembris. Expletus anni circulus, cuius Ionas meminit*[5], *sive a monasterio Bobiensi condito seu potius a legatione Chlotharii regis colligendus est, a.* 614. *interpositus fuisse videtur; dies autem testimonio et Ionae et Martyrologii Hieronymiani auctoris aequalis confirmatus est*[6]. *Dies emortualis a.* 615. *in dominicum incidit, id quod non fugit Wettinum, V. Galli c.* 29. *Sanctus extremam fere aetatem attigit, quam homines degere fas est. Peregrinos illos Scottos aetate iam provectos patria relicta in Gallias advenisse inde colligi licet, quod duodecim annis post, scilicet a.* 603. *veterani senesque erant, sicut supra diximus, fratresque decem et septem iam lugebant defunctos. Versibus Adoniis quos Fidolio fratri mutui officii causa Columbanus misit vigore animi fere iuvenili conscriptis hos subiecit hexametros*[7]*:*

Haec tibi dictaram morbis oppressus acervis,
Corpore quos fragili patior tristique senecta,
Nam dum praecipiti labuntur tempora cursu,
Nunc ad olympiadis ter senos (senae *recte S* 2. *P* 2) venimus annos.
Omnia praetereunt, fugit inreparabile tempus,
Vive, vale laetus tristisque memento senectae.

Cum olympias cum spatio quattuor annorum apud Graecos conveniat, plerique ex hoc carmine concluserunt, Columbanum 72 *annos tunc natum fuisse*[8]. *Constat vero a poetis latinis eam pro lustro accipi solere*[9], *sicut utrumque coaequavit Ausonius XXII,* 4, 6:

Fors erit, ut, lustrum cum se cumulaverit istis,
Confectam Proculus signet olympiadem,

eoque modo et Columbanum poetam interpretatus est Mabillonius[10]. *Nec ille errasse mihi videtur, nisi quod* 18 *olympiades plenas lapsas esse credidit, dum de initio duodevicesimae agitur, quae inter a.* 86—90 *vertitur. Sanctum igitur verisimile est paulo ante a.* 530. *natum esse.*

Schriften, besonders über seine Klosterregel' (Illgen und Niedner, 'Zeitschrift für die histor. Theologie', Gothae 1875, *p.* 396—454). 1) *V. Columb. I,* 30. 2) *Bobium ad provinciam Alpes Cottias pertinebat teste Paulo, Hist. Langob. IV,* 41: coenobiumque quod Bobium appellatur in Alpibus Cottiis aedificavit, quod quadraginta milibus ab urbe dividitur Ticinensi; *cf. Mommsen, 'N. Arch.' V,* 87. 3) *Paulus, Hist. Langob. IV,* 41. 4) *Ughellus, Italia sacra IV, col.* 925 [2]. 5) *V. Columb. I,* 30. 6) *Cf. 'N. Arch.' XX, p.* 338; *XXIV, p,* 314. 7) *MG. Ep. III.* 188. 8) *E. gr. Ebert, 'Gesch. d. christl.-lat. Literatur' I,* 583; *Hauck, 'Kirchengesch.' I, p.* 584 [2]. 9) *Locos citavit Forcellinus s. v. olympias.* 10) *Annales ord. S. Benedicti I, p.* 308.

Tantam omnium fere rerum labem ruinamque homines illius aevi inspectabant, quocumque oculos verterent, ut mirum non sit, quod finem mundi appropinquare credebant[1]. *Confessio autem et paenitentia Columbano praedicante morte liberant atque vel parva peccata confiteri opus est. In Galliis eousque excessus tantum graviores disciplina ecclesiastica vindicabantur, ita ut peccatores excommunicarentur factaque paenitentia publica in communionem reciperentur. Monachis vero ubique vel minutiora peccata una cum ipsis cogitationibus seniori celare non licebat, eaque quam maxime cavenda erant, nam ut maioribus certisque culpis sanctos maculare non valet diabolus, ita minoribus occultisque eos polluere studet*[2]. *Cum tota Scottorum ecclesia more coenobiali instituta esset, etiam privata haec confitendi ratio in usum recepta est, atque Columbanus eandem, sicut apud magistros*[3] *suos Hibernicos usitata erat, in Galliam Italiamque introduxit, unde ipse iusto iure hodie ut institutor confessionis secretae in ecclesia continentis catholica celebratur*[4]. *Doctrina eius in concilio Cabillonensi a.* 650. *primum sancta est, episcopis consentientibus, paenitentiam peccatorum omnibus utilem paenitentiamque data confessione a sacerdotibus indicendam esse*[5]. *Monachis quoque suis confessionem atque paenitentiam primo loco imposuit aliasque ab eis leges observari voluit, quas ex ipsius regula colligi licet; peccantibus vero vel leviter gravissimas poenas constituit. Regulam, quae coenobialis a biographo Desiderii Cadurcensis iam appellata est*[6], *Ionas ipse et citavit et expilavit*[7] *atque de auctoritate et fide ipsius luculentum testimonium praebet de quo supra dixi Donatus episcopus Vesontionensis. Cum enim rogatu Gauthstrudae omnisque congregationis monasterii a matre conditi, exploratis regulis vetustioribus, enchiridion virginibus aptum componeret, praeter regulas Caesarii virginum atque Benedicti monachorum hanc ipsam Columbani excerpsit*[8], *sicut in praefatione testatus est, excerptaque cum ea quae superest ita convenit, ut textus ad illam optime emendari possit. Monachi nihil proprium possidebant ne minimas quidem res, sed omnibus omnia communia erant*[9]. *Confessio bis ad minimum danda erat et ante mensam et ante lectorum aditum. Ad mensam benedictionem custodiebant amenque respondebant neque vero inter se loquebantur. Cochleari non utebantur, nisi id ante signaverant, neque cultello mensam pertundebant; cavebant, ne micas perderent neve cerevisiam effunderent, quae potui sola dabatur. Mensa hora nona parabatur, i. e. tertia pomeridiana, post quam nulli in coquinam ire licebat. Cura coquendi vel ministrandi fratribus quibusdam commissa erat providis, ne paululum effunderent. Orationem ante opus et post opus perficiebant. Ea de causa egredientes domo, i. e. cellula*[10], *aut eo regredientes se humiliabant aut curvabant; accepta benedictione se signabant. Humiliatio etiam in cursu post finem*

1) *Cf. Greg. M. Reg. IX,* 232 *(a.* 599*), Jaffé, Reg. n.* 1759 [2]*; Columbani ep. a.* 612/3 *(MG. Ep. III, p.* 171*):* Mundus iam declinat, princeps pastorum appropinquat. 2) *Cf. V. Columb. II,* 2. 3) *Eos et inprimis Vennianum Columbanus citavit, MG. Ep. III, p.* 159. 4) *Cf. Löning, 'Kirchenrecht' II, p.* 471 *sqq.; Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 264 [2]*; A. Malnory, Quid Luxovienses monachi discipuli S. Columbani ad regulam monasteriorum atque ad communem ecclesiae profectum contulerint, Parisiis* 1894, *p.* 62. 5) *Concilia ed. Maassen I,* 210*; Loening, 'Kirchenrecht' II,* 476. 6) *V. Desiderii Cadurc. c.* 13: Nullus — habitum religionis aut regulae cenobialis iter intraverat; secta Columbani procul aberant, instituta beati Benedicti longe distabant. 7) *Regulae in V. Columb. I,* 10, *meminit:* regulamque quam tenerent Spiritu sancto repletus condedit, *ipsamque eandem esse quam habemus cum ex V. Columb. I,* 5. 16, *tum ex iis concludi licet, quae Agrestius ib. II,* 9, *contra Columbani regulam obiecit quaeque ad regulam coenobialem c.* 1. 3. *spectant.* 8) *Quos in unoquoque capite Donatus expilaverit fontes diligentissime investigavit Cointius, Ann. eccl. Franc. II, p.* 758 *sqq.* 9) *V. Columb. I,* 5. 10) *Ib. II,* 9.

uniuscuiusque psalmi facienda erat; finitis psalmis omnibus genua flectebantur. Tussim in exordio psalmi evitabant bene cantantes. Sacrificii ordo omnimodo custodiendus erat. Calicem salutarem dentibus non pertundebant neque eulogias immundi accipiebant; anxie cavebant, ne chrismal caderet, scilicet vas illud, in quo species consecratas monachi cir-
5 *cumferebant, neve oblationis faciundae ante officium oblivisceretur. Fabulis otiosis minime vacabant. Praeterea conversationem inter se ita instituebant, ut humilitati studerent neque contradictioni verbaque superba omnino evitarent neque voce uterentur nisi suppressa. Correcti veniam postulabant neque se excusabant, si forte examinarentur. Fratribus non detrahebant neque audiebant detrahentem; opera cum ostiarii, qui horas*
10 *custodiebat, tum aliorum fratrum reprehendere non licebat. Sine permissu neque fratres in cellulis visitare neque saepta monasterii relinquere fas erat. Monachi in seniores et iuniores dividebantur, quos pater senior, pater monasterii, scilicet Columbanus, vel potius praepositus gubernabat. Seniores maiore auctoritate fruebantur iunioribusque contradicentes his verbis: 'Non ita est, ut dicis', impuniti permanebant; ipsi artes docebant opera-*
15 *que imponebant. Iurisdictionem totam Columbanus praeposito mandaverat neque monachis eo praetermisso patrem appellare licebat. Si quis leges quas constituerat vel levissimas laeserat, ad paenitentiam agendam 'percussionibus', i. e. verberibus, castigabatur, eorumque numerum ratione delictorum immoderatius augeri iussit, multo severior Caesario*[1]. *Alia paenitentiae genera Columbanus pauca tantum admisit, scilicet ut monachi delin-*
20 *quentes in ecclesia starent nullum membrum moventes aut aquam biberent loco cerevisiae aut in cellula separarentur. Paenitentias minutas mensam accumbentibus etiam praeposito ipsius imponere licebat. Fratribus paenitentibus, quamvis opera difficilia et sordida perficerent, tamen capita lavanda non erant, nisi die dominico*[2].

1) *SS. R. Merov. III*, 448. 2) *Regula coenobialis cum Donato (ed. Holstenius, Cod.*
25 *Regul.*, 1759, *VI*, 377 *sqq.*, *c.* 23—34*) concordat ad c.* 9. *tantum, eaque quae subsequuntur c.* 10—15. *Columbani esse non posse ex sermone intellegitur, cum auctor abbatem oeconomumque (c.* 11. 12*) noverit, qui 'patris senioris' tempore in monasterio certe non reperiebantur, cumque poenam 'verberum' constituerit loco 'percussionum', sicut sanctus. Extat etiam regulae recensio prolixior in collectione regularum Benedicti Anianensis (cf. Seebass, 'Regelbuch Benedikts von*
30 *Aniane', 'Zeitschr. f. Kirchengesch.' XV, p.* 244 *sqq.), ubi germana Columbani verba 'senior', 'pater monasterii' in 'abbatem' immutata (c.* 8*) multaque ex aliis fontibus interpolata deprehenduntur. Utramque editor recens (Seebass, 'Zeitschr. f. Kirchengesch.' XVII, p.* 218—234*) in unum confudit, additamenta alterius litteris minutioribus exprimens, parumque ex Donato profecisse mihi videtur, qui veram lectionem persaepe solus servavit, e. gr.:*
35 *c.* 7. Qui aliquam contemptionem cum tristitia promit] *falso codd.; lege* qui aliquid cum contradictione aut tr. pr. *cum Donato;*
c. 8. extra sepem] *falso codd.;* extra septa *recte Donatus.*
Novissimis autem eiusdem auctoris studiis ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' XVIII, p. 58 *sqq.) me assentiri non posse ingenue fateor. Sane regula cuius ipse finem eruit virginum ('Zeitschr. f.*
40 *Kirchengesch.' XVI, p.* 464 *sqq.) initio cum regula Columbani genuina ad c.* 9, *sicut Donatus, deinde autem cum interpolationibus alterius recensionis (c.* 9. 15 *ex.) consentit locosque duos exhibet, qui etiam apud Donatum (c.* 19. 75*) extant neque extant in regulis Benedicti aut Caesarii, sed inde minime sequitur eos ex tertio auctore depromptos esse novaque regula Columbanianae posteriorem quandam partem contineri, immo contraria potius opinio admittenda est, cum*
45 *Columbanus meridianam et vespertinam confessiones statuerit, Donatus autem in capite expilato* 19. *tertiam, scilicet matutinam, addiderit trinamque etiam in monasterio virginum Evoriacensi solitam fuisse constet. Loci igitur quibus Seebassius nititur cum Donato congruentes ab*

Regula quam examinavi coenobialis poenas fratrum delinquentium continet; praecepta autem institutaque communia a monachis observanda Columbanus in regula monachorum[1] *collegit, quae in uno Benedicti Anianensis codice cum altera ita coniuncta est, ut c.* 10 *(praescr.* De diversitate culparum*) totius corporis efficiat. Maxima pars regulae monachorum mortificatio erat, scilicet spiritualis, ita ut suum quisque liberum arbitrium conculcans de ore penderet alterius neque cogitaret neque loqueretur propria neque iret quoquam libere. Dura hac disciplina securitatem mentis servari auctor ratus est, cum qui semper interrogavisset numquam ipse erraturus esset. Monachis igitur ut superba libertas cavenda, ita vera humilitas discenda erat. Ad primum verbum senioris omnes ad oboediendum surgere oportebat; oboedientia enim usque ad mortem praecepta erat. Praeterea abstinentia, castitas non solum corporis, sed etiam mentis, taciturnitas inter virtutes monachorum recensentur. Paupertate et facultatum contemptu monachi ad primam perfectionem progrediebantur, ad alteram vero purgatione vitiorum. Satietas atque ebrietas fugiendae erant, cibusque vilis ex oleribus, leguminibus, farina aquis mixta consistebat cum parvo pane paximatio (Germ. 'Zwieback'), ne venter oneraretur et mens suffocaretur. De carne igitur Columbanus ne verbum quidem fecit; cum autem constet Scottos piscatui admodum deditos fuisse, non sine causa conclusum est, maiorem victus eorum partem piscibus constitisse*[2]. *Cotidie ieiunandum erat, sed cavendum, ne abstinentia modum excedens profectum spiritualem impediret. Inter vitia, de quibus octo principalibus Columbanus sermonem peculiarem edidit, quem tertio loco 'Ordo sancti Columbani abbatis de vita et actione monachorum' continet*[3], *quam maxime abhorrebantur, quibus bona omnia interimerentur, vanitas et gloriatio elata. Ad discernenda bona et mala discrimen monachis necessarium erat et inprimis cavendum, ne rebus aut secundis nimium extollerentur aut adversis nimium deprimerentur. Denique synaxim vel cursum psalmorum et orationum modum canonicum ritu seniorum suorum Columbanus ita instituerat, ut primo inter reverendissimos dominicos sabbatave atque officium cotidianum distingueret, deinde etiam temporum qualitatis rationem haberet. Cursus enim longior per longas noctes, brevior per breves esse ei visus erat. Quare ex VIII. kal. Iul. cum noctis augmento sensim crescere coepit, finita autem hieme ex VIII. kal. Apr. per ver sensim decrescere. Origo cursus Scottorum proprii ad beatum Marcum saeculis posterioribus relata est, sicut auctor ignotus libri de cursuum ecclesiasticorum origine testatur his verbis*[4]:

ipso neque a Columbano compositi sunt, id quod ducentis annis ante optimus Le Cointe, Ann. eccl. Franc. II, 761, *iam probaverat: ex Donato auctor regulae novae pendet, ex hoc interpolator Columbanianae.* 1) *Regulam monachorum, cui in codicibus Bobiensibus c.* 10. De perfectione monachi *ex Hieronymo additum est, edidit Seebass, 'Zeitschr. f. Kirchengesch.' XV, p.* 366 *sqq. Cf. eiusdem auctoris dissertationem, quae inscribitur: 'Über Columba von Luxeuils Klosterregel und Bussbuch', Dresdae* 1883. 2) *Cf. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II,* 680. 3) *Ita quattuor Columbani sermones inscripsit editor novissimus Seebass ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' XIV, p.* 78 *sqq.). Collectionem sermonum quae titulo 'Instructiones Columbani' circumferebatur ipsi male attributam esse statuerat A. Hauck ('Zeitschr. f. kirchl. Wissensch. und kirchliches Leben', ed. Luthardt, Lipsiae* 1885, *p.* 357—364*), bene animadvertens, qui in instructione secunda (Migne LXXX, col.* 233*) celebratur Faustum non esse Comgallum Columbani praeceptorem, sed Reiensem illum celeberrimum. Attamen per Seebassium ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' XIII, p.* 513 *sqq.) quattuor quos dixi sermones Columbano nostro iterum vindicati sunt, assentiente eodem A. Hauck, 'Kirchengesch.' I, p.* 251[2]. 4) *Ed. Haddan et Stubbs, 'Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain and Ireland' I, p.* 138. *Auctor, qui vitas Germani, Lupi, Columbani, Eustasii, Athalae legerat, monachus erat ritui Hibernico addictus aevoque Karolingico degebat in Galliis.*

Beatus Hieronimus affirmat, ipsum cursum, qui dicitur praesente tempore Scotorum, beatus Marcus decantavit. Patricius a Lupo et Germano archiepiscopus in Scotiis ac Brittanniis positus ipsum cursum ibidem decantavit et post ipsum beatus Wandilochus senex et beatus Gomogillus, qui habuerunt in eorum monasterio 5 monachos circiter tria milia. Inde beatus Wandilochus in praedicationis ministerium a beato Gomogillo missus est et beatus Columbanus partibus Galliarum destinati sunt Luxogilum monasterium et ibidem ipsum cursum decantaverunt et inde postea percrebuit forma sanctitatis eorum per universum orbem terrarum et multa coenobia ex eorum doctrina tam virorum quam puellarum sunt congregata. Et 10 postea inde sumpsit exordium sub beato Columbano, quod ante beatus Marcus euangelista decantavit.

Erat episcopi vel sacerdotis, i. e. presbyteri, cui hac in re parem auctoritatem Columbanus attribuerat, peccatorem paenitentia imposita ecclesiae reconciliare. Munere igitur fungebatur medici spiritualis, diversosque morbos diversis medicinae generibus curans, quas quisque 15 commiserat culpis diversis diversas adhibebat paenitentias. Si delicta parva vel minima erant, parum referebat, quomodo expiarentur; graviora autem ut perfecte et cognoscerentur et sanarentur, vel publica ecclesiae salus postulabat. Haec ars ut parum communis erat, ita Columbano necessaria visa est ad mores hominum reformandos, cumque ante eum statuta paenitentialia in Gallia nulla existerent, ipse primus ea intulit, traditiones seni-20 orum suorum secutus. Agitur autem maximam partem de criminibus capitalibus, quae vel poenam legibus sanctam subibant. Paenitentiale Columbani in binas partes divisum clericorum monachorumque paenitentias a laicorum distinctas exhibet, neque eodem modo in utroque genere excessus vindicabantur graviores, utputa homicidia, vulnera, sodomia, adulterium, fornicatio, periurium, maleficium, furtum, sed illi severiorem paenitentiam 25 subibant quam hi. Adulteris clericus quoque adnumerabatur, qui clientelam, i. e. uxorem, quam laicus habuerat, post conversionem voto suo irrito facto cognoscebat filiumque ex ea gignebat[1]. *Gulae utrumque ordinem aeque deditum fuisse et clericus testatur sacrificium per ebrietatem aut voracitatem evomens neglegenterque dimittens et laicus se inebrians aut usque ad vomitum manducans aut bibens. Convivia cum alibi tum iuxta fana ad daemones 30 colendos aut simulacra honoranda celebrabantur, in quibus laici quantum poterant et manducabant et bibebant, mensaeque daemoniorum vel christiani interfuisse videntur gulae vitio commoti*[2]. *Denique etiam haeretici Columbano impugnandi erant, inprimis Bonosiaci, erroresque eiusmodi una cum idololatria inter Warascos haud procul a Luxovio sitos floruisse constat*[3]. *Paenitentia iniungebatur per dies* 7 *vel* 40 *aut per annos unum 35 vel plures, et erat cum pane et aqua et sale aut absque vino et carne. Ad eam aggravandam exilium vel peregrinatio addi poterant. Homicidii reum praeterea parentibus perempti satisfactionem reddere opus erat, furtumque frequenter faciens laicus non ante reconciliabatur, quam pauperibus eleemosynam epulasque sacerdoti paenitentiam indicenti dedisset. Si quis laicus cupiditatis causa peierasset, gravissimam sententiam subibat, ut 40 res ipsius venderentur pauperibusque donarentur, ipse autem saeculo dimisso tonsus usque ad mortem in monasterio serviret. Laicis tempore paenitentiae uxores cognoscere non licebat. Paenitentibus in ecclesia extremus christianorum ordo reservabatur aut sicut communicantes cum Bonosiacis inter catechumenos stare cogebantur, separati ab aliis. Absoluta paenitentia, iudicio sacerdotis in communionem recipiebantur vel altari iunge-45 bantur*[4].

1) *V. supra p.* 6. 2) *De sacrificio Suevorum daemoniaco v. supra p.* 11. 3) *V. Columb. II,* 8. 4) *Paenitentialis quod Columbani nomine circumfertur maximam partem re vera ipsius auctoris esse inter saniores criticos iam constat, omnesque contrariam Schmitzii opi-*

Librum humero ferens Columbanus per opaca saltus ambulabat[1] *legensque librum reperiebatur et in atrio ecclesiae*[2] *et in eremo, quercus putrefacto trunco*[3] *sedens. Inprimis commentarios in scripturam sacram sibi comparare laborans Gregorium M., cuius etiam regulam pastoralem a.* 591. *compositam*[4] *legerat, a.* 600. *adiit, ut et homilias in Ezechielem*[5] *sibi mitteret, scilicet extrema libri exposita, et Cantica canticorum, ipsumque adhortatus est, ut totam Zachariae obscuritatem exponeret. Ipse adolescens huic litterarum generi se dederat, psalmorum librum elimato sermone exponens*[6], *eaque expositio in vetustis catalogis bibliothecarum et Sangallensis*[7] *(saec. IX):*

Expositio S. Columbani super omnes psalmos vol. I,

et Bobiensis[8] *(saec. X):*

libros sancti Columbani in psalmos II,

commemoratur. Codices ipsos iam Patricius Flemingus frustra in his bibliothecis quaesiverat nec eos alibi facile inveniri contendit; vidit autem in monasterio Luxoviensi commentarium super psalmos, in quo verba obsoleta, Columbano usitata deprehendisse sibi visus est, sed aeque alterius vetusti auctoris ea esse posse concessit, unde nihil certi de praefati operis auctore afferre poterat. Attamen Columbani expositionem adhuc extare hodie communis opinio est et creditur esse ea quam Muratorius e codice Bobiensi, iam Mediolanensi bibliothecae Ambrosianae C. 301, *saec. VIII, fol.* 14—146, *eruerat*[9] *praescriptione et fortasse etiam praefatione*[10] *destitutam, cum folia praecedentia perierint. Germana Hieronymi scripta priori codicis parti insunt, unde librarius saec. XV. et expositionem eiusdem auctoris esse coniecit, recentiores autem omnes Vallarsii vestigia secuti Columbano potius eam attribuerunt. Codex propter glossas Hibernicas saec. IX. adscriptas apud linguae illius peritos magna auctoritate non immerito floret, ita ut iam ab uno eorum ad unguem expressus in publicum prodierit*[11], *neque vero adhuc quisquam operam dedit, ut certis argumentis verum auctorem investigaret. Antiquarii nonnulli leviores argumentationem quam maxime temerariam ex hac expositione concluserunt, scilicet Columbanum linguarum non solum graecae, sed etiam hebraicae peritum fuisse, immo ex hac lingua psalterium in latinam transtulisse*[12], *unde litterarum scientiam Scottorum*

nionem (cf. e. gr. 'Arch. f. kathol. Kirchenrecht' XLIX, p. 3 *sqq.; LXXI, p.* 436 *sqq.) improbaverunt; cf. Malnory l. l. p.* 70 *sqq. Neque vero totus liber, quem Seebass, 'Zeitschr. für Kirchengesch.' XIV, p.* 441—448, *ultimus edidit, Columbano attribuendus est, sed complures partes distinguendae sunt a compilatore posteriore in unum redactae. Albertus Hauck, qui in historia Germaniae ecclesiastica I, p.* 264 [2], *quaestionem perite retractavit, partem mediam a Seebassio littera B signatam ad c.* 25. *omnino germanam esse recte mihi statuisse videtur.*

1) *V. Columb. I,* 8. 2) *Ib. I,* 20. 3) *Ib. I,* 28. 4) *Cf. Jaffé n.* 1094 [2]. 5) *Eas a.* 595/6. *conscriptas esse statuit P. Ewald, Jaffé n.* 1401 [2]. 6) *V. Columb. I,* 3. 7) *Cf. G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui p.* 48, *n.* 229. 8) *Ib. p.* 67, *n.* 216/7. 9) *Muratorii Antiquitates Italicae medii aevi III,* 857. *Codicem descripserunt A. Reifferscheid, Bibl. patrum Latinorum Italica II, p.* 43; *Nigra, 'Les gloses irlandaises de Milan' ('Revue celtique' ed. Gaidoz I, p.* 60—65*).* 10) *Eiusdem ad Ps.* 15. *his verbis auctor meminisse videtur:* Multa namque apud Ebreos inveniuntur, quae ex rebus sibi insitis accipiunt nomen, quod quidem inter proprietatum collectiones in praefatione signavimus, ut est hoc de quo sermo versatur. 11) *Ed. G. I. Ascoli, 'Il codice Irlandese dell' Ambrosiana' ('Archivio glottologico Italiano', Romae* 1878, *vol. V). Particulas expositionis post Muratorium Vallarsiumque (Migne, Patrologia lat. XXVI, col.* 863*) publici iuris fecerat Zeuss, Grammatica celtica (ed. Ebel* 1871 [2]*), in Appendice p.* 1043—1048, *una cum epistula Hieronymi ad Sophronium, quae in priore codicis parte (fol.* 2') *legitur.* 12) *Ebrard, 'Die iroschottische Missionskirche' p.* 83, *cum sectatoribus suis.*

eo altius efferre potuerunt; sed praefatio qua nituntur potius Hieronymi interpretis est, scilicet epistula ad Sophronium data[1]. *Auctor contra expositionis tantum aberat, monente A. Peyron*[2], *ut hebraice doctus esset, ut eam linguam cum syriaca perpetuo confuderit atque primigenium textum commemorans non assecutus sit germanum eius sensum. Columbanum ipsum peritiorem fuisse ex interpretatione vocabulorum nonnullorum minime concludendum est, quippe quae ex onomasticis Hieronymi aliorumque facile colligere potuisset*[3]. *At linguae graecae auctor ille incognitus scientiam quandam habuisse videtur graecamque Symmachi interpretationem saepe citavit. Erat quoque iuris consultus, nam sub lege usurae non ignoravit exactionem prohibitam esse, atque valde graviter dolebat, quod iustitia suo tempore facta esset venalis:* vitium, *inquit,* quod nostris praecipue diebus increbruit. *Victui humano necessaria esse existimabat praeter frumentum etiam vinum et oleum. Constat autem Scottos nostros absque reliquarum gentium legibus*[4] *fuisse locoque vini oleique cerevisiam butyrumque consumpsisse, dum ea quae protuli argumenta potius in auctorem plagae australis convenire videntur. Diligentius quidem in rem me non inquisivisse confiteor et spero fore ut cultor quidam sancti viri quaestionem retractet iamque tandem absolvat. Interim certe dubitare licet, quin Columbani expositio psalmorum adhuc supersit. Praeterea ipsum multa alia vel ad cantum digna vel ad docendum utilia condidisse dicta auctor est Ionas*[5]. *Hymni quidem, ad quos haec verba inprimis referenda videntur esse, a Columbano compositi minime noti sunt, sed extant epistulae versibus hexametris vel adoniis satis eleganter conditae, quibus antiquorum poetarum flosculos passim intexuit. Doctrinam in iis Columbanus profitetur semper eandem, scilicet labente vita hunc mundum cum illecebris suis, deliciis divitiisque nihili aestimandum esse*[6], *poetamque Fidelio fratri rescribentem versibusque ludentem ad extremam crevisse senectutem iam dixi. Novum quod nuper in publicum prodiit carmen more celeusmatis antiqui ita compositum, ut eodem modo quo nautae ad resistendum procellis imbribusque sese adhortabantur et christiani fide firma diabolo resisterent ipsumque superarent, vivido certandi ardore dictatum est ab homine periculis pelagi assueto, et licet nomen poetae exceptis litteris* banus *iam abscissum sit, tamen nullus dubito, quin idem*[7] *sit qui in epistula ad Bonifacium scripsit*[8]*:* Vigilate, *inquit,* quia mare procellosum est et flabris exasperatur feralibus; ideo audeo timidus nauta clamare: Vigilate, quia aqua iam intravit in ecclesiae navem, et navis periclitatur. *Ex commemoratione Rheni fortasse conici licet poema a.* 611. *conditum esse, quo ex Theuderici regno expulsus flumen illud Columbanus navigabat. Bellatorem eum vehementissimum fuisse ex epistulis quas supra perlustravi intellegitur. Dolendum autem est magnam earum partem iniuria temporum periisse. Ad Gregorium M. non solum quae superest scripsit epistulam, in qua eius regulam pastoralem se legisse affirmat, sed etiam scripta, si biographo Salabergae*[9] *credi fas est, dedit, 'quae de pervigili pastorum cura elicuit',*

1) *Psalterium iuxta Hebraeos Hieronymi ed. de Lagarde p.* 1 *sqq.* 2) *A. Peyron, Ciceronis orationum fragmenta inedita p.* 189. 3) *E. gr. Columbani interpretamentum hoc (MG. Ep. III, p.* 156, 19*)* Bargoma vilis columba *manifesto pendet ex Hieronymi libro interpretationis hebraicorum nominum (Onomastica sacra ed. de Lagarde p.* 60*):* Bariona filius columbae. 4) *V. Columb. I,* 2. 5) *Ib. I,* 3. 6) *Columbani carmina ed. W. Gundlach, MG. Ep. III, p.* 182 *sqq., qui G. Hertelii dubitationem de auctore bene refellisse mihi videtur, 'N. Arch.' XV, p.* 514 *sqq. Artificium poetae examinavit Manitius, 'Zu spätern lateinischen Dichtern' ('Rheinisches Museum'* 1889, *XLIV, p.* 552*); 'Gesch. der christlich-lateinischen Poesie' p.* 390 *sqq.* 7) *Carmen E. Dümmler, 'N. Arch.' VI,* 191, *princeps edidit, qui de Columbano quodam iuniore cogitavit, at mecum convenit W. Gundlach, 'N. Arch.' XV,* 514. 8) *MG. Ep. III, p.* 170. 9) *V. Salabergae c.* 3.

atque etiam responsum papae idem auctor legisse vult. Praeterea complura ipsius de paschate scripta[1], *epistulae ad Theudericum Chlothariumque reges castigatoriae, contra Agrippinum de damnatione trium capitulorum, denique libellus contra Arianos adhuc latent.*

Columbanus in codice quodam Sangallensi[2] traditionum Scoticarum tenacissimus consectator *non immerito existimatur. Ordines in catalogo sanctorum Hiberniae*[3] *tres sibi invicem succedentes distincti sunt, cum unitas ordinis primi servata et in missis et in tonsura et in paschate desciscentibus his vel illis paulatim decresceret. Secundus ordo (a.* 543 — 599*), ad quem Columbanus ratione temporis potissimum pertinet, paucos episcopos multosque presbyteros comprehendens, varias celebrabat et missas et regulas, sed unum pascha XIV. luna post aequinoctium, unam tonsuram ab aure ad aurem servabat mulieresque separabat a monasteriis; tertius (a.* 599 — 665*), cui extremi ipsius anni adnumerandi sunt, in locis desertis habitabat et oleribus, aqua, elemosynis vivebat et propria devitabat; diversitatem autem extendebat in tonsuram, aliis coronam, aliis caesariem habentibus, atque etiam in sollemnitatem paschalem, cum alii XIV. lunam, alii XVI. cum duris contentionibus observarent. Columbanus autem a prisco quem a maioribus suis acceperat ritu ne unguem quidem transversum discessit. Scotti cum rectam fidem soli conservasse sibi visi essent, conversationem cum aliter credentibus effugiebant. Ut Daganus*[4] *Scottorum episcopus ad episcopos Anglorum Romanos veniens cibum cum iis nec in eodem hospitio quo vescebantur sumere voluit, ita Columbanus non cum omnibus sociabatur atque Theuderici regis et domum et dapes respuens*[5] *fortasse non solum impietatem, sed etiam fidem diversam abhorrebat. Hac separatione Romani laedebantur epistulaque ad episcopos abbatesque Scotticos data Dagani Columbanique abbatis in Gallias venientis exemplum protulerunt, ut demonstrarent Scottos Brettonibus non esse meliores, quippe qui utrique iuxta morem universalis ecclesiae non ingrederentur.*

Erat autem Columbanus homo vehemens feroxque natura neque quam passim praedicabat humilitati longius insistebat, si quis ipsius opinioni non acquievisset, immo summis potestatibus vel papae, etsi eius supremum in causis ecclesiasticis iudicium ipse agnovit, imperterritus obsistebat verbisque non parcebat iustoque iure adversarii superbam in ipso scribendi praesumptionem[6] *offendebant. Sermone autem Hertelio monente utebatur triplici, scilicet virido in epistulis, pio in paraeneticis, sicco in scriptis*

1) *Epistulam paschalem ad venerabilem papam quendam datam, quam e codice Parisiensi n.* 16361. *erutam sermonis ratione habita Columbano attribui ('N. Arch.' X,* 88*), meisque argumentis seductus W. Gundlach inter illius scripta admisit (MG. Ep. III,* 177 *sqq.), re iterum perpensa, cum Seebassio ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' XIV,* 93*) iam consentio potius a sectatore Victorii compositam esse, quippe qui immolationem agni, i. e. passionem Domini, ante lunam XIV. ideoque resurrectionem ante lunam XVI. non passus sit celebrari, auctoritatem sedis apostolicae secutus. Eadem monente Seebassio (Herzog, 'Real-Encyclopädie' IV,* 246[3]*) inter Hieronymi opera a Vallarsio (Migne, Patrol. Lat. XXII, col.* 1220 *sqq.) iam edita erat e codice Vaticano n.* 642, *fol.* 89, *ubi Hieronymo item falso attributa est. Neque quae Columbani nomine extat brevis de saltu lunae expositio, incipiens ita:* Sanctus Columbanus haec de saltu lunae ait, *quam P. Gabriel Meier, 'Jahresbericht über die Lehr- und Erziehungs-Anstalt des Benedictiner-Stiftes Maria-Einsiedeln'* 1886/7, *p.* 30, *e codice Sangallensi n.* 250, *saec. IX, princeps edidit, germanis ipsius scriptis addi potest, licet eam Notgerus Labeo in computo suo Columbani nomine citaverit, nam auctor cyclum decemnovenalem adhibens multis annis post et procul dubio saec. VIII. ex. vel IX. in. degit.* 2) *Cf. Greith, 'Gesch. der altirischen Kirche' p.* 295. 3) *Ed. Haddan et Stubbs l. l. II,* 2, *p.* 292. 4) *Beda, Hist. eccl. II,* 4. 5) *V. Columb. I,* 19. 6) *MG. Ep. III,* 162.

legiferis. In epistulis exquisitius dicendi genus colebat, argutiis vocabulisque peregrinis adhibitis, ita ut et graecis litteris et hebraicis doctus crederetur, dictioque florida speciem praebet parum communem, ne dicam mirabilem. Carminibus Vergilii, Horatii, Ovidii ita studuerat, ut ea haud timide passim expilare posset. Ex libris auctorum classicorum latinas litteras Scottus didicerat eo melius, quo minus patrii sermonis affinitate ad soloecismos seduceretur, scholisque ipsius pueri francogallici non solum ad paenitentiam, sed etiam ad puriorem latinitatem educari poterant. De emendandis ecclesiae Gallicanae moribus corruptis atque de Germanis fide christiana imbuendis optime meritus est. Eo quod Scottis insitum est peregrinandi[1] studio actus consilium duplex ceperat, ut primo Gallos christianos temptaret, num humilitati paenitentiaeque paterent, si minus, gentes vicinas[2]; easdem expulsus e Theuderici regno visitavit, sicut ipse sibi proposuerat[3], easdem ut visitarent successores, praeceptum reliquit ultimum[4]. Itaque concedendum est, eum ad paganos convertendos a patria minime exisse, sed postea in propositum illud declinasse, neque vero propterea locum primarium inter praedicatores gentium perdere mihi videtur. Iustiore de causa id vitio ipsi vertitur, quod in inceptis suis persequendis parum praestiterit constantiae[5]. Monasteria autem, quorum ipse vel discipuli eius fundamenta iecerant, hunc quem habemus humanum cultum civilemque per longum tempus fere sola conservasse posterisque tradidisse constat, et quaeritur, unde hanc litterarum scientiam artesque quas colebant acceperint Scotti in extremo orbe degentes. Fides christiana eis certo Roma allata est, caerimoniaeque quibus utebantur obsoletae multis saeculis ante ibidem colebantur. Cyclum paschalem quem observabant inter a. 312—342. Romae ut legitimum receptum esse demonstravi[6], eumque retinebant, licet ratio modusque interim non semel ibi mutata essent. De artis picturaeque ratione qua ad codices exornandos utebantur, monente harum rerum viro[7] peritissimo, idem dicendum est, scilicet etiam hanc a Romanis Scottos didicisse, sed deficientibus exemplis magistrisque postea aberrasse, fortiterque quae nunc iterum pullulare incipit opinioni vesanae auctor meus obstitit, quasi ex Aegypto originem illa traxisset. Chirurgiae quoque peritiam quandam Columbanus habuisse videtur, si ipsius biographo credi fas est, digitum monachi falce abscisum frontemque alterius cuneo laesam ab eo curata esse[8]. Denique ipse sociique eius de societate humana optime meriti sunt, silvas caedentes locaque deserta colentes, ut culta necessitatibus humanis terra iam serviret. Luxovium, Bobium, S. Galli monasteria florentissima quid ante Scottos fuerint, iusto iure quaeri potest, responsumque optimum reddidisse mihi videtur vir ille doctissimus ex eadem gente prognatus[9]: Quid, *inquit*, nisi latibula ferarum, quae postea amoena erant humani consortii diversoria, postquam ea nostri labore et industria excoluere! Quippe Hibernorum labor et parsimonia et pietas hominum traxere frequentiam; scholae amorem auxerunt, disciplinae reverentiam; unde eis eorumque discipulis commissi sunt agri excolendi et silvae excidendae; extructae sunt domus monasteriis propinquae; deinde villae paulatim crevere; et demum immunitatibus regiis opitulantibus, ad civitatum iura et dignitates evectae sunt.

1) *Cf. V. S. Galli auct. Walahfrido II,* 46: de natione Scottorum, quibus consuetudo peregrinandi iam paene in naturam conversa est. 2) *V. Columb. I,* 4. 3) *MG. Ep. III, p.* 167; *cf. V. Columb. I,* 27. 4) *V. Columb. II,* 8. 5) *Malnory l. l. p.* 45. 6) *'N. Arch.' IX,* 167. 7) *Springer apud Loofs, De antiqua Britonum Scotorumque ecclesia* 1882, *p.* 119. *Inter artem Scotticam et Romanam necessitudinem quandam intercedere vel F. W. Unger, 'La miniature Irlandaise' ('Revue celtique' ed. Gaidoz* 1870, *p.* 8 *sqq.) non omnino negavit.* 8) *V. Columb. I,* 15. 9) *O'Conor, Rerum Hibernicarum scriptores veteres, Buckinghamiae* 1814, *I, p.* 225.

Bella Columbano gerenda fuerant et intestina cum sociis et externa cum episcopis, quaeque sub ipso exarserant eadem in successores una cum reliqua hereditate transfudit. Qui cum difficultatibus non eodem modo pares essent, traditiones a conditore acceptas integras posteris servare nequiverunt.

In monasterio Bobiensi, Columbano mortuo, pater suffectus est Athala[1], *cui ex Theuderici regno expulsus sanctus monasterii Luxoviensis primo commiserat imperium. Is e Burgundionum genere nobili prognatus liberalibus litteris a patre imbutus, deinde Arigio episcopo Lugdunensi commendatus erat, ut cum sodalibus ad saeculares ecclesiae honores praepararetur; ad vitam autem coenobialem aspirans cum duobus pueris ad Lerinense monasterium se contulerat, cumque disciplinam ibi laxatam esse animadvertisset, Columbanum Luxovii adierat, qui suo ministerio adiunctum eum disciplinis ecclesiasticis instruere studebat. Iam abbas creatus exemplo magistri disciplinam regularem fortiter exercebat. Subditi nimium novi patris fervorem vix aegreque sustinebant, animoque commoti, cum ab ipso diu castigarentur, libertatem desideratam quaesiere, atque monasterio relicto, alii sinus maritimos adiere, alii eremiticam anteposuere vitam, sive commerciis sive natura magis delectabantur; abbati vero detrahere non cessabant. Interim obiurgator vehementissimus mortem occubuit. Quo signo tacti plurimi ad se redierunt, praemissaque confessione paenitentiaque, abbati reconciliati sunt, quique verecundia tunc retinebantur, aliorum morte perterriti postea in gratiam successere. Monachi Bobienses sicut Luxovienses agri culturae vacabant telluremque ad frumenta suscipienda vomere excolebant. Cum frater quidam in reparanda stiva glebae asperitate confracta pollicem abscidisset, ipsum quamvis terra iam conditum Athala manui adiunxit moreque magistri sanavit. Frumentum horreis conditum, ut in farinam mutatum victui humano adaptaretur, in molendinum tradendum erat. Erat autem molendinum monasterii ad Bobium torrentem situm, eique unus ex fratribus custos praepositus munere satis periculoso fungebatur tempore, quo aquarum moles ex montibus delapsae rupibus arboribusque congestis totam officinam demergere nitebantur. Athala non solum singulari fervore eminebat, sed etiam quaestiones difficiliores et solvere et opponere poterat, ita ut Arianis haereticis fortiter resistere valeret. Qui cum praecedente rege quantis poterant viribus monasterium sublevarent omnemque fratribus reverentiam impenderent, hi insolentiis respondere solebant, unde Ariowaldus dux Taurinensis presbytero cuidam Bobiensi ab Athala Ticinum misso occurrens, 'iste', inquit, 'e Columbani monachis est, qui nobis salutantibus denegat apta respondere'*[2]. *In quaestione trium capitulorum, in qua papae Columbanus fortiter restiterat, sedis apostolicae voluntati Athala se subiecit, sublata communione cum defendentibus, qua de causa ab Agrestio monacho Luxoviensi epistula per Aureum Adalwaldi regis Langobardorum notarium missa ipse vehementissime increpabatur*[3]. *Idololatria autem ne in Italia quidem tunc extirpata erat, fanumque arboribus intersitis haud procul a monasterio in villa ad Iram fluvium situm erat, cui Meroveus monachus Dertonam missus ignem supponebat*[4]. *Die vitae supremo instante Athala saepta monasterii densabat, tecta sarciebat, equos quiete fovebat, libros ligaminibus firmabat, supellectiles ablui, calceamenta parari omniaque quae corrupta erant restaurari iubebat, quasi iter quoddam suscepturus esset. Obiit autem die* 10. *Martii c. a.* 627.[5] *Socio moribundo fratrum caterva adstare solebat, ut animae de vita exeunti supremos honores psallentes tribuerent*[4].

1) *V. Columb. II,* 1—6. *Nomen Germanicum ut* Athala *apud Cassiodorum (Var. XI,* 1*),* Athal *apud Iordanem (Auct. antiq. V,* 1, *p.* 143*) audit, ita in melioribus Ionae codicibus* Athala *et* Atala *scriptum est.* 2) *V. Columb. II,* 24. 3) *Ib. II,* 9. 4) *Ib. II,* 25. 5) *Vide ea quae ad II,* 6. *adnotavi.*

Eustasius, item e Burgundionum genere nobili ortus, ut erat indigena, a comitatu sancti Luxovio abscedentis, ut remaneret, avulsus erat, laborante Mietio ipsius avunculo, qui ecclesiae Lingonicae episcopus tunc praeerat[1]*; sed postea cum multis fratribus Luxoviensibus ad Theudebertum regem confugisse*[2] *videtur, cum inter eos esset, qui prope* 5 *Brigantiam cum sancto versarentur. Idem loco magistri, cum Athala ipsum subsequi maluisset, neque quem item designaverat Waldelenus praepositus factus esset, monasterium Luxoviense gubernabat, patreque defuncto, etiam abbatis nomen meruit. Ex Italia reversus*[3]*, quo legatum eum a Chlothario missum esse supra enarravi, pro communi necessitate et fortasse pro Leudemundo episcopo Sedunensi deprecaturus, qui perduellionis reus* 10 *Luxovium ad ipsum a.* 613/4. *confugerat*[4]*, ad eundem regem se contulit in Neustria residentem. Domum regressus praeceptum sancti implere studebat, ut gentes vicinas fide catholica imbueret. Eo autem consilio haud ita longe a monasterio progredi ei opus erat. Ad utramque Dubis fluvii ripam Warasci, qui inter Germaniae populos numerantur, incolebant partim haeretici, scilicet Photini Sirmiensis aut Bonosi Narsitani* 15 *erroribus dediti, alii pagani. Quibus ad fidem conversis, cum Suevis magister evangelium praedicasset sociusque eius Gallus in eo negotio persisteret, ultra eos ad Baioarios tetendit multoque labore plurimos eorum christianos fecit. Ubi aliquamdiu versatus, relictis viris sagacibus, qui opus inceptum continuarent, Luxovium rediit. Ibi exemplo Columbani tam monachos quam vicinos ad peculiarem Scottorum paenitendi modum ex-* 20 *citare studebat multosque facundia sua erudiebat, qui postea sedes episcopales meriti sunt, scilicet Chagnoaldus Columbani quondam minister Lugduni Clavati, Acharius Veromandorum et Noviomi et Tornaci, Ragnacharius Augustae Rauracorum et Basileae, Audemarus Bononiae et Tarvanae oppidorum episcopi. Cum igitur instituta magistri quam maximis viribus propagaret et non solum apud Francorum proceres, sed etiam* 25 *apud regem honore atque veneratione frueretur, diversitas ritus episcopos ecclesiae Gallicanae ad novum vehementemque impetum incitabat, quibus ex ipsius monachis socius optatissimus surrexit. Agrestius postquam apud Theudericum regem notarii munere functus est, compunctione quadam tactus Luxovium pervenerat atque se suaque omnia Eustasio patri tradiderat. Qui cum gentium praedicator esse vellet neque in religione satis pro-* 30 *fecisset, idoneum ad tale opus eum minime esse abbas existimans consensum dare noluit; pertinacem vero retinere nequibat. Primo ad Baioarios progressus, paululum apud eos moratus est, deinde Aquileiam transiit. Aquileienses a communione sedis apostolicae trium capitulorum quaestionis causa se separasse supra commemoravi, eorumque partibus Agrestius adhaesit, epistulam veneno conviciisque plenam ad Athalam conscribens eandem,* 35 *cuius supra memini. Luxovium reversus, cum doctrinas suas profiteretur, ab Eustasio primo admonitus, deinde cum resipiscere nollet, a collegio segregatus est. Iam per Abelenum episcopum Genavensem ad episcoporum societatem accessit, iique coniuncti apud Chlotharium conquesti sunt, quibus quantisve molestiis per sectatores religionis regulaeque Columbani ecclesia turbaretur. Rex autem ad causam examinandam decidendamque* 40 *synodum convocari iussit, ut tandem aliquando pax ecclesiae repararetur. Itaque episcopi Burgundiae, praesidente Tretico Lugdunensi, assistente Warnachario maiore domus Eustasii adversario, eodem quo concilium Clippiacense celebratum est anno XLIII. regis, i. e. a.* 626/7. *p. Chr., in suburbano Matisconensis urbis consederant die statuto, cum subito maior domus morte praeventus interiit*[5]*. Quo omine fiduciam adversariorum et* 45 *inprimis Agrestii imminutam esse credibile est. Accusator enim surgens ea quae ad-*

1) *V. Columb. I,* 20. 2) *Ib. I,* 27. 3) *Ib. II,* 7—10. 4) *Apud Fred. IV,* 44, *nomen* Austasius *scriptum est.* 5) *Ex loco Fredegariano IV,* 54, *annus concilii Matisconensis accurate determinandus est, id quod fugit F. Maassen, Concilia I,* 206.

versus Columbani regulam sibi obicienda erant trementibus labiis edisseruit, scilicet superflua et canonicae institutioni aliena illa contineri, veluti frequentem et signandi cochlearis et benedictionis quaerendae consuetudinem[1], *sanctumque a ceterorum moribus desciscere diversa et missarum celebratione et tonsura. Quaestio igitur maxima, qua publicus rerum ordo turbaretur, paschalis scilicet, a Iona consulto silentio praetermissa est, dum tota quae hic castigatur discrepantia inter utrumque ritum levioris momenti est, ad intestinas tantum pertinens res. Idem de reconciliatione dicendum est, quam Ionas ita factam esse statuit, ut Agrestium disciplinam institutaque magistri detrectantem Eustasius haudquaquam patienter ferens intra praesentem annum in divinum iudicium citavisset, quo praesagio terribili partis Agrestianae fautores perculsi concordiam restituissent. Manifestum enim est, quaestione paschali neglecta, episcopos cum monachis Luxoviensibus numquam concordare potuisse, ideoque, si pax tunc facta est, id quod non negarim, tamen condiciones a parte adversa dictatas eaque occasione non solum regulam reformatam, sed etiam antiquam Scottorum supputationem abrogatam esse necesse est. Quo facto, cum reliqui Galliarum episcopi tum Abelenus monachis non solum non obstiterunt, sed etiam ad confirmanda Columbani instituta operam contulerunt. Eustasius autem disciplinam coenobialem minime remittens, qui Agrestio aliisque secedentibus sibi remanserant eos colligere studebat. Maxima monachorum multitudo ipso gubernante Luxovium confluxit, ita ut locus vix sufficeret aliaque in vicinis locis monasteria construenda essent, quae sicut Grandivallense Waldebertus eius successor*[2] *(a.* 629—670*) aedificavit. Eustasius ipse, postquam per triginta dies aegrotavit, a.* 629, *die* 2. *Aprilis, animam exspiravit*[3].

Ipso sedente B e r t u l f u s[4] *vitam regularem in monasterio Luxoviensi diu degit vir genere nobilis, qui ex gentili christianus factus, dimissis rebus omnibus, Arnulfi episcopi Mettensis consanguinei vestigia primo secutus erat. Athala autem cum ex Italia profectus Luxovium quondam advenisset, ipsum socium sibi cooptavit, neque Eustasius consensum detrectavit, cum concordissimi ut erant collegae subiectos sibi invicem commutarent, sive hic sive ille desiderabatur. Monasterio Bobiensi iam adscriptus Bertulfus praecepta magistri tam strenue implebat, ut mortuo Athala tota congregatio consensu omnium eum in paternam dignitatem sublimaret, primumque ea occasione conventus ius abbatis eligendi liberum exercuisse videtur. Attamen Probus episcopus Dertonensis abbatem cum monasterio suae iurisdictioni subigere intendens, eo consilio aulicos pontificesque vicinos sibi conciliavit, per quos Ariowaldum regem Langobardorum capere vellet; is autem iure ecclesiastico probandum esse non ignoravit, utrum monasteria procul ab urbibus sita episcopali dominio subiacerent annon, causamque alienam attingere noluit. Bertulfus cum, quid in se suosque moveretur, ab aulico quodam certior factus esset, et ipse regem ambiens, ad iudicium synodale remissus est. Illud non sine causa perhorrescens litem ad sedem apostolicam deferre maluit; rex vero quamvis sectae Arianae deditus esset, tamen monachis magis quam adversariis eorum favens sumptu publico eum cum obsequiis Romam perducendum curavit. Honorius papa examinata regulari disciplina ipsum cotidie adhortatus, ut pestem Arianam extingueret, tandem privilegium optatum a.* 628, *d.* 11. *Iunii, ei largitus est, quo monasterium iurisdictioni episcopali exemptum dominio papali subdidit, episcopis vel introitum interdicens, nisi a praeposito invitati ad missarum sollemnitatem celebrandam asciti essent*[5]. *Fratres sub Bertulfo colendis non solum agris sed etiam vitibus vacabant, vineaeque saeptis munitae unus eorum custos tempore vindemiae prae-*

1) *Regula coenob. c.* 1. 3. 2) *V. Miracula Waldeberti et Eustasii auct. Adsone, SS. XV,* 1193. 3) *Vide ea quae infra ad V. Columb. II,* 10, *adnotavi.* 4) *V. Columb. II,* 23. 5) *Privilegium ed. in Hist. patriae monum. Chart. tom. I, col.* 5; *cf. Jaffé nr.* 2017 [2].

ponebatur, ne avium bestiarumve incursus damnum inferrent. Saepta autem quotannis arboribus densanda erant, in quod negotium transigendum 30 *monachi iussu abbatis quondam incubuerunt*[1]. *Bertulfus postquam tredecim annos monasterium gubernarit, defunctus est c. a.* 640.

5 *Winiocus presbyter ex paroecianis ad Columbanum visitandum Luxovii saepe aderat, sive vim artificii admirabatur, qua Scotti arbores in silvis caederent*[2], *sive miraculo stupebat, quo horreum frumento noctu repleretur*[3]. *Eius filius* **Bobolenus** *post Bertulfum abbas monasterii Bobiensis electus est, quod centum quinquaginta monachi tunc occupasse feruntur. Is maximam curam privilegii confirmandi ampliandique egit* 10 *illius, quod ab Honorio papa decessor acceperat, eaque de causa Rotharium regem Langobardorum et Gundibergam, sub quorum defensione monasterium positum erat, adiit, ut apud sedem apostolicam sibi suffragarentur. Eorum intercessione Theodorus papa a.* 643, *die* 4. *Maii, Boboleno 'presbytero et abbati' optatam privilegii confirmationem concessit. Patri monasterii totique congregationi episcopum eligere licebat, per quem missarum sol-* 15 *lemnia celebrarentur aut presbyteri diaconique vel tabulae in quibus missae celebrandae essent consecrarentur, eumque monasterium ingressum, officio sacro absoluto, statim abire nec quicquam pretii postulare fas erat. Etiam secretis monasterii ipse prohibebatur, ne quieta monachorum vita turbaretur. Praeterea sacerdotibus, nisi essent vocati, potestas omnino nulla in monasterio exercenda erat neque in rebus neque in personis ordinandis;* 20 *abbas vero post mortem patris is ordinandus erat, quem tota congregatio elegisset. Inprimis episcopo dioecesano interdictum erat, ne privilegium infringeret aut ecclesias decimasque monasterii usurparet. Disciplina intra monasterium patri conveniebat, cui monachi tepidi ad regulam corrigendi erant; sin ipse eam neglexisset, sedis apostolicae iurisdictionem subibat*[4]. *Bobolenus, si poetae multo posteriori credere fas est, ab ipso Colum-* 25 *bano edoctus inter fratres fortiter manibus operabatur similique curandi gratia pollebat, ita ut monachi artus lapide praecisos restituere posset*[5].

Columbanus Theudeberti regnum ingressus pagum Briegium villamque Pipimisiacum circa duobus milibus ab oppido Meldensi distantem attigerat, quam Chagnericus[6] *conviva regis cum Leudegunde uxore inhabitabat. Ab eis summo cum gaudio receptus* 30 *omnique subsidio instructus benedixerat totam domum liberosque sibi ita conciliaverat, ut omnes postea ordinem ecclesiasticum elegerint. Chagnoaldus enim, quem ministrum ipsi apud Brigantiam servisse supra commemoravi, ex monacho Luxoviensi postea Laudunensem episcopatum adeptus est; Burgundofaro*[7] *autem sedem Meldensem occupavit. Denique* **Burgundofaram**, *quae vulgo Fara appellatur, i. e. 'genealogia,* 35 *generatio'*[8], *filiam Columbanus benedicens Domino voverat, sed pater votum minime curans eam invitam alicui desponderat. Factum est autem, ut Eustasius abbas ad Chlotharium regem pergens Chagnoaldo comite Chagnerici domum visitaret. Ubi cum in puellam incidisset oculorum dolore febribusque laborantem, in patrem vehementer invectus, quasi sancti interdictum violaturus esset, illo promittente fore, ut votis*

40 1) *V. Columb. II*, 25. 2) *Ib. I*, 15. 3) *Ib. I*, 17. 4) *Ea quae praeterea in privilegio papali (ed. in Hist. patriae monum. Chart. I, col.* 6; *cf. Jaffé n.* 2053[2]) *enarrantur, scilicet mitram aliaque pontificalia abbati concessa esse, suspectae fidei sunt; cf. Muratori, 'Annali d'Italia' IV*, 92. *Apographon enim a.* 1172. *exaratum adulteratum est neque vero suppositicium, cum formula comparata cum genuina Burgundofaronis charta in universum* 45 *fidem mereatur.* 5) *Cf. Versus de Bobuleno abbate in appendice edendos.* 6) *V. Columb. I*, 26. *II*, 7. 7) *Burgundofaro pontifex Meldensis urbis una cum Waldeberto abbate Luxoviensis coenobii testis aderat miraculi in monasterio Evoriacensi patrati, neque vero eum fratrem Burgundofarae fuisse Ionas II*, 21, *meminit.* 8) *V. Waitz, 'VG.' I*, 81[3].

puellae non amplius obsisteret, ipsam facile ad sanitatem revocasse dicitur sospitemque matri commendavit, donec a Chlothario rediens religiosis vestibus eam indueret. Pater vero pollicitationis mox oblitus nuptias iam parare decrevit. Quod puella comperta cum socia ad basilicam S. Petri Meldensem confugit, cumque et ibi pueri a patre missi mortem in ipsam intenderent, Eustasius regressus eam liberavit atque per Gundoaldum urbis illius pontificem sacris vestibus induendam curavit. Tunc monasterium virginum Evoriacas vel Brigense[1]*, postea ex sanctae nomine Farae monasterium, hodie Faremoutiers appellatum, in solo paterno aedificatum est curamque aedificandi Eustasius monachis duobus, Chagnoaldo scilicet fratri puellae et Waldeberto, commisit una cum regula docenda. Domus*[2]*, quo tribus ostiis aditus patebat, et cellas et dormitorium commune comprehendebat neque hortus deerat, in quo olera coquinae necessaria ab ipsis virginibus colebantur; totum autem monasterium saeptis vel vallo cingebatur, quae transiliendo violari non licebat. Burgundofara mater virginibus praeerat aliaque cellariae munere fungebatur. Cum abbatissae fama passim per Gallias atque etiam per Britannias celebraretur, proceres non solum Francorum, sed etiam Anglosaxonum filias erudiendas ac sponso caelesti copulandas ipsi tradebant*[3]*, ita ut virgines multae eo confluerent, inprimis e familiis nobilibus ortae. Instituta coenobialia a praeceptis quae monachis suis Columbanus dederat parum differebant. Confessionem apud matrem virgines expromebant, quae paenitentiam ad regulam peccantibus irrogabat a corpore Domini iam segregatis. Etiam cotidiana delicta in cogitatione, in sermone, in opere commissa confiteri oportebat, terque cotidie, sicut erat et monasterii et regulae consuetudo, per confessionem mens purgabatur*[4]*. Cum Columbano bina confessio suffecisset tertiaque a Donato addita esset, huius regulam in monasterio Evoriacensi a virginibus observatam esse ex hoc loco concludi licet. Missarum sollemnia a monacho celebrabantur, quo munere Ionas quondam fungebatur, eisque Burgundofara cum famularum collegio intererat. Virgini moribundae reliquae cum matre ad supremos honores praestandos aderant psallentesque animam exeuntem comitabantur; tricesimo autem die commemoratio defunctae cum missarum sollemnitate in ecclesia celebranda erat. Puellae tam diligenti matris custodia intra coenobium educabantur, ut una earum inter sexuum naturam diiudicare nequiret, marem feminamque idem esse existimans. Parentes nobiles filias in universum nuptum dare quam monasterio tradere malebant consensumque non dabant, nisi postquam omnes eas retinendi conatus frustrati sunt. Intrantibus autem monasterium nobilibus puellis neque diciplina neque tenuis victus valde arridebat. Complures furtivo cibo gulae aviditatem esuriemque satiare aggressae sunt; aliae autem et inprimis noviciae illius vitae pertaesae saeculique desiderio arreptae fugam iniebant saeptaque per scalam transiliebant, cum diabolo conversari praeferentes quam cum sancta matre, neque vero inceptum semper prospere procedebat, sed in ipso vallo transiliendo deprehensae libertatis amorem confessione paenitentiaque luebant. Agrestium rebus novis studentem, qui post synodum Matisconensem eo se contulerat, refellens*[5]*, Burgundofara magna cum constantia fraudibus ipsius obstitit. Monasterii terminos violabat omnemque eius familiam persequebatur Aega maior domus, cuius mors a. 641. virgines ex aliqua parte relevabat. Burgundofara quot annis post vixerit, minime constat. Inter sanctas relata die 7. Decembris colitur apud Usuardum*[6]*:* In pago Meldicensi sanctae Farae virginis, *quocum epitaphium quoddam Caroli Calvi*

1) *Beda, Hist. eccl. III,* 8: in monasterio, quod in regione Francorum constructum est ab abbatissa nobilissima vocabulo Fara in loco qui dicitur in Brige. 2) *V. Columb. II,* 11—22. 3) *Beda, Hist. eccl. III,* 8. *Willesuindae ex genere Saxonorum Ionas II,* 17, *meminit.* 4) *V. Columb. II,* 19. 5) *Ib. II,* 10. 6) *Ed. Bouillart p.* 197.

tempore compositum[1] *et Martyrologium Evoriacense*[2] *c. a.* 1200. *conveniunt, dum dies III. Non. Apr. in praescriptionibus codicum inferioris notae A* $1b^{3.4}$ *Ionae legitur. Abbatissae Burgundofarae successere virgines stirpis regiae Anglorum, scilicet Saethryd, Annae regis Anglorum orientalium filia privigna, et Aedilberg, eiusdem filia naturalis; praeterea earum neptis Earcongota eidem monasterio adscripta erat*[3]. *Cum fratres permulti ibidem consedissent, separatis quidem aedibus, monasterium altera saeculi VII. parte factum est duplex, idemque cum Habendensi coniunctionis eiusmodi prima fuere exempla. Quae licet cum Columbani institutis parum conveniret, tamen ex ipsis exorta est. Piis puellis unus alterve ex probatissimis fratribus ab abbate Luxoviensi aggregabantur, ut curam in spiritualibus gererent, sexus muliebris mox alios attrahebat, itaque marum monasteria surrexere iuxta puellarum.*

Extat Burgundofarae testamentum[4] *a. V. Dagoberti, i. e.* 627. *p. Chr., d. VII. Kal. Nov. datum, actum autem d. VII. Id. Octobr., quo monasterio Evoriacensi in honorem Mariae et Petri aedificato, cum ibi residens diem supremum expectaret, quas ex hereditate paterna antea tradiderat possessiones confirmasse fertur. Formula quidem veris testamentis non absimilis est, constructionesque tales quales:* visa sum aedificasse, visa sum accepisse, locum, quod est constructum, *illius aevi consuetudini optime respondere videntur neque cum charta Burgundofaronis*[5] *omnino falsa testamentum comparari licet, ubi Faro Faraque appellantur Burgundofaro Burgundofaraque. Sigilla quae ab utroque documento pendent chartae quoque genuinae postea affixa esse possunt. Aliae autem suspicionis causae haud ita facile removendae sunt, scilicet virginem a.* 610/1. *intra infantiae annos constitutam et post a.* 641. *defunctam respectu dissolutionis suae a.* 627, *vix plus quam* 27 *annis natam testamentum condidisse, deinde distinctionem inter datum et actum in testamentis inusitatam. Chagnulfi nomen fratri sanctae inditum comitis Meldensis esse potest, cuius in privilegio Resbacensi a.* 635. *mentio fit*[6].

A Meldorum oppido haud ita multum progressus Columbanus in villa Vulciaco ad Matronam sita ab Authario eiusque uxore Aiga receptus erat materque filios teneros benedicendos ei obtulerat. Hi adulti apud Chlotharium et Dagobertum reges summam gratiam inierunt neque vero gloriam saeculi consecuti aeternae obliti sunt. Ado enim maior natu monasterium virginum Iotrense, alter Dado referendarius regius creatus cum fratribus, e quibus Rado tertius a Iona praetermissus est, in saltu Briegensi Resbacense ad regulam Columbani construxerunt[7], *quae monasteria haud longe et inter se et ab Evoriacensi distant. Ex eis maximam auctoritatem, quod ad ius ecclesiasticum pertinet, monasterium* R e s b a c e n s e *consecutum est, cuius privilegia inter formulas admissa posteris exempla imitandi facta sunt. Locus, ubi monasterium situm erat, ad fiscum regium spectans conditoribus largitate Dagoberti regis concessus erat, qui conditum ex eodem fisco partim ditaverat, cum alia fratres una cum patre contulissent. Monasterio, quod in honorem Petri, Pauli, Antonii constructum primo Ierusalem appellabatur, Agilus abbas praeerat, qui monachus Luxoviensis Eustasium quondam in Baioariam comitatus erat*[8]. *Rogatu conditorum privilegium*[9] *plenissimae libertatis, scilicet et immunitatis et exemptionis ex iurisdictione dioecesana, rex monasterio a.* 635, *die* 1. *Octobris, concessit, quod ad episcopos, duces, Chanulfum comitem Meldensem datum Dado ipse obtulit. Singulas autem quas monachis, ut quiete ibi residere possent, attribuit libertates ita plenius decripsit,*

1) *Mabillon, AA. SS. Saec. II,* 449. 2) *Cf. Mabillon, Annales ord. S. Benedicti I,* 434. 3) *Beda, Hist. eccl. III,* 8. 4) *Ed. Pardessus, Dipl. II,* 15. 5) *Ib. I,* 193. 6) *K. Pertz, Dipl. I, p.* 16. 7) *V. Columb. I,* 26. 8) *Ib. II,* 8. 9) *Ed. Pertz, Dipl. I, p.* 16.

1) *ut episcopo nulli quicquam de rebus monasterii tollere liceret neque potestatem quandam in eo exercere,*

2) *neque illud intrare nisi voluntate abbatis aut congregationis,*

3) *ut abbate defuncto, quem ex semet ipsis ipsa congregatio elegisset, sibi eum seniorem institueret,*

4) *ut ne iudicibus quidem res usurpare liceret aut ad exercendam potestatem iudiciariam monasterium possessionesque eiusdem ingredi, sed omni immunitate illud cum congregatione sua frueretur.*

Hoc privilegio tota iurisdictio dioecesana episcopo loci extorta est neque quicquam ei remansit, ne summum quidem ius instituendi[1] *abbatis libere electi; potestatem autem non solum saecularem, sed etiam ecclesiasticam rex removit iure fisci,* dum, *inquit,* super nostra est largitate constructum. *Erat igitur monasterium regium, de quo disponendi facultatem sibi soli reservavit. Verebatur autem ipse, ne quis detrahendo aestimaret, eum 'in id nova decrevisse', quare affirmare festinabat de canonica auctoritate nihil eo imminutum esse, exempla insuper afferens monasteria Acaunensium, Lerinensium, Luxoviensium, S. Marcelli Cabillonensis, quae et ipsa iam inde antiquitus per regalem sanctionem sub libertatis privilegio constitissent. Etsi privilegiis his deficientibus*[2], *de qualitate libertatis singulis concessae iudicari nequit, tamen ex historia ecclesiastica compertum habemus, vel celeberrimum Lerinensium monasterium ex iurisdictione dioecesana minime exemptum fuisse*[3], *neque ante Columbanum vestigium illius libertatis coenobialis in Galliis deprehenditur, qualem ipse suo Luxoviensi monasterio asseruerat, qualisque Resbacensi competere videbatur 'ad modum Luxoviensis'*[4] *instituto. Interim cum reliquorum episcoporum tum Meldensis auctoritatem canonicam rex re vera imminuerat neque ipsis invitis privilegium regium ad effectum adduci poterat. Unde Dado referendarius cum fratribus a Burgundofarone qui Meldicae ecclesiae tunc praeerat postulabat atque rex una cum Canderico patriarcha Galliarum, scilicet episcopo Lugdunensi, aliisque episcopis parti Scottorum addictis eidem supplicabant, ut simili beneficio monasterium instrueret, isque constitutionem suam*[4] *a.* 638 *(vel* 637 *?) d.* 1. *Martii et comprovincialibus suis confirmandam obtulit. Iam ipse episcopus dioecesanus non solum ius instituendi abbatis congregationi contulit verbis hisce:* quem unanimiter omnis congregatio illa monachorum ex semet ipsis optime regulam compertum elegerint, sibi seniorem instituant, *sed etiam iuri suo circa pontificalia renuntians, eidem concessit, ut benedictiones, consecrationes, sacros ordines a quovis spirituali pontifice perciperent, ut si quis e monachis more Scottico ordinem episcopalem nactus esset, is ea perficere posset, atque verbis apertis professus est, nullam se potestatem neque in rebus neque in ordinandis personis monasterii habere, disciplinam quoque monachorum totam abbati cedens. Monasteria licet complura usque ad Karoli M.*[5] *tempora exemplo Lerinensium, Acaunensium,*

1) *Contrariam opinionem tuitus est qui in has res ea qua callet sagacitate inquisivit Theodorus de Sickel, 'Beiträge zur Diplomatik' IV ('SB. der phil.-hist. Classe der Wiener Akad.'* 1864, *p.* 571 *sqq.), verbo* instituat *(Pertz l. l. p.* 17, 29*) subiectum attribuens episcopum loco congregationis, idemque iurisdictionem moderatam episcopis semper reservatam esse statuit, vel contradicentibus privilegiis. Institutis enim Scottorum non eam quam par est auctoritatem vindicasse videtur, unde libertatem monachorum iusto minorem fuisse credidit, postea quidem per episcopos coercitam.* 2) *In binis Chlotharii regis (a.* 613—629*) privilegiis, quorum chronographus Acaunensis a.* 830. *meminit (Gremaud, 'Origines' p.* 26*), sanctum erat, ne consuetudo monachorum Acaunensium immutaretur, neve abbas constitueretur, nisi ex ipsis quem fratres elegissent.* 3) *Cf. Auct. antiq. VIII, p. LIV.* 4) *Pardessus l. l. II, p.* 39. 5) *Cf. privilegium monasterio Acutiano in territorio Sabinensi sito a Karolo M. a.* 775. *con-*

Luxoriensium monachorum instituta sint, libertates tamen non eaedem ab episcopis eis concedebantur, sicut Resbacensi, atque iura potiora iam Marculfus episcopo dioecesano reservavit, eraso loco ad institutionem pertinente[1], *nam abbatem a nullo promoveri voluit nisi ab episcopo*[2].

5 *Instituta coenobialia Scottorum a discipulis sectatoribusque Columbani per totas Gallias pervulgata sunt, matrique Luxoviensi filiae surrexere fere innumerae, in quas ius coercitionis competebat abbati Luxoviensi*[3]. *Potentinus Luxovio discedentem magistrum comitatus, in regione Armoricana, scilicet in dioecesi Constantiensi, monasterium condidit*[4]. *Complura in dioecesi Bituricensi ad Columbani regulam monasteria con-* 10 *structa sunt, scilicet a Berthoara femina nobili mulierum unum in urbe ipsa, a Theudulfo cognomento Babeleno virorum duo in insula Milmandrae fluvii et Gaudiaci tertiumque mulierum loco qui Carantomus vocatur ad eundem fluvium sito. Prope urbem Nivernensem idem quartum adiecit item mulierum*[5]. *Mitto Sadalbergam, filiam Gundoeni, quam caecam Eustasius in villa Mosa sanaverat*[6], *Romaricum*[5] *e nobilioribus* 15 *Theudeberti regis ministris, amicum Arnulfi episcopi Mettensis*[7], *cum Amato, Elegium*[5] *postea Viromandensem episcopum reliquosque monasteriorum conditores ritui Scottico addictos, quorum vitas infra edituri sumus.*

Interim instituta illa, qualia Columbanus reliquerat, eadem minime permanserant, reformata cum supputatione paschali tum regula. Multa enim in hac reprehendenda esse visa 20 *sunt cum Agrestio tum aliis, inprimis nimia severitas vel in rebus minimis constitutioque parum definitiva. Percussionibus duris, quibus peccata levia vel potius nulla coerceri voluerat Columbanus, monachi monasteriis expellebantur, caerimoniasque superfluas puerilesque constituens fere derisui habebatur magister. E contrario de monasterio administrando atque de disponenda vita coenobiali pauca aut nulla in ipsius regula definita* 25 *erant. Haec omnia Benedictus optime ordinaverat, cuius regula praeterea humana moderatione eminebat*[8]. *Sicut in usum virginum auctore Donato episcopo Vesontionensi ex regulis Columbani, Benedicti, Caesarii enchiridion compactum est, ita etiam monachis Columbani instituta dilatanda erant, assumpta regula Benedicti. Ionas vero regulae neque Donati neque Benedicti mentionem ullam fecit, ipsique si credere fas esset, Colum-* 30 *bani instituta usque ad sua tempora intemerata perstitissent. Monasterium autem Resbacense, quod ipso teste 'ex Columbani regula'*[9] *constructum esse fertur, 'secundum regulam ipsius beati Benedicti vel beati Columbani' et ad modum Luxoviensis monasterii gubernabatur, sicut ex charta Burgundofaronis colligi licet, atque in monasterio Evoriacensi, cui regulam Columbani*[10] *expressis verbis attribuit, potius Donati regulam viguisse* 35 *suis ipsis verbis prodidit trinam confessionem commemorans. Complura postea monasteria ad regulam Benedicti vel Columbani instituta sunt, quae enumerare longum est*[11], *atque inter codices monasterii Fontanellensis per Wandonem abbatem (ex a. 742) comparatos unus extabat, 'in quo continebatur regula sancti Benedicti et sancti Columbani et martyrologium'*[12], *scilicet Hieronymianum, cuius originem item ad Scottorum sectatores refe-* 40 *rendam esse nuper demonstravi*[13]. *Denique Columbanum Benedictus propter virtutes quas*

cessum (Duchesne, Script. III, 652): privilegium, sicut cetera monasteria Lirinensium, Agaunensium et Luxoviensium, ubi prisca patrum Basilii, Benedicti, Columbani vel ceterorum patrum regula custodiri videtur. 1) *Privilegium regium apud Marculfum I, 2.* 2) *Privilegium episcopale ib. I, 1.* 3) *Correctionem Eustasii Romaricus et Amatus subiere; cf.* 45 *V. Columb. II, 10; Hauck l. l. p. 286*[2]; *C. Fr. Weiss, 'Die kirchlichen Exemtionen der Klöster', dissert. Bern.* (1893), *p.* 18. 4) *V. Columb. I,* 21. 5) *Ib. II,* 10. 6) *Ib. II,* 8. 7) *Cf. V. Arnulfi c.* 6. 8) *Cf. Rettberg l. l. p.* 678 *sqq.* 9) *V. Columb. I,* 26. 10) *Ib. II,* 11. 11) *Löning l. l. II,* 442. 12) *Gesta abb. Fontan. ed. Löwenfeld p.* 38. 13) *'N. Arch.' XXIV, p.* 294 *sqq.*

dixi victor penitus fugabat, primusque Leudegarius ordinem vel regulam Benedicti abbatibus monachisque solam praescripsit[1], *ex qua monasteriorum salutem expectabat omnem, in Galliis incipiens id quod saeculo insequenti perfecit Bonifatius.*

Columbani discipulorumque eius gesta descripsit qui inter historicos Gallicanos saec. VII. post Fredegarium facile primum locum obtinet I o n a s *nationis neque Scotticae neque Francogallicae, sed in summis Italiae finibus sub ipsis Alpium iugis natus Segusione*[2] *in urbe nobili, quae ex sede regali regni Cottiani redacta erat in municipium. Monasterio Bobiensi teneris adhuc annis post Columbani mortem et c. a.* 618. *p. Chr. adscriptus per novem annos ibidem conversatus erat neque vero parentibus saepe postulantibus permissum domum visendi impetraverat, cum quondam mense Februario Athala abbas sua sponte ipsi imperavit, ut in patriam proficisceretur nullaque mora reverteretur. Itaque tempore nimii frigoris, presbytero diaconoque comitibus additis ad custodiendam iuvenis sanctimoniam, longum iter suscepit, cuius media pars triduo absoluta videtur esse, atque summo gaudio a matre fratreque receptus est, sed haud diu optato aspectu illi fruebantur, nam noctu febribus correptus Ionas vehementissime desiderabat, ut quam citissime ad monasterium rediret. Quo cum advenisset, abbatem iam in extrema morte positum repperit, qui die* 10. *Martii c. a.* 627. *diem supremum obiit. Erat autem Ionas ministerio Athalae addictus*[3], *quem locum apud Columbanum olim Domoalis et Chagnoaldus occupaverant, epistulaeque ab abbate perlectae eidem asservandae tradebantur, sicut Agrestii litterae*[4], *quas post multos annos neglegentia perdidit, atque etiam responsa fortasse scribebat eaque omnia quae in commercio epistularum coenobiali occurrebant scribenda. Electo Bertulfo abbate, idem munus retinebat eratque in ipsius comitatu*[5], *cum privilegii causa a.* 628, *mense Iunio, Romam ad Honorium papam ille accessit. Abbas aeger ex Urbe progressus, cum rediens prope Bismantum castrum iam dirutum vi febrium opprimeretur, cumque tensis tentoriis in locis asperis pernoctaret, Ionam arcessivit, curisque officii sui occupatus, de vigiliis nocturnis eum interrogavit, cumque omnia iam disposita esse audisset, ante stratum suum per totam noctem ipsum excubare iussit. Etiam cum Eustasio abbate Luxoviensi* († 629) *Ionas conversatus videtur esse*[6], *sive ille Bobium visitavit, sive, quod malim, ipse Luxovium translatus est: monachos enim inter abbates utriusque monasterii commutatos esse ipse testatur*[7]. *Ante Bertulfi obitum et fortasse c. a.* 639. *apud fratres Bobienses commorabatur*[8], *donec ab Amando episcopo adiutor evocatus est, ut in convertendis Francis paganis ipsi assisteret. Mox in Galliam Belgicam profectus, prope Elnonem rivum constitisse videtur, eo procul dubio loco, quem monasterium a sancto constructum posteaque ex ipso appellatum occupabat, indeque excurrentes praedicatores gentium per Scarpim Scaldimque lintribus usque ad oceani ora navigabant. Quo in negotio gravissimo minimum triennium perseverabat. Praeterea etiam in monasterio Evoriacensi diutius constitisse videtur, ubi virgine quadam defuncta missarum sollemnia memoriae causa tricesimo die more ecclesiastico celebrabat*[9]. *Denique abbas creatus a.* 659. *mense Novembri iussu Chlotharii regis eiusque matris Balthildis ad urbem Cabillonensem missus est, itinerisque labore fessus per paucos dies in monasterio S. Iohannis Reomaensi requiescebat*[10].

Itaque Ionas monasterio Bobiensi relicto huc illuc passim vagatus est, ubique eo gratius receptus, quo minus litterarum periti in Galliis tunc reperirentur. Desiderio enim eodem, quocumque accessit, ecclesiae monasteriaque tenebantur, vitae scilicet patroni

1) *Concil. Augustodun., ed. Maassen I,* 221. 2) *V. Columb. II,* 5. 3) *Ib. II,* 2. 4) *Ib. II,* 9. 5) *Ib. II,* 23. 6) *Cf. epistulam V. Columbani praemissam.* 7) *V. Columb. II,* 23. 8) *Cf. epistulam V. Columbani praemissam.* 9) *V. Columb. II,* 12. 10) *Cf. SS. R. Meroving. III,* 505.

possidendae, eique rogatus libenter satisfecit auctor, de quo agitur. Scarpim adverso flumine navigans ad Atrebatum urbem pervenit, ubi Vedastes episcopus colitur, huiusque vitam, quae auctori saec. VI. ante me attribuebatur, potius Ionae sermone compositam esse tam certis argumentis probavi, ut vel acerbissimi studiorum meorum adversarii quamvis inviti facere non potuissent, quin opusculum incerti auctoris auctori suo a me recte restitutum esse consentirent. Deinde in monasterio Reomaensi commoratus Vitam Iohannis abbatis a. 659. *condidit, cuius textum primigenium e codicibus erutum princeps edidi. Quibus de vitis cum satis superque in tomo praecedente*[1] *actum sit, iam ad celeberrimum eiusdem auctoris opus transeamus, Vitam scilicet Columbani discipulorumque eius.*

Fratres Bobienses cum c. a. 639. *reviseret, Ionas iussu Bertulfi rogatuque eorum pollicitus est*[2] *se Columbani patris texturum esse gesta neque vero ante triennium ad solvenda vota pervenit, cum Amando adiunctus fluctibusque agitatus vix otio studioque abundaverit. Interim propositum suum etiam ad discipulos magistri eosque extenderat, qui inter sectatores eiusdem eminere sibi visi erant, neque quae in monasteriis et Bobiensi et Evoriacensi gesta erant miracula singula memoriae tradere praetermisit. Opus abbatibus Luxoviensi Bobiensique, scilicet Waldeberto et qui Bertulfo interim successerat Boboleno, dicatum in duos libros distinxit:* primus, *inquit,* beati Columbae gesta perstringit, secundus discipulorum eius Athalae, Eusthasi vel ceterorum quos meminimus vitam edisserit. *Columbani historiam in priore libri I. parte (c.* 1—17*) usque ad monasteria in Vosago condita perduxit, additis miraculis quae sanctus ibidem patraverat; posterior eaque longior huius libri pars (c.* 18—30*) historiam relegationis novaeque peregrinationis per Alamanniam in Italiam usque ad obitum felicem, i. e. intra paucos annos* 607—615. *gesta comprehendit. Procedente enim tempore fontes eo uberius fluere coeperunt, quo minus de sancti primordiis et conversatione Hibernica abundantia fideque praestabant, perpauca tantum parumque certa, ne dicam fabulosa replicantes. Ionas utriusque monasterii et Bobiensis et Luxoviensis proximos sancti successores et Athalam et Eustasium testes citare poterat atque etiamtunc superstites quam plurimos eorum esse affirmavit, qui miracula apud sanctum patrata et vidissent et ipsi enarravissent*[3]. *Auctores, a quibus miracula acceperat, saepe nominavit, velut qui Columbanum in desertum comitati piscibus capiendis vacaverant, Sonicharium tunc adolescentem adhuc superstitem atque celeberrimum Gallum illum, quocum diutius conversatus videtur esse*[4]. *Theudegisilus digitum in metendo abscisum atque saliva sancti sanatum ei ipse monstraverat*[5], *idemque etiam de morte alterius Columbani, qui una cum sancto ex Hibernia advenerat, ei rettulisse videtur*[6], *quippe qui minister illius fuerit. Ea quae Winiocus presbyter viderat miracula*[7] *fortasse filius ipsius Bobolenus abbas enarravit. Donatus episcopus Vesontionensis, de cuius origine et familia I,* 14. *rettulit, etiamtunc inter vivos erat. Inter auctores alterius partis, quae maioris momenti est atque etiam ad historiam politicam scribendam materiam utilem exhibet, primum procul dubio locum Athala et Eustasius occupant, quos Luxovii relictos de causis exilii optime instructos fuisse oportet. E quibus unus ministerio Columbani adiunctus fuerat, alter, scilicet Eustasius*[8], *ipsum in Theudeberti regnum subsecutus miraculum prope Brigantiam patratum rettulit, deinde vice sancti Luxoviense monasterium gubernans iussu Chlotharii legationem illam suscepit, de qua in calce libri relatum est*[9]. *Comes autem itineris illius, quo Columbanus e Theuderici regno reporta-*

1) *SS. R. Meroving. III,* 399. 502. 2) *Cf. epistulam V. Columbani praemissam.* 3) *Ibid.* 4) *V. Columb. I,* 11: Haec nobis supra dictus Gallus sepe narravit. *Locus in editione Mabilloniana desideratur.* 5) *V. Columb. I,* 15. 6) *Ib. I,* 17. 7) *Ib. I,* 15. 17. 8) *Ib. I,* 27. 9) *Ib. I,* 30.

batur, etiamtunc degebat Potentinus[1], *qui in dioecesi Constantiae urbis monasterium condiderat. Inter clericos ecclesiae Magontiacensis Ionas familiares habuisse videtur, qui ipsum de colloquiis Lesionis*[2] *episcopi certiorem facerent. Denique liberi Chagnerici illius Theudeberti regis convivae, in cuius domo per Meldense territorium proficiscens sanctus requieverat, commemorandi sunt, scilicet Chagnoaldus, Burgundofara et sine dubio Burgundofaro. Ex his Chagnoaldus, qui minister Columbani in locum Domoalis*[3] *successerat, eius conversationem in deserto Alamannico expertus erat*[4], *et praecipue quae sancto blanditiae per animalia silvestria exhibitae essent, Ionae curioso enarravit*[5], *antequam c. a. 632/3. mortuus est.*

Itaque biographus, licet Columbanum ipse non vidisset, tamen de rebus ab eo in Gallia Italiaque gestis per testes oculatos optime instructus esse poterat. Discipulos autem sectatoresque sancti, de quibus in altero libro rettulit, plerosque non solum ipse viderat, sed etiam diutina conversatione expertus erat. Materiam huius libri ita disposuit, ut

c. 1—6. de Athala abbate Bobiensi,
c. 7—10. de Eustasio abbate Luxoviensi,
c. 11—22. de miraculis Evoriacensibus,
c. 23. de Bertulfo abbate Bobiensi,
c. 24. 25. de miraculis a monachis Bobiensibus gestis

disputaret. Sub Athala monasterio adscriptus ministerioque abbatis adiunctus historiam Bobiensem usque ad a. 628. per decennium testis oculatus memoriae tradidit, ipseque cum fratrum reliquorum tum sui ipsius testimonium ad confirmanda miracula quaedam attulit[6]. *Ultimam Athalae visionem per Blidemundum*[7] *monachum cognoverat, moribundo autem abbati ipse adstitisse videtur. Plura primis Bertulfi annis monasterium passum erat, episcopo dioecesano insidias moliente, conatum autem ope Ionae abbas feliciter repulerat. Haec acquisiti privilegii papalis historia ut rei coenobialis cognitioni magnam lucem affert, ita accuratam biographi descriptionem pergratam haberi existimamus. In calce libri cum virtutes, quibus monachos Bobienses sub utroque abbate abundare viderat, tum extremos halitus fratrum feliciter decedentium diligenter descripsit; mortis autem Bertulfi mentionem nullam fecit, nisi fallor, quia interim in Galliis vagabatur. Pretiosissimam procul dubio libri alterius partem historia Eustasii efficit. Haec a Burgundofara, de qua in subsequentibus se narraturum esse auctor I, 26. promiserat, et ab origine monasterii Evoriacensis incipit; sequuntur expeditiones ad propagandam fidem christianam in Baioarios aliasque gentes factae; denique discordiae Agrestianae fusius relatae. Synodi illius celeberrimae Matisconensis a. 626/7, in qua clerus Gallicanus ultima ausus est contra Columbani sectam, quae, nisi vehementer erro, victori cessit, acta nulla supersunt neque quisquam meminit praeter Ionam nostrum. Qui cum paulo post Luxovium advenisse videatur, memoriam earum rerum etiamtunc recentem reppererat mortique Eustasii (a. 629) fortasse ipse interfuerat, cum pluribus eam descripserit. Denique ad virtutes in monasterio Evoriacensi patratas transeamus, ad quas lectorem auctor (II, 7) his verbis delegaverat:* In quo *(scil. monasterio)* quantae virtutes postea factae fuerint, si vita comes fuerit, prosequi nitimur. *Sunt ipso teste signa, quae ad exhortandas vel consolandas virgines Dominus demonstrare dignatus est, inprimis visiones, quas virgines in extremis positae vidisse sibi visae erant, iuvenibus ipsoque creatore apparentibus, caelis apertis, choris angelicis auditis, eaque quae post mortem in cellulis defunctarum vel in ecclesia observata sunt, odoribus suavibus balsamoque fragrantribus*

1) *V. Columb. I,* 21. 2) *Ib. I,* 27. 3) *Ib. I,* 9. 19. 4) *Ib. I.* 27. 28. 5) *Ib. I,* 17. 6) *Ib. II,* 2. 7) *Ib. II,* 6.

luminibusque visis. Haec miracula ea quam apud virgines Evoriacenses deprehenderat mente parum sana Ionas diligentissime litteris mandavit ipseque obiurgationi eorum iam occurrebat, qui eum 'res non necessarias compilare' iudicarent[1]. *Certe haec operis pars infimum locum obtinet, etsi negare nolim, ea quae de usu, vita, moribus virginum in* 5 *monasterio degentium testis oculatus attulit haud parvi momenti esse ad cognoscendum illius aevi non solum ecclesiasticum, sed etiam intestinum rerum statum.*

Sane, ne auctori iniuriam inferamus, monendum est, vitas sanctorum eo tantum consilio ab ipso compositas esse, ut quomodo a vetustioribus hagiographis[2] *priscorum exempla imitanda suis temporibus praestita essent, ita ipse recentiorum et vitam lauda-* 10 *bilem et miracula posteritati ad imitandum traderet. Consilium igitur adhortativum persecutus est ad profectum perfectorum emendationemque delinquentium. Cum miracula nonnulla evangelicis simillima Columbano attribuerit, eo magis fortasse exemplo magistri peccatores ad perfectionem incitare sibi videbatur.*

Historiae Francorum Ionas ut erat peregrinus non adeo magna peritia praestabat. 15 *Columbanum enim, qui vicesimo anno (*= 610. *p. Chr.) desertum Vosagi reliquerat, eo advenisse statuit Sigiberto regnante, cui duo regna et Austrasiorum et Burgundionum attribuit*[3]; *eo autem interfecto in utrumque regnum Childebertum filium successisse voluit*[4]. *Ignoravit igitur Sigiberti dicioni Austrasios solos subditos fuisse sanctumque in Vosagum advenisse circa* 15 *annis post mortem regis; tunc autem Gunthramnum Burgundionum* 20 *regnum tenuisse idque Childeberto demum regnante Austrasiorum regno accessisse vi pacti Andelavensis. Cum de Sigiberti nece et Childeberti primordiis accurate instructus esset, nisi fallor, e Gregorii Hist. Fr. IV,* 50. 51. *V,* 1, *codicem quem habuit suspicor haudquaquam integrum fuisse, sed sex tantum priores Historiae Fr. libros continuisse cum classe B. Ea quae de bellis regum Francorum a.* 610—613. *gestis enarravit in uni-* 25 *versum cum Fredegario conveniunt, qui consensus in hac fontium penuria maximi momenti est; ubi autem discrepant*[5], *ibi fidem chronicorum anteponendam esse censeo hagiographo Italico.*

Situm locorum multipliciter determinare solebat eaque quae ipse visitaverat optime descripsit. Victoriacum[4] *villam publicam in suburbano Atrabatensis urbis sitam esse* 30 *non ignoravit, quippe qui haud procul ab ea apud Amandum tunc commoraretur, situsque Vesontionis*[6] *urbis natura fortiter munitus ei notissimus erat. Attamen errore fere inexcusabili Iotrense monasterium 'intra Iorani saltus'*[7] *situm esse credidit, licet ipse haud procul ab eo in monasterio Evoriacensi conversatus esset, et monasterium Sollemniacum 'super fluvium Vincennam'*[8] *posuit, quod re vera rivo eundem influente alluitur, qui* 35 *Briance appellatur.*

Praeterea de aetate sancti sui biographus toto caelo erravit. Credidit enim Columbanum vicesimum (tricesimum A 4. *B) aetatis annum agentem*[9] *in Gallias advenisse iterumque vicesimo anno Luxovio abscessisse, ita ut circa* 45 *annos natus diem supremum obiisset, neque lectione aliorum codicum medela adhibetur, cum sanctus se ipsum a.* 603. 40 *inter veteranos senesque numeraverit*[10] *eumque ad summam senectutem pervenisse ex carmine ad Fidolium colligatur. Falsa illa opinione deceptus imaginem delineavit a veritate adeo distantem, ut in restauranda ecclesia Bobiensi*[11] *trabes immensi ponderis cum duobus vel tribus sociis humeris suis portasse credi voluerit senem decrepitum.*

Inprimis autem id Ionae vitio dandum est, quod ea quae non recte sensisse 45 *patronum suum credidit aut quae de institutis eius interim immutata erant omnia consulto*

1) *V. Columb. II,* 16. 2) *Ib. I,* 1. 3) *Ib. I,* 6. 4) *Ib. I,* 18. 5) *Ib. I,* 24. 29. 6) *Ib. I,* 20. 7) *Ib. I,* 26. 8) *Ib. II,* 10. 9) *Ib. I,* 4. 10) *MG. Ep. III,* 162. 11) *V. Columb. I,* 30.

praetermisit. Itaque quaestionis paschalis, quam causam principalem relegationis sancti fuisse supra demonstravi, in vita eius ne verbo quidem mentionem fecit neque inter obiecta Agrestii eam admisit; interim enim et Bobienses et Luxovienses ad Victorii cursum paschalem conversi erant, Ionamque ipsum hanc supputationem secutum esse ex V. Iohannis Reom.[1] colligi licet. Iam aliam ei causam fingere necesse erat, cumque in V. Desiderii legisset, quantae crudelitatis Brunechildis fuisset, eidem totam culpam attribuit: ab ipsa enim contendit regis animum in sanctum instigatum, proceres episcoposque, ut idem facerent, sollicitatos esse. Manifesta haec eius figmenta ipsius sancti epistulis, quas ad nos pervenisse gratulamur, facile redarguuntur. Sanctum autem a rege, regina, custodibus lenissime habitum esse, vel ex Ionae enarratione intellegitur, unde comparatio ipsius cum Desiderio[2] Viennensi risum movet. Suppressit etiam, quomodo in quaestione trium capitulorum opinionem suam sanctus papae opposuisset, dum ipsum non relinquit haeresim Arianam impugnantem[3]: Bobienses enim sententia mutata in gratiam sedis apostolicae interim redierant, ut Agrestii communionem cum Aquileiensibus iam improbarent[4]. Denique Trebia commemorato Hannibalis quidem quae post pugnam ibi commissam ex hibernis profectus pertulerat damna[5] meminit, Romanorum vero notissimam cladem silentio praeteriit, patriae, nisi fallor, amore ductus.

Exempla Ionas sibi proposuerat vitas sanctorum celebriores, scilicet Antonii auctore Athanasio, Pauli et Hilarionis auctore Hieronymo, Martini a Sulpicio Severo in dialogis descriptam, quos tribus auctoribus Postumiano, Severo, Gallo attribuit, Hilarii, Ambrosii, Augustini auctoribus Fortunato, Paulino, Possidio[6]. Vitam Desiderii Viennensis auctore Sisebuto et citavit[7] et adhibuit[8]. Gregorii Historiae Francorum codice classis B ipsum fortasse usum esse supra exposui. Regulam aliaque magistri scripta ritusque Scottorum libros, veluti antiphonarium Benchorense[9], ei praeterea prae manibus fuisse vix commemorare necesse est.

Auctorum latinorum tantam scientiam Ionas in scholis Bobiensibus sibi paraverat, quantam vix in alio illius aevi scriptore deprehenderis. Livii sententiam e libro deperdito depromptam in V. Columb. I, 3 citavit, bellique Punici alterius descriptionem ab ipso lectam esse vidimus. Inter poetas inprimis Vergilium coluisse videtur, cuius et locum citavit[10] et dictis nonnullis sermonem suum exornavit[11]. Ex Iuvenci evangeliis versum unum in V. Columb. I, 14 attulit.

Ipse quoque poetis adnumerandus est. Nam non solum vitam patroni a versibus exorsus est, sed etiam versus in eius festo ad mensam canendos[12] libro priori subiecit, quibus hymnum[13] in eius transitu canendum subdidit, virtutes sancti celebrans. Tria carmina qua arte quibusve praeceptis ordinata sint, me petente examinavit, qui sua artis metricae peritia saepe mihi amicissime succurrerat, Ludowicus Traube. Primum versibus compositum est, qui licet hexametri esse videantur, tamen metri legibus minime coercentur; alterum ex heptasyllabis trochaice desinentibus, quorum locum etiam hexasyllabi

1) SS. R. Merov. III, 505. 2) V. Columb. I, 27. 3) Ib. I, 30. 4) Ib. II, 9. 5) Ib. I, 30. 6) Ib. I, 1. 7) Ib. I, 27: cuius gesta scripta habentur, quibus et quantis adversitatibus gloriosus apud Dominum meruit habere triumphos. 8) Ib. I, 29; cf. SS. R. Merov. III, p. 626. 9) V. Columb. II, 16. 10) Verg. Eclog. I, 80. in V. Columb. epistula praevia. 11) Verg. Georg. II, 117 (Ionae carmen I. post V. Columb.); Aen. IV, 584 (V. Columb. II, 2), XII, 829 (ib. II, 5). 12) In codice Bruxellensi n. 7460, saec. XIII, ad quem Bollandiani, Catalogus Bruxell. I, 2, p. 12, eos ediderunt, lemma ferunt parum consentaneum: Laus sancti Galli abbatis in beatum Columbanum rithmice. 13) Hymnum e codice Einsidlensi n. 257 (nobis A 1a*) edidit F. J. Mone, 'Lateinische Hymnen des Mittelalters' III, p. 255, qui poetam Scottorum genti attribuit.

occupant, tertium ex octosyllabis iambicis constat[1], *quae metra inprimis a Scottis colebantur. Unde dubitari licet, quin ad Ionam nostrum carmina iure referantur. Et primum de insula Hibernia re vera alius auctoris esse elocutionemque obscuram nimiumque contortam Scottico potius poetae cuidam tribuendam esse et mihi persuasum est, sed in* 5 *capite V. Columbani a biographo ipso illud positum esse existimem, qui duos versus extremos addens ad propositum suum transiit. Hos enim a reliquis longe distare L. Traube recte monuisse mihi videtur. Alterum autem carmen tanta sermonis affinitate cum Vita Columbani et inprimis cum epistula prologi loco praemissa cohaeret:*

Carmen II.	*Ionae V. Columbani Ep.*
v. 1. clues	cluant
v. 21. palmaque poma	poma palmarum
v. 24. balsama sudas, virga Engaddi	balsami lacrimam ex Engaddi

ut facere non possim, quin eidem auctori et illud attribuam. Cum denique in tertio virtutes ita enumerentur, sicut in vita ipsa relatae sunt, non est, cur praescriptioni unius 15 *codicis B 1b diffidamus, scilicet eam transmittendi fuisse causam, quod in praecedente auctor eas praeteriisset.*

Sermo Ionae quomodo ex vocabulis floribusque auctorum classicorum compositus sit, alio loco exposui[2]. *Etiam Graecis vocabulis nonnullis utebatur (e. gr.* agapis, reuma*), ut suam quam operose nactus erat ostentaret scientiam litterarum. In gramma-* 20 *ticis autem parum exercitatus erat, ipseque vitae describendae imparem se in epistula praevia confessus imperitiam eloquii sui excusavit neque 'doctorum gressibus coaequari' voluit, nisi forte hae aliaeque modestiae ostentationes potius ad laudes excitandas destinatae erant. Iam consuetudinis quam habebat scribendi exempla nonnulla afferam:*

activum part. futuri loco passivi passim,

25 *casus non recte adhibiti, scilicet*

acc. loco dat. post detrahere, imperare, oboedire, persolvere, suadere, valedicere,

dat. loco praep. ab *post* impetrare, poscere, postulare, precari,

gen. loco abl. post ditare, privare,

30 *gen. loco dat. post* gratus, incongruus *et post* adunare, commendare, inserere, iungere, praebere, prodesse, subiacere,

coniug. 3. praes. act. per ent, accedent, aient, annent *(= annuunt)*, conpellent, dicent, incolent, poscent, prorumpent, *aliaeque inaequalitates* deferto *(= delato)*, meminisceret *et imperat.* meminiscere, obstasset, recollexit, *cetera,*

35 *constructionis ad sensum numerorumque imparium usus frequens,*

decl. 4. dat. sing. — u *more antiquo:* nexu, portu, sinu, *indeclinabilia* sol *(e. gr.* sol occumbente*)*, vir *(= viri, virum, a viro),*

genera passim inter se permutata

1) *masc. pro fem.:* aegritudo, arbor, cohors, conpes, (h)eremus, frons, gens, 40 natio, ops, salivo *vel* salibo *abl. (= saliva)*, synodus, trabs, villa,

2) *masc. pro neutr.:* curriculus, furtum, legumentum, lumen, margaritus, meritus, monasterium, munus, oppidum, psallentium, rete, salum, solum, vas,

3) *fem. pro masc.:* ardor, amor, auligae *(= aulici)*, *gen.* auligum, *acc.* auligas, 45 finis, fomes, fons, honor, ignis, latex, sapor, truncus,

1) *Meyer, 'Ludus de Antichristo und über lat. Rythmen' ('SB. der bayer. Akad. der Wissensch., philos.-philologische Classe'* 1882, *p.* 95. 97*)*. 2) *'Mitth. des Instituts für österreich. Geschichtsforsch.' XIV,* 437.

4) *fem. pro neutr.*: confectam arvam, corpus, ostia per quas,
oratio obliqua frequenter adhibita, praetermisso verbo sentiendi vel declarandi, atque cum directa constanter permista, pronominibus primae et secundae personae (mihi, tibi, te, tuus) *positis neque reflexivis, denique una alterave interrupta, ita ut ex obliqua in directam transitus fiat et vice versa,* 5
acc. c. inf. post cur, quantus,
praepositiones casui postpositae: se contra, se coram, se inter, semet intra, semet ipsum intra, fine sine.

In tot soloecismis aequum arbitrum sinceri illius auctoris labores non fugient. Sane manifestum est, Ionam sermoni excolendo summam operam dedisse auctoresque 10 *classicos diligenter imitatum esse, ita ut vel more Liviano mentes sanctorum suorum oratione obliqua exponere aggrederetur, neque studiis ipsius successum defuisse conatumque et ipsum laudandum esse, quamvis perfectionem non attigisset. Igitur in eodem auctore et dictiones linguae optimae et exempla pessimae (e. gr.* limitem = *limen,* ut ne = *ne) vocabulaque barbara* (barriditas, faciditas, gavisio) *leguntur. Hagiographis posterio-* 15 *ribus oratio haec variata artificioque quodam distincta imitanda apparuit, ita ut in multis sanctorum vitis vel multo post conscriptis dictiones Ionae propriae deprehendantur. Sane de litterarum statu in Galliis ex medio saec. VII. aliquo modo revirescente non solum magister optime meritus est, sed etiam biographus ipsius, cui et gloriae partem reservari iustum aequumque esse existumo.* 20

Eo tempore quo Vitae Columbani librum alterum Ionas exarabat et Honorius papa[1] († 638) *et Dagobertus rex*[2] *et Aega maior domus* († 641) *mortui erant sedique Viromandensi Eligius episcopus praeerat*[3]*; triennio autem, antequam mandatum susceperat, Bertulfus abbas etiamtunc vivebat, quem c. a.* 640. *mortuum esse conieci. Itaque hunc librum verisimile est c. a.* 642. *compositum esse, eodemque auctor Chronicarum* 25 *quae Fredegarii nomine circumferuntur de Columbano IV,* 36, *disputans libri prioris c.* 18—20. *magnam partem ad verbum exscripsit. Hic autem liber ut ante alterum absolutus sit necesse est, ita seorsum editus esse potest. Capita libro demum absoluto Ionas inscripsisse videtur, laterculumque capitum ex ipsis praescriptionibus componens eosdem utroque loco commisit errores. Itaque ad Sinilem abbatem Columbanum advenisse* 30 *in titulo c.* 4. *contendit, dum potius Commogelli nomen in textu legitur, — in caput enim praecedens aberraverat, — ultimumque c.* 30. *omnino praetermisisse videtur, cum diversa in singulis codicibus praescripta sint. Denique carmina quae librum primum subsequuntur monachis aut Bobiensibus aut Luxoviensibus aut utrisque unumque post alterum ab auctore transmissa esse, ex praescriptionibus codicis B* 1b *colligitur.* 35

Totum Ionae opus haud multi codices exhibent nullusque ita, ut auctor illud disposuerat, duobus libris distinctum. Vita Columbani in plurimis codicibus optime tradita est; alterum autem librum pauci tantum perfectum continent iique proxima affinitate inter se coniuncti ab haud ita multiplici origine orti videntur esse. Integrae huius libri conservationi id obstitisse existimem, quod res a compluribus sanctis gestas miraculaque diversis 40 *locis patrata in ipso coniunxerat auctor. Ita enim factum est, ut quem quisque maxime colebat sanctum eum sibi eligeret singulasque sanctorum Vitas, scilicet Athalae, Eustasii, Burgundofarae, vel potius miracula Evoriacensia, Bertulfi, librarii seorsum describerent, dissoluto libro. Vita denique Columbani retractationem subiit levem, unde binae codicum classes distinguendae sunt, retractataeque optimi apud Italos asservantur.* 45

A 1*a) Codex Sangallensis n.* 553, *formae octavae, p.* 227, *a pluribus librariis saec. X. in. exaratus, e duobus partibus constat, quarum prior Columbano discipulisque eius, posterior S. Gallo (v. infra) dicata est. Illi autem insunt haec:*

1) *V. Columb. II,* 23. 2) *Ib. II,* 17. 3) *Ib. II,* 10.

p. 2—118. *V. Columbani cum carminibus, quorum alterum folio exciso imperfectum est,*

p. 119—132. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

p. 132—139. *V. Bertulfi (II,* 23*),*

5 *p.* 139—150. De monachis Ebobiensibus *(II,* 24. 25*), subsequente subscriptione:* Explicit libellus de vita sanctorum patrum Columbani, Atalae, Bertolfi vel monachorum eorum.

Alterius igitur libri pars media desideratur (II, 7—22*), scilicet V. Eustasii cum miraculis Evoriacensibus, cum codex ad solos Bobienses abbates monachosque spectet.*

10 *A* 1*a*) Codex Einsidlensis n.* 257, *saec. X, de cuius fatis SS. R. Merov. III,* 629, *disserui, p.* 237—296, *V. Columbani cum carminibus continet, sed laterculus capitum spatio relicto desideratur. Liber tam accurate cum A* 1*a convenit, ut non solum eadem verba omiserit, sed etiam vocabula ipsi postea ab interpolatore illata in textum admiserit.*

15 *A* 1*a**) Codex bibliothecae Lindesianae*[1] *in vico Haigh Hall prope Wigan (Lancashire) asservatae n.* 101, *saec. X (Libri), V. Columbani textum praecedenti affinem exhibet, id quod e duobus locis intellegi licet, quos litteris datis officiosissime mecum communicavit J. Edmond bibliothecarius, scilicet his:*

c. 17. Quomodo autem bestiae ac volucres viri Dei parent imperio, non est 20 silendum. Nam Chagnoaldus Lugduno Cloatis pontificem, qui eius et minister et discipulus postea fuit, quem novimus referentem,

c. 20. Inter quos primus Ragamundus erat, qui cum universis fratribus *et q. s. Eodem aut persimili codice editor Bedanus usus est (v. infra).*

A 1*b) Codex Bruxellensis n.* 8518—20, *saec. X, antea Molsheimensis, tum* 25 *Musei Bollandianorum Antverpiensis* († *ms.* 86*), continet*

fol. 1—33'. *V. Columbani cum carminibus initio mutilam, cum duobus quaternionibus deperditis textus a verbis (ve)*hunt. At ille cur inquit *(c.* 11*) incipiat neque quae initio extant folia bene conservata sint,*

fol. 33'—43'. *V. Eustasii (II,* 7—10*),*

30 *fol.* 43'—58'. *V. Burgundofarae (II,* 11—22*),*

fol. 58'—67. *V. Bertulfi cum miraculis Bobiensibus (II,* 23—25*), cui verba* silentia — corde me *(II,* 23*) desunt, cum folium excisum sit.*

Libro igitur alteri sola V. Athalae (II, 1—6*) deest.*

A 1*b*) Codex Heidelbergensis universitatis inter libros monasterii B. Mariae* 35 *in Salem n.* 9, 21, *saec. XIII, praetermissa V. Athalae, eadem fere atque liber praecedens exhibet, sed liber primus integer ibi conservatus est neque desiderantur nisi carmina laterculique capitum utriusque libri.*

Fol. 2—19. *V. Columbani textus arta quidem necessitudine cum A* 1*b coniunctus est, omittens*

40 *I,* 22. communem, *I,* 28. clericatus,

immutansque haec:

I, 11. laboravit] laborabat *A* 1*b.b*;*

ib. vade cito] cito vade *A* 1*b.b*;*

I, 14. praefectus] factus *A* 1*b*;* actus *A* 1*b;*

45 *I,* 26. abdicavit] Deo dicavit *A* 1*b.b*,*

sed ex ipso minime pendet, supplens hiatus complures codicis vetustioris. Locum Chag-

1) *Cf. 'N. Arch.' XXII,* 699.

noaldi Magnoaldus ille fabulosus iam occuparit, initiumque c. 17, *verba scilicet* Cui — imperio, *desiderantur.*

Fol. 19—23. Incipit vita sancti Eustasii abbatis (*II*, 7—10).

Fol. 23—29. Incipiunt revelationes, que in cenobio Burgundofore abbatisse vise sunt (*II*, 11—22).

Fol. 29—32'. Incipit relatio de beato Bertholfo abbate in Bobio et quorundam fratrum miraculum ibidem (*II*, 23—25).

A 1*b*[1]) *Codex Bruxellensis n.* 7984, *saec. X, olim Weissenburgensis, deinde Molsheimensis, tum Musei Bollandianorum Antverpiensis (P. ms.* 20), *ipsam quae in codicibus praecedentibus desideratur Vitam Athalae fol.* 67'—71'. *continet ex fonte optimo haustam.*

Codices subsequentes A 1*b omnes V. Eustasii (II,* 7—10), *vetustiores praeterea finem libri (II,* 11—25) *ita continent, ut a miraculis Evoriacensibus V. Bertulfi minime distincta sit, sed haec illa in eodem versu excipiat, subiuncta clausula:* Explicit vita sanctae (sanctae *om. A* 1*b*[4]) Burgundafor(a)e virginis *A* 1*b*[3. 4]; *in recentissimo (A* 1*b*[5]) *autem potius V. Athalae (II,* 1—6) *cum Eustasii coniuncta est, exscripta e codice persimili A* 1*b*[1]. *Quae inter hos codices plenioresque A* 1*b.b* intercedat necessitudo, ex locis his colligitur:*

II, 7. regebat] *rell.;* recepit *A* 1*b*[2. 4. 5] *cum A* 1*b.b*;*
ib. pro communi] pre cum *A* 1*b*[2. 4] *cum A* 1*b.b*;*
ib. arrepti] aperti *A* 1*b*[2. 4. 5] *cum A* 1*b.b*;*
ib. patre matreque] patre et matre *A* 1*b*[2. 3. 3*. 4. 5] *cum A* 1*b.b*;*
iam] vita *A* 1*b*[2. 3. 3*. 4] *cum A* 1*b.b*;*
II, 11. ut omnes — vitae exitum] *om. A* 1*b*[2. 3] *(pr. m.).*[4] *cum A* 1*b.b*;*
II, 25. patratas virtutes] paucis *A* 1*b*[2. 3. 4] *cum A* 1*b.b*.*

*Perpauca tantum menda codicum A*1*b. b* in exemplari non redibant, ex quo breviores pendent omnes.*

A 1*b*[2]) *Codex Turicensis bibliothecae urbanae C,* 10, *i, formae maximae, saec. X. ex., olim monasterii Sangallensis, cuius arma intus adhuc videntur, nisi fallor, passionarium illud maius est, cuius librarius saec. X. in calendario codicis Sangallensis n.* 566. *mentionem fecit, adnotans, quem quaeque vita codicem bibliothecae monasterii occuparet*[1]. *Ut codices Sangallenses in universum traditionem meliorem libris Bavaricis Austriacisque exhibent, etsi Gallicos aequiparare nequeunt, ita et hic subsequentibus anteponendus est, quare doleo, quod absoluto demum tertio huius seriei volumine in eum incidi, neque vero textus primi ordinis ei insunt nisi pauci atque ad Ionae opera recensenda codex inutilis est, melioribus libris extantibus, unde eum non contuli. Iam singulas quas continet vitas ad propositum nostrum spectantes enumerare visum est, quibus numeros ordinis adscripsi, quem in codice occupant; folia enim minime numerata sunt.*

Fol. 1'. Incipiunt capitula sequentis libri.

I. Vita sancti Areleffi abbatis et presbyteri, cuius depositio Kal. Iulias celebratur. — ⁝ —

XXXIII. Epistola de sanctis pueris septem dormientibus.

1) *Omnes passionarii maioris vitae in A* 1*b*[2] *adsunt, excepta V. Athalae, de qua librarius codicis* 566. *haec adnotavit:*

6. Id. Mar. Attale confessoris in passionario maiore [*addente m. al.:* libro sancti Columbani], *eaque re vera in libro Columbani (= cod.* 553, *nobis A* 1*a) legitur. Codex in catalogo a.* 1712. *Turicum translatorum neque redditorum librorum Sangallensium ita descriptus est:* Martyria plurimorum sanctorum, *quo nomine et Weidmannus, 'Gesch. der Bibliothek von St. Gallen' p.* 433, *coniecit passionarium maius intellegi.*

Laterculus capitum vetustus imperfectus est, foliis deperditis, eademque de causa V. Carileffi initio caret.

I. V. Carileffi a verbis refugii fugiens *(SS. R. Meroving. III,* 391, 23*), cui eadem verba atque codici Bruxellensi n.* 7984 *(=* 1*) desunt p.* 373, 11. 19.

II. Incipit vita sancti Eustasii discipuli sancti Columbani abbatis (et aliorum condiscipulorum eius *postea add.*) — — Explicit vita beati Eustasii *(II,* 7—10*). Textum non ex ipso codice A* 1*b depromptum esse, ex hiatu II,* 9. *intellegitur:*

Cain qui *om. A* 1*b*²*;* Cain qui fratrem zelo velit extinguere, vel etiam novum *om. A* 1*b.*

III. Incipit vita beatissimae Burgundaforae — — Explicit vita sc(i Eustasii et aliorum discipulorum beati Columbani abbatis *in litura scr.*) *(II,* 11—25*).*

XI. Incipit passio Floriani martyris, quod est IIII. nonas Maias. *Codex vetustior iis quos SS. R. Merov. III,* 68, *adhibui etiam sermonem genuinum magis conservasse videtur, unde discrepantiam lectionum in calce huius tomi adieci.*

XIV. V. Servatii II, ed. SS. R. Merov. III, 89 *(similis codd.* 1*).*

XX. V. Medardi, ed. Auct. antiq. IV, 2, 67 *(similis cod. Vindob. n.* 430, *s. XI), quam Fortunati carmen II,* 16. *insequitur una cum hymnis:*

Ss mirande virtus alma *et*
Ymnum laudis Medarde tibi.

XXII. V. Aviti, ed. SS. R. Merov. III, 383 *(similis codd. A* 1*).*

XXV. V. Germani, ed. Auct. antiq. IV, 2, 11 *(similis cod. Trev. n.* 1151*).*

XXXVII. V. Arnulfi, ed. SS. R. Merov. II, 432 *(similis cod. Vindob. n.* 430*).*

XLII. V. Lupi, ed. SS. R. Merov. III, 120 *(similis cod.* 1*a).*

LI. Acta Afrae, ed. ib. p. 55 *(similis cod. A* 1*a).*

LIII. V. Gaugerici, ed. ib. p. 652 *(similis Bruxell. n.* 7984 = 2*a).*

LV. V. Radegundis auct. Fortunato, ed. SS. R. Merov. II, 364 *(similis codd.* 3*).*

LXII. Passio Iuliani, ed. SS. R. Merov. I, 879.

LXXXI. V. Aniani, ed. SS. R. Merov. III, 108 *(optimus e codd.* 4*).*

LXXXVIIII. V. Landeberti Traiectensis.

XC. V. Elegii liber I, praefatione destitutus, bonae notae.

XCI. Homilia in S. Elegium imperfecta, folio paenultimo exciso.

Codex igitur fere ubique affinitate coniunctus est cum iis quos adhibui libris Bruxellensi n. 7984, *Vindobonensi n.* 430, *Monacensibus n.* 18546$_2$ *et* 22240—44, *Treverensi n.* 1151.

A 1*b*³*) Codex* M o n a c e n s i s *n.* 18546$_2$ *(Teg.* 546. 2*) saec. X. et XI. a pluribus librariis exaratus, inter cetera haec continet:*

fol. 78′—90′. *V. Eustasii (II,* 7—10*) saec. X/XI. scriptam, cui m. s. XI. praefationem interpolatam (fol.* 78′—81′*) praefixit, folio exciso, ita ut textus vetustior a verbis II,* 7. (Leu)degundę nomine christiana *iam incipiat,*

fol. 116′—135′. *alteram libri secundi partem (II,* 11—25*), his verbis praescriptis:* Incipiunt miracula, quae gesta sunt in monasterio virginum, quod est Evoriacis. Incipit vita Burgundafore virginis, quod est III. Nonis Aprilis.

A 1*b*³**) Codex* M o n a c e n s i s *n.* 22240, *saec. XII, legendarii Windbergensis volumen I, fol.* 146—150′. *V. Eustasii ex libro praecedente exscriptam exhibet.*

A 1*b*⁴*) Codex* V i n d o b o n e n s i s *n.* 430 *(olim Salisb.* 404*), saec. XI,*

fol. 76′—83. *V. Eustasii praefatione interpolata non auctam (II,* 7—10*),*

fol. 83—98′. *alteram libri secundi partem (II,* 11—25*) (praescr.* Incipit vita beatissimae Burgundafore virginis, quod est III. N. April.) *continet.*

A 1*b*⁵*) Legendarium S. Maximini* T r e v e r i c u m *saec. XIII, cui etiam V. Columbani inest (v. infra A* 3**), praeterea priorem libri II. partem continet, scilicet in volu-*

mine altero, codice T r e v e r i c o *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. Loc.* 453, *(antea n.* 962*),*

f. 71. 72. *V. Athalae (II,* 1—6*) non integram, cum verba II,* 1. beatum Atalam venire velle — *II,* 4. ut potuero *medio in versu exciderint,*
in quarto autem volumine Num. Loc. 455 *(antea n.* 964*)* 5

fol. 52'. *V. Eustasii non interpolatam (II,* 7—10*).*

A 1*c) Codex* W i r z i b u r g e n s i s *universitatis Mp. th. f.* 139, *olim S. Stephani monasterii ibidem siti, saec. XII. in. exaratus a Lamberto, qui ipse nomen suum posteris tradidit opere absoluto fol.* 127'*:*

Hoc Lambertus ego descripto quosque libello 10
Supplico lectores esse mei memores,

atque quicquid descripserit, versibus comprehendit hisce:

Cum Stephano Petri designo ligamine metri
Librum presentem, capitella per haec gradientem
Ordine non vili: Stas primus, magne Basili; 15
Bis caput ast sanctis ostenditur inde Iohannis.
Remigii miram retinet sors tertia Vitam;
Pontifices summam tres quarta catenat in unam
Agmen ad hoc vinctam. Tu metam posside quintam,
Binis discipulis te, sancte Columba, secutis, 20
Attala quis unus, Eustasius est comes huius.
Virgineas bacas, quas protulit Evoriacas,
Querere scriptoris in fine memento laboris,

inter cetera haec continet:

fol. 74—102. *V. Columbani cum carminibus; absunt autem praescriptiones capitum* 25 *et totum c.* 16, *folio post* 94. *exciso, praeterea verba c.* 22. repedaret respondit — in omnibus famulos;

fol. 102'. *Laterculos capitum vitarum insequentium, scilicet libri secundi,*

fol. 103—107'. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

fol. 107'—116'. *V. Eustasii cum praefatione interpolata (II,* 7—10*),* 30

fol. 116'—127'. *Miracula Evoriacensia (II,* 11—22*).*

Cum qui praecedit index metricus ad eosdem sanctos pertineat, alteram partem inde a fol. 128. *codici postea agglutinatam esse manifestum est. Continet liber quae a codice A* 1*a abest mediam libri II. partem, dum qui ibi adest, finis libri (II,* 23—25*) hic desideratur: alter igitur codex alterum quodammodo supplet.* 35

A 1*c***) Codex* M o n a c e n s i s *n.* [1087] 4628 *(Bened.* 128*), saec. XI, continet*

fol. 73'—108. *V. Columbani, exceptis carminibus,*

fol. 108—113'. *V. Athalae (II,* 1—6*).*

Artae quae inter hunc librum et praecedentem intercedit necessitudinis argumento est c. 16. *V. Columbani in utroque praetermissum.* 40

A 2*) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5600, *saec. XI. in., olim S. Martialis Lemovicensis, continet*

fol. 2'—45'. *V. Columbani exceptis carminibus integram, nisi quod scriptura primaria paginae primae et insequentis evanuit, manu posteriore restaurata,*

fol. 45'. *laterculum capitum II,* 1—10, 45

fol. 45'—53. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

fol. 53—62'. *V. Eustasii (II,* 7—10*).*

Desideratur igitur libri II. pars posterior (II, 11—25*).*

A 2) Codex* **Parisiensis** *n.* 5365 *(olim Lemov.* 204, *deinde Reg.* $359\underset{1}{4}^{b}$*), saec. XII,*

fol. 137′—138′. 144. 140—143′. 145. 139. 146—146′. *V. Columbani textum libro praecedente multo quidem peiorem exhibet, sed ex exemplari persimili pendentem, nam utrique verba eadem desunt (e. gr. in epistula praevia* omnium, etenim*), uterque eodem modo immutatus est (praef.* micantem] radiantem *A* 2. *A* 2*, nostrorum arbiter] commissi operis *A* 2. *A* 2**). Laterculus capitum desideratur.*

A 2a) Codex **Hagae-Comitum** *X,* 73 *(antea n.* 284*), olim S. Bertini, saec. XI, cui post argumenti summarium manu antiqua exaratum (fol.* 1*) insunt haec:*

fol. 1′—12′. *Libellus de Eustasii atque Waldeberti abb. Luxov. virtutibus auctore Adsone, quem hoc codice usus edidit O. Holder-Egger, SS. XV, p.* 1171[1],

fol. 13′—16′. *V. Eustasii (II,* 7 *sq.) cum praefatione interpolata, sed quaternione deperdito textus ultra verba* vidisset Eustasium *(II,* 8*) non pervenit,*

fol. 17—52′. *V. Columbani una cum carminibus, sed absque laterculo capitum,*

fol. 53—58′. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

fol. 58′—79. *libri secundi pars posterior (II,* 11—25*), quae tertium hic librum efficit, sed c.* 22. *finis inde a verbis:* Similiter alia puella *desideratur.*

Codex ex libris classis A perfectissimus quidem est neque vero ordinem debitum servavit, excedente V. Eustasii.

A 2a) Codex* **Compendiensis**, *quo Mabillonius usus est, omnia fere tribus libris distincta continebat quae praecedens, scilicet libro primo V. Columbani, secundo V. Athalae, tertio miracula Evoriacensia cum V. Bertulfi miraculisque Bobiensibus, sed V. Eustasii desiderabatur. Etiam finis c.* 22. *libri II. ei deerat, praeterea quod in illo extat c.* 25. *Quod autem uterque locum II,* 23*:* undique vallati maestitia *praetermisit, is librarium A 2a in transitu a pagina ad paginam fugit, unde manifestum est A 2a* ex hoc pendere.*

*A 2a**) Codex* **Antverpiensis**, *domus professae Soc. Iesu, quo Henschenius usus est, ad diem* 21. *Novembris item tres libros ita exhibebat, ut A 2a*; v. infra p.* 60.

*A 2a***) Codex* **Parisiensis** *n.* 5308 *(antea Colb. et Regius* $359\overset{2}{3}$*), saec. XII, olim Chesnianus, fol.* 281—287′, *V. Columbani continet mutilam a verbis c.* 11. tantum e fratribus, *locum c.* 20. *ad Ragumundum spectantem ita transponens, sicut in A legitur, immutansque* perduxit *(ib.) in* perducunt *cum A 2a. Sequitur fol.* 287′—292. *V. Columbani Hyensis, quam etiam A* 3 *continet.*

A $2b^1$*) Codices* **Bruxellensis** *n.* 18018, *saec. XII, olim S. Petri Laubiensis, qui V. Columbani ad c.* 28. ministrum vocavit *continet, folio ultimo exciso, et*

A $2b^2$*)* **Rotomagensis** *U* 2, *saec. XII, fol.* 181—185′, *qui propter defectum in c.* 15. *V. Columbani* omnium *mutilus desinit, praemissa praescriptione:* Incipit prologus in (super *A* $2b^1$) vita sancti Columbani abbatis (et confessoris *add. A* $2b^2$), *a verbis* Rutilans atque — micans — monachorum doctrina patrumque s. nobilium virorum condidit v. *incipiunt, ita ut et epistula et laterculus capitum desiderentur, textumque V. Columbani eodem modo interpolatum exhibent, qui in editione Mabilloniana legitur.*

A $2c^1$*) Codex* **Divionensis** *n.* 383, *legendarium monasterii Cisterciensis comprehendens, cuius volumina IV. et V. saec. XII, reliqua autem saec. XIII. exarata sunt, eadem quae A* 2 *continet, scilicet*

volumine II, fol. 70′—72′, *V. Athalae (praescr.:* Incipit vita sancti Attali abbatis XIX*), praecedente laterculo capitum II,* 1—10,

fol. 79—82. *V. Eustasii (praescr.* Incipit vita sancti Eustasii abbatis XXII*) absque praefatione interpolata,*

volumine V, fol. 7—11. *V. Columbani.*

1) *P.* 1171, *l.* 20. *pro* Hermiricus *in codice legitur* Heimiricus.

Huic codici interpolationes A 2. 2* *insunt, scilicet I,* 2*:* insula (quae in) extremo Oceano sita (est) *verba uncinis inclusa, unaque cum insequenti lectiones A* 2. 2*a in libro II. exhibet, e. gr.: II,* 1. patre nobili] patris studio nobili *A* 2*c*[1. 2] (patris studio *A* 2. 2*a*). *Praeterea liber II. in utroque ita interpolatus est*

II, 4. eum privet ab auras] ne isdem languidus, eo abscedente, vitalibus privetur auris *A* 2*c*[1. 2],

hiatibusque (e. gr. II, 9*) deformatus, sicut Mabillonius ipsum ad A* 2*c*[1] *'emendasse' sibi visus erat.*

A 2*c*[2]*) Codex Remensis n.* 1144 *(*782. 768*), saec. XIII. in., fol.* 52—55, *V. Athalae continet (praesc.:* Incipit vita sancti Attali, cuius festum colitur VI. Idus Maii*).*

A 2*c*[3]*) Codex Parisiensis n.* 5297 *(Colb.* 512, *Regius* 3593*), saec. XIII, fol.* 164—166. *V. Eustasii continet (praescr.:* Incipit vita sancti Eustasii abbatis, cuius transitus colitur quarto Kl. Aprilis XXX*).*

A 3*) Codex Mettensis n.* 523, *saec. XI. ex., formae octavae, V. Columbani exhibet laterculo capitum et praescriptionibus destitutam. Cum folia quaedam in exemplari, ex quo liber pendet, transposita essent, locus epistulae* cum — ergo *in altera praefatione aliusque c.* 3. (et *om.*) pubertas — adolescentem *in c.* 4. *legitur. Columbani vitam a Iona compositam altera excipit (praescr.* Vita sancti Columbani abbatis genere Scotici, qui in Britannia requiescit; *incip.:* Sanctus Columbanus de nobilissima Scottorum ortus progenie, volens exulare propter Deum in Brittanniam transnavigavit, ubi paganum usque tunc temporis Pictorum populum per suam industriam divinis virtutibus et maximis prodigiis roboratam Domino lucratus servus fidelis adeptus est), *quae licet sancti nostri verbis (MG. Ep. III,* 176, *l.* 37*) de Columbani nomine abutatur, tamen ad ipsum minime spectat, sed ad Hyensem.*

A 3*) *Codex Trevericus seminarii archiepiscopalis n.* 36 *(antea R n. I,* 12*), saec. XIII, legendarii S. Maximini tomus mensem Novembrem comprehendens, fol.* 116—132'. *eundem V. Columbani textum eodem modo transpositum exhibet*[1] *atque liber praecedens, sed differt ab eo, inserto initio c.* 16. *loco* quod — referam.

Ex hoc codice editio Flemingi pendet, de qua v. infra p. 60.

A 4) *Codex Bernensis n.* 48, *saec. XI, olim Floriacensis teste M. Petschenig*[2], *fol.* 184'—191'. *V. Columbani inde a praefatione* (*I,* 1) Rutilantem, *ad c.* 17. processerat *exhibet, ita ut fol.* 191'. *minime consumptum sit. Laterculus capitum, qui praefationem subsequitur neque praecedit sicut in reliquis libris, eodem modo atque in A* 1*a desinit. Praescriptiones capitum pleraeque adsunt neque vero scriptura atramentove distinctae sunt.*

Codices A 5 *mendis propriis inter se coniuncti:*

I, 1. praeterita] per certa *A* 5*a;* pro certo *A* 5*b.* 5*b**;
I, 2. pepulit] reppulit *A* 5*a.* 5*b.* 5*b**;
ib. celebrae] crebre *A* 5*a. b; I,* 17. processerant] processit *A* 5*a. b,*

modo cum codice A 3*:*

I, 3. pilis] *A* 5*a cum A* 3. *B* 1*a. b.* 2*;* bellis *A* 5*b;* telis *A* 4 *cum A* 1*a. c.* 2*;*
I, 12. longitudo] longitate *A* 5*b;* longitas *A* 3. *B* 1*a;*

modo cum A 4 *faciunt:*

I, 2. quo truces] *A* 3 *cum rell.;* quod cruces *A* 5*a (deficit A* 5*b);* quot cruces *A* 4*;*
I, 4. vicesimum] *A* 3 *cum rell.;* tricesimum *A* 5*a. b cum A* 4. *B* 1*a.* 2*;*
I, 14. Dei] intercessione *add. A* 5*b cum A* 4. *B* 1*a.* 2.

1) *Cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 628. 2) *Ed. Victoris Vitensis, Corpus scr. eccl. lat. VII, p. III.*

Locus ad Chagnoaldi relationem spectans c. 17. ex. praetermissus neque sicut in A 3 in calce c. 15. suppletus est.

A 5a) Codex S u e r i n e n s i s *bibliothecae gentis* K a d e *a. 1204, ut videtur, exaratus inter alias legendas, fol. 55'—81'. V. Columbani a c. 1.* Rutilantem *continet*[1], *capitum distinctione praescriptionibusque destitutam.*

Inspexit O. Holder-Egger v. c.

A 5b) Codex C o l o n i e n s i s *archivi urbani n. 170 (antea bibliothecae Wallrafianae VI, 11), saec. XV, passionalis sanctorum volumen quartum dies IV. Id. Nov. ad II. Kal. Dec. comprehendens, fol. 49'—67. V. Columbani a c. 1.* Rutilantem *exhibet.*

A 5b) Codex* T r a i e c t i n u s *bibliothecae universitatis 283 h, a. 1463. Traiecti per manus Ghysberti Berchmaker exaratus iisdem et mendis et hiatibus laborat atque A 5b.*

Librum L. Bethmann b. m. inspexit.

Classis Italica licet modice retractata sit, aliis tamen locis lectionem veram fidelissime conservasse videtur magnaque eidem auctoritas in rebus grammaticis et orthographicis attribuenda est. Huius enim recensionis codices supersunt et antiquitate praestantes et accurate scripti.

B 1a) Codex T a u r i n e n s i s *bibliothecae nationalis F IV, 26 (antea n. 20), saec. X. in., olim* Liber sancti [151][2] Columbani de Bobio, *sicut m. saec. XIV. in superiore marg. fol. 1. adnotavit, utrumque Ionae librum omnibus fere numeris perfectum continet. Insunt enim:*

fol. 1—36'. *V. Columbani, cui laterculus capitum et hymnus posterior desunt,*
fol. 36'—42. *V. Athalae (II, 1—6),*
fol. 42—49'. *V. Bertulfi (II, 23—25),*
fol. 49'—58. *V. Eustasii (II, 7—10),*
fol. 58—70'. *Miracula Evoriacensia (II, 11—22),*
fol. 70'—72. *Versus de Bobuleno ad hunc librum in appendice edendi,*
fol. 72—125. *V. S. Galli auctore Walahfrido, quam versus subsequuntur hi:*

Aeterni genitrix regis, tibi, virgo Maria,
Hunc Amalfredus librum sanctoque Columbae
Offert, salvari deprecans munere vestro.

Scriptura paginae primae evanida manu recentiore restaurata est.

B 1b) Codex T a u r i n e n s i s *bibliothecae nationalis F IV, 12, saec. X. ex. opulentissime exaratus in monasterio Bobiensi, ubi n. 150. signatus erat*[3], *primo fol.* 1ª. 1ᵇ—51'. *Vitam Columbani solam continebat, textum scilicet cum B 1a arte coniunctum neque vero ex ipso descriptum, atque qui ibi desiderantur laterculus capitum hymnusque alter hic adsunt. Etsi liber eandem fidem atque gemellus non meretur, hic illic non sine licentia immutatus*[4], *tamen ultimum alterius carminis versum solus exhibet, qui ab*

1) *Codicem descripsit Reinhardus Kade, 'N. Arch.' VIII, 365; SS. XV, 709.* 2) *Numerus ad inventarium a. 1461. pertinet; cf. Ottino, 'I codici Bobbiesi nella Biblioteca nazionale di Torino', Taurini 1890, p. 37.* 3) *Folio praefixo haec adscripta sunt:* Anno Domini 1620ᵐᵒ domnus Stephanus Martin religiosus in celebri abbatia sancti Petri de Luxovio et Guilielmus Valot presbyter eius comes, dicti Luxovii familiaris, in Bobium expresse peregrinati sunt, ut corpus divi Columbani inviserent. Huc autem apulerunt die dominica undecima mensis Octobris ut supra.

Felix Luxovium servans documenta Columbae,
Felicior Bobium corporis ossa tenens.

4) *V. Columb. c. 19.* inlaturam] *rell.;* inferendam *B 1b; c. 20.* revertisset] *rell.,* reversus fuisset *B 1b.*

omnibus quos vidi codicibus A abest. Librarius saec. XI. alterum quoque Ionae librum eo ordine quo in B 1*a continetur addidit una cum versibus de Bobuleno, ita ut codex iam eadem comprehendat ac praecedens, ex quo pars posterior pendere videtur*[1], *aliique alia libro intulerunt de Columbano scripta:*

fol. 64—70. *V. Athalae* (*II*, 1—6), 5
fol. 70—78′. *V. Bertulfi* (*II*, 23—25),
fol. 79—88. *V. Eustasii* (*II*, 7—10),
fol. 88—101′. *Miracula Evoriacensia* (*II*, 11—22),
fol. 102—103. *Versus de Bobuleno.*

Sequuntur miracula Columbani m. s. XI/XII. exarata, quorum prior pars (fol. 103′ 10 —107′*) ad c.* 7. *m. s. XIV.* (*praescr.* Incipiunt capitula libri secundi de virtutibus et miraculis sancti Columbani — —. Incipit praefaciuncula de virtutibus sancti Columbani, *inc.* Quoniam gesta et miracula), *finis* (*fol.* 206) *a verbis c.* 26. paululum aque *m. s. XV. suppleta sunt, clausula subscripta hac:* Explicit translatio corporis beati Columbani a Bobio in Papia et relatio ipsius corporis a (Papia in Bo *evanuerunt*] 15 bio, ubi per ipsius virtutes, domino nostro Yesu Christo concedente, multa et magna sunt perpetrata miracula[2].

B 1*b* et B* 1*b***) *Codices Taurinenses*[3] *bibliothecae nationalis alter F III,* 15, *saec. XI, olim Bobiensis n.* 169, *fol.* 29, *V. Columbani solam, alter F II,* 10, *saec. XI, olim Bobiensis n.* 7, *breviarium monasticum comprehendens, fol.* 45. *V. Athalae, fol.* 68. 20 *V. Eustasii, fol.* 145. *V. Bertulfi, fol.* 145. *Translationem corporis Columbani, fol.* 147. *Historias varias de primis Bobiensibus monachis, fol.* 232. *V. Columbani continent. Utrumque L. Bethmann b. m. quondam inspexit.*

B 1*c*) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Add. mss. n.* 21917, *saec. X, initio fineque destitutus, a verbis c.* 10. *ex. V. Columbani* fuerit prudens auctor vel 25 auditor *incipit, in verbis c.* 30. a Theodorico Theodbertum *desinit. E lectionibus, quas rogatu meo I. H. Jeayes Londiniensis officiosissime exscripsit, certo certius intellegitur librum ad hanc classem pertinere, e. gr.:*

c. 20. Inter quos primus R. erat, qui eum Metis (Memetis *B* 1*b*) u. p., u. fr.;

c. 30. *praescr.* De ingressu eius in Italia et Agilulfi regis honorifica susceptione, immo Arriane perfidia(!) penes Mediolanium superatione ac monasterii Bobiensis in sicno et virtute miraculi constructione et de legatione venerabilis Eusthasii a rege Clothario cum supplemento publico post beatum Columbanum cum omni honore est directa. 30

B 1*d*) *Codex Admontensis n.* 2, *saec. XI, litteris initialibus pulcherrime pictis,* 35 *cum summa diligentia exaratus, fol.* 236—247. *V. Columbani continet a c.* 2 (*praescr.* VIII. Kl. Decb. Incipit vita beati Columbani abbatis, *incip.* C. etenim qui) *ad verba c.* 21. ruit atque discerpens.

B 1*e*) *Codices Monacenses n.* 22245, *saec. XII, legendarii Windbergensis vol. VI. menses Novembrem et Decembrem comprehendens, fol.* 12′—28, *et* 40

B 1*e**) *n.* 9506 *(Ober-Alt.* 6*) saec. XII, fol.* 109′—120, *V. Columbani textum eundem continent ad classem B pertinentem, exemplarque unde pendent lectionem librorum B* 1*a. b. d.* ululatu *pro* eiulatu *(ita B* 2 *cum A) c.* 20. *exhibebat, sed locis nonnullis etiam cum codicibus Bavaricis A* 1*c. c* conveniebat:*

1) *Id quod ex his locis concludi licet: II,* 22. aggressus antiquus anguis denuo per 45 transgressionis vitium] aggressus vitium (antiqus anguis d. per tr. vitium *pr. m. in marg. suppl.*) *B* 1*a;* aggr. vicium antiquus a. d. per tr. vicium *B* 1*b; II,* 25. dedisset osculum] (pacem *m. al. suppl.*) d. *B* 1*a;* pacem d. *B* 1*b.* 2) *Ed. Rossetti, 'Bobbio illustrato' II,* 149—181, *ubi prior pars ad c.* 7. *desideratur.* 3) *Cf. Ottino l. l. p.* 11. 20.

Epist. plerumque] plerorumque *B* 1e. *e* cum A* 1c. *c*;*
ib. quae] qui *B* 1e. *e* cum A* 1c. *c*;*
ib. exuberari] superare *B* 1e. *e* cum A* 1c. *c*;*
ib. scribere] aliquid scribere *B* 1e. *e* cum A* 1c. *c*;*
5 *ib.* molles castaneae poma] poma mollesque castane(a)e *B* 1e. *e* cum A* 1c. *c*.*
Laterculus capitum, quem solus codex B 1e *continet, est classis B.*

B 1*f*) *Codex Parisiensis n.* 3788 *(antea Colb.* 801, *Regius* 3863/10*), saec. XII, fol.* 8—15'. *V. Columbani imperfectam continet, incipiens a c.* 1. Rutilantem, *desinens in c.* 30 vellet contra quos, *foliis nonnullis perditis. Liber quam maxime immutatus* 10 *interpolatusque item c.* 20. ululatu *pro* eiulatu *exhibet cum libris praecedentibus.*

B 1*g*) *Codex Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae B* 55 *inf., saec XII. ex., inter alias sanctorum vitas fol.* 242—243'. *V. Columbani particulas continet has:* VIII. Decemb. Incipit vita sancti Columbani abbatis. Rutilantem — coronam (*I,* 1). Natus ergo hic — roborant (*I,* 2). De ingressu eius in Italiam ad Agilulfum 15 regem. Beatus ergo — Amen. (*I,* 30).

Inspexit O. Holder-Egger v. d.

B 2) *Codex Romanus bibliothecae Vaticanae e libris reginae Christinae n.* 1025, *saec. X. ex., olim S. Trinitatis Vindocinensis, sicut m. s. XIII. fol.* 1. *adnotavit, inter passiones vitasque sanctorum fol.* 157 *sqq. V. Columbani continet, quam in usum socie-* 20 *tatis nostrae H. Pabst b. m. a.* 1869. *diligentissime contulerat*[1]. *In laterculo capitum tituli* 11—17. *desiderantur, sed* 2—17. *ante vitam ipsam fol.* 156'. *iterati sunt.*

Cum idem apparatus in singulis libris recensendis minime permaneat neque codices iidem eandem per totum opus indolem servare videantur, seorsum de unaquaque parte inquirere visum est, quae inter codices intercedat ratio, quove consilio editio instituenda sit. 25 *Ut ad Vitam Columbani transeamus, classis A et B ut plerumque vel in rebus minimis inter se congruunt, ita gravi lectionum discrepantia haud raro in duas partes discedunt, sermoque tam diversus locis nonnullis in utraque legitur, ut, utri maior fides accedat, non facile decidendum sit. Rem in controversiam adducentibus nobis tertius occurrit testis Fredegarius, quem maximam c.* 18—20. *V. Columbani partem in chron. IV,* 36. 30 *expilasse monui. Utraque autem classis eo inprimis inter se differt, quod orationem obliquam, cuius Ionam quam maxime studiosum fuisse dixi, praetermissis verbis sentiendi vel declarandi A tradidit, admissis iis, B:*

c. 6. Coepit — rex querere, ut — resederet, — omnia quae eius voluntas poposcisset se paraturum [esse spopondit *add. B, om. A*],
35 *c.* 19. Vir Dei respondit: 'Si — conaris, — me fore a te sustentaturum [scias *add. B, om. A cum Fred.*],
c. 20. hortantur, ut — consuleret; qui si eum violenter non abstraherent, mortis eos periculum incurrere [pro certo sciret *add. B, om. A cum Fred.*].

Verba igitur quae dixi in antiquissimo quod habebat V. Columbani exemplari non legerat 40 *Fredegarius, eoque sane consensu classi A summa auctoritas accedit. E contrario altera classis in interpolationis suspicionem venit atque re vera de orationis partibus agitur, quas in calamo auctoris haesisse manifestum est. Idem fere de plerisque reliquis additamentis B dicendum est:*

c. 5. Si quempiam his labere in vitiis repperissent, [quibus humanum genus 45 solet astringi *add. B*],
c. 18. reginam aulae [regiae *add. B, om. A cum Fred.*] praefecisset,
c. 19. Evenit ergo, ut [post *add. B, om. A cum Fred.*] quadam die — veniret,
c. 20. caelos respicit [et ait *add. B*]: 'Aeterne', inquit, 'conditor',

1) *Cf. 'N. Arch.' II,* 34.

c. 30. hortatur, ut sui laboris [praemio vires resumat *add. B*] meminisceret [que *add. B*], — erudiret, — adunaret —, educaret [erudire —, adunare —, educare *B*].

Ultimo loco vel temporis inaequalitate verbi resumat *interpolatio a textu primigenio* (meminisceret) *facile distinguenda est. Cum autem auctor B altero paulo melius eruditus esset, menda eius grammatica nonnulla sustulit vocabulaque textui intulit aut aptiora aut electiora:*

c. 7. solitudinis ora [s. vastitatem *B*] adtigit,

c. 12. in supradicto scopuli sinu [speleo *B, sed Ionas ipse* sinus *pro* specus *accepit, cf. c.* 8. concavum in caute sinum],

c. 19. Aient *[A cum Fred.;* fatentur *B]*,

c. 27. falangas imperavit abire [abire iubet *B*],

c. 28. aientes [*A;* dicentes *B*],

c. 30. Omni praesidio s. monasterium munire studet [muneribus ornat *B, sed* praesidio munire *constare videtur, praecedente loco hoc:* ut sodales — presidio foveret].

Ab ipso incepto suo auctor archetypi B loco insequenti destitisse videtur, ubi lectio primigenia adhuc iuxta interpolatam asservata est:

c. 11. tantaque piscium [multitudo *add. B* 2*;* 9 *litt. ras. B* 1*a*] copia est rete impletum, ut vix prae multitudine trahi potuisset.

Emendatam hanc V. Columbani editionem aevo posteriori neque biographo ipsi attribuendam esse ex hoc argumento concludi licet. Adveniente sancto in Gallias, duabus ex causis religionem abolitam esse Ionas affirmavit, scilicet (c. 5) vel ob frequentia hostium externorum vel neglegentia praesulum *(ita A;* priscorum principum *B). Praesules ab eo intelleguntur episcopi*[1], *iisque religionis abolitio in libris A vitio vertitur, dum B ipsorum gratia 'priscos principes' substituit. Manifestum autem est reges Francorum saec. VI. ex. regnantes vix priscos appellari potuisse a Iona quinquaginta circa annis post degente priscosque ipsos multo magis scriptoribus Carolingicis fuisse, extincta stirpe Merowingica. Quare mihi persuasum est, V. Columbani ab interpolatore multo posteriore retractatam esse, certoque certius probasse mihi videor textum primigenium in codicibus A asservatum esse.*

Interpolationes classis B facile discernendae essent, si adhuc superesset quod auctori eiusdem praesto fuerat exemplar A. Quod etsi reperire minime licuit, tamen totam codicum congeriem examinans in affines ipsius duos incidi A 3 *et A* 4, *quorum alter priorem tantum libri partem ad c.* 17. *continet. Cum libro A* 3 *solo classis B convenit, assentiente Fredegario, locis his:*

I, 19. [beatum *add. A* 1*a. b. c.* 2*; om. A* 3. *B* 1*a.* 2. *Fr.*] Columbanum;

ib. dementiae [se *add. A* 1*a. b. c.* 2*; om. A* 3. *B* 1*a.* 2. *Fr.*];

I, 20. Inter quos primus Ragumundus erat, qui eum Nametis usque perduxit, universis] *A* 3. *B* 1a. 2. *Fr.;* N. u. p. (Nam *solum habet A* 1*b; haec om. A* 1*c*), i. q. p. R. e., qui (q. *om. A* 1*c*) cum u. *A* 1*a. b. c.* 2.

Verba igitur Nametis usque perduxit *in exemplari (x), unde libri A* 1*a. b. c.* 2 *pendent, suo loco mota initioque enuntiati suppleta erant; in altero autem exemplari (y) ordo rerum intactus relictus erat, talisque condicionis codex non solum is erat, qui a Fredegario librarioque B adhibitus est, sed extat adhuc A* 3, *quocum facit imperfectus A* 4. *Eorum ope et classem B interpolationibus purgari et in codicibus A* 1*a. b. c.* 2 *menda verbaque singula, immo enuntiatum totum dubiae fidei discerni licuit:*

1) *Cf. SS. R. Meroving. III,* 105, *l.* 27.

I, 16. Patratum deinceps aliud miraculum] *A* 3. 4. *B* 1*a*. 2 *(praetermisso verbo auxiliari, velut II,* 23: Deinde alia virtus subsecuta); quod per beatum Columbanum et eius cellerario factum fuit referam *add. A* 1*a*. *b*. 2;

I, 30. eo habentur in loco] *A* 3. *B* 1*a*. 2; cohabentur (*A* 1*a*; quo habentur
5 *A* 1*b*. *c*. 2) in loco *rell.*

Neque vero propria exemplaris x omnia reicienda sunt. Exhibet enim in fine partis prioris (c. 17 *ex.) locum illum facetum ad conversationem sancti cum feris silvestribus spectantem, quem auctor referente Chagnoaldo episcopo Laudunensi accepisse voluit. Is 'postea' demum, id est post relegationem, Columbani minister et discipulus erat, cum apud*
10 *Brigantiam ille commorabatur, ita ut relatio libro exeunte (c.* 27. 28*) potius collocanda fuisset, eamque cum praecedentibus minime cohaerere primo patet aspectu. Sane ea abest h. l. non solum a recensione B, sed etiam a codicibus A* 3. 4. 5, *nisi quod in A* 3 *post c.* 15. *locum iam occupat, praetermissis primis verbis. Interim de interpolatione cogitari non licet mea quidem opinione, nam verba ut mente Ionae dictata sunt, ita com-*
15 *parata cum aliis eiusdem auctoris genuina esse probantur:*

I, 17. *ex.*	*I,* 27.
Nam Chagnoaldum — — cognovimus referentem, qui	Nam Eusthasium hoc cognovimus referentem, qui

Relatio igitur Chagnoaldi in y omissa a Iona ipso Vitae postea videtur addita esse, idque
20 *eo contigisse potest, quod Vitam Columbani absolutam auctor a.* 641. *seorsum ediderit, toto autem opere anno insequenti perfecto, suppleverit et locum quem dixi. Tunc demum epistulam praemissam esse opus sit, eaque re vera desideratur in A* 4. 5, *alienae originis est in A* 3.

Inter libros A 1, *in quibus verba eadem desunt:*

25 *Ep.* Ausoniae] *rell. (cf. II,* 23*); om. A* 1*a*. 1*a**. 1*b**. 1*c*. 1*c** *cum A* 3;

ib. Deo dicati aeterno] *rell.; om. A* 1*a*. 1*a**. 1*b**. 1*c*. 1*c** *cum A* 3 *(pr. m.),*

eadem transposita sunt:

I, 2. et occiduas pontum d. in umbras *post* latebras *extant A* 1*a*. 1*a**. 1*b**. 1*c*. 1*c**.

codex Sangallensis et antiquitate et eximia fide praestat, isque cum A 1*b ex exemplari*
30 *pendet eodem (α), quod licet accuratissime scriptum esset, tamen mendis nonnullis levioris momenti laborabat, e. gr.:*

c. 20. Exin] *A* 2 *cum rell.;* Et in *A* 1*a*. *b*;

c. 21. infit] *A* 2. *B (eodem verbo Gregorius utitur)*; inquit *A* 1*a*. *b*;

c. 22. filo] *A* 2 *cum rell.;* filios *A* 1*a (corr.* filos*)*. *b*;

35 *c.* 27. visque rapida (rabida *A* 1*c*. 2; rapidam *B* 2)] *A* 2 *cum rell.;* vasque rapide (rapid:: *m. al. corr.* rapido *A* 1*a*) *A* 1*a*. *b*.

Codici autem A 1*c haud magnam auctoritatem attribuam, nam qui in priore libri parte manifesto partium codicum A* 1 *erat, is in posteriore cum A* 2 *facit:*

I, 19. reppererunt Aspasiumque nomen] *om. A* 1*c cum A* 2;

40 *I,* 21. At] *om. A* 1*c cum A* 2;

I, 22. metatui suo] ad metas suas *A* 1*c cum A* 2.

Codices A 2 *mendis inquinati sunt communibus veluti hisce:*

c. 17. esse sepe solitum (sol. sepe *A* 1*b*)] *A* 1*a*. *b*. 3; (esse *om. A* 2. *A* 2*a****. *A* 2*b*[1]; eum *A* 2*) sepe solitum *A* 2. *A* 2*. *A* 2*a****. *A* 2*b*[1] (esse *ante* sepe *facile exci-*
45 *dere poterat),*

ib. fere — laetitia uberi, velut catuli solent dominis adolare, exultabant] *A* 1*a*. *b*. 3; fere — dominis exultare, exultabant *A* 2. *A* 2*. *A* 2*b*[1] *cum A* 1*c (at* dominis *magis* adolare *quam* exultare *canes solent),*

auctorque huius familiae paulo gravius quam A 1*a a vero textu discrepuisse videtur,*

vocabula nova traditis substituens, nonnulla interpolans, pauca omittens. Cum igitur inferiore auctoritate hi codices fruantur, unus ex eis, idem antiquior et melior ad textum recensendum sufficere visus est. Discrepantibus autem alterius stirpis y codicibus A 3. *A* 4 *et inter se et cum recensione B, ea omnino pars eligenda erat, cui calculus A* 3 *accessit:*

I, 3. pilis] *A* 3 *cum B* 1*a. b;* pliis *B* 2*;* telis *A* 4 *cum A* 1*a. b**. *c.* 2*;*
I, 11. Aliaque vice] *A* 3 *cum B* 1*a.* 2 *(recte; cf. infra c.* 15*);* Alia quoque vice *A* 4 *cum A* 1*a. b. c.* 2*;*
I, 4. vice(n)simum] *A* 3 *cum A* 1*a. b**. *c.* 2*;* Tricesimum *A* 4 *cum B* 1*a.* 2*;*
I, 14. viri Dei gratia flagravit] *A* 3 *cum A* 1*a. b. c.* 2*; post* Dei *add.* intercessionis *A* 4, intercessione *B* 1*a.* 2.

Neque vero omnes quae in his libris occurrunt lectiones bonae notae sunt, e fonte optimo haustae, sed multae in unoquoque eorum deprehenduntur immutationes arbitrariae, multi hiatus, neque interpolationes desunt e. gr.

I, 6. Sigiberti] *rell.;* Childeberti *A* 3 *e coniectura;*
ib. loca] horrida repperisset *add. A* 4.

Praestantissimus alterius classis codex B 1*a, quocum fere convenit B* 1*b, ab eodem patre* (*δ*) *prognatus, quam accuratissime exemplar illud retractatum* (*γ*) *reddere videtur; peculiaria autem ipsius menda ope libri B* 2 *tolli poterant, qui alio stemmate ad eundem avum referendus est, fidem vero non eandem meretur, verborum inprimis ordine saepe perturbato.*

Optimos uniuscuiusque classis codices A 1*a. B* 1*a non solum totos contuli, sed etiam totam lectionum variantium discrepantiam diligenter adnotavi, reliquos autem quos adhibui A* 1*b. c.* 2. 3. 4. *B* 2 *non curavi, ubi unus eorum ab universitate recedebat. Priorem libri primi partem ad c.* 11, *deficiente codice A* 1*b, cum A* 1*b** *contuli atque in laterculo capitum hymnisque recensendis, quorum ille in B* 1*a, hi in A* 2. *B* 2 *desiderantur, codices B* 1*b et A* 2*a. B* 1*b adhibui. Quo facilius quae inter singulos codices intercedat necessitudo intellegatur, stemma delineare libet hoc:*

Archetypus
x — *y*
x: *α*, *A* 2
α: *A* 1*a*, *A* 1*b* (→ *A* 1*b**)
y: *β*, *γ*
β: *A* 3, *A* 4
γ: *δ*, *B* 2
δ: *B* 1*a*, *B* 1*b*

In recensenda V. Columbani, libris inter se comparatis, lectio x et y primo eruenda, discrepante autem utraque, exemplar y in universum anteponendum erat. Haec sane lex etiam in quaestionibus grammaticis saepe locum habere poterat, cum usu Ionae observato menda quae ad y referenda erant grammatica pleraque genuina esse perspexerim:

I, 6. 14. 17. castrum *vel* monasterium *vel* munere, quem] *ita A* 3 *et A* 4 *separatim aut coniunctim cum B* 1*a.* 2*;* quod *A* 1*a. b. c.* 2*; at* castrum, monasterium *etiam alibi I,* 10. 28 *et* 10. 30. *masculino generi attribuit idem auctor;*
I, 7. tanta ignis] *A* 3 *(pr. m.). B* 1*a.* 2*;* tantus i. *A* 1*a. c.* 2. 4*;*
ib. aequitibus] *recte A* 4. *B* 1*a.* 2 (eques *pro* equus; *cf. SS. R. Merov. I,* 944); (a)equis *A* 1*a. c.* 2. 3*;*
I, 14. se multorum opum esse ditatos] *recte A* 3. *B* 1*a.* 2 (*cf. c.* 6: se aliorum opum fore ditaturum); se multis opibus e. d. *A* 1*a. b. c.* 2. 4*;*
I, 17. nomen] *A* 3 *(saepe).* 4. *B* 1*a.* 2 *(et I,* 19. *Fr.);* nomine *A* 1*a. b. c.* 2*;*

I, 17. ultimus alitus carere] *B* 1*a*; ultimos alitus c. *A* 3. *B* 2 (carere *c. acc. apud Ionam*); ultimo alitu c. *A* 1*a*. *b*. 2;
I, 20. propter eum transirent] *B* 1*a*. 2 (propter *pro* prope *I*, 17. 28); prope eum tr. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3.

5 *Haud raro autem, neglecta affinitatis ratione, cum librarii plerique uno consilio ad emendandum sermonem barbarum accesserint, iis potior fides attribuenda erat, qui robiginem primigeniam quam fidelissime servaverunt. De Ionae opere hac in parte bonam laudem meriti sunt librarii* A 1*a*. B 1*a*, *iisque consentientibus nonnumquam tertius testis accessit Fredegarius:*

10 *I*, 19. vir *pro* viri *A* 1*a*. *B* 1*a cum Fr.*;
I, 27. vir *pro* a viro *A* 1*a*. *B* 1*a*.

Dissentientibus autem iis, calculum suum haud raro codici A 1*a adiecit, cuius lectiones non paucae in textum admittendae erant, neglectis libris reliquis:*

I, 18. ex honorabilem reginam] *pr. m. A* 1*a cum Fr.*; ex honorabili regina *rell.*;
15 *I*, 19. intentu frangat] *A* 1*a cum Fr.*; intentum fr. *rell.*;
ib. ab conprovincialibus moribus] *pr. m. A* 1*a cum Fr.*; ab (ad, a) conprovincialium m. *rell.*

Etiam A 2 *lectiones haud spernendas una cum Fredegario exhibet raro:*

I, 19. sol occumbente] *A* 2. *B* 1*a*. 2 *cum Fr.*; sole o. *rell.*
20 *I*, 20. vim] *A* 2 *(alias etiam B* 1*a*. 2*) cum Fr. et ita V. Vedastis c.* 5; vi *rell.*,

licet cum ipso eodem quoque loco lapsus sit:

I, 18. passim] parsim *A* 2 *cum Fr.*; sparsim *A* 2*.

Certa igitur lege in diiudicandis rebus grammaticis uti non licet nisi ea, quae explorato auctoris sermone constituitur.

25 *De orthographicis idem fere dicendum est. Praestantia codicis* A 1*a iis locis quos expilavit Fredegarius certo certius comprobatur, sed ex hoc collatisque Ionae scriptis intellegitur, etiam reliquis libris haud spernenda inesse, inprimis libro* B 1*a*. *Ducem igitur* A 1*a secutus sum, quatenus auctoritati ipsius fides non derogabatur, laterculoque composito accuratius explicari, quibus locis eum Fredegariumque admiserim aut alios* 30 *libros praetulerim, uncinis includens lectiones improbatas.*

[a *pro* e: insaniabant, nitabantur *pr. m. A* 1*a*];
[e *pro* a: copiem *(cf.* cupiem *V. Ioh. c.* 13*)*, cruentem, redundebat *pr. m. A* 1*a*];
ae *pro* e: *voc.* aeternę,
abl. formidinae *Fr.*, mentae *A* 4,
35 *adv.* aequae,
[demonstræt, excitæt *pr. m. A* 1*a*],
conquęstus *A* 1*a*. *B* 1*a*. *b* (conquestus *Fr.*),
aederit *A* 1*a*,
ęgestatis *A* 1*a* (aegentum *V. Ioh. c.* 8),
40 aequus *saepe A* 1*a*. *B* 1*a*,
aescas *A* 2*a*. *B* 1*b*,
ęsum (aesuriunt *V. Ioh. c.* 8),
[— quę, — quae *saepe A* 1*a*],
[saeveritas *A* 1*a*. *B* 2];
45 e *pro* ae *admisi, sicut in* A 1*a legitur, scriptaque sunt etiam apud Fredegarium:*
misere reginae,
largitatis nostre;
ae *pro* i: quae *pro* qui *n. sing.*;

assimilatae sunt praepositiones:
ammonitione, ammonitus,
[attentius *A* 1*a*. *b*, compagem *A* 1*a*, optemperaret *A* 1*a*. *b*. 2];
in universum autem praepositiones non assimilatae sunt, consentiente Fredegario:
adgressa, adlocuntur, adtingunt, conp., obtemperare *A* 1*a*. *Fr*., 5
[exconmunicatio *A* 1*a*];

b *pro* p: obtio,
[labides, poblitibus, brimi, stibulam *A* 1*a*];

p *pro* b: [palsama *A* 1*a*],
vipurna; 10

b *pro* v: exubias (exuvias *A* 3; excubias *rell.*),
salibo *pr. m. A* 1*a cum V. Ioh. c.* 10,
[redundabit *pr. m. A* 1*a*];

[v *pro* b: narravimus *pr. m. A* 1*a*];

c *inserta*: [dictionis *pr. m. A* 1*a* (dictione *V. Ioh. c.* 15); *at* ditionis *A* 1*b*. *B* 1*a*. *Fr*.], 15
fructix, fructices *A* 1*a ter, B* 1*a bis,* saepefactus *codd. meliores saepe: menda falsa etymologia exorta ad auctorem ipsum referam;*

[c *pro* g: pervacare *pr. m. A* 1*a*];

g *pro* c: auligae *pro* aulici *pr. m. A* 1*a cum Fr., pr. m. B* 1*a* (auli regiae *Fr.*), *gen.*
auligum *pr. m. B* 1*a cum Fr.*, 20
[elugubrare, exegrare, migare *taliaque saepe A* 1*a*],
opaga *A* 1*a*. *B* 1*a;*

c *pro* qu: adlocuntur *A* 1*a*. *Fr.;*

qu *pro* c: querqui *pro* querci *pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a et pr. m. B* 1*a*,
quur *Fr. et sic scripsi,* qur *semper B* 1*a cum V. Ioh. c.* 7; 25

[ci *pro* ti: attencius, demenciae, forcior, pocior *Fr.*];

[t *ante* i *loco* c *codicibus a librariis illata videtur esse atque apud Fredegarium legitur:*
pertenaciae, provincias,
quare libros vel meliores ita errantes non curavi];

d *pro* t: adque *pr. m. A* 1*a cum V. Ioh.*, 30
inquid *ter Fr. cum V. Ioh. et Ved., semel pr. m. A* 1*a, ter A* 2 *et B* 1*a*,
idemque,
reliquid *pr. m. A* 1*a et B* 1*a cum V. Ved. c.* 8,
[detenderint *A* 1*a*];

t *pro* d: repetare *A* 1*a (ter)*. *B* 1*a (bis) cum Fr.; at* 35
repedare *semel A* 1*a*. *b*. *B* 2. *Fr.*;

e *pro* i: [1. *decl.* incoles *pr. m. A* 1*a*],
3. *decl.* [*nom. sing.*: pingues, pisces *A* 1*a*, regales proles *Fr.*];
gen.: dignitates, pociores *Fr.*,
lapides *pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*, 40
caritates, flagrantes, fratres, labores, pietates, religiones *pr. m. A* 1*a*,
multitudines *A* 4;
dat.: conditore *Fr.*,
consistente, modolamine *A* 1*a*, 45
oratione *codd. cum Fr. et A* 1*a*,
religione *A* 1*a*. *b*. *B* 1*a et A* 1*a(?)*. 2,

e *pro* i: societate *pr. m. A* 1*a*,
-e *nonnumquam A* 3 *et A* 4;
[*abl.*: singulare *pr. m. A* 1*a*];
abl. pl.: atrociorebus *Fr.*,
5 legebus *A* 4;
pronom. [ille *dat. pr. m. A* 1*a*],
ille *n. pl. Fr. et pr. m. A* 1*a*,
[ipse *pr. m. A* 1*a*];
[1. *coniug.* sotiares *A* 1*a*];
10 [2. *coniug.* vovet *pr. m. A* 1*a*];
3. *coniug.* 2. *pers.*: canes, capes,
cernes, diffundes *A* 1*a*,
promes,
[reminisceres *pr. m. A* 1*a*];
15 3. *pers.*: adtollet, desinet, dicet, inponet *pr. m. A* 1*a*,
inquiret *A* 1*a* (*non Fr.*),
occurret *pr. m. A* 1*a*,
pellet *A* 1*a cum Fr.*,
poscet, tradet, trahet *pr. m. A* 1*a*,
20 teget *A* 1*a* (*pr. m.* deget). *B* 1*a*;
[*part.*: posetum *Fr.*];
[4. *coniug.*: proderet *A* 1*a*. *b*. 2, *at* prodiret *B* 1*a*. 2 *cum Fr.*,
reppereant, venere *pr. m. A* 1*a*,
venerit *Fr.*, *at* veniret *rell.*];
25 [admenistrata, altissemus *Fr.*],
in compositis: 1) *-cidere*, incedere *A* 1*a*. 2, 2) *-didit*, condedit *pr. m. A* 1*a*, ededit *codd.*, indedit *pr. m. A* 1*a*, indederat *Fr.*, 3) *-quirere*, conquererent *pr. m. A* 1*a*, 4) *-sidere*, obsedere *pr. m. B* 1*a*, resedere *pr. m. A* 1*a et B* 1*a*, 5) *-stitit*, exstetit, substetet *pr. m. A* 1*a*,
30 5) *-tinere*, detenis *pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*,
defert *pro* differt *A* 1*a*. *B* 2,
defundere, defusa *pro* diff. *A* 1*a*,
delucolo *Fr.*,
[deminuere, demisere *A* 1*a*],
35 [evigelasset, glescentem *pr. m. A* 1*a*],
[inlicetis *Fr.*],
-iscere, contremesce,
itenere *Fr. et B* 2 *bis*; iteneris *pr. m. A* 2,
[menistri *Fr.*],
40 [munimene *A* 1*a*],
osteo *pr. m. A* 1*a*,
palleum *A* 1*a cum Fr.*,
[pertenaciae, publecam *Fr.*],
relegio *Fr. cum V. Ioh. et Ved.*,
45 [seviretate *Fr.*],
[selenti *A* 1*a*, *corr.*],
[solamenis *Fr.*],
sterelis *A* 1*a*,
[undeque? *pr. m. A* 1*a*],

e *pro* i: vademonium (vadaem. *Fr.*) *semper,*
[venerabelis, vegens *Fr.*],
vero *A* 1*a*; verum *Fr.*;

i *pro* e: *decl. nom. sing.* alis *A* 1*b*. *B* 1*a*,
milis *pr. m. A* 1*a*, 5
prolis *A* 1*a*. *B* 1*a*. 2 (proles *Fr.*),
sobolis *A* 1*a*. *B* 2,
sospis *A* 1*a*;
abl. sing. cecitati *A* 1*a*,
crispanti, 10
imitationi,
luci *A* 1*a*,
urguenti *Fr.*;
nom. et acc. pl. obtemperantis *Fr.*,
oportunitatis *pr. m. A* 1*a*, 15
optamatis omnis *Fr.*,
plebis *pr. m. A* 1*a*,
proceris *Fr.*,
regis *pr. m. B* 1*a*,
veteris *A* 1*a*. *B* 1*a*; 20
[*pron.* illi *n. sing. Fr.*,
si *pro* se *pr. m. A* 1*a*];
[1. *coniug.* increpit *A* 1*a*,
perturbarint *Fr.*];
2. *coniug.* preberis *A* 1*a*. *B* 1*a* (*cf.* indigeris *V. Ioh. c.* 8), 25
[augit, praepollit, refulgit, splendit *pr. m. A* 1*a*],
[vidit *codd.*],
[urguitur *pr. m. A* 1*a*, *at* urguetur *Fr.*],
delituros *pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*;
3. *coniug.* [crederis *pr. m. A* 1*a*, *bis*], 30
cerniret *Fr.*,
siniret *pr. m. A* 1*a*,
poscerit *Fr. cum V. Ioh. c.* 13,
aederit, praeciderit, tenderit, volverit *pr. m. A* 1*a*,
avellerint *pr. m. A* 1*a*; 35
[4. *coniug.* venerit *pro* veniret *ter Fr.*];
vellit *A* 1*a*. *Fr. cum V. Ioh. c.* 10,
velit *pro* vellet *A* 1*a*. *B* 1*a*. 2,
vellint *A* 1*a*. *B* 1*a*. *Fr.* (*alias* vellent),
velint *optimi*, vellent *A* 1*b*. 2; 40
[accideret *pro* accederet *Fr.*],
calciamentorum,
de- *in compositis:*
dimersurum *codd. cum Fr.*; dimersus *A* 1*a*. *B* 1*a*; dimergi *B* 1*a*. *b*,
disciscat *A* 1*b*. 2. *Fr.*; discisceret *A* 1*a*. 2. *B* 1*b*. *Fr.*, 45
discribere,
disperantibus *A* 1*a*. *B* 1*a*,
[distinare *saepe A* 1*a*, dest. *Fr.*],
distruas *A* 1*b cum Fr.*,

i *pro* e: [deniget, dinuo *Fr.*],
[herimi *A* 1*a*],
-escere: aduliscens *semper* *A* 1*a*. — inluciscente *A* 1*a*. *b*. — pubiscens *pr.* *m.* *A* 1*a*,
5 [incrimenta *Fr.*],
monastirii *Fr.*,
[negligentia *saepe* *A* 1*a*],
pavifacti *A* 1*a* *cum* *Fr.*,
[signitia *pr.* *m.* *A* 1*a*],
10 [seviretate *Fr.*],
[sini *pro* sine *A* 1*a*],
supplimentum *A* 1*a* *cum* *Fr.*, *saepe* *A* 1*a*, *semel* *A* 1*a*. *B* 1*a*,
[timerario *Fr.*],
[vicisimo *pr.* *m.* *A* 1*a*];
15 e *pro* y: zepherorum;
f *pro* ph: falangas, faleramenta, scafa *plerumque*;
[ff *pro* ph: scaffa *saepe* *A* 1*a*];
[ph *pro* f: prophanum *A* 1*a*. *b*. 2, *non* *B* 1*a*];
g *pro* qu: ligor *B* 1*a* *cum* *V.* *Ved.* *c.* 7 (licor *et* liquor *A* 1*a*);
20 *geminatio male omissa:*
[c: acommodare *B* 1*a*, acommendare *et* accomodare *A* 1*a*, *alias recte*,
eclesia *Fr.*, *at* ecclesia *A* 1*a*, aecclesia *B* 1*a*];
[d: redidit *A* 1*a*];
f: dificilium *pr.* *m.* *A* 1*a*. *B* 1*a*,
25 defert *pro* differt *A* 1*a*. *B* 2 (difert *B* 1*a*),
defusa *pro* diffusa *pr.* *m.* *A* 1*a*;
[l: pululent *pr.* *m.* *A* 1*a*,
solemnis, solemnitatis *A* 1*a*];
m: comeatu;
30 p: [opidum *A* 1*a* *cum* *V.* *Vedast.* *c.* 2. 9],
oportunus *A* 1*a* *cum* *Fr.*,
[reperit *A* 1*a* *et* *A* 1*a*. *B* 1*a*; reperisset *A* 1*a*. *b*];
[r: seraculum *B* 1*a*];
[s: amisione *A* 1*a*, *cf.* *V.* *Ioh.* *c.* 4,
35 habisent *pro* abissent, exusit, fesa, iusis, necesarius, permisuros, progresu *A* 1*a*];
geminatio male admissa:
[f: aedifficasti *A* 1*a*];
[l: exillium *pr.* *m.* *A* 1*a*];
[m: commites *pr.* *m.* *A* 1*a*, *cf.* *V.* *Vedast.* *c.* 5: commitari,
40 reumma *A* 1*a*];
p: inoppinato *A* 1*a*,
repperire *A* 1*a*. *B* 2, repperiunt *A* 1*a*. *B* 2 *cum* *Fr.*, repperiebat *A* 1*a*. 2. *B* 1*a*,
reppertum *A* 1*a*,
reppetunt *A* 1*a*. 2. *B* 1*a*,
45 suppellectilem *A* 1*a*. *B* 2;
r: obserrare *A* 1*a*. 4;
h *omissa*: abenis *A* 2. *B* 1*a*. 2 *et* *B* 1*a*. *b*. 2 *cum* *Fr.*,
alitus,
austu *A* 1*a*. *B* 1*a* (austa *V.* *Ioh.* *c.* 17),

h *omissa*: [erbarum, is *A* 1*a*],
[oram, orreum, orrida, ortatur *A* 1*a*],
[anelitu *A* 1*a*. *B* 1*b*, *alias recte*],
debaccans,
[pulcritudine *A* 1*a*]; 5

h *addita*: [habietibus, habisent *pr. m. A* 1*a*],
habund- *A* 1*a saepe, B* 1*a nonnumquam*,
hac *Fr., bis A* 1*a, semel B* 1*a*,
[hanxius *pr. m. A* 1*a*],
heremus *semper codd.*, 10
his *Fr., alias A* 2. *B* 1*a et B* 1*a*,
hisdem,
[abhominatus *A* 1*a*],
honera *A* 1*a*; honeratos *(A* 1*a)*. *B* 1*a*. 2 (honerari *V. Ved. c.* 5),
[hora, exhorta *A* 1*a*], 15
[hostium *A* 1*a bis, A* 2 *bis*; hostiarius *A* 1*a*. *B* 2];

n *pro* m: *acc.* calmen *codd., alias B* 1*a*,
[demun, menbra *A* 1*a*];

o *pro* u: *decl. nom.* animos,
cibos *A* 1*a*; 20
abl. famulato *pr. m. A* 1*a*,
porto *A* 1*a*. 2,
rito *pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*,
vomito *pr. m. A* 1*a*;
[*acc. pl.* sumptos *A* 1*a*]; 25
[*coni.* largitor *pr. m. A* 1*a*];
[commotasti *A* 1*a*],
[costudiis *Fr.*],
depotatis *Fr.*,
edocare *A* 1*a*, *B* 1*a*, 30
[fororem, iobet *Fr.*],
tium[1] nuncupant ob veterum monimenta murorum. Addiditque[a] post eum bonitatis largitor famuli sui promissum alium filium Chramelenum[b, 2] nomine, qui nobilitate et sapientia pollens, post patris[c] obitum in eius honore est suffectus, quamvis seculari habitu, tamen in creatoris amore vigil. Nam et ipse in amore beati viri in saltum[d] Iorensem super Novisona[e] fluviolum monasterium ex eius regula construxit[f], in quo Siagrium[g] abbatem praefecit. Addiditque adhuc duas filias pristino muneri et seculo nobiles et in Christi timore deditas. Post ista munera mater ipsorum Flavia post mariti obitum monasterium[3] puellarum in supradicta urbe Vesontionis construxit, omni munimine[h] roborans, multarum puellarum contionem[i] adunavit. Tantum[k] in eis viri Dei[l] gratia flagravit, ut omnia faleramenta praesentis vitae temnentes[m], ad omnipotentis [Dei[n]] cultum anhelarent.

15. De Theudegisili[a] digito secto et Winioci[b] fronte sanato[c] et corvi oboedientia.

Si vero aliqua inserere nitimur, quae parva hominibus videantur, erit obtrectatorum latratibus patens; conditoris tamen largitio aeque in minimis, ut in magnis, misericorditer adspirat nec defert[d] in modicis aurem pietatis accommodare, sicut in maximis exaudit vota petentis. Quadam etenim die cum vir egregius [Columbanus[e]] ad precidendam messem cum fratribus poenes calmen[f, 4] quam Baniaritiam[g] vocant

Capp. 14. 15. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. 4. *B* 1*a*. 2.

Cap. 14. a) que *om.* *A* 1*a*. b) *ita* *A* 3. *B* 1*a*. 2; Ramelenum *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 4. c) patri *B* 1*a*, *corr.* d) *ita* *B* 1*a*; saltum Iurensem *A* 4. *B* 2; saltu Iurense (Iorense *pr. m.* *A* 1*a*; Iurensi *A* 1*c*. 2. 3) *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. e) *ita* *A* 1*b*. 3. *B* 1*a*; Novisonam fluviolam (*m. al. corr.* fluviolum) *A* 1*a*; Novisonam fluvium *A* 1*c*; Novisanum fluvium *A* 4; Novisona fluinolum *B* 2; Visonam fluviolum *A* 2. f) construit *A* 1*b*. 3. 4 (*pr. m.*). *B* 1*a*. g) Agrium *A* 1*a*. h) munime *pr. m.* *B* 1*a*. i) contione *A* 3 *et pr. m.* *B* 1*a*. k) *ita* *A* 1*c*. 2. 4. *B* 2; tantum? *m. al. corr.* tanta *B* 1*a*; tantam *corr.* tanta *A* 1*a*, *et sic* *A* 1*b*. l) intercessionis *add.* *A* 4; intercessione *add.* *B* 1*a*. 2. m) tenentes *B* 2; mentes *m. al. corr.* contem(p)nentes *A* 1*a*. 4. n) *ita* *A* 1*a*. *b*. 2; *om.* *A* 1*c*. 3. 4. *B* 1*a*. 2.

Cap. 15. a) Theod. *A* 1*a*. *b*; Teud. *B* 1*a*; Teugili *corr.* Teudegili *A* 2; Teogisili *A* 4. b) *ita* *A* 2. *B* 1*a*; Winoci *A* 1*a*. *b*. c) sanat(a *m. al. in ras.*) *A* 1*a*; sanata *pr. m. corr.* sanato *A* 2; *om.* *A* 4. d) *ita* *A* 1*a*. *B* 2; difert *B* 1*a*; differt *A* 1*b*. *c*. 2. 3. 4. e) Columbanus *add.* *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 4 (*om.* *A* 3. *B* 1*a*. 2). f) *ita* *A* 3. *B* 1*a*; calmem *rell.*; *cf. infra c.* 17. g) Baniariciam *A* 1*c*. 4; Bamaritiam *A* 2; Bemaritiam *B* 2.

1) *Quod Palatium Ionas vocari dixit, monasterium est S. Pauli, quod hodieque moenibus civitatis adiacet, quibus a Dubi flumine dirimitur. I. Chiffletius. In eadem ecclesia Donatus ipse sepultus est teste catalogo episc. Vesontion. (SS. XIII,* 373): Donatus aedificavit ecclesiam sancti Pauli, in qua etiam in Domino requievit, et Iussanum monasterium cum matre sua Flavia, que ibi sepulta est. 2) *Chramnelenus 'ex genere Romano' dux a.* 636/7. *contra Wascones profectus (Fred. IV,* 78*), a.* 642. *inter eos erat, qui in Willibadum patricium Burgundiae conspirantes eum pugna interemerunt; cf. Fred. IV,* 90. 3) *Monasterium scilicet, quod in catalogo episc. Vesont. (v. n.* 1*) Iussanum appellatur, hodie ecclesia S. Mariae ('Notre Dame') ad viam S. Vincentii sita, ubi Flavia ipsa sepulta esse dicitur. Post ipsius mortem ex regulis Caesarii, Benedicti, Columbani Donatus virginum regulam collegit eamque 'virginibus Gauthstrudae omnique congregationi in coenobio a famula Dei Flavia constituto' dicavit, corporali infirmitate detentus, sensusque obtusi caligine vix permittente, sine dubio, quia grandaevus erat; cf. Holstenii Cod. Regul. VI (*1759*), p.* 377. 4) *Calmen est ager frumentarius, calamis obsitus (Gall. 'chaume'; cf. Diez, 'Etym. Wörterbuch' II,* 245[2]*) saepibusque fortasse munitus una cum casulis paucis, cui nomen villare (Germ. 'weiler', Gall. 'hameau') postea inditum est.*

venisset et, blando commodoque austro flante, falce segetem secarent, evenit, ut unus eorum Theudegisilus[a] nomine digitum falce praeciderit, nec prorsus hereret preter pellis parvae[b] retentaculo. Itaque stantem vir Dei Theudegisilum a longe cernens, imperat, ut cum sodalibus coeptum opus perficiat. At ille rei gestae 5 causam promit[c]. Celer ille ad ipsum properat digitumque inlitum salivo[d] pristine statim sospitati reddit. Imperat, ut celer ad coeptum opus vires augeat. Coepit cum gaudio geminare laborem ac pre ceteris ad praecidendam stipulam uberius urguere, qui[e] dudum de preciso membro animum[f] merore[g] subdebat. Haec nobis ipse Theudegisilus narravit digitumque monstravit.

10 Et in supradicto caenubio Luxovio[h] tale quiddam vice alia simile gessit. Nam quidam presbiter ex parrochianis, pater Boboleni[i], qui nunc Ebobiensi[k] cenubio praeest, Winiocus[l] nomine ad beatum Columbanum venit; eratque ille in saltum[m] cum fratribus ob lignorum oportunitatis[n] parandas. Cumque supradictus Winiocus venisset miransque aspiceret, quanta vi truncum querqui[o] cuneis arieteque 15 partirent, elapsus e[p] trunco cuneus medium frontem secavit hac venarum profluas sanguinis undas produxit. Vidensque [vir[q] Dei] Columbanus[q*] detectum os, sanguinem[r] fluentem, statim in terram[s] orans ruit[t], surgensque salibo inlitum sanum reddidit, ut vix cicatricis vestigium remaneret.

Aliaque[u] vice cum ad cibum capiendum veniret [beatus igitur[v] Columbanus] 20 in sepefacto[w] caenubio Luxovio[x], tegumenta manuum, quos Galli wantos[1] vocant, quos ad operis labore[y] solitus erat habere, supra lapidem qui ante fores refecturii erat deposuit; moxque, quiete reddita, corvus alis[z] rapax advolavit, unumque ex eis rostro ferens, abstulit. Peracta refectionis hora, foris vir Dei rediens, tegumenta manuum requirit. Cumque omnes inter se conquererent, qui[a] abstulisset, 25 vir sanctus ait, nullum alium esse, qui sine comeatu aliquid adtingere presumpsisset, nisi alitem, qui a Noe dimissus, ad arcam non remeavisset[b]; addiditque[b*] nullo modo suos pullos[c] aliturum[d], si rapacem furtum celeri volatu non referret. Expectantibus fratribus[e], in medio omnium corvus advolat, male sublatum furtum rostro reportat nec se pennigera conatur eripere fuga, sed mitis ante omnium con-30 spectum, oblitus ferocitatis[f], ultionem expectat, quem vir sanctus abire imperat. O mira aeterni iudicis virtus! qui tanta suis famulis prestat, ut non solum hominum[g] honoribus, sed etiam avium oboedientia clarescant*.

cf. Gen. 8, 7.

*) Nam et Chagnoaldum — vir testabatur *hic inserit A 3, quae ad codd. A 1a. b. c. 2 in calce c.* **17.** *edidi.*

35 *Cap.* 15. *A* 1*a. b. c.* 2. 3. 4. *B* 1*a.* 2.

Cap. 15. a) Theodigisilus *A* 1*b. c.* b) parvo *A* 1*b. B* 2. c) depromit *B* 1*a.* 2. d) *ita A* 1*c.* 3. *B* 1*a.* 2; saliva *A* 1*a. b.* 2. 4. e) cui *B* 1*a.* 2. f) animo *pr. m. B* 1*a.* g) *ita A* 3. 4; merori subdebat *A* 1c. 2; merori: sub(di *m. al. add.*)derat *A* 1*a*; merori subdiderat *A* 1*b*; meror tenebat *B* 1*a.* 2. h) Lu(x *m. al. in ras.*)ovio *A* 1*a.* i) Bobolenum? *A* 1*a, corr.*; Babolini *B* 2. k) *ita* 40 *A* 3. *B* 2; Ebbobiensi *B* 1*a*; Bobiensi *rell.* l) Winiochus *constanter B* 1*a*; Winocus (Winnocus *infra*) *A* 1*b.* m) *ita A* 3. 4. *B* 1*a*; saltu *rell.* n) *ita pr. m. A* 1*a.* o) *ita pr. m. A* 1*a. B* 1*a*; quercui *B* 2; querci *A* 1*b.* 2. 4; quercus *A* 1c. 3. p) (e trunc *m. al. in ras.*)o *A* 1*a*; et runco *pr. m. A* 1*b.* q) v. D. *om. A* 3. 4. *B* 1*a.* 2. q*) Columba *B* 1*a.* 2. r) sanguine fluente *A* 3; sanguinis fl. *B* 1*a.* 2. s) terra *A* 3. t) fuit? *pr. m. B* 1*a.* u) Aliaq::: *corr.* Aliaque *A* 1*a*; que *om. A* 3. v) *ita A* 1*b*; *expunct. A* 1*a*; 45 i. *om. A* 1c. 2. 4; i. C. *om. B* 1*a*; b. i. C. *om. A* 3. *B* 2. w) *ita A* 2. 4. *B* 1*a (pr. m.)*; sepe dicto *A* 1c; supra dicto *A* 3; s(a)epefato *rell.*; in *add., sed eras. A* 1*a.* x) Luxuvio *A* 3. y) *ita pr. m. A* 1*a*; labores *A* 2; laborare *pr. m. B* 1*a*; laborem *rell.* z) *ita A* 1*b. B* 1*a*; ales *A* 1*a. c.* 2. 3. 4. *B* 2. a) *ita A* 1*a (pr. m.).* 2; quis *rell.* b) remeasset *A* 1c. 4; remeavisse *B* 1*a.* b*) se *add. A* 1*a.* 2; serię *add. A* 1*b.* c) pullo(s *postea add.*) *A* 1*a.* d) fovere *B* 1*a.* 2. e) *postea add. B* 1*a*; *om. A* 3. 50 f) ferocitatem *B* 1*a.* 2. g) *om. A* 1c; hon. hom. *B* 1*a.* 2.

1) *Hodie Gallis 'gant'; cf. Diez, 'Etym. Wörterbuch d. rom. Sprachen' I,* 230[2].

16[a]. De cervisae redundatione absque effusionis damna fluentis.

Patratum deinceps aliud miraculum, [quod[b] per beatum Columbanum et eius[c] cellerario factum fuit, referam[d]]. Cum hora iam refectionis adpropinquaret, et minister refecturii[e] cervisam administrare conaretur, — quae ex frumenti vel hordei suco equoquitur[f], quamque prae ceteris in orbe terrarum gentibus preter Scordiscis[g.1] et Dardanis gentes quae Oceanum incolunt usitantur, id est Gallia, Brittania, Hibernia, Germania, ceteraeque[h] ab eorum moribus non disciscunt —, vas quod tiprum[2] nuncupant ad cellarium deportat et[i] ante vase[k] quo cervisa condita erat adponit, tractoque serraculo[l] meati, in tiprum currere sinit. Quem subito [beati[m] Columbani] patris imperio alius e fratribus vocavit. At ille oboedientiae igne ardens, oblitus meatum[n] obserrare[o], pernici cursu ad beatum pergit virum, serraculum[p] quem duciclum[q] vocant manu deferto. Postquam sibi vir Dei quae voluerat imperata deprompsit, recordatus neglegentiae, celer ad cellarium rediit, coniciens, nihil in vase[r] de quo cervisa[s] decurrebat[t] remansisse. Intuitus supra tiprum cervisam crevisse, et ne minimam stillam foris cecidisse, ut crederes in longitudine tiprum geminatum[u] esse, ut quali et quanta rotunditas infra tipri inerat corona, talis in altum crevisset[v] orna. Quantus[w] imperantis meritus, quanta[x] oboedientia obsequentis! ut sic utriusque tristitiam Dominus voluisset avertere, ne, si fratrum substantiam et imperantis et oboedientis ardor diminuisset, ambo se a licitis alimentis[y] abdicassent[z.3]. Sicque aequus arbiter occurret[a], ut[b] utrorum[c] culpas ablueret[d], quas illi, si, casu veniente vel Domino permittente, fuisset patratum, ambo suis noxis[e] evenisse adseruissent.

Cap. 16. *A* 1*a*. *b*. 2. 3. 4. *B* 1*a*. 2.

Cap. 16. a) *totum c.* 16. *om. A* 1*c*. b) quod — referam *om. A* 3. 4. *B* 1*a*. 2. c) *bis scr. erat A* 1*a*. d) referem *A* 1*a*, *corr.* e) refecturi *corr.* refectorii *A* 1*a*; refecturus *A* 1*b*. f) *ita A* 3. 4 *(pr. m.)*; (ex *m. al. in ras.*)coquitur *A* 1*a*; excoquitur *pr. m. in mg. suppl. A* 1*b*; decoquitur *A* 2. *B* 1*a*. 2. g) Scordiscos *B* 1*a*; Scorditis *m. al. corr.* Scoticis *A* 3; Scotticis *A* 2; Scottos *A* 4; Scotos *B* 2. h) quae *add. A* 4. *B* 1*a*. 2 *(non A* 3*)*. i) et — adponit *om. A* 4. k) vas: *A* 1*a*; vasem *B* 2; vas *A* 3. l) serreculo? *corr.* seraculo *A* 1*a et ita B* 1*a*; sarraculo *A* 2. m) beati Columbani *habent A* 1*a*. *b*. 2. n) meat *B* 1*a*. o) *ita A* 1*a (pr. m.)*. 3. 4; observare *A* 1*b*; obserare *B* 1*a*. 2; obserere *A* 2. p) seraculum *B* 1*a*; seraculo *A* 3. q) *ita A* 2. 4. *B* 1*a*. 2; duciolum *A* 1*a*. *b* (*e corr.* duceolum); duccidum *A* 3. r) vas: *corr.* vase *A* 1*a*; vas *A* 4. s) cervisam *pr. m. A* 1*a*; cervesa *A* 4. t) recurrebat *A* 1*a*. u) geminasse ut *A* 3. v) crevisse o. videretur. Q. *B* 1*a*. 2. w) (O *add. A* 4) Quantum i. meritum *A* 2. 4; Quantis i. meritis *corr.* Quantum i. meritum *B* 1*a*; Quanta i. merita *B* 2; Quanta i. virtus *A* 3. x) tanta *corr.* quanta *B* 1*a*. y) (a *m. al. in ras.*)limentis *A* 1*a*. z) abdicarent *B* 1*a*. 2. a) *ita pr. m. A* 1*a*; occurrit *rell.* b) *om. B* 1*a*. c) que *postea add. A* 1*a*. *B* 1*a*, *habent A* 3. *B* 2. d) abluere *B* 1*a*. e) noxiis *A* 1*b*. 3. 4. *B* 2.

1) *Scordisci gens a Gallis oriunda atque Dardani in Moesia, Illyria, Pannonia habitabant.* 2) *V. Columbani auctor anonymus scribit* gillonem, *quo nomine ampulla vitrea vel figulina significatur. Mab.* 3) *Regula coenobialis c.* 3: Vel certe si multum est, quod effudit, quantos metranos de cervisa aut mensuras qualiumcumque rerum, intercidente negligentia, effundens perdidit, supputans tot diebus illud quod in sumptus proprios rite accipere consueverat, sibi ea perdidisse sciat, ut pro cervisa aquam bibat *(ed. Seebass l. l. p.* 221*)*.

17. De prohibita ursi esca et[a] copia frumenti horreo aucta et[b] panum[c] multiplicationem[d]. De[e] vocatione Columbae[f] oratione viri Dei moratae[g].

Eodemque in tempore actum est, ut per densa saltus vipurna fructicum[h] solitudinis amator, quae propter Fredemungiacas[i] calmen erat, vir Dei ambularet, repperitque cadaver cervi, quem luporum feritas peremerat, ursum devorare velle, cuius iam sanguinem lambens exiguam carnis partem voravisset. Ad quem vir Dei accessit, increpans, ne corium, quod ad usus calciamentorum necessarium erat, lederet. Tunc bestia, oblita ferocitate[k], mitis esse coepit, et contra naturam absque murmore blandiens atque colla submittens, cadaver reliquid. Quod vir Dei[l] ad fratres rediens indicavit, in eo loco ut irent et e[m] cervi cadaver[n] corium avellerint. Abeuntes ergo fratres, repperiunt[o] undique rapacium alitum procul multitudinem[p] abesse nec[q] cadaver supra viri Dei interdictum accedere audere[r], diuque expectantes a longe, si vel fera vel avis audaci conatu prohibitae escae urgueretur[s] praedam capere, conspiciunt ad odorem cadaveris adventare, et procul adstantes, acsi mortiferum aliquid ac letale deviare et celeri fuga omittere.

Moransque[t] alia vice penes Luxovium coenobium[u] Columba, Winiocus[v] presbyter, cuius superius[1] fecimus mentionem, ad eum venit, sequebaturque Winiocus Columbae vestigia, quocumque iret, veneruntque ad horreum, quo frumenta condebantur. Aspicit Winiocus, parvique[w] pendens copiae exiguitatem, ait[x], se non habere panis habundantiam, quo tanta multitudo alatur, quurque segnitia[y] torpeat quaerendi frumenta, increpat. Cui beatus Columba respondit: 'Si rite conditori suae[z] deserviant plebis[a], numquam per aeva[b] esuriem sciant; sic enim preconantis[c] vox psalmographi concelebrat: *Non vidi iustum derelictum*[d] *nec semen eius, quaerens panem.* Perfacile farre horreum replet, qui[e] de[f] quinque panibus hominum quinque milia satiavit'. Manente denique nocte illa ibi Winioco[g], viri Dei fide et oratione[h] horreum repletum est[i]. Maneque consurgens Winiocus[k], iuxta horreum transiens, inoppinato horreum apertum[l] cernit clavigerumque simul ante ostium adstantem, sciscitatus, quis hoc direxerit, aut quae plaustrorum[m] congeries haec frumenta devexerint. Cui horrei custos ait: 'Non ita est, ut putas,

Ps. 36, 25. cf. Matth. 14, 21.

Cap. 17. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. 4. *B* 1*a*. 2.

Cap. 17. a) De copia — multiplicatione *ante verba* Moransque alia (*l.* 17) *praescripta sunt B* 1*a*. b) et — moratae *om. A* 4. c) panium *A* 1*a*. d) multiplicatione *A* 1*b*. 2. *B* 1*a*. e) De — demorata *ante verba* Cum quodam (*p.* 84, 20) *praescripta sunt B* 1*a*. f) C. monachi orationibus *B* 1*a*. g) morata *A* 1*b*; morati *A* 2; demorata *B* 1*a*. h) *ita pr. m. A* 1*a*. i) Fredemungiagas *A* 4; Fredemundiacas *A* 3. *B* 1*a* (*non B* 2). k) ferocitatē *pr. m. A* 4; ferocita(te *m. al. add.*) *B* 1*a*. l) *postea add. B* 1*a*. m) *ita A* 1*a*. *c*. 2. 3. 4; a *pr. m. add. B* 1*a*; *om. B* 2 *et fortasse A* 1*b* (*ubi membrana perforata est*). n) *ita pr. m. A* 1*a*; cadaver e(t *m. al. add.*) *A* 1*b*; cadavere *A* 1*c*. 2. 3. 4. *B* 1*a*. 2. o) reppererunt *B* 1*a*. 2. p) multitudine *B* 1*a*. q) ad *m. al. add. A* 1*a*, *habent A* 1*c*. 2. 4. *B* 2 (*non A* 3); ne (ad *superscr.*) c. *B* 1*a*. r) audebant *B* 1*a*. 2. s) urguerentur *A* 4. *B* 2. t) *a* Moransque *cap.* (19. *B* 2) *incipit B* 1*a* (*ubi* De copia — multiplicatione *praescr.*; *v. supra l.* 32). 2; k *marg. adscr. A* 1*a*; Moransque *versu ineunte A* 1*c*. u) coenobii *pr. m. A* 1*a*; *om. A* 3. *B* 1*a*. 2. v) Winiochus *A* 3. w) parvi penden(tis *m. al. add.*) *A* 1*a*; parvi pendens *A* 1*c*; parvisque pendes (*pr. m. corr.* pendens) *A* 1*b*. x) e. avenisse non *B* 1*a*. 2. y) signitia: *pr. m. A* 1*a*; segnitiae *pr. m. corr.* segnitia *A* 2. z) suo *A* 2. 3. 4. *B* 1*a*. a) *ita pr. m. A* 1*a*. b) eum *pr. m. B* 1*a*; evum *A* 1*c*. 4. *B* 1*a* (*m. al.*). 2. c) preconcinantis *m. al. corr.* preconcinentis *A* 1*a*. d) *om. A* 1*a*. *B* 2. e) *m. al. suppl. B* 1*a*. f) *om. A* 3. *B* 1*a*; quinque m. h. de q. p. *B* 2. g) Ubinioco *corr.* Winioco *A* 1*a*. h) oratione: *A* 1*a*. i) *m. al. suppl. A* 1*a*. k) *post* Winiochus 5 *litt. ras. B* 1*a*; et *add.* (*B* 2). l) est? *add.*, *sed eras. A* 1*a*. m) pl: ustrorum *pr. m. A* 1*a*; plaustorum *B* 1*a*.

1) *Supra c.* 15.

nam cerne, si[a] vestigia plaustrorum vel iumentorum telluri inpressa pareant? Nequaquam[b] enim claves a me hac nocte discesserunt; sed, obserato horrei[c] osteo, divino solamine frumento repletum est horreum'. Coepit de industria ille, intentis oculis, terram[d] respicere et[e] deferentium vestigium[f] diligenti examinatione cognoscere. Cumque nihil horum[g] simile[h] quid repperisset, ait: 'Potens est Dominus 5 servis suis parare mensam[i] in deserto'. (cf. Ps. 77, 19.)

Traiecto exin temporis intervallo venit [beatus igitur[k] Columbanus], isdem[l] Columba, ad Fontanas caenubium repperitque[m] fratres sexaginta sarculo terram excolere et semini futuro confectam[n] glebis arvam parare. Cumque vidisset magno labore glebas scindere, ait: 'Sit vobis, o fratres, a Domino conlata refectio'. Quo 10 audito, minister ait: 'Pater mi, non sunt nobis amplius quam duo[o] panes et paulolum cervisae'. Ille: 'Vade', inquit, 'et defer hic'. Concito ille gradu perrexit duosque panes et parum cervisae detulit. Intuens caelos, Columba ait: 'Christe Iesu, unica spes orbis, tu hos panes et hunc potum multiplica, qui de quinque panibus quinque satiasti[p] milia in heremo'. Mira fides![p*] Satiati sunt omnes, 15 (cf. Matth. 14, 21.) potuque[q] austu[r], prout voluntas cuique fuit, dupla minister fragminum spolia recollexit[s], potusque duplicavit mensura[t]; sicque intellexit, plus merere[u] fidem digna divini muneris lucra, quam disperationem[v], quae solet diminuere etiam conlata.

Cum[w] quodam tempore in eodem caenubio Luxovio vir Dei commoraret[x], 20 accidit, ut unus e[y] fratribus, nomen[z] et ipse Columbanus, febre correptus adque in extremis positus, felicem postulabat exitum. Cumque iam ultimus[a] alitus carere vellit[b], fidus de caelesti munere, quem[c] longo famulato[d] quaesierat, vidit ad se virum fulva luce amictum accedere sibique dicere: 'Non te modo a corpore ducere possum, quia orationibus et lacrimis patris tui Columbani praepedior'. Cumque 25 haec Columbanus audisset, merens[e], acsi[f] e somno evigilasset, suum ministrum Theudegisilum, cuius superius[1] mentionem fecimus, clamare coepit: 'Festina', inquit, 'perge et patrem communem Columbanum ad me venire conpelle'. Concito ille gradu venit ac beatum Columbanum in ecclesia positum flentem repperit; postulat, ut ad egrotum[g] festinus accedet[h]. Venit ergo perniciter[i] et, quid vellit[k], 30 interrogavit. At ille causam obicit[l]: 'Quur me', inquid, 'tuis orationibus in

Cap. 17. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. 4. *B* 1*a*. 2.

Cap. 17. a) *om.* *A* 1*b*; cernis v. *B* 2. b) nequa : quam, *ras.* m *A* 1*a*. c) *om.* *B* 1*a*. d) o. dil. ex. t. r. atque veritatem cognoscere *A* 3. e) ut *A* 1*c*; *om.* *B* 1*a*. f) vestigia *A* 1*c*. *B* 1*a*. 2. g) eorum *B* 1*a*; in horreo *B* 2. h) *m. al. suppl.* *A* 1*a*. i) *ita* *A* 3. 4. *B* 1*a*. 2; mensas *rell.* 35 k) *expunct.* *A* 1*a*, *post* Traiecto *habet* *A* 1*b*; i. *om.* *A* 1*c*. 2; b. i. C. *om.* *A* 3. 4. *B* 1*a*. 2. l) i(s)dem Columbanus *A* 3. 4. m) que *om.* *A* 1*a*. n) confecta gl. arva *A* 1*c*. 2; confectam gl. arva *A* 4. *B* 1*a* *(non* *A* 3. *B* 2*)*. o) duos, *ras.* s *A* 1*a*. p) q. m. (hominum *add.* *B* 2?) in h. s. *B* 1*a*. 2. p*) res *A* 1*a*. *b*. q) potǒque *A* 4; potumque *B* 2. r) *ita* *A* 1*a*. *B* 1*a*; (h)austo *rell.* s) recolexit *m. al. corr.* recollegit *A* 1*a*, *et sic* *A* 1*b*. *c*. 2; recolle : : : *m. al. corr.* recollegit *B* 1*a*. t) mensuram *A* 1*b*. *c*. 2. 3. 4. *B* 1*a*. u) *ita* 40 *pr. m.* *B* 1*a*; mereri *rell.* v) desperatione *A* 1*c*. 4; disperatione *pr. m.* *B* 1*a*. w) *verba* De vocatione — demorata *praescr. sunt* *B* 1*a* *(v. supra p.* 83, 33*)*; *distinctione carent* *A* 1*a* *(ubi* k *in mg.)* *et* *A* 1*b*. *c*. 2. x) *ita* *A* 1*a*. *b*. 3. 4; commoraretur *A* 1*c*. 2. *B* 1*a*; commorasset *B* 2. y) de *B* 1*a*. 2. z) *ita* *A* 3. 4 *(pr. m.)*. *B* 1*a*. 2; nomine *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. a) *ita* *B* 1*a*; ultimos alitus *A* 3. *B* 2; ultimo alitu (alito *A* 1*a*; halitu *A* 1*b*) *A* 1*a*. *b*. 2 *et e corr.* *A* 4; halitu ultimo *A* 1*c*. b) *ita pr. m.* *B* 1*a*; 45 nollet *A* 3; vellet *rell.* c) *ita* *A* 3. *B* 1*a*. 2; quam *A* 4; quod *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. d) *ita pr. m.* *A* 1*a*; famulatu *rell.* e) aestuans *B* 1*a*. 2. f) si e *eras.* *B* 1*a*. g) egrotem *A* 1*a*, *corr.* h) *ita pr. m.* *A* 1*a*; accedit *pr. m.* *A* 2; accedat *rell.* i) *ita* *A* 1*a*. *c*. 2. 3. 4 *(cf. infra c.* 19*)*; perneciter *A* 1*b*; pernice *B* 1*a*. 2. k) *ita* *B* 1*a*; vellet *rell.* l) obiecit *A* 3. *B* 1*a*. 2.

1) *Supra c.* 15. 50

hac[a] erumnosa vita detenis?[b] Nam adsunt, qui me ducere volunt, si tuis fletibus et precibus non praepediantur. Retentationis[c] solve obstacula, ut mihi iam pateant caelestia regna'. Tum metu Columba perculsus, signo tacto[d], omnes adesse imperavit, sancti[e] sodalis amissione[f] gaudia temperavit; corpus Christi abeunti de hac vita viaticum praebet hac[g] post extrema oscula functionis cantus implevit. Erat enim ex eodem genere quo et beatus Columbanus[h], unoque comeatu[i] et nomen[k] ex Hibernia processerant[l].

[Cui[m] sic bestiae ac volucres[n] viri Dei parerent imperio? Nam[o] Chagnoaldum[p, 1] Lugduno Cloade[q] pontificem, qui eius et minister et discipulus postea[r] fuit, cognovimus[s] referentem, qui[t] se testabatur sepe[u] vidisse, cum in heremo[v] vel ieiunio vel oratione vacans deambularet, esse[w] sepe solitum feras, bestias ac aves arcessire[x], quae ad imperium eius statim veniebant, quas[y] manu blandiens adtrectabat[z]: ita fere avesque gaudentes ac ludentes[a] laetitia uberi, velut catuli solent dominis adolare[b], exultabant, et[c] ferusculam, quam vulgo homines exquirium[d, 2] vocant, sepe de arduis arborum[e] culminibus arcessitum[f] manuque receptum[g] suoque collo inpositum[h] sinuque[i] ingredientem ac exeuntem[k] sepe vidisse[l] supradictus vir testabatur].

Cap. 17. *ad v.* 7. *A* 1*a. b. c.* 2. 3. 4. *B* 1*a.* 2. *v.* 8—17. *A* 1*a. b. c.* 2 *et post c.* 15. *A* 3.

Cap. 17. a) hanc erumnosam vitam *A* 3. 4. b) *ita pr. m. A* 1*a. B* 1*a*; detines *rell.* c) pater *add. A* 3. d) tactu? *pr. m. B* 1*a.* e) sancti — temperavit *om. A* 2. 3. f) *ita A* 1*b*; amisione gaudia *pr. m. A* 1*a*; amissione gaudio *A* 4; amissionem gaudio *A* 1*a (m. al.) cum rell.* g) *ita A* 4; haec *A* 1*a (pr. m.). b*; *corr.* ac *A* 1*a*, *et sic A* 1*c.* 2. 3; et *B* 1*a.* 2. h) Columba *B* 1*a.* 2. i) *ita A* 1*a.* 2. 3; comitatu *A* 1*b. c.* 4. *B* 1*a.* 2. k) *ita A* 3; nomine *rell.* l) processerat *A* 1*a. c.* 4 *(hic desinens)*; processerunt *A* 1*b.* m) *finem capitis om. B* 1*a. b.* 2, *post c.* 15. *ponit A* 3; *locus cum textu praecedente minime cohaerens ab auctore ipso suppletus videtur esse.* — Cui sic *eras., m. al. superscr.* Quomodo *A* 1*a (ubi* ꝁ *in mg.)*; 18. Deo(!) quod bestiae ac *A* 1*b*; Cui — imperio *om. A* 3. n) v. ut v. D. parebant *A* 1*c.* o) et *add. A* 3. p) *ita A* 1*b.* 3; Chagnoaldus — pontificem — referentem *A* 1*a*; Chagnoaldus — pontifex — referente *A* 1*c*; Chagnoaldo — pontifice — referente *A* 2. q) *ita A* 2 *(cf. II, 8)*; L. Cloatis *A* 1*a*; Lugduni Clavati *A* 1*b. c*; Lauduni Clavati *A* 3, *ubi* episcopum atque *add.* r) *om. A* 2. s) quo novimus *A* 1*c*; qui (*m. al. corr.* quem) novimus *A* 1*a.* t) quae *A* 1*c.* u) sepius *A* 3. v) here(mo *postea add.*) *A* 1*a.* w) esset *A* 1*c*; *om. A* 2. x) *ita A* 2; arcersire *A* 1*a*; accersire *A* 1*b. c.* 3. y) quae *pr. m. corr.* quas *A* 3. z) adtractabat *m. al. corr.* attrect. *A* 1*a.* a) laudantes *pr. m. A* 1*a.* b) exultare *A* 1*c.* 2. c) quique *A* 1*c*; *om. A* 2. d) *ita A* 3; squirium *rell.* e) hominum *m. al. corr.* ornis *A* 3. f) *ita A* 2; arcersitum *A* 1*a (pr. m.).* 3; accersitum *A* 1*b. c.* g) perceptum *A* 1*c.* 2. h) positum *A* 1*a. b.* i) sinumque *A* 1*c.* 2. k) exuntem *pr. m. A* 1*a.* l) vidis(se *m. al. add.*) *A* 1*a.*

1) *Chagnoaldus ex patre Chagnerico, matre Leudegunde natus, qui fundos suos prope Meldorum urbem sitos inhabitabant, frater Burgundofarae, Columbanum per Meldorum urbem proficiscentem a.* 610/1. *minister et discipulus secutus est Brigantiam; cf. infra I,* 26. 27. 28. *Episcopus Laudunensis post Rigobertum, qui a.* 614. *concilio Parisiensi intererat, creatus concilio Clippiacensi a.* 626. *aut* 627. *subscripsit; cf. Concilia ed. Maassen, I, p.* 192. 201. *Eius nomen inter subscriptiones chartae Eligii legitur, quae monasterio Solemniacensi X. kal. Dec. a. X. Dagoberti* (632, *Nov.* 22) *data vult esse. Defunctus autem est non multo post. Paulus enim episcopus Virdunensis Desiderio Cadurcensi scripsit, 'Chainoaldum episcopum ictuatum et iam fati munus implesse', quam epistulam (ed. MG. Ep. III,* 209*) ante Sigibertum a. XI. Dagoberti (=* 633/4 *p. Chr.) regem Austrasiae creatum datam esse Cointius a.* 632. *recte coniecisse mihi videtur.* 2) *Latinis sciurus, Gallis 'l'écureuil', nobis est 'Eichhorn'; cf. Diez, 'Etym. Wörterbuch' I,* 372 [2].

18. De reverentia Theuderici regis et obiurgatione eius et Brunichildis adversitate.

Creverat[a] iam passim[b] fama sancti[c] viri in universas Galliae vel Germaniae provincias, eratque omnium rumore[d] laudabilis, omnium cultu venerabilis, in tantum ut Theudericus rex, qui[e] eo regnabat in tempore, ad eum saepe veniret et orationum suarum suffragio[f] omni cum humilitate deposcerit[g]. Sigibertus etenim, cuius superius[1] fecimus mentionem, apud Victuriacum[h] villam publicam, quae in suburbano Atravitensis[i] urbis sita est[2], Hilperici[k] germani sui dolo, qui apud Turnacum[l] oppidum tunc erat, quem Sigibertus usque ad internitionem persequebatur, interfectus est. Perempto itaque Sigiberto, Childebertus filius eius regni 595. sceptra suscepit[3], annuente matre Brunichilde. Mortuo deinde Childeberto intra aduliscentiae annos, regnaverunt filii Childeberti duo Theudebertus et Theudericus cum avia[l*] Brunichilde: regnum Burgundionorum[m] Theudericus potitus, regnum[n] Austrasiorum Theudebertus suscepit regendum[4]. Theudericus ergo, quia infra[o] terminus regni sui beatum Columbanum[p] haberet, gratulabatur. Ad[q] quem saepissime cum veniret, coepit vir Dei eum increpare, quur concubinarum[5] adulteriis misceretur et non potius legitimi coniugii solamina frueretur, ut regalis prolis ex honorabilem[r] reginam prodiret[s] et non potius ex lupanaribus[t] videretur emergi. Cumque iam ad viri Dei imperium regis sermo obtemperaret et se omnibus inlicitis segregare[t*] responderet, (cf. 3. Reg. 21.) mentem Brunichildis aviae, secundae ut erat Zezabelis[u], antiquus anguis adiit eamque contra virum Dei[v] stimulatam superbiae aculeo excitat[w], quia cerneret viro Dei Theudericum oboedire. Verebatur enim, ne si[x], abiectis concu- 606/7. binis, reginam[6] aulae[y] praefecisset[z], dignitates[x] atque honoris suae[a] modum amputasset.

Cap. 18. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Cap. 18. a) *a* creverat *incip. Fr. IV*, 36. b) parsim *A* 2 *cum cod.* 1 *Fr.* c) is civitatis suae *pro* s. v. *Fr.* d) rimore *Fr.* e) qui — regnabat *om. Fr.* f) suffragia *A* 1*b*. *c*. 3; suffragium *A* 2. *B* 2. g) deposcere *B* 1*a*; poscerit *Fr., qui hic deficit*; deposceret *rell.* h) Victoriacum *A* 2. 3. *B* 2. i) Atravatensis *B* 2; Araviensis *A* 2; Aravensis *A* 1*c*; Atrabatensis *A* 3. k) Hilprici *A* 1*a*; Hilberici *A* 1*b*; Helperici *A* 1*c*. *B* 1*a*. l) Tornacum *A* 1*c*. 3. *B* 2. l*) sua *add. A* 1*a*. *b*. m) Burgundianorum *A* 1*b*; Burgundiorum *A* 3. *B* 2; Burgundionum *A* 1*c*. 2. n) vero *add. B* 1*a*. 2. o) in terminus *pr. m. A* 1*a*; in terminis *A* 1*b*. *c*; inter minos *pr. m. corr.* inter terminos *A* 2; intra terminos *A* 3; infra terminum *B* 1*a*. 2; *cf. I*, 24: intra sui regni terminos. p) *om. A* 1*a*. q) *in* Ad *redit Fr.* r) *ita pr. m. A* 1*a cum Fr.*; honorabili regina *rell.* s) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*. 2 *cum Fred.*; proderet *A* 1*a (pr. m.)*. *b*. 2; *om. A* 3. t) lupanari *A* 1*b*; laparibus *B* 2; lupinaribus *Fr.* t*) *ita A* 1*a (pr. m.)*. *b*. 2; segregari *rell.* u) Iezabelis *A* 1*c*. 3; Gezabaelis *B* 2; Zezebelis *Fr.* v) *superscr. B* 1*a*. w) *ita A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3 *cum Fr.*; exagitat *B* 1*a*. 2. x) *om. B* 1*a*. 2 *(habet Fr.)*. y) regiae *add. B* 1*a*. 2 *(non Fr.)*. z) praeficeret *A* 3; perfecisset *Fr.* a) sui *Fr.*

1) *Supra c.* 6. *Sigiberti finem auctor procul dubio apud Gregorium, H. Fr. IV,* 50. 51, *legerat; is vero a Fredegunde sicarios instigatos esse narravit.* 2) *Vitry (arr. Arras, dép. Pas-de-Calais) villa ad Scarpim fl. haud procul ab urbe Atrebatensi sita est (cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 414*), atque in eadem regione se degisse Ionas ipse in epistula praevia testatus est.* 3) *Ex Greg., H. Fr. V,* 1. 4) *Cf. Fred. IV,* 16. 5) *Theuderico annis* 601/2. 602/3. 603/4. 606/7. *quattuor e concubinis filii nati sunt, annosque XIV. natus gaudiis paternis iam fruebatur.* 6) *Ermenbergam, filiam Betterici regis Wisigothorum, Theudericus a.* 606/7. *in matrimonium duxit, sed anno post 'instigantibus verbis Brunechilde ava et Teudilane germana' invisam effectam ipsam in Hispaniam remisit, thesauris ereptis; cf. Fred. IV,* 30.

19. De adventu eius ad Brunichildem et Theudericum et effusione potus[a] ac cibi et infestatione[b] regia ac expulsione a Luxovio et[c] damnatorum relaxatione.

Evenit ergo, ut[d] quadam die beatus Columbanus ad Brunichildem veniret.
5 Erat enim tunc apud Brocariacum[e, 1] villam. Cumque illa eum in aulam venisse[f] cerniret, filios Theuderici, quos de adulterinis permixtionibus habebat, ad virum Dei adducit; quos cum vidisset, sciscitatur, quid sibi vellint[g]. Cui Brunichildis ait: 'Regis sunt filii; tu eos tua[h] benedictione robora'. At ille: 'Nequaquam', inquid, 'istos regalia[i] sceptra suscepturus scias, quia de lupanaribus[k] emerserunt'.
10 Illa[l] furens parvolus abire iubet. Egrediens vir Dei regiam aulam, dum limitem transiliret, fragor[m] exorta totam domum quatiens omnibus terrorem incussit nec tamen misere feminae furorem conpescuit. Paratque deinde insidias molire[n]: vicinus[o] monastirii per nuntius imperat, ut nulli eorum extra monasterii terminos iter pandatur[p], neque receptacula monachis eius vel quaelibet subsidia tribuantur.
15 Cernens beatus Columbanus regios animos adversum se permotus, ad eos properat, ut[q] suis monitis misere[r] pertinaciae intentu[s] frangat; erat enim tunc temporis apud Spissiam[t, 2] villam publicam. Quo[u] cum iam sol[v] occumbente[w] venisset, regi nuntiant, virum Dei inibi esse[x] nec in[y] regis domibus metare[z, 3] velle[a, 4]. Tunc Theudericus ait, melius esse virum Dei oportunis subsidiis honorare, quam Dominum
20 ex servorum eius offensam[b] ad iracundiam[c] provocare. Iubet ergo regio cultu oportuna parare Deique famolo dirigi. Itaque venerunt et iuxta imperium regis oblata offerunt. Quae[d] cum vidisset dapes et pocula cultu regio administrata, inquiret[e], quid sibi de ista vellint[f]. Aient[g] ille[h], tibi a rege fore directa. Abominatus ea, ait: 'Scriptum est: *Munera impiorum reprobat altissimus;* non enim dignum (Eccli. 34, 23.)
25 est, ut famolorum Dei ora cibis eius polluantur, qui non solum suis, verum etiam aliorum habitaculis[i] famulis Dei aditum deneget[k]'. His dictis[l], vascula omnia in frustra disrupta sunt, vinaque ac sicera solo diffusa[m] ceteraque[n] separatim dispersa[o]. Pavifacti ministri rei gestae causam regi nuntiant. Ille[p] pavore perculsus, cum

Cap. 19. *A* 1*a. b. c.* 2. 3. *B.* 1*a.* 2.

30 *Cap.* 19. a) potu *A* 1*a*; pot *B* 1*a*. b) infestinatione *pr. m. A* 1*a, et A* 2 *in laterculo.* c) et d. r. *hic om. B* 1*a. b, sed v. infra p.* 89, 31; *haec om. A* 2 *(sed in laterculo extant).* d) post *add. B* 1*a.* 2 *(non Fr.).* e) *ita A* 1*a et m. al. A* 2 *cum Fr.*; Bocariacum *A* 1*c*; Brucariacum *A* 3. *B* 1*a.* 2; Brucariacam *pr. m. A* 2; Prucariacum *A* 1*b*. f) venire *A* 1*c. Fr.* g) velint *A* 1*b.* 3; vellent *A* 1*c.* 2. *B* 2. *Fr.* h) *om. Fr.* i) regia *B* 1*a*. k) lupinaribus *Fr.* l) Ill: *pr. m. B* 1*a*. m) fragor exortus *A* 1*c.* 3;
35 fragore exorto (exoto *B* 2) *B* 1*a.* 2; fragor ex (*om.* orta — omnibus) t. *Fr.* n) mulieri *m. al. corr.* moliri *B* 1*a, et sic A* 3. o) *ita Fr.*; vicinos *A* 1*a.* 3. *B* 1*a.* 2; vicinis *A* 1*b. c.* 2. p) pand(eretur *m. al. in ras.*) *B* 1*a*. q) et *Fr.* r) miserat *Fr.* s) *ita A* 1*a cum Fr.*; intentum *A* 2. 3. *B* 1*a.* 2; in tantum *A* 1*b*; intentionem *A* 1*c*. t) Spissam *B* 2; Spinsiam *Fr.* u) *in ras. A* 1*a*; quod *B* 2. v) *ita A* 2. *B* 1*a.* 2 *cum Fr.*; sole *A* 1*a. b. c.* 3. w) occumbentem *Fr.* x) esset *Fr.* y) *om. Fr.* z) *ita*
40 *B* 2 *cum Fr.*; metase? *corr.* metare *B* 1*a*; metari *A* 1*a. b.* 2. 3; manere *A* 1*c*. a) vellit *Fr.* b) *ita A* 1*a cum Fr.* c) iracundia *B* 1*a*. d) *ita A* 1*a. B* 1*a*; Que *Fr.*; quo *corr.* qui *B* 2; qui *A* 1*b. c.* 2. 3. e) *ita pr. m. A* 1*a*. f) velint *A* 1*b. c.* 3. *B* 2; vellent *A* 2. g) *ita Fr.*; ai:nt *m. al. corr.* aiunt *A* 1*a*; aiunt *A* 1*b. c.* 2. 3; fatentur *B* 1*a.* 2. h) *ita Fr.*; illi *rell.* i) habitacula *B* 1*a.* 2. k) denegat *A* 1*c.* 3. *B* 1*a.* 2. l) dicta *Fr.* m) defusa *B* 1*a*. n) cetera quae *A* 1*a*. o) dispersam
45 *Fr.* p) Illi *Fr.*

1) *Bruyères-le-Châtel (dép. Seine-et-Oise).* 2) *Époisses (dép. Côte-d'Or).* 3) *i. e. devertere.* 4) *Fortasse etiam propter fidem diversam, sicut Daganus episcopus Scottorum ad Laurentium coepiscoposque eius veniens 'nec in eodem hospitio quo vescebantur cibum sumere voluit'; cf. Beda, H. eccl. II, 4.*

avia delucolo ad virum Dei properant, precantur de commisso veniam; se inpostmodum[a] emendare pollicentur[b]. His pacatus[c] promissis, ad monasterium rediit.

Sed polliciti vademonii iura non[d] diu servata[e] violantur; exercentur miseriarum incrementa, solitoque a rege adulteria patrantur. Quae audita, beatus[f] Columbanus litteras ad[g] eum verberibus plenas direxit comminaturque excommunicationem, si emendare dilatando non vellit[h]. Ad haec rursum permota Brunichildis, regis animum adversum[i] Columbanum excitat omnique conatu perturbare intendit oraturque[k] proceris[l], auligas[m], obtimatis[n] omnis, ut regis animum contra verum Dei perturbarent, episcopusque[1] sollicitare adgressa, et[o] de eius religione detrahendo et statum[p] regulae, quam suis custodiendam monachis indederat, macularet[q]. Obtemperantis[r] igitur[s] auligae[t] persuasionibus miserae reginae, regis animum contra verum Dei perturbant, cogentes, ut accederet hac relegionem probaret. Abactus[u] itaque rex ad virum Dei Luxovium[v] venit; conquestusque[w] cum eo, cur ab[x] conprovincialibus moribus discisceret[y], et intra[z] septa secretiora omnibus christianis aditus non pateret. Beatus itaque Columbanus, ut erat audax atque animo vigens, talibus obicienti regi respondit, se consuetudinem non habere, ut saecularium hominum et relegioni[a] alienis famulorum Dei habitationes pandant[b] introitum; se[c] et oportuna[d] aptaque loca ad hoc habere parata, quo omnium hospitum adventus suscipiatur. Ad haec rex: 'Si', inquid, 'largitatis nostrae munera et solaminis supplimentum capere cupis, omnibus in locis omnium patebit introitus'. Vir Dei respondit: 'Si, quod nunc usque sub regularis[e] disciplinae abenis[f] constrictum fuit, violare conaris, nec tuis muneribus nec quibuscumque[g] subsidiis me fore a[h] te sustentaturum[i]. Et si hanc ob causam tu hoc in loco venisti, ut servorum Dei caenubia distruas et regularem disciplinam macules, cito[k] tuum regnum funditus ruiturum et cum omni propagine regia dimersurum'. Quod postea rei probavit[l] eventus. Iam enim temerario conatu[m] rex refecturium ingressus fuerat. His[n] ergo territus dictis, foris[o] celer repetat[p]. Duris[q] post haec vir[r]

Cap. 19. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Cap. 19. a) in *pr. m. suppl. A* 1*a*. b) pollicetur *B* 1*a*. c) *m. al. corr.* placatus *A* 1*a*; pacatis *A* 3. d) non *om. et* diu *in ras. A* 1*a*. e) servata: *A* 1*a*; sevata *B* 2. f) *om. B* 1*a*. 2. g) ad eum *om. A* 1*b*; ad regem Theudericum v. *A* 2; ad regem Theodericum adeo v. *A* 1*c*. h) *ita A* 1*a cum Fr.* i) adversus *A* 1*a*; beatum *add. A* 1*a*. *b*. *c*. (2). k) Horaturque *A* 2; Ortaturque *B* 1*a (non B* 2*)*; Hortaturque *A* 1*b*. *c*; Alloquiturque *A* 3. l) *ita Fr.* m) *ita pr. m. A* 1*a cum Fr.*; aulicos *A* 1*c*; *om. A* 3; aulicas *rell.* n) optamatis omnis *Fr.* o) ut *A* 1*c*. *B* 1*a*. 2; *om. A* 2. p) statutum *A* 1*a*, *corr.*; statim *Fr.* q) maculari *m. al. corr.* macularent *A* 1*a*; macularet *pr. m. corr.* macularent *B* 1*a*; macularent *A* 3. *B* 2. r) *ita Fr.*; Ob(p)temperantes *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3; Obtemperant *B* 1*a*. 2. s) *pr. m. suppl. B* 1*a*. t) aulige? *m. al. corr.* aulici *B* 1*a*; aulicae *A* 1*a*. *b*. *B* 2; aulici *A* 1*c*; auli regiae p. *Fr.* u) *ita A* 1*b*. *c*. 2 *cum Fr.*; (Co *m. al. in ras.*)actus *A* 1*a*; Coactus *B* 1*a*. 2. v) Lussovium *Fr.* w) est *add.* (*B* 2). x) *ita pr. m. A* 1*a cum Fr.*; *corr.* ab conprovintialium *A* 1*a*; ad conprovincialium *B* 1*a*; a conprovincialium (conprovint. *A* 1*b*) *A* 1*b*. *c*. *B* 2; ab conprovincialium *A* 3; cum a provincialium *pro* a c. *A* 2. y) descisceret *A* 1*b*; discesserit *B* 1*a*. 2 *(non B* 1*b)*; discisserent *A* 3. z) inter *Fr.* a) religionis *A* 1*c*; religione *A* 3. *B* 1*a*. 2. b) pandantur *A* 1*c*; pandā *A* 3; pandat *B* 1*a*. 2. c) ṡed *A* 1*b*. *c*. *B* 2. d) et *add., sed eras. B* 1*a*. e) regulari *B* 2; regulare *Fr.* f) abinis *pr. m. B* 2; advenis *pr. m. B* 1*a*. g) quibusquae *Fr.* h) ad *Fr.* i) sustentaturo *A* 3; sustentatum *m. al. corr.* sustentantium *B* 1*a (non B* 2*)*; sustentandum *A* 1*c*. 2; scias *add. B* 1*a*. 2. k) *m. al. corr.* scito *A* 1*a*; *et sic A* 1*b*. *c*. 3. *B* 2. l) probabit *Fr.* m) conatur *A* 2; conventu *A* 1*b*. n) Hic *pr. m. B* 1*a*. o) fores *B* 1*a*. 2; foras *A* 2. p) repediat *corr.* repedat *A* 1*b*; repedavit *A* 1*c*; repetit *A* 2. *B* 2. q) Diris *Fr.* r) *m. al. corr.* viri *A* 1*a*, *et sic A* 1*b*. *c*. 2. 3. *B* 2.

1) *Ionas quaestione paschali omnino suppressa, qua recta sancti sui fides in dubium venire potuisset, sola Brunichildis culpa episcopos sollicitatos esse finxit.*

Dei increpationibus rex urguetur. Contra quae Theudericus ait: 'Martyrii coronam a me tibi inlaturam speras'; non esse tantae dementiae[a], ut hoc tantum patraret scelus, sed potiores consilii se ageret utilia paraturum, ut qui ab omnium saecularium mores[b] disciscat, quo venerit[c], ea via repetare[d] studeat. Auligum[e] simul consona voce vota prorumpunt, se habere non velle his in locis, qui omnibus non societur. Ad haec beatus[f] Columbanus se dicit de caenubii septa non egressurum, nisi violenter abstrahatur.

Discessit ergo rex relinquens virum quendam procerem[g] nomen[h] Baudulfum[i]. His[k] enim cum remansisset, virum Dei[l] a monasterio pellet[m] et poenes[n] Vesontionensem[o] oppidum ad exulandum perducit, quoadusque ex eo regalis[p] sententia quod voluisset decerneret[q].

Commorans* ergo inibi, audit carcerem eo in loco plenum[r] esse damnatorum hominum mortis damna expectantium. Ad quem vir Dei properat, ingressusque[s] ostium, nullo obstante, verbum Dei damnatis depromit, spondentque[t] illi[u], si liberentur[v], emendaturos et de commissa noxa penitentiam acturos. Beatus itaque Columbanus post haec ministro Domoali[w], cuius superius[1] fecimus mentionem, imperat, ut manu ferrum quo conpedes inretiti[x] erant atque innexae adprehendat ac trahat. Quem ille adprehensum trahet[y] et veluti fructix[y] putrefacta[z] per partes[a] comminuitur; egredique carcerem damnatos, solutis conpedibus, iubet, peractoque euangelici cultus officio, pedes lavit linteoque abstersit. Imperatque deinde, ut ecclesiam petant et commissi[b] sceleris penitendo ac fletibus abluendo culpas luant. Properantes ergo illi ecclesiae fores[c] obseratas repperiunt. Tribunus ergo militum cum vidisset virtutem[d] Dei per beatum Columbanum damnatorum conpedes fractos et vacuum sibi tantummodo relinqui ergastulum, insequi calces damnatorum, acsi a somno excitatus, cum militibus coepit. Ille[e] vero pos tergum adpropinquare satellites videntes et fores ecclesiae obseratas cernentes, gemina vallati angustia, virum Dei[f] conpellant, ut eruantur[g]. Anxio ille anhelitu sursum caput adtollet precaturque Dominum, ut sua virtute ereptos e[h] ferro non sinat denuo tradi satellitum nexu. Nec morata auctoris bonitas foris[i] firmis obseratas claustris reserat, in angustia positis aditum pandit, pernicique cursu ingrediuntur ecclesiam;

*) *Hic in codd. B caput novum incipit, praescriptione addita hac:* (21. *B* 1*b*; 23. *B* 2, *ubi praescr. deest)* De damnatorum relaxatione et foribus aecclesiae per se reseratis *(distinctione carent A* 1*a. b.* 2).

Cap. 19. *A* 1*a. b. c.* 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Cap. 19. a) se *add. A* 1*a. b. c.* 2; *om. A* 3. *B* 1*a*. 2 *cum Fr.* b) *ita B* 1*a cum Fr.*; moribus *A* 1*a (m. al. suppl.). b.* 3; more *A* 1c. 2. c) *ita A* 1c. 2. *B* 1*a cum Fr.*; venerat *A* 1*a. b.* 3; venit *B* 2. d) *ita A* 1*a*. *B* 1*a*. *Fr.*; repedare *A* 1*b. c.* 2. 3. *B* 2. e) *ita pr. m. B* 1*a cum Fr.*; aulicum *rell.* f) *om. B* 1*a*. 2. g) procere *B* 1*a*; procerum *B* 2. h) *ita Fr.*; nomine *codd.* i) *ita A* 1c. 2. 3. *B* 1*a cum Fr.*; Baudolfum *A* 1*a. b*; Baldulfum *B* 2. k) *ita Fr.* l) *om. A* 1*a*; vi *add. B* 1*a*. 2. m) *ita A* 1*a cum Fr.*; pallit *pr. m. A* 2; pellit *rell.* n) *ita Fr.*; penes *codd.* o) *ita A* 1*b*. 3. *B* 1*a*; Verontionensem? *corr.* Vesontionense *A* 1*a*, *et sic A* 1c. *B* 2; Vesoncionem *Fr.*; Bisontionense *A* 2. p) regali s. *B* 1*a cum Fr.* q) *deficit Fr.* r) plenam *B* 1*a*. s) que *om. A* 1*a*. t) spopondentque *B* 2. u) se *h. l. add. A* 1c. *B* 1*a*. 2, *post* liberentur *A* 3. v) *corr.* liberarentur *A* 1*a*, *et sic A* 1c. 2. w) Domoaldi *A* 1*b*; Domo *B* 2. x) in(r)retitae *A* 1*b. c.* 3; inreti(ti *m. al. add.*) *B* 1*a*. y) *ita pr. m. A* 1*a*. z) putrefactam *A* 1*a*, *corr.*; putrefactum *B* 2. a) parte *B* 1*a*. b) commissi:, *ras.* s *A* 1*a*. c) foras *pr. m. A* 1*a*. d) virtute *A* 1*b. c.* 3; virtutum *A* 2. e) *ita pr. m. A* 1*a*. f) *m. al. suppl. A* 1*a*; Columbanum *add. B* 1*a*. 2. g) eruentur *A* 1*a*, *corr.*; eruant *A* 1*b*. h) *om. A* 1c; a *B* 1*a (non B* 1*b).* i) *ita pr. m. A* 1*a. b*; fores *rell.*

1) *Supra c.* 9.

fores vero post damnatorum introitum in oculis militum absque humana manu obserantur, acsi custos usu clavigero perniciter et reserasset et obserasset. Perveniens ergo beatus Columbanus cum suis simulque et tribunus cum militibus, fores obseratas reppererunt[a] Aspasiumque nomen[b] custodem querunt, ut claves largiatur. Qui cum venisset, clavigeroque usu fores reserare volens[c], ait se numquam diligentius obserata claustra invenisse. Nec quisquam post ausus est damnatis iniuriam inferre, quos divina virtus eruisset.

20[a]. De regressu eius ad Luxovium et cecitati[b] satellitum, expulsione regia sodaliumque separatione[c] et sospitate vexantium.

Post[d] haec vir Dei cernens, quod nullis custodiis angeretur a nulloque molestiam ferret, — videbant enim omnes in eum[e] Dei virtutem flagrare, ideoque omnes ab eius iniuriis segregabantur, ne socii culparum forent, — ascendit ergo dominica die in verticem ardui cacuminis montis illius, — ita enim[f] situs urbis habetur, cum domorum densitas in diffuso latere proclivi montis[1] sita sit, prorumpent ardua in sublimibus cacuminibus, qui undique abscisi, fluminis Dovae[g] alveo vallante, nullatenus commeantibus viam pandit[h], — ibique usque ad mediam diem expectat, si aliqui[i] iter ad monasterium revertendi[k] prohibeat[l]. Et cum nullus contrarius[m] existeret, ipse per mediam urbem cum suis ad monasterium[k] regreditur. Quo[n] audito, Brunichildis ac Theudericus, quod scilicet ab exilio revertisset, atrociorebus irae aculeis stimulantur iubentque[o] militum cohortem, ut rursum virum Dei vim[p] abstrahant et ad pristinum prorsus exilium revocent. Venientes ergo milites cum tribuno, peragrantur septa monasterii, virum Dei perquirunt; residebat enim ille in atrio ecclesiae librumque[q] legebat. Ubi cum sepe venissent et propter[r] eum transirent, ita ut nonnulli in eius pedibus suos offenderent et vestimentis suis eius tangerent, obcecatis luminibus, ipsum nequaquam viderent. Eratque expectaculum pulcherrimum: ille ovans cernebat quaerentes, nec omnino videbatur[s]; illi[t] in medio eorum positum[u], cum viderentur, non videbant. Venitque tribunus, intuitusque per fenestram, vidit virum Dei inter ipsos laetum residere et legere, cernensque virtutem Dei, ait: 'Quid tam intente atria ecclesiae peragratis nec omnino repperitis? Nequaquam amplius insaniae errore

Capp. 19. 20. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Cap. 19. a) *ita A* 1*a*. 3; reppererunt *A* 1*b*; repperiunt *B* 1*a*. 2; r. A. q. n. *om. A* 1*c*. 2. b) *ita A* 3; nomine *rell.* c) voluisset ait *m. al. in ras. A* 1*a*.

Cap. 20. a) *titulus ante verba* Horaturque *(p.* 88, 7*) positus est A* 2. b) cecitatis *corr.* cecitate *A* 1*a*, *et sic A* 1*b*. 2. *B* 1*a*. c) tione *m. al. suppl. A* 1*a*. d) *in* Post *redit Fr.* e) *ita A* 3. *B* 1*a*. 2 *cum Fr.*; eo *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. f) *om. A* 1*a*. g) Duvae *A* 3. h) pandet *B* 1*a*. i) aliquis *A* 1*b*. *c*. 2. 3. k) rev. — monasterium (*l.* 18) *om. A* 1*b*. l) prohibeant *B* 1*a*. 2. m) se *add. B* 1*a*. n) Qui *pr. m. A* 1*a*. o) que mil. — intentionis (*p.* 91, 5) *om. Fr.* p) *ita pr. m. A* 2; *om. A* 1*a*; vi *rell.* q) librumque *om. A* 1*b*; que *om. A* 2. r) *ita B* 1*a*. 2; prope *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. s) videbantur *pr. m. A* 1*a*; ab eis *add. B* 1*a*. 2. t) Ille *B* 1*a*. u) positus *B* 1*a*.

1) *Situm Vesontionis oppidi Ionas recte descripsit, sed eundem elegantius et fortasse lucidius exposuit Caesar:* flumen Dubis *(hodie Doubs)* ut circino circumductum paene totum oppidum cingit; reliquum spatium, quod est non amplius pedum sexcentorum, qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices montis ex utraque parte ripae fluminis contingant. Hunc murus circumdatus arcem efficit et cum oppido coniungit *(Bell. Gall. I,* 38*). Ea quae hodie montem illum occupat arx a Vauban celeberrimo illo praefecto fabrum constructa est.*

cor vestrum decipiatur; non enim poteritis vos invenire quem virtus teget[a] divina. Recedite[b] ab hac intentione, et regi properemus nuntiare, quia eum minime repperistis'. Daturque[b*] manifeste intellegi, tribunum militum non sponte ad patrandam[c] viro Dei iniuriam venisse et ideo ad eum videndum lumen meruisse.

Renuntiantibus illis auribus regiis[d], illi, aucto furore miserae intentionis, Bertecharium[e, 1] comitem ad[f] eum attentius perquirendum virorum cum praesidio simulque et Baudulfum[g], quem superius[2] direxerat[h], destinarunt. Quo cum venissent, beatum Columbanum in ecclesia positum psallentioque[i] ac oratione deditum cum omni congregatione fratrum repperiunt, sicque virum Dei[k] adlocuntur: 'Vir Dei, precamur, ut tam regiis quam etiam nostris oboedias praeceptis, egressusque, pergas[l] eo itenere quo primum his[m] adventasti in locis'. At ille: 'Non enim', inquid, 'reor placere conditore[n], semel[o] natali solo ob Christi timorem relicto, denuo repedare[p]'. Cumque nullatenus cerneret sibi virum Dei obaudire[q], relictis quibusdam, quibus ferocia animi[r] fortior inerat, Bertecharius abscessit. Hi[s] vero qui remanserant virum Dei hortantur, ut illis misereatur qui ad tale opus patrandum infeliciter fuerant relicti eorumque periculo consuleret; qui si eum violenter non abstraherent, mortis eos pericolum incurrere[t]. At ille se ait[u] iam sepius testatum esse, nisi vim[v] abstraheretur, se non discessurum. Illi gemino vallati periculo, undique urguenti[w] formidinae, palleum quo[x] indutus erat adtingunt; alii genibus provoluti, cum lacrimis precantur, ut pro tanti[y] sceleris culpam[z] illis ignosceret, qui non suis desideriis, sed regiis[a] obtemperarent praeceptis.

Videns itaque vir Dei pericolum[b] aliorum fore, si suae severitatis[c] satisfaceret[d], cum omnium[e] eiulatu[f] atque merore egreditur, depotatis custodibus, qui, quousque[g] ditionis suae regno pelleretur, non[h] eum relinquerent[i]. Inter[k] quos primus Ragumundus[l] erat, qui eum Nametis[m] usque perduxit[n], universis fratribus velut funus subsequentibus; nam meror omnium[o] corda repleverat. Anxius pater tantorum

Cap. 20. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Exinde[c] ad Theudebertum venit; quem cum Theudebertus vidisset, ovans suis sedibus recepit. Iam enim multi fratrum post eum ex Luxovio venerant, quos[d] velut ex hostium preda recipiebat[e]. Pollicitusque est Theudebertus se repperire intra suos terminos loca venusta et famulis Dei ad[f] omni[g] oportunitate congrua proximasque ad predicandum nationes undique haberi. Ad haec: 'Si'[h], inquit vir Dei, 'pollicitationis tuae adminiculum preberis[i], et vademonio falsitatis noxa non opponeretur, quantisper[k] se moraturum ac probaturum, si in cordibus gentium[1] vicinarum fidem serere valeat[l]'. Dedit ergo rex[m] optionem, quacumque[n] in parte voluisset, experimento quereret[o] locum, qui sibi et suis placuisset[p]; inquisitumque[q] locum, quem favor omnium reddebat laudabilem, intra Germaniae terminos, Reno[r] tamen vicino[s], oppidum olim dirutum quem[t] Bricantias[u, 2] nuncupabant. Sed quid tunc vir[v] Dei, dum per Reni alveum navigaret, actum sit, non[w] est silendum.

Dum quodam die per Reni alveum, ut diximus, scafa[x] veherentur, ad urbem quam Mogontiacum[y, 3] veteres[z] appellarunt perveniunt[a]. Quo cum venisset[b], remigeri, qui in comitatu viri Dei a rege directi fuerant, viro Dei aiunt se habere amicos in urbe, qui necessarios sumptus[c] preberent; iam enim defecerant itenere longo stipendia sumptuum. Quibus vir Dei ait: 'Ite'. Qui cum abissent, nihil reppererunt[d]. Reversique ac[e] a viro Dei interrogati, respondent se nullatenus inpetrare ab amicis aliquid[f] potuisse. Ad haec ille: 'Sinite me[g]', inquit, 'paulolum ad meum abire amicum'. Mirantibus illis, unde huic illo in loco, quo ante non fuerat, amicum[h] habere[i], progressus ille ad ecclesiam pergit; qua[k] ingressus, pavimento inherens longe orationis protractione suum Dominum, pietatis postulat

Cap. 27. *A* 1a. *b. c.* 2. 3. *B* 1a. 2.

Cap. 27. a) *verba* De divisione — per visi monitu, *infra p.* 103, 3. *ante verba* Eo itaque in t. *praescripta sunt B* 1a. b) monitu *A* 2. *B* 1a. c) Exin *B* 1a. d) Quo *pr. m. A* 1a; ille *add. A* 3. e) suscepiebat *pr. m. A* 1a. f) ab *B* 1a. g) *ita A* 1a *(pr. m.). B* 1a; omnem oportunitatem *rell.* h) *ita A* 1b. c. 2. 3; si *m. al. post* Dei *suppl. A* 1a; vir D. i.: Si (So *B* 1a) *B* 1a. 2. i) preberet *A* 1b; preberes *A* 1c. 2; prebueris *B* 2. k) quantis(per me *m. al. in ras. maiore*) mor. (promitto *m. al. add.*) ac *A* 1a; per *om. A* 3; se *om. A* 2. l) valea: *m. al. corr.* valeam *A* 1a. m) *m. al. suppl. A* 1a. n) quamcumque *B* 1a. 2. o) quaerere *B* 1a. 2. p) placuisse *pr. m. A* 1a. q) que *m. al. suppl. A* 1a. r) (Rheno ta *m. al. in ras.*)men *A* 1a; Rhen. *semper A* 1b. c. 2. 3. s) *ita B* 1a. 2; vicina *pr. m. A* 1a; vicinum *A* 1b. c. 2. 3. t) qu(od *m. al. in ras.*) *A* 1a. u) *corr.* Breg. *A* 1a; Brigantias *A* 1b; Brȃncias *A* 1c; Bri | antias *A* 2; Bricantia *A* 3. v) viro *A* 1c; a viro *A* 1b. 2; per virum *B* 2. w) *ita A* 3. *B* 1a. 2; s. non est *rell.* x) scafam *B* 1a. 2. y) *ita A* 1b; M(ag *m. al. in ras.*)ontiacum *A* 1a; Moguntiacum *A* 3; Moguinciacum *B* 1a; Magontiacum *B* 2; Mosuntiacum *m. al. superscr.* vel Mogontiacum *A* 1c; Mogontiam *A* 2. z) v(eteres *m. al. in ras.*) *A* 1a. a) perveni(unt *m. al. in ras.*) *A* 1a. b) *ita A* 1a. *b. c.* 2; venisset *pr. m. corr.* venissent *A* 3 *et sic B* 1a; pervenissent *B* 2. c) sumptos *pr. m. A* 1a. d) invenerunt *B* 1a. 2. e) *ita A* 1a. *b. c*; et *B* 1a. 2; *om. A* 2. f) *postea add. A* 1a; aliqui quid p. *A* 1b; aliquo p. *A* 2. g) *ita A* 1a. *b.* 2; i. me *rell.* h) se *add. B* 1a. 2. i) *m. al. corr.* haberet *A* 1a; *et ita A* 1c; dicebat *add. B* 1a. 2. k) *m. al. corr.* quam *A* 1a, *et sic A* 1b. c.; qui *A* 2. 3; qui *corr.* qua *B* 2.

1) *Columbanus apud Namnetes constitutus, epistula ad fratres Luxovienses data, ipse testatus est, sibi in voto fuisse gentes visitare; cf. MG. Ep. III,* 167. 2) *Hodie Bregenz oppidum Vindeliciae antiquum, quod viam militarem tangebat ex Pannoniis in Gallias tendentem; cf. It. Antonini n.* 237. 3) *Ita re vera veteres nomen scribebant; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 417.

auctorem[a]. Nec mora, episcopus[1] urbis illius domo[b] progressus ad ecclesiam venit, reppertumque beatum Columbanum, sciscitatur, quis[c] sit. At ille fatetur se peregrinum esse. Cui ille: 'Si', inquit, 'necesse est sumptuum copiam[d] capere, propera domi, et quantum necesse[e] fuerit, tecum defer'. At ille[f] cum gratias simul conditori qui inspiraverat ac[g] illi[h] qui optatam necessitatis copiam offerebat referret[i], adtentius ille cogit ac[k] imperat, ut omnia[l] oportuna sumat; puerosque festinos[m] ad navem ipse dirigit, ut omnes veniant praeter custode[n] uno dimisso, et queque[o] vellent, secum deportent. Quod ne[p] cui[q] casu evenisse videatur, nam solitus erat[r] postea isdem episcopus protestari, numquam se antea sic adtonitum in tribuendo[s] necessaria fuisse et se absque alia oportunitate ad beati Columbani meritum divina monitione ad ecclesiam venisse[t].

Ad destinatum deinde perveniunt locum[2]. Quem peragrans vir Dei non suis placere animis aiet[u], sed tamen ob fidem in gentibus serendam inibi paulisper moraturum se spondit. Sunt etenim[v] inibi vicinae nationes Suaevorum[w]. Quo cum moraretur[x] et inter habitatores loci illius progrederetur, repperit eos sacrificium profanum litare velle, vasque magnum, quem vulgo cupam vocant, qui XX modia amplius minusve capiebat, cervisa[y] plenum in medio[3] positum[z]. Ad quem vir Dei accessit sciscitaturque, quid de illo fieri vellint[a]. Illi aiunt se Deo suo Vodano[b] nomine, quem[c] Mercurium[4], ut alii aiunt, autumant[d], velle litare. Ille pestiferum opus audiens vas[e] insufflat, miroque modo[f] vas cum fragore dissolvitur et per frustra[g] dividitur, visque[h] rapida cum ligore[i] cervisae prorumpit; manifesteque datur intellegi diabolum in eo vase fuisse occultatum, qui per[k] profanum ligorem[l] caperet animas sacrificantum[m]. Videntes barbari, stupefacti aiunt magnum virum Dei habere anhelitum, qui sic possit dissolvere vas ligaminibus munitum; castigatusque[n] euangelicis dictis, ut ab his segregarentur sacrificiis, domibus redire imperat. Multique eorum tunc per beati viri suasum[o] vel doctrinam ad Christi fidem conversi, baptismum[p] sunt consecuti; aliosque[q], quos iam

Cap. 27. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Cap. 27. a) ::turem *m. al. corr.* auctorem *A* 1*a*. b) domu (domum *B* 2) egressus *B* 1*a*. 2. c) qui *B* 1*a*. d) copia *B* 1*a*. e) necesse: (*ras.* e) *A* 1*a*. f) ille cum *m. al. in ras.* *A* 1*a*; ille tum *B* 1*a*. 2. g) et *B* 1*a*. 2. h) ille *pr. m.* *A* 1*a*. i) refert. Et a. *B* 1*a*. 2. k) cogit:: (*m. al. corr.* cogit ac) *A* 1*a*; cogitat *A* 1*b*. *c*; cogit atque *A* 2. l) omni *B* 1*a*. m) festino *A* 1*a*; festinas *corr.* festinos *A* 2. n) custodem unum dimissum *A* 1*c*. *B* 1*a*. 2. o) quaecumque *A* 3. *B* 2. p) n(e cui casu *m. al. in ras.*) *A* 1*a*. q) hoc *add.* *B* 1*a*. 2. r) *m. al. in ras.* *A* 1*a*. s) tribuendum *B* 1*a*. t) venis *pr. m.* *A* 1*a*. u) *ita pr. m.* *A* 1*a*; ait *rell.* v) enim *B* 1*a*. 2. w) Suev. *A* 2. 3. (*B* 2). x) morereturs *pr. m.* *A* 2. y) cervisia *A* 1*c*; cervisam *B* 1*a*. z) positus *B* 1*a*; erat *add.* *B* 1*a*. 2. a) *ita pr. m.* *A* 1*a*; vellent *rell.* b) Vadono *A* 1*a*; Wodano *A* 1*b*. *c*; Woda *A* 2. c) quem — autumant *om.* *A* 3. d) et (?) *add., sed eras.* *A* 1*a*. e) *ita* *A* 1*b*. *c*. 3. *B* 1*a*; vas::: insufflat *A* 1*a*; vasi insufflat *A* 2; vas eminus sufflat (*B* 2) *cum edd.* f) *om.* *A* 1*a*, *versu exeunte.* g) *ita* *A* 1*b* (*pr. m.*). 2. *B* 2; frusta *A* 1*a*. *c*. 3. *B* 1*a*. h) visque r. (rabida *A* 1*c*. 2; rapidam *B* 2) *A* 1*c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2; vasque rapide (rapid:: *m. al. corr.* rapido *A* 1*a*) *A* 1*a*. *b*. i) *ita* *B* 1*a*; licore *A* 1*a*; liquore *A* 1*b*. *c*. 3; aliquorē *pr. m.* *A* 2; fragore (*B* 2). k) *m. al. in ras.* *A* 1*a*. l) *ita* *B* 1*a*; liquorem *rell.* m) *ita* *A* 1*a*. 3. *B* 1*a*; sacrificantium *rell.* n) *ita* *B* 1*a*; castigatosque *rell.* o) suasu ac doctrina *B* 1*a*. 2. p) baptismi sunt gratiam consecuti *B* 1*a*. 2. q) alios quoque iam *B* 1*a*. 2.

1) *'Lesio Mogancensis urbis episcopus' Fred. IV,* 38. 2) *Scilicet Brigantiam.* 3) *Miraculum persimile S. Vedasti idem auctor attribuit; cf. SS. R. Merov. III, p.* 410. 4) *Cf. Pauli Hist. Langob. I, c.* 9*:* Wotan sane, quem adiecta littera Godan dixerunt, ipse est qui apud Romanos Mercurius dicitur et ab universis Germaniae gentibus ut deus adoratur. *De hoc Suevorum sacrificio v. J. Grimm, 'Deutsche Mythologie' I,* 46[4]*; cf. p.* 110. 111.

lavacro ablutus[a] error detinebat profanus, ad cultum euangelicae doctrinae[b] monitis suis ut bonus pastor ecclesiae sinibus reducebat[1].

Eo[c] itaque in tempore Theudericus atque Brunichildis non solum adversum Columbanum insaniebant[d], verum etiam et contra sanctissimum Desiderium Vien-5 nensis urbis episcopum adversabantur. Quem primo exilio damnatum multis[e] iniuriis adfligere nitebantur[f], ad[g] postremum vero glorioso[h] martyrio coronarunt; cuius gesta[2] scripta habentur, quibus et quantis adversitatibus gloriosus[i] apud Dominum meruit[k] habere triumphos.

Vagante[l] itaque Columbano cum suis poenes Bregantiam[m] urbem, durae[n] ęge-10 statis tempus obvenit. Sed quamvis[o] alimonia[p] deessent, manebat intemerata atque inconcussa fides, quae[q] necessaria apud Dominum impetraret. Cumque iam tridui ieiunio[r] fessa corpora[s] referrent, evenit tanta copia alitum, veluti[s*] Israhelitarum[t] castra coturnix olim operuit[u], ita ut omnem paginam[3] loci illius alitum multitudo obpleret[v]. Intellexit vir Dei, suam suorumque ob necessitatem has 15 dapes terrae diffundi nec prorsus alibi obvenire preter eo quo ipse moraretur in loco. Iubet suos prius grates laudesque rependere conditori sicque alitum dapes capere. Erat mirum et stupendum miraculum: capiebantur aves, prout patris[w] imperium urguebat, nec abscedere pennigera fuga nitebantur. Mansit ergo alitum manna per triduum defusa[x]. Quarto deinde die quidam pontifex ex vicinis 20 urbibus frumenti copiam[y], divina monitus adspiratione, beato[z] Columbano direxit; sed mox omnipotens[a], qui penuriam pacientibus aligeros prebuerat cibos, ut farris adeps advenit, alitum falangas imperavit[b] abire. Nam Eusthasium[c] hoc cognovimus referentem, qui eo tempore inter reliquos sub viri Dei oboedientia ibidem tenebatur adnexus, quod nullus[d] ea fuerit in caterva, qui ante talium genera 25 alitum se vidisse referret; et tanta[e] sapor in cibo aderat, ut regias[f] vinceret dapes. O mirum divinae potentiae donum! Quando terrenae dapes[g] cultoribus Christi desunt, tunc demum caelestia tribuuntur, sicut de Israhel[h] dictum est:

cf. Num. 11, 31.

Cap. 27. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Cap. 27. a) *ita pr. m. A* 1*a*; quos *add. B* 1*a*. 2. b) *m. al. suppl. B* 1*a*. c) De divisione 30 — monitu *praescr. sunt B* 1*a* (*v. supra*). d) insaniabant *pr. m. A* 1*a*. e) multi(s *postea add.*) *A* 1*a*. f) nitabantur *pr. m. A* 1*a*. g) At postremo *B* 1*a*. h) *m. al. suppl. B* 1*a*. i) *ita pr. m. A* 1*a*; glorios *A* 1*b*; *om. A* 3; gloriosos *rell.* k) merui *pr. m. A* 1*a*; *om. A* 3. l) : agante *m. al. corr.* Vagante *A* 1*a*. m) *ita A* 1*b*; Pregantiam *m. al. corr.* Brig. *A* 1*a*; Brigatiam *A* 2; Bricantiam *A* 3; Brigantiam *rell.* n) *ita A* 1*c*. 2. *B* 1*a*. 2; duram *m. al. corr.* durum *A* 1*a et sic A* 1*b*. o) quam(vis 35 *m. al. add.*) *A* 1*a*; quantis *A* 1*b*. p) alimoniae *A* 1*b*. 2. (*B* 2) *et e corr. A* 1*c*. q) q: *m. al. corr.* quae *A* 1*a*. r) ieiunii *B* 1*a*; ieiuni *B* 2. s) corpo referrent *m. al. corr.* corpora ferrent *A* 1*a*. s*) velut *A* 1*a*. *b*. t) Israelitarum *B* 1*a*. u) operuerat *B* 1*a*. 2. v) suppleret *B* 1*a*. 2. w) patro *pr. m. A* 1*a*. x) *ita pr. m. A* 1*a*; diffusum *A* 3; diffusa *rell.* y) copia *B* 1*a*. z) ad beatum Columbanum *B* 1*a*. 2. a) Deus *add. B* 1*a*. 2. b) abire iubet *B* 1*a*. 2. c) *ita A* 3. *B* 1*a*; Eustasio *A* 1*c*. 2; 40 Eustasium *rell.* d) null(us *in ras.*) *B* 1*a*. e) : anta *m. al. corr.* tantus *A* 1*a*, *et sic A* 1*b*. *c*. 2. 3. f) regius *A* 1*a*, *corr.* g) dape: *m. al. corr.* dapes *A* 1*a*. h) Israel *A* 1*b*; Isrt *B* 1*a*; Israheltico populo *B* 2.

1) *Cf. Poenitentiale Columbani B* 24 (*ed. Seebass, 'Zeitschr. für Kirchengesch.' XIV, p.* 446): Si quis autem laicus manducaverit aut biberit iuxta fana, si per ignorantiam fecerit, promittat deinceps, quod numquam reiteret et XL diebus in pane et aqua peni-45 teat. Si vero per contemptum hoc fecerit, id est postquam sacerdos illi praedicavit, quod sacrilegium hoc erat, et postea mensae daemoniorum communicaverit, si gulae tantum vitio hoc fecerit aut repetierit, III quadragesimis in pane et aqua peniteat; si vero cultu daemonum aut honore simulacrorum hoc fecerit, III annis paeniteat. 2) *V. Desiderii auctore Sisebuto Ionae praesto erat; cf. SS. R. Merov. III, p.* 625. 50 3) *I. q. area.*

Ps. 77, 24. *Panem caeli dedit eis;* cum autem terrenae opes subvenirent[a], tunc grates[b] amoventur inlatae.

Ipso itaque tempore, cum sub quodam scopulo inter vasta heremi ieiunio corpus conficeret[c] et nihil aliud praeter ruris poma, quorum superius[1] fecimus mentionem, in cibos caperet, venit adsueta abdite voracitatis fera ursus coepitque[d] necessarius[e] delambere cibos ac passim[f] poma ore detrahere. Cumque hora refectionis advenisset, Chagnoaldum[g, 2] ministrum direxit, ut consuetam[h] mensuram pomorum deferret. Qui cum abisset, ursum inter ruris[i] fructices[k] rubusque[l] pervagare[m] perspexit ac poma lambendo carpere. Festinus redit patrique indicat; ille imperat, ut eat partemque fruticum in cibos fere dimittat aliamque partem sibi reservare iubet. Abiit namque Chagnoaldus[n] ac iussa patris implevit divisitque virga fructices[o] rubusque[p], quae[q] poma ferebant, et partem suam iuxta viri Dei imperium ait[r] ut fera comedat aliamque[s] partem in usus viri Dei reservet. Mira in fera oboedientia! Nequaquam ex prohibita sibi parte ausa est capere[t] cibos, sed in segregata[u], permissa sibi fructicum[v] parte tantummodo pabula requisivit, quoadusque vir Dei eo[v*] in loco commoravit.

Interea cogitatio in mentem ruit, ut Venetiorum[w, 3] qui et Sclavi[x] dicuntur terminos adiret caecasque mentes euangelica luce lustraret ac ab origine per avia[y] oberrantibus[z] veritatis viam panderet. Cumque haec[a] votis patrandum inesset, angelus Domini per visum apparuit, parvoque ambitu, velut paginali[4] solent[b] stilo orbis discribere[c] circulum, mundi conpagem[d] monstravit. 'Cernis', inquit, 'quod maneat totus orbis desertus. Perge dextra levaque, qua eligis[e], ut labores tui fructus[f] comedas'. Intellexit ergo ille, non esse gentis illius in promptu fidei profectus[g], quievitque in loco, donec aditus ad Italiam viam panderet.

28. De bello regum et revelatione viri Dei et Theudeberti proditione[a].

Interea inter[b] Theudericum Theudebertumque lis firmatur, ac quisque adversus fratrem usque ad internitionem desevit, utrisque gentium robore superbientibus.

Capp. 27. 28. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Cap. 27. a) *ita A* 2. 3 *et pr. m. A* 1*a*; subvenerint *rell.* b) *ita A* 1*a*; gratis *A* 1*b*. *c*. 2. 3; dapes *B* 1*a*. 2. c) afficeret *B* 2; aficeret *B* 1*a*. d) que *om. A* 2. *B* 1*a*. e) necesarius *pr. m. A* 1*a*; necessarios *rell.* f) pa : sim *pr. m. corr.* passim *A* 1*a*. g) Chagno : aldum *(ras.* h *vel* b*) m. al. corr.* Magnoaldum *A* 1*a*. h) consueta *B* 1*a*. i) *ita A* 1*a*. *b*. *c*; inter rores *A* 3; intruris *A* 2; inter densa *B* 1*a*. *b*; inter densos *B* 2. k) *ita pr. m. A* 1*a*. l) *ita A* 1*a (pr. m.)*. *B* 1*a*; rubosque *A* 1*c*. 2. 3. *B* 2; rubesque *A* 1*b*. m) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*. 2; pervacare *pr. m. A* 1*a*; pervagari *A* 1*b*. 2. 3. n) *m. al. corr.* Magnoaldus *A* 1*a*. o) *ita h. l. B* 1*a*. p) *ita pr. m. A* 1*a*. q) qui *A* 1*b*. 2. *B* 2. r) *ita A* 1*b*. *c*. 2. 3; : ait *A* 1*a*; aiebat *B* 1*a*. 2. s) que *m. al. suppl. A* 1*a*; *om. A* 1*c*. t) carpere *A* 1*a*. *c*. 2. u) segregata : *(ras.* e*) A* 1*a*; segregato *A* 1*c*; segregata et *B* 2; girata *A* 3. v) *ita h. l. B* 1*a*. v*) in eo *A* 1*a*. *b*. w) Veneticorum *A* 1*a*; Viniciorum *B* 1*a*; viciniora *B* 2. x) Slavi *corr.* Slcavi *A* 1*b*. y) *ita A* 1*b*. 3. *B* 1*a*. 2; via *A* 1*a (pr. m.)*. *c*. 2; *m. al. corr.* devia *A* 1*a*. z) errantibus *B* 1*a*. 2. a) h : : *m. al. corr.* hoc *A* 1*a*; *et sic A* 1*c*. b) solet *B* 1*a*. 2. c) *ita A* 1*a*; discrebere *A* 1*b*; describere *A* 1*c*. 2. 3; discribi *B* 1*a*; describi *B* 2. d) conpage *B* 2; compage *B* 1*a*. e) quae legis *A* 2. 3; qua legis *B* 1*a*. f) fructum *A* 2; fructos *B* 1*a*. g) perfectus *A* 2; profectum *A* 3. (*B* 1*a*. 2).

Cap. 28. a) perditione *B* 1*a*. b) in(ter *m. al. suppl.*) *A* 1*a*.

1) *Poma illa parvula, quae eremus ferebat, supra c.* 9. *bullugae appellantur.* 2) *V. supra p.* 85 *n.* 1. 3) *Sclavi cognomento Winedi Fredegario IV,* 48, *teste Samonem negotiatorem Francum regem sibi postea elegerunt.* 4) Paginalis stilus *pro epistulari stilo accepit Ennodius XLVIII (ed. Vogel p.* 48*).*

Interque vir Dei ad Theudebertum accedit eumque suadet, ut coepte arrogantiae supercilium deponeret seque clericum faceret, et in[a] ecclesia positus, sacre subderetur religione[b], ne[c] simul cum damna presentis regni aeternae pateretur vitae[d] dispendia. Quod et regi[e] et omnibus circumadstantibus ridiculum excitat, aientes[f], se numquam audisse, Mervengum[g], in regno[h] sublimatum[i], voluntarium clericum fuisse. Detestantibus ergo omnibus beatus Columba ait: 'Si voluntarius nullatenus clericatus honorem sumat, in brevi invitus clericus existat'. His ergo dictis, vir Dei ad cellolam remeat, moxque prophetici dicti[k] eventum res non diu dilata adfirmat.

Nec mora, Theudericus Theudebertum ad bellum ciet et propter Tullum[l] devictum fugat[1]. Postque, collecto robore exercitus, persequitur, similique modo gentium[2] multorum[m] Theudebertus robore vallatus, ad Tulbiacensem[n] castrum pugnaturus occurrit. Ibi, praelio inito, innumere hominum falangas[o] ex utroque exercitu perierunt; victus tandem[p] Theudebertus fugit. *612, Mai.*

Eo igitur in tempore vir Dei in heremo morabatur, contentus tantum unius ministri Chagnoaldi famulatu. Ea ergo hora, qua[q] apud Tulbiacum[r] commissum est bellum, supra querqui[s] putrefactam truncum vir Dei librum legens resedebat; quem subitus sopor obpressit, et quid inter duos reges ageretur, vidit. Moxque excitatus, ministrum vocat cruentamque[t] regum pugnam indicat; multum humanum sanguinem fundi suspirat. Cui temerario conatu minister ait: 'Pater mi, Theudeberto tuis precibus prebe suffragium, ut communem debellet[u] hostem Theudericum'. Ad haec[v] beatus Columbanus[w]: 'Stultum ac religione[x] alienum consilium administras. Non enim ita Dominus voluit, qui nos pro inimicis nostris[y] orare rogavit[z]; in arbitrio esse iam iusti iudicis, quid de eis fieri vellit[a]'. Inquisivit ergo post minister temporis diem et horam; repperit ita[b] fuisse, sicut viro Dei fuerat revelatum. *cf. Matth. 5, 44.*

Persecutus est[c] ergo Theudebertum Theudericus[d] et suorum proditione captum ad aviam Brunichildem[e] direxit. Quem cum avia recepisset[f], quia Theuderici partis[g] Brunichildis favens[h] erat, furens[i] Theudebertum fieri clericum rogavit; at non post multos dies impie nimis post clericatum perimi iussit[3].

Cap. 28. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Cap. 28. a) *om.* *A* 2. *B* 1*a*. b) *ita* *A* 2; religion(i *in ras.*) *A* 1*a*; religioni *rell.* c) nec *pr. m.* *A* 1*a*. d) vita: *m. al. corr.* vitae *A* 1*a*. e) regi: *A* 1*a*. f) dicentes *B* 1*a*. 2. g) *ita* *A* 2. *B* 1*a*. 2; Mervingum *A* 1*b*; *eras.* *A* 1*c*; se regem *pro* M. *A* 3; audisse (aliquem Mẹrungum *m. al. in ras.*), *m. al. in mg. add.* (g)enus principum *A* 1*a*. h) regnu *A* 1*a*, *corr.*; regnum *A* 3. *B* 1*a*. 2. i) sublevatum *B* 1*a*. 2. k) dictum *B* 1*a*. 2. l) prope Tullum *A* 1*c*; prope Tulbiacum *A* 2; op(p)idum *add.* *B* 1*a*. 2. m) *ita pr. m.* *A* 1*a*; multarum *rell.* n) Tulbiacense *A* 2. 3; Tulpiacense *A* 1*c*; Tulpiacensem *B* 2. o) phalanges *A* 1*b*. *c*; phalange *A* 2; falanga *B* 2. p) tamen *B* 1*a*. q) quo *A* 1*a*. r) Tulp. *corr.* Tulb. *A* 1*a*; Tulp. *A* 1c. *B* 2. s) *ita pr. m.* *B* 1*a* (*cf. supra p.* 81, 14); quercus *B* 2; querci *A* 2; quercum *m. al. corr.* quercus *A* 1*a*, *et ita* *A* 1*b*. *c*. 3. t) cruentemque *pr. m.* *A* 1*a*. u) debellat *pr. m.* *A* 1*a*. v) *in ras.* *A* 1*a*; beatus *om.* (*B* 1*a*. 2), *habent* *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. w) ait *m. al. add.* *A* 1*a*, *habent* *B* 1*a*. 2. x) *ita* *A* 3; religioni *rell.* y) nostri *pr. m.* *A* 1*a*. z) rogavit, *m. al. superscr.* praecepit *A* 1*a*. a) *ita pr. m.* *A* 1*a*; velit *A* 1*b*. *c*. 3; vellet *A* 2. *B* 1*a*. 2. b) ea *m. al. in ras.* *B* 1*a*; factum *add.* *B* 1*a*; sic factum *add.* *B* 2. c) *om.* *B* 1*a*. d) Theodericum *pr. m.* *B* 1*a*. e) Brunnihildam *A* 1*a* (*pr. m.*). *b*. f) reperisset *B* 1*a*; repperisset *B* 2. g) *ita* *A* 1*a* (*pr. m.*). *c*. 2. *B* 1*a*; partes *A* 1*b*; partibus *A* 3; patris *B* 2. h) parens *B* 1*a*. 2. i) *om.* *B* 1*a*. 2.

1) *Cf. Fred. IV*, 38. 2) *Fred. IV*, 38: Theudebertus cum Saxonis, Thoringus vel ceteras gentes, que de ultra Renum vel undique potuerat adunare, contra Theudericum Tholbiaco perrexit. *Tolbiacus, hodie Zülpich, vicus in via a Treveris Agrippinam tendente situs est; cf. Itin. Antonini n.* 373. 3) *Eius necis Brunechildem fuisse ream etiam Fred. IV*, 42, *testatur.*

29. De interitu Theuderici et liberorum nece et impleta prophetia[a] Chlothario.

Porro Theudericus poenes Mettensem[b] morans oppidum divinitus percussus inter flagrantes[c] ignis incendia[1] mortuus est. Post quem[d] Brunichildis filium 613. eius Sigibertum in regnum suffecit[e]. Itaque Chlotharius memor prophetiae viri Dei, collecto exercitu, fines regni, quae suae ditioni debebantur[f], conatur recipere; contra quem Sigibertus cum hostium cuneis pugnaturus advenit. Quem Chlotharius captum[g] peremit fratresque eius quinque[2], Theuderici filios, cum proavia Brunichilde coepit. Pueros separatim peremit; Brunichildem vero primo ignobiliter camelo inpositam hostibus girando monstravit, postque indomitorum[3] aequorum caudis inretitam[h] miserabiliter vitae privavit. Funditus ergo radicitusque deletam Theuderici stirpem, Chlotharius potitus est trium regnorum solus monarchiam. Quo facto, beati[i] Columbae prophetia in[k] omnibus impleta est, unum intra triennium cum omni[l] stirpe funditus deletum, alium violenter clericum factum, tertium trium[m] regnorum possessione[n] ac dominatione dilatatum[o].

30*. Beatus ergo Columbanus cum vidisset, ut superius[4] diximus, devictum a Theuderico Theudebertum, relicta Gallia atque Germania[a], Italiam ingreditur, ubi ab[b] Agilulfo[c, 5] Langobardorum rege honorifice receptus est. Qui, largita optione, ut intra Italiam, quocumque in loco voluisset, habitaret, ibi Dei consultu

*) *Capiti* 30. *librarii singuli diversa praescripserunt:* 30. De ingressu Italiae et destructione heresis et renovatione Bobii et legatione Chlodharii post eum et exitu eius *A* 1*c. b;* 30. De ingressu eius in Italiam et susceptione Agilulfi regis et optione loci largita et de constructione Bobii monasterii et obitu beati viri *A* 2; De ingressu eius in Italiam (*corr.* Italia *B* 1*a*) et Agilulfi regis honorifica susceptione, immo Arrianae perfidiae penes Mediolanium superatione hac monasterii Bobiensis in signo et virtute miraculi constructione et (et *om. B* 1*b*) de legatione venerabilis Eustasii (Heustasii *B* 1*b*) a rege Clothario cum supplemento publico post beatum Columbanum cum omni honore est directa *B* 1*a. b.*

Capp. 29. 30. *A* 1*a. b. c.* 2. 3. *B* 1*a.* 2.

Cap. 29. a) de *add. A* 2; in *add. B* 1*a.* b) Metensem *pr. m. A* 1*a*; Mettense *A* 3; Metense *A* 1*c.* 2. c) *ita pr. m. A* 1*a. c*; flagrantis *A* 1*b.* 2. 3; flagrant : : *m. al. corr.* flagrantia *B* 1*a*; fraglantis *B* 2. d) *ita A* 1c. 3. *B* 1*a.* 2; postquam *rell.* e) subiecit *B* 1*a.* 2. f) debatur *B* 1*a*, *corr.* g) captus *B* 1*a.* h) inritam *B* 1*a*, *corr.* i) beat(i *m. al. in ras.*) *A* 1*a.* k) in o. *bis scr. erant A* 1*a*; *om. A* 1*c.* l) om(ni *m. al. add.*) *A* 1*a.* m) *ita A* 1*b. c.* 3; tertiu : (*m. al. corr.* tertio) trium *A* 1*a*; tertio trium *A* 2; (tertium *om.*) trium (*m. al. corr.* tertium *B* 1*a*) *B* 1*a.* 2. n) possessionem (possesionem *B* 1*a*) ac dominationem *B* 1*a.* 2. o) dilatati *A* 2; delatatum *B* 2; deletum *m. al. corr.* delatum *B* 1*a.*

Cap. 30. a) Germinia *B* 1*a.* b) *m. al. suppl. A* 1*a.* c) Egilulfo *m. al. corr.* Egilolfo *A* 1*a*; Agillulfo *A* 1*b*; Aguilfo *B* 2.

1) *Theudericum morbo dysenteriae mortuum esse Sisebutus (V. Desiderii c.* 19) *cum Fredegario IV,* 39, *consentit.* 2) *E quattuor Theuderici filiis Sigibertus, Corbus, Meroveus capti sunt, effugiente Childeberto, Corbumque solum praeter Sigibertum Chlotharius interfici iussit, servans Meroveum filiolum suum spiritalem; cf. Fred. IV,* 42. 3) *Ita Sisebutus, V. Desiderii c.* 21. 4) *Supra c.* 28. 5) *Agilulfus a.* 590—616. *regnavit.*

actum est, dum ille poenes Mediolanium[a] urbem moraretur et[b] hereseorum[c, 1] fraudes, id est Arriane perfidie, scripturarum cauterio discerpi ac desecari[d] vellet, contra quos etiam libellum[2] florenti scientia ededit[e], vir quidam nomine Iocundus ad regem venit, qui regi indicat se in solitudine[f] ruribus Appenninis basilicam beati Petri apostolorum principis scire, in qua[g] virtutes expertus sit fieri, loca ubertate fecunda, aquis inrigua, piscium copia. Quem locum veterum traditio Bobium[3] nuncupabant[h] ob rivum in eo loco hoc nomine fluentem amnemque alium profluentem nomine Triveam[i]; super quem olim[k] Hannibal hiemans, hominum, aequorum, elefantorum atrocissime[l] damna sensit[4]. Ubi cum venisset, omni cum intentione basilicam inibi semirutam repperiens, prisco decori renovans reddidit. In cuius restauratione mira Domini virtus panditur. Nam cum per prerupta[m] saxorum scopula[n] trabes ex abietibus inter densa saltus locis[o] inaccessibilibus[p] cederentur, vel alibi caesa[q] inibi casu elapsi aspero aditum plaustrorum[r] denegabat, mirum in modum trabem, quem vix triginta vel quadraginta plano terrae solo positum vehere non valerent, ibi[s] cum duobus vel[t] tribus, prout ardui callis meatus patebat, vir Dei accedens, suis ac suorum humeris inmane pondus inponebat; et ubi antea[u] prae[v] asperitate itineris libero gressu vix graderentur, onerati mox trabium pondere[w] festini gradiebantur, ut versa vice, qui honera[x] ferrent, acsi ab aliis veherentur, firmis vestigiis, velut otio vagantes ovantes irent. Videns itaque vir Dei tanti[y] auxilii supplimentum, suos hortatur, ut arreptum opus laeti perficiant, animoque roborati, eo consistere in heremo studeant[z]; Dei in hoc voluntatis esse adfirmat. Tecta itaque templi[a] culmina, murorum restaurat ruinas ceteraque, quaeque[b] ad monasterii necessitatem pertinent, construere parat.

Interea memoratus Chlotharius viri Dei prophetiae effectum in se fuisse impletum cernens, venerabilem Eusthasium[c], qui eius in loco[d] Luxoviensem monasterium regebat, ad se venire imperat. Quem pio effamine[e] rogat, ut sibi cum

Cap. 30. *A* 1*a. b. c.* 2. 3. *B* 1*a.* 2.

Cap. 30. a) (Mediola *in ras.*)nium *A* 1*a*; Mediolanum *A* 1*c*; Mediola : : num *A* 2. b) ut *pr. m. B* 1*a.* c) *ita A* 1*c.* 2. *B* 1*a.* 2; heres eorum *A* 3; hereseonum *A* 1*b*; hereses eorum *A* 1*a.* d) desecare *pr. m. A* 1*a*; dissecari *A* 1*c*; dissecare *A* 3. e) *ita A* 1*b*; scientiae dedit *A* 1*a.* 2. 3. *B* 1*a.* 2; scientiae edidit *A* 1*c.* f) solitudinem *B* 1*a.* g) qua : , *ras.* m *A* 1*a.* h) *ita A* 1*c.* 2. 3 *et pr. m. A* 1*b. B* 1*a*; nuncupaba(t *m. al. in ras. maiore*) *A* 1*a*; nuncupant *B* 2. i) *ita A* 2. 3 *et pr. m. A* 1*a*; Triviam *B* 1*a*; Treviam *B* 2; Trebiam *A* 1*b.* k) (olim Han *m. al. in ras.*)nibal *A* 1*a*; o. Annibal *A* 3. l) atrocissima *A* 1*c*; ferocissime *B* 1*a. b*; fortissime *B* 2. m) prupt : : *m. al. corr.* p̄ruptos *A* 1*a*, *et sic A* 1*c*; preruptas *pr. m. corr. B* 2. n) scopulos *A* 1*a* (os *m. al. in ras.*). *c.* o) locus *pr. m. B* 1*a.* p) inaccess : bilibus *m. al. corr.* inaccessibilibus *A* 1*a*; immarcessibilibus *A* 3. q) *m. al. corr.* caesae *A* 1*a*; cesae *A* 1*b. c.* r) plaustorum *B* 1*a.* s) ubi *pr. m. B* 1*a.* t) aut *B* 1*a.* u) *om. B* 1*a.* 2. v) *ita A* 2. 3. *B* 1*a.* 2; pro *A* 1*a. b. c.* w) pondera *A* 3. x) honera : *A* 1*a.* y) tanti : , *ras.* s *A* 1*a.* z) studi : nt *m. al. corr.* studeant *A* 1*a.* a) et *add. B* 1*a.* 2. b) *ita A* 2. *B* 1*a.* 2; quae *A* 1*a. b. c.* 3. c) *ita A* 3; Eustasium *rell.* d) *ita A* 1*a*; loco Luxoviense *A* 1*b. c.* 2. 3; locum Luxoviensem *B* 1*a.* 2. e) *ita B* 1*a*; aff. *rell.*; *cf. p.* 99, 10.

1) Hereseus *vocabulo pro haeretico utitur Karolus M. de cultu imag.; cf. Ducange ed. Favre s. v. haereseus.* 2) *Columbani libellus contra Arianos adhuc latet.* 3) *Bobbio torrens ex Apennino descendens prope muros oppidi Bobiensis, cui nomen dedit, Trebiae (hodie Trebbia) fl. influit; cf. Rossetti, 'Bobbio illustrato' I,* 119; *Amati, 'Dizionario corografico dell'Italia' I,* 833. *De ipsius rapaci cursu vide infra II,* 2. *Pisces exquisiti saporis hodieque in torrentibus illis capiuntur.* 4) *Hannibal ex hibernis profectus transiensque Apenninum multa damna passus est teste Livio XXI,* 58: multi homines, multa iumenta, elephanti quoque ex iis qui proelio ad Trebiam facto superfuerant septem absumpti, *sed notissimam Romanorum cladem Ionas silentio praeteriit amore patriae, nisi fallor, ductus.*

supplimento publico legationem fungere curet sociosque quos[a] vellit[b] nobilium virorum haberet, qui[c] sui vademonii arbitres essent: post beatum Columbanum pergerent; quocumque repperissent in loco, eleganti suasu ad se venire hortarent. Perrexit itaque venerabilis discipulus, magistri vestigiis[d] prosecutus; qui cum ad eum venisset, Chlotharii verba depromit. Viso ergo Eusthasio[d*], beatus Columba 5 gavisus recepti muneris aditum gratulatur retentumque poenes[e] se quantisper hortatur, ut sui laboris[f] meminisceret, cohortem fratrum disciplinae[g] habenis[h] erudiret[i] multorumque collegio Christi plebem adunaret suisque institutis edocaret. Dimissum post haec ad Chlotharium remeare iubet talibusque[k] responsis regias[l] mulciri imperat aures, seque retro repedare[m] nullatenus ratum[n] duceret; 10 tantummodo poscere, ut sodales suos, qui Luxovio[o] incolebant, regali adminiculo ac presidio foveret. Litteras castigationum[p] effamine plenas regi dirigit. Gratissimum munus rex velut pignus foederis viri Dei ovans recepit nec eius petitioni oblivionis noxam preponit. Omni[q] presidio supradictum monasterium munire[r] studet, annuis censibus ditat, terminos undique, prout voluntas venerabilis 15 Eusthasii[s] erat, auget[t] omnique conatu ad auxilium inibi habitantium ob viri Dei amorem intendit.

Porro beatus Columbanus, expleto anni circulo, in antedicto caenubio Ebobiensi[u] vita beata functus, animam[v] membris solutam caelo reddidit[w] VIIII.[x] Kl.[1] Decembris. Cuius strenuitatem si quis nosse vellit[y], in eius dictis repperiet. 20 Reliquiaeque eius eo[z] habentur in loco conditae, ubi et virtutum decore pollent presole Christo, cui est[a] gloria per omnia secula seculorum. Amen[b].

615, Nov. 23.

Cap. 30. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2. 3. *B* 1*a*. 2.

Cap. 30. a) quo *B* 1*a*. b) *ita pr. m. A* 1*a*; vellet *rell.* c) (qui sui vadi *m. al. in ras.*)-monii *A* 1*a*. d) *ita A* 1*a (pr. m.)*. 2. *B*1*a*; vestigias *corr.* vestigia *A* 1*b*, *et sic A* 1*c*. 3. d*) *ita* 25 *B* 1*a*; Eustasio *rell.* e) *ita A* 2; poenis *pr. m. A* 1*a*; penis *A* 1*b*; penes *rell.* f) praemio vires resumat *ante* meminisceretque *add. B* 1*a*. 2. g) disciplinis *pr. m. A* 1*a*. h) habens *A* 3; normae *B* 1*a*; norma *B* 1*b*. 2; *cf. infra II*, 1: regularis disciplinae habenis. i) erudire — adunare — edo(u)care *B* 1*a*. 2. k) que *m. al. suppl. A* 1*a*. l) regi *B* 1*a*. 2. m) remeare *B* 1*a*. 2. n) r : tum *m. al. corr.* ratum *B* 1*a*. o) *ita A* 3 *et pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*; Luxovium *A* 1*b*. *c*. 2; Loxovium *pr. m.* 30 *corr. B* 2. p) casto *B* 1*a*. 2. q) que *add. B* 1*a*. 2. r) muniri st. *A* 1*c*; muneribus ornat. annuis *B* 1*a*. 2. s) Eustasii *A* 1*a*. *b*; Eustasi *A* 2. t) augit *pr. m. A* 1*a*. u) *ita A* 3; : bobiensi, *ras.* e *A* 2; Bobiensi :, *ras.* s *B* 1*a*; Bobiense *A* 1*a*. *b*; Bobiensi *A* 1*c*. *B* 2. v) anima m. soluta *B* 1*a*. 2. w) spiritum *add. B* 1*a*. 2. x) VIII. *A* 2; VIIII. K. D. *om. A* 3. y) *ita pr. m. A* 1*a*; velit *rell.* z) *ita A* 3. *B* 1*a*. 2; cohabentus *pr. m. corr.* cohabentur *A* 1*a*; quo habentur *A* 1*b*. *c*. 2. a) honor et *add. B* 1*a*. 2. 35 b) Explicit liber de vita virtutibusque sancti Columbani abbatis, qui a Iona quondam (quodam *A* 1*b*) preceptore aeditus est *add. A* 1*a*. *b*; Explicit vita sancti ac beatissimi Columbani abbatis *add. A* 2; Explicit vita sancti Columbani abbatis *add. B* 2; *clausula deest B* 1*a*.

1) *Ita textum ad codices emendavi, dum apud Mabillon* XI. Kal. Decembris *legitur, quo errore usque adhuc docti plerique decepti sunt. Cum Iona autem Martyrologium Hieronymi.* 40 *(AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [146]*) consentit:* VIIII. K. Dec. In Italia monasterio Bobio depositio sancti Columbani abb. *Sanctus post cladem Theudeberti a.* 612, *Gallia Germaniaque relictis, in Italiam ingressus, postquam Chlotharius a.* 613. *monarchia potitus est, legationem ab ipso missam suscepit, annoque expleto, in monasterio Bobiensi diem supremum obiit. Hoc igitur calculo annus* 615. *p. Chr. colligitur emortualis, quo dies* 23. *Novembris dominicus fuerat,* 45 *dominicoque die Columbanum decessisse Wettinus, V. Galli c.* 29, *statuit.*

INCIPIUNT[a] VERSUS IN EIUS[b] FESTIVITATE AD MENSAM CANENDI.

Clare sacerdos, clues[c], almo fultus decore,
Tuis[d], Columba, decus qui redoles in orbe.
Monachorum cohortes te clarum dicent patrem,
Te sofum[e] proceres, te vatem dixere reges[1].
5 Annent decorata tuis factis praecepta:
Religionis forma praebet nitorem sacra[f].
Sic virtutum decus, milis Christi, in evum
Comptus[g] habere[h], sacro[i] pandens praecepta dictu[k].
Quid tibi[2] his dignis[l] aequantur in metallis
10 Vel comparantur sanctis seclorum gesta factis?
Non aureum caput Babylona[m] Persarum,
Argenteus Darius Medus habuit priscus
Nec aeneus Macedo olim signavit bello
Vel[n] sepultus salo Nilicola et Cincris[o, 3].
15 Nihil dignum simile horum gessere gestis
Zmirneus[p] Omerus[q] et Mantuanus Maro,
Non Poenus Hannibal[r], non pernix[s] Porus Indus,
Non Marius, Catulus[t], Scipio, Silla[u], Gracchus[v];
Non ferreus Caesar, Bucchus[w] Numida, Ambro[x],
20 Celtiberus[y], Scita[z], Hiberus et Sicamber[a].
Fertilis ut cedrus[b] palmaque poma praebes, cf. Ps. 91, 13.
Aetaliae[c, 4] thesaurus tu gratus ut obrizus, cf. Is. 13, 12.
Tu Sabeorum grata turea[5] oles virga,
Tu[d] balsama sudas virga Engaddi[6] secta[e].
25 Tu palmitis[f] opaga manes in vite vera, cf. Ioh. 15, 1, 5.
Tu oleum et pingues[g] diffundes[h] ut oliva.

Versus. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *B* 1*a*. *b*.

Versus. a) *ita B* 1*a*. *b*; *praescr.* Laus in Columbam abbatem *A* 1*c*; *praescr. om. rell.; versus om. A* 2. *B* 2. b) eiusdem *B* 1*b*. c) cluis *A* 1*b*. *c*. *B* 1*b*; cluens *A* 2*a*. d) *ita codd. rell.;* Tu es *B* 1*a*. e) sophum *A* 1*b*; fossum *A* 1*c*; suffistam *B* 1*a*; sophistam *B* 1*b*. f) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*. *b*; sacram *A* 2*a*; sacrum *A* 1*a*. *b*. g) comptus *praecedentis versus fine B* 1*a*. h) haberis *A* 1*c*. *B* 1*b*; habens *B* 1*a*. i) *m. al. corr.* sacris *B* 1*a*, *et sic B* 1*b*. k) dicta *corr.* dictu *A* 1*b*; dictis *B* 1*a*. *b*. l) *ita B* 1*a*. *b*; dignum aequatur *A* 1*c*; digni sequantur *A* 1*a*. *b*; digne sequantur *A* 2*a*. m) Babilona *B* 1*a*. *b*; Babylonia *A* 1*b*; Babylon *A* 1*c*. n) nec *pr. m. B* 1*a*. o) *ita B* 1*a*; Cenchris *B* 1*b*; Cincrus *A* 1*a*. *b*; Cingrus *A* 1*c*. p) *ita A* 1*a*; Zmyrneus *B* 1*b*; Smyrneus *A* 1*b*; Smirneus *A* 1*c*; S͞zirneus *A* 2*a*; Szirneus *B* 1*a*. q) Hom. *A* 1*c*. *B* 1*b*. r) Annibal *A* 1*a (cf. supra c.* 30*)* s) pernis Polus *B* 1*a*. t) Catullus *A* 1*b*. 2*a*. u) Sylla *A* 1*c*; Scilla *A* 2*a*. *B* 1*b*. v) Grachus *A* 1*a*; Graccus *A* 1*c*. w) Bocchus *A* 1*c*. 2*a*. *B* 1*a*. *b*. x) *initio versus insequentis B* 1*a*. y) Celtiborus *B* 1*a*. z) Scyta *A* 1*b*. a) Secamber(?) *pr. m. A* 1*a*; Siccamber *A* 2*a*. b) cerduus *pr. m. corr.* cerdrus *A* 1*a*. c) *ita B* 1*a*. *b*; Thesaliae aurus *A* 1*a*. 2*a*; Thessaliae aurum *A* 1*b*; Thessaliae aurea *A* 1*c*. d) Tu — secta *om. A* 1*b*. e) sexta *A* 1*a*. f) palmites *m. al. corr.* palmes es *A* 2*a*; palmesis *A* 1*b*; palmes *A* 1*c*. g) *ita A* 1*a*; pingue *A* 1*c*. 2*a*; pinguis *A* 1*b*. *B* 1*a*. *b*. h) *ita A* 1*a*; defundis *B* 1*a*.

1) *Unam syllabam abundare monuit L. Traube et scribendum esse aut* dicent *aut delendum* te. 2) *'Quid in metallis (= Quae metalla) his te dignis aequantur' construxit L. Traube.* 3) *Pharao intellegitur; cf. de Vit, Onomasticon s. v.* Chenchres. *L. Tr.* 4) *Legerat Ionas monente L. Traube locum Plinianum hunc, H. nat. III,* 81: Ilva cum ferri metallis, — — a Graecis Aethalia dicta, *neque enim alibi Ilva insula (hodie Elba) hoc nomine appellatur.* 5) *Ex Verg., Georg. II,* 117: solis est turea virga Sabaeis. 6) *V. epistulam praeviam.*

Tu lenitate polles, benignitate clares.
Mistica rimando[a] et[b] tecta penetrando
Aedificasti domum petra[c] supra insertam, [cf. Matth. 7, 24.]
30 Quae[d] molem[e] omnem rerum firmavit conditarum.
Quam supra quis positus manet firmus[f] in eva[g]; [cf. 1. Petr. 1, 25.]
Quae lapis angularis, crisofrasus[h], iacinctus, [cf. 1. Petr. 2, 6.]
Sardonis[i], zmaracdus[k], topazius[l], berillus, [cf. Apoc. 21, 19 sqq.]
Crisolitus[m] et iaspis, saffirus[n], ametistus,
35 Calcidon[o] et sardinus, candidus[p] margaritus
Herilis Hierusalem positus fundamento.
Tu mortuus vivis, dum vitam[q] morte emis[r];
Tu damnanda perdis, dum carnis damna[s] sentis.
Tu crucianda[t] cares, dum Christi crucem geris;
40 Patriam dum fugis, ad patriam tu redis.
Aeterno sociaris[u] regi, dum regis[v] temnis;
Paradysi amoena tu penetras per eva,
Possessurusque laeta virentia per rura,
Quem Dominus virtutum coronavit amator,
45 Sedibus aeternis te collocavit[w] suis.
Ibi canes iucunda carmina voce sacra.
Iam capes tu[x] thesauros, quos dudum recondisti,
Commercio quos pio commutasti in saeclo[y].
Chorus angelorum cernes et prophetarum,
50 Martyrum candidatus catervas[z] et iustorum.
Permixtus luci[1] fulva, his clares duce Christo
Receptus tu in castris, hoste sica perempto.
Dominum invenisti quem hic Iesum quesisti,
Qui tropheum de mundo sic reddit[a] triumphanti.
55 Graderis per viam, quam olim praeparasti,
Quae ducit ad aeterna gaudia paradysi.
Tu[b] mundum sprevisti, ut Messiam haberes,
Cum quo manes per eva fine[c] sine futura.
Gloria Trinitati[d] semper canenda virtus
60 Presentia per eva et omnia futura[e].

Versus. *A* 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *B* 1*a*. *b*.

Versus. a) minando? *pr. m.* *B* 1*a*. b) intacta *pro* et t. *B* 1*a*. *b*. c) petram *A* 1*b*. *c*. *B* 1*b*. d) quē *B* 1*a*. e) olem *add.* *A* 1*a*. f) firm̄ *pr. m.* *A* 1*a*. g) aevum *A* 1*c*. *B* 1*a*. *b*. h) *ita* *A* 1*a*; crisoprasus *A* 1*b*; chrisoprasus *A* 1*c*. 2*a*; crisofasus *B* 1*a*; crisophasus *B* 1*b*. i) Sardonix *A* 1*b*. *c*; Sardonius *B* 1*b*. k) *ita* *A* 1*a*; zmaragdus *B* 1*b*; smaracdus *A* 1*c*; smaragdus *rell.* l) tobazius *A* 1*a* (*pr. m.*). *b*; tupazius *pr. m.* *B* 1*a*; zopatius *A* 2*a*, *ubi* saffirus *sequitur.* m) crysolitus *A* 1*b*; chrisolitus *B* 1*b*. n) *h. l. om.* *A* 2*a*; saphirus *A* 1*c*; sapphirus *B* 1*a*. o) Calddon *A* 1*a*, *corr.*; Calce(ę)don *A* 1*b*. *c*. 2*a*. p) candidum margaritum *A* 1*b*; candida margarita *B* 1*a*. *b*. q) vita *B* 1*a*. r) emes *B* 1*a*. s) *m. al. in mg. suppl.* *B* 1*a*. t) cruciandis *A* 1*c*; cruciando *B* 1*a*. *b*. u) sotiares *A* 1*a*. v) *ita* *pr. m.* *B* 1*a*. w) collavit *A* 1*a*. x) *om.* *B* 1*a*. *b*. y) *ita* *A* 2*a*. *B* 1*a*. *b*; seculo *A* 1*a*. *b*. *c*. z) kartervas *A* 1*a*; catervis *A* 1*c*. a) *ita* *A* 1*c*. *B* 1*b*; reddi *B* 1*a*; rededit *A* 1*a*; reddidit *A* 1*b*. (2*a*). b) *om.* *B* 1*a*. *b*. c) s. f. *A* 1*c*. 2*a*. *B* 1*a*. d) trinitatis *B* 1*a*. *b*. e) Explicat vita beati Columbani *subscr.* *B* 1*a*.

1) *Cf. infra II,* 11: fulvae luci — reddar.

HYMNUM SUBDIDI, QUEM EIUS IN TRANSITU PRAECIPIATIS CANERE, QUIA PRIMUS, QUEM VOBIS NUPER TRANSMISI, EIUS VIRTUTES NON CONTINET[a].

1. Nostris sollemnis saeculis[b]
Refulget[c] dies inclita,
Quo[d] sacer caelos Columba
Ascendit ferens trophea.

2. Sed priusquam eum mater
In auras lucis aederit,
E sinu solem prospicit[e]
Terris lumen defundere[f].

3. Qui post altus Hibernia,
Sacro edoctus dogmate,
Gallica arva adiens,
Plebi salutem tribuit.

4. Egri sanantur ocius,
Cautis[g] producit latices,
Pisces in usum prebetur,
Cedit imber a segete.

5. Prolem capit[h] sterelis,
Alis rapinam reddidit,
Farris horreo augetur,
Abscisa caro sospis est.

6. Tactus videt[i] nec cernitur,
Sentit damna ergastolum[k],
Fugit pestis ab homine,
Quam daemon sevus miserat.

7. Ligeris[l] scapham retinet,
Ablata[m] furto prodeunt
Cecusque lumen recipit[n],
Prebendo cibos[o] augetur.

8. In aescas alis[p] veniunt,
Fere iussis oboediunt;
Fides[q] patrari[r] conscia
Novit quae poscit omnia[s].

Hymnus. *A* 1*a. b. c.* 2*a.* *B* 1*b.*

Hymnus. a) ***ita B* 1*b*; *praescr.*** Item hymnus de eodem *A* 1*c*, *ubi versibus* **1.** *et* **8.** ***modulatio addita est; praescr. om. rell.*; *totum carmen om. B* 1*a*.** b) saeculi *A* 1*a. b*; seculo *A* 1*c*. c) **Refulgit *bis scr. A* 1*a*.** d) **Qua *B* 1*b*.** e) prospexit *A* 1*a. c*. f) diffundere *A* 1*c*. *B* 1*b*. g) **acutis *A* 1*a*;** Cautes ***A* 1*b*. *B* 1*b*; cautex *A* 1*c*;** Cauti *m. al. corr.* Caute *A* 2*a*. h) concepit *coni.* ***Mone, sed heptasyllabum codicibus consentientibus servandum esse censuit*** *L. Traube*. i) *ita A* **1*c*;** vidit *rell.* k) **ergastulum *A* 1*c*; erecastolum *A* 1*a*;** ergastuli *A* 2*a*. l) Ligeri *A* 1*a. b. c*; Liger ***B* 1*b*.** m) ablat ***A* 1*a*.** n) **recepit *A* 1*a*.** o) ***ita A* 1*a*.** p) ***ita A*** 1*a*. 2*a* *(ubi* aves ***add.)***; ales *A* **1*b*;** alites *B* **1*b*; aves *A* 1*c*.** q) **Fide *A* 1*a*.** r) **patrati** *A* **1*a*;** patrare *A* 1*c*. *B* 1*b*. s) *desinunt A* **1*a* *(ubi fol. insequens excisum est)*. *a** (*subscr.*** Explicit vita sancti ac beatissimi Columbani abbatis et confessoris). *b. c.* 2*a* ***(pagina non consumpta).***

9. Gloria[a] tibi Trinitas,
Aequalis una deitas
Et ante omnia saecula[b]
Et nunc et in[c] perpetuum.

EXPLICIT LIBER PRIMUS FELICITER.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI[a].

Hymnus. B 1b. Index. A 1b[3] (c. 7—10). c (omnia). 2 *(c.* 1—10*).* 2*a (c.* 1—6. 11—25*).*

Hymnus. a) *versum ultimum B 1b solus continet.* b) saecla *coni. L. Traube.* c) imperpetuum *B* 1*b*.

Index. a) *ita A* 1*c*; feliciter amen *add. A* 2; *praescr. om. A* 2*a*; *laterculum capitum om. A* 1*a. b. b*[1]. *B* 1*a. b.* b) conversione *A* 1*c*. c) Atale *A* 2; Attalae *rell.* d) abciso *A* 1*c*. 2. e) De denuntiatio *A* 2; De nuntiatione *A* 1*c*. f) eius *add. A* 1*c*. g) *capitula omnia coniuncta librum secundum ducunt in uno codice A* 1*c, sed in quattuor ibi partes divisa sunt, quarum unaquaeque a numero I incipit; numeri continuati sunt in codicibus A* 2. 2*c*[1], *qui c.* 1—10. *tantum exhibent*; *praescr.* Capitula in vitam sancti Eustasii *A* 1*c*; Incipiunt capitula in vitam sancti Eustasii abbatis *A* 1*b*[3] *(ubi folia tria, excisis vetustioribus, manu posteriore saec. XI. suppleta sunt).* h) *ita A* 2; Eustasii *rell.*; De reg. beati Eustasii et de doctrina discipulorum suorum *A* 1*b*[3]. i) *sequuntur duo tituli:* 2. De adventu eius ad Chlotharium (Clotharium *A* 1*b*[3]) regem. 3. De lumine, *ut supra A* 1*c. b*[3], *qua de interpolatione v. infra.* k) sospita *A* 2. l) et c. eius *om. A* 1*b*[3]. m) *ita A* 2; conversione *A* 1*c*. n) conversantium *codd.* o) eius *add. A* 1*c*. p) supradicti Agrestii *A* 1*b*[3]. q) 7. De obitu beati Eustasii (et de nuntiatione exitus eius *add. A* 1*b*[3], *cf. tit. V.*) *titulus novus A* 1*c. b*[3]. r) Expliciunt capitula libri secundi *subscr. A* 2. s) *praescr.* Capitula Evoriacensium miraculorum *A* 1*c*; Incipiunt capitula *A* 2*a*. t) Evoracis *A* 1*c*. u) Sistrudis *A* 1*c*. v) cantu angelico *A* 1*c*. 2*a*. w) conversione *A* 1*c*. x) Gybitrudis *A* 2*a*. y) Hercantrudis *A* 2*a*. z) Aunofledis *A* 1*c*. 2*a*. a) Deurechille *A* 1*c*; Deorehilda *corr.* Deorehilde *A* 2*a*. b) Domna *A* 1*c*. 2*a*. c) adolescentulas (?) *corr.* adolescentulis *A* 2*a*. d) *ita B* 1*a in praescriptione;* Wilsinda *A* 1*c*. 2*a*. e) *ita B* 1*a in praescr.;* cantu angelico *A* 1*c*. 2*a*. f) *ita B* 1*a in praescr.;* Leudeberta *A* 1*c*; Leudeberga *A* 2*a*. g) correctione *A* 1*c*. h) de *add. A* 1*c*. i) Landibergae *A* 1*c*.

1[a]. De conversatione et suffectu abbatis Athalae[b] et delinquentium[c] ultione.

Cumque[d] ergo venerabilis Columba de hac luce migrasset, eius in locum[e] 10 Athala[f] suffectus[g] est omni religione laudabilis, cuius post magistrum virtutes[h] clarae fulserunt, ex Burgundionorum[i] genere nobilis natione, sed nobilior sanctitate per vestigia[k] magistri secutus. Sed qualiter rudimenta illius in ipsa[l] primordia uberem profectum quaesiere[m], praetermittendum non est. Itaque dum[n] patre[o] nobili liberalibus litteris inbutus fuisset, Arigii[p] quondam[1] pontificis a genitore 15 commendatus est. Sed cum nihil utilitatis augi[q] cerneret, coepit rudis[r] affectus ad potiora anhelare; dedit operam, ut, postposita faleramenta[s] saeculi, monachorum iungeretur[t] cohorti. Clam[u] ergo a sodalibus progressus, duobus pueris contentus ad Lirenensem[v] coenubium venit; quo diu vitam degens, cum nequaquam cerneret regularis disciplinae abenis ceteros[w] colla submittere, coepit anxio animo trutinare, 20 quo potioris consilii aditus viam panderet. Progressus ergo inde, ad beatum Columbanum Luxovio[x] tenus venit. Quem vir sanctus cum ingenii sagacis sollertem esse cerneret, suo ministerio iunxit hac in omnibus divinis monitis erudire temptavit.

Ergo[y] cum egregię post beatum Columbanum[z] supradictum coenubium regeret 25 et in omni[a] disciplina regularis tenoris erudiret, contra eum antiqui[b] anguis versutia[c] loetiferum discordiae virus[d] noxiis ictibus[e] laxare coepit, excitans aliquorum contra eum corda subditorum, qui se aiebant[f] nimii[g] fervoris austeritatem[h] ferre non posse et arduae disciplinae pondera portare non valere. At ille, sagaci ut erat animo, pia fomenta praebere et salutaris[i] antidoti, quo sanies putrefacta 30 abscideretur, potum dare studens, mollire tumentia corda nitebatur. Diuque casti-

Index. *A* 1*c*. 2*a*. *Cap.* 1. *A* 1*a*. *b*¹. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*.

Index. a) *capita* 23—25, *quae numerantur* 1—3, *deleta sunt A* 1*c*, *textu deficiente.* b) Bertholfi *A* 1*c*. c) Mereveo *A* 1*c*. 2*a*. d) Theod. *A* 1*c*. 2*a*. e) Baudacharii *A* 2*a*; Baptharii *A* 1*c*. f) Leobardi *A* 1*c*. 2*a*.

35 *Cap.* 1. a) *lemma praescr.* Incipit vita beati Athalae abbatis et confessoris *A* 1*a*; Incipit vita sancti Attalae abbatis *A* 1*c*; Vita sancti Attali abbatis VI. id. Martii *A* 1*b*¹; Incipit vita beati Atale *B* 1*a*; *lemmate carent A* 2. 2*a*. — *Praescriptionem cap. soli exhibent h. l. B* 1*a*, *ante* Ergo *(v.* 24*) A* 2. b) Atale *A* 2. *B* 1*a*. c) et de delinq. *A* 2; et liq̄ *B* 1*a*. d) *ita A* 2. *B* 1*a*; que *om. rell.* e) loco *A* 1*c*. 2. f) *ita A* 1*b*¹. 2; Atthala *A* 1*a*. *c*. 2*a*; Atala *B* 1*a*. g) subvectus *B* 1*a*. h) cl. v. *A* 1*a*. 40 i) Burgundionum *A* 1*b*¹. 2 *(non A* 2*a)*. k) m. v. *A* 1*a*; magistri *m. al. suppl. B* 1*a*. l) ipsis primordiis *A* 1*a*; ipso primordio *A* 1*c (e corr.* primordia*)*. 2. m) *ita rell.*; qu(a)esierit *A* 1*a*. *B* 1*a (pr. m.)*. n) a *add. A* 1*a*. o) patris studio l. *A* 2. 2*a*. p) *ita B* 1*a*; Argii *(pr. m. corr.* Arigii*)* q. pontifici *A* 1*b*¹; Arigio q. (cuidam *A* 2) pontifici *rell.* q) *ita A* 1*a*. *B* 1*a*; agi *rell.* r) novus *B* 1*a*. s) huius *add. A* 1*a*; s. *om. A* 1*b*¹. *B* 1*a*. t) iungeret *pr. m. A* 2*a*. u) Deinde *B* 1*a*. v) Lire : : nensem 45 *pr. m. A* 1*b*¹; Liregensem *B* 1*a*; Lirenense *A* 1*a*. 2; Lirimense *A* 1*c*. w) ceteris *B* 1*a*. x) Luxovium *A* 1*b*¹. 2. 2*a*. y) (II. *m. al. in mg.*). Tramitem ergo regiminis *pro* Ergo *B* 1*a*. z) *superscr. B* 1*a*. a) omnibus *A* 1*a*. b) antiquis? *corr.* antiqui *A* 1*a*; antiquus *A* 2*a*, *corr*; *om. A* 2. c) versutiam *B* 1*a*. d) viris *pr. m. A* 1*a*. e) *pr. m. superscr. A* 1*a*. f) se agebant *B* 1*a*; suadebant *pro* se a. *A* 1*b*¹. g) nimię (?) *pr. m. A* 1*a*. h) *ita A* 1*a*. 2*a*; auctoritatem *rell.* i) salut : : *m. al. corr.* salutaris *A* 1*a*.

50 1) *Arigius vel Aridius episcopus Lugdunensis a.* 603. *Aetherio successit.*

gatos cum secum tenere non valeret, merore animi[a] turbatus, multis precibus cum pietatis obsequio prosequebatur, ut se non relinquerent et ardui iteneris calle[b] non deviarent[c] meminiscerentque[d], patres per mortificationem et contemptum praesentis vitae regna caelorum possidere. Cum[e] nihil iam proficere cerneret nec alibi trahentes animos suae societatis abenis inretiri[f] posse vidisset, pertinaces ire sinit; qui postquam segregati[g] ab eo, alii eorum marinis[h] sunt sinibus recoepti, alii locum heremi ob libertatem habendam petiere. Qui[i] temeritatis hac arrogantiae inibi positi mox intentu[k] damna sensere. Nam cum his in locis morarentur[l] et virum Dei suis detractionibus laniarent, unum[m] eorum qui Roccolenus[n] dicebatur, qui et iurgiorum, ut credebatur, incrementa ministrabat[o], subito ictu[p] igne febrium accensus, inter poene incendia clamare coepit, se, si[q] valuisset, ad beatum Athalam[r] venire velle et amissi[s] criminis damna paenitentiae medicamento lenire[t]. Nec mora, vix haec dicere licuit, obmutuit ac extremum alitum dimisit. Ast[u] hi[v] qui aderant videntes viri Dei iniurias divina ultione vindicari, plurimi eorum ad virum Dei remeant suasque noxas confitentur; se[w] in omnibus, si recipiantur, emendaturos pollicentur. Quos vir sanctus miro gaudio, acsi e luporum ora[x] receptas[y] oves, recepit suisque locis[z] suas culpas agnoscentes restituit. At vero alii, qui verecundia praeveniente vel temeritate hac arrogantiae vitio maculati redire noluerunt et datum locum paenitentiae[a] contempserunt, diversis mortibus sunt direpti, ut manifestę daretur intellegi, socios eos fuisse eius in excitanda contumaciae incrementa, quem ultio divina percusserit, propterea cum ceteris veniam non meruisse. Nam unus eorum[b] Theudemundus[c] nomine secure percussus interiit; alius, dum[d] parvi fluminis alveum transmearet, inretitis poplitibus, per parvula fluvii[e] unda enecatus[f] est; tertius vero qui Theutharius[g] dicebatur, cum se mare[h] portaturum carinae credidisset[i], dimersus est. Videntes[k] haec qui adhuc supererant, verecundia submota, post socios ad beatum[l] Athalam repetant[m]; qui[n] ab ipso, ut superius alii, recepti et salvati sunt.

2[a]. De fluvii recessu virtute divina.

Alia ab eo patrata miracula omnium in[b] supradicto monasterio fratrum testimonio adprobatur[c], inter quos ego positus et beati viri[d] ministerio deputatus tenebar.

Capp. 1. 2. *A* 1*a*. b^1. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 1. a) animo *A* 1b^1. 2*a (non A* 2*)*. b) callem *A* 1*c*; calis *pr. m. A* 2*a*. c) deviare *corr.* deviare *B* 1*a*; divinarent *A* 1b^1. d) Meminiscere(nt *m. al. add.*) namque p. *A* 1*a*. e) III. *m. al. in mg. B* 1*a*. f) inretire *A* 1b^1. 2*a*; in itenere *(pr. m. corr.* itinere*) A* 2. g) *ita A* 1b^1. *B* 1*a*; sunt *m. al. suppl. A* 1*a*; *habent rell.* h) marini (ni *pr. m. suppl. A* 1b^1) sunt s. *A* 1b^1. *B* 1*a*; ma::: sunt sinibus *m. al. corr.* marinis sinibus *A* 1*a*. i) quod *A* 1*a*. k) *ita A* 1*a*. b^1. *B* 1*a*; obtectu *corr.* obtecti *A* 2*a*; in obtentu *A* 2; divinitus *m. al. in litura A* 1*c*. l) morerentur *A* 1b^1. m) *ita A* 1*a (pr. m.)*. b^1. *B* 1*a*; unus *rell.* n) Rocolenus *B* 1*a*; Recolemus *A* 1b^1. o) *m. al. suppl. A* 1*a*. p) ictu *om. A* 1*c*; igne *om. A* 2. q) se(?) se *pr. m. A* 1*a*. 2*a*; *m. al. corr.* si se *A* 1*a*, se si *A* 2*a*. r) *ita A* 2 *(m. al.)*. 2*a et infra A* 1b^1; Atthalam *A* 1*c*; Atalam *A* 1*a*. 2 *(pr. m.)*. *B* 1*a*: *ita fere codd. deinceps.* s) *ita A* 1*a*. b^1. *B* 1*a*; admissi *rell.* t) linire *A* 1b^1. *B* 1*a*. u) *ita A* 1b^1. *B* 1*a*; Ad *A* 2; At *rell.* v) hii *A* 1*c*; hi: *A* 1*a*. w) seque *A* 1*a* (que *m. al. suppl.*). 2*a*. x) *ita pr. m. A* 1b^1; ore *rell.* y) *ita A* 1b^1. *B* 1*a*; perceptas *A* 2; *om. A* 1*c*; ereptas *rell.* z) locus *pr. m. A* 1*a*. a) redire *add. A* 2. 2*a*. b) *om. A* 1*a*. c) *ita A* 1b^1. 2. 2*a*; Theodomundus *A* 1*a*. *c*. d) *bis scr. erat. B* 1*a*. e) flumini *B* 1*a*; *om. A* 2*a*. f) *ita A* 1*a*. *c*. 2; necatus *rell.* g) *ita A* 1b^1. 2*a*; Theotharius *B* 1*a*; Theutarius *A* 1*a*. 2; Theotarius *A* 1c. h) mari *A* 1*a*. *c*. i) c. tradidisset *B* 1*a (pr. m.)*; tradidisset c. *A* 2*a*; c. transtris credidisset *A* 2. k) Viden(tes enim haec *m. al. in ras.*) *A* 1*a*. l) beat:m *m. al. corr.* beatam *A* 1b^1; beatam *pr. m. A* 1c. *B* 1*a*. m) *ita pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*; repetunt *A* 1*c*; repedant *rell.* n) qui:, *ras.* s *A* 1*a*.

Cap. 2. a) *ita A* 2; IIII. *m. al. in mg. B* 1*a*; *praescr. omnes om. rell., sed cap. numeri adsunt A* 1*a*. *c*. b) o. f. in s. m. *A* 1*a*. c) *ita A* 1*a*. b^1. *B* 1*a*; adprobantur *rell.* d) viro *pr. m. B* 1*a*.

Cum quodam in tempore fluviolus, cuius superius[1] mentionem fecimus, Bobius nomine, turgidis[a] aquarum molibus violenter ac[b] rapaci cursu defluens, ut solent torrentes ex Alpium cacuminibus dilapsi[c] et imbrium effusione aucti[d], ita iste saxorum rupes[e] et arborum congeries nimia vim[f] tumiscens coacervabat[g] molinumque[2] monasterii rapido cursu subfodere hac totam iam[h] officinam quatiens dimergere nitebatur. Quo fragore auditu, custos[i] molini[k] nomine Agibodus[l, 3] ad molinum pergit, ut videret, si tanti[m] fragores[n] moles inibi dispendii damna generaret[o]. Ubi cum venisset, vidit, nisi celeri auxilio subvenirent[p], cuncta diripi, festinusque patri nuntianda[q] credit[r], ut solamen praebeat, qui[s] oportuna necessitati[t] ex aquarum fluctibus liberarent. Ad quem vir Dei ait[u]: 'Vade', inquit, 'voca mihi Sinoaldum[v] diaconum[w]; tu vero stratui[x] receptus somnum[y] cape nec metu aliquo detentus merori corda subdas'. Erat enim mane, priusquam aurora funderet grata lumina terris[4]. Venit ergo Sinoaldus ad virum Dei, cui beatus Athala ait: 'Adprehenso baculo quo sustentor, vade[z] ad Bobium imperantisque voce dicito, signo dominicae crucis praelato, ut istas desinat perfodere ripas nec praesumpte audacie modo[a] suppleat, sed alia cedens latera[b], ista sinat inlesa imperiisque se noscat Domini recessurum'. Quod[c] vir[d] Dei imperium supradictus vir[e] oboediens cum fidei adminiculo pergit[f]; inposito ripe baculo, imperat, se ex viri Dei praeceptis, annuente divina potentia, illo promoveri[g] ex loco, aliaque[h] colles[i] latera violento[k] conatu cedat. Moxque oboediens fluvius, relicto alveo, collis latera[l] cedens fluenta[m], per ardua collis[l] latera, velut alis[n] strictis[o], latices sustentabat, quoadusque[p] concava alvei pateret[q], quo sustentate[r] liquido fluerent. Iamque prorumpens[s] aurora, mundo ut lumen panderet[t], surgebat, coepit semet ipsum[u] intra cogitans Sinoaldus dicere: 'Vadam et[v] videam, si viro Dei violenti[w] fluctus oboedire[x]', venitque ad ripam alvei[y]; vacuum cernens, expectabat[z], qualiter alterius

Cap. 2. *A* 1*a*. b^1. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 2. a) tur : : dis *A* 1b^1; turbidis *B* 1*a*. b) *eras.* *B* 1*a*. c) delapsi *A* 1b^1. *c*. d) aucti :, *ras.* s (?) *A* 1*a*. e) rup : : : : *pr. m.* *A* 1*a*. f) *ita* *A* 2; vi *(m. rec. in litura B* 1*a) rell.* g) *ita* *A* 1*a*. b^1; : : coacervare *B* 1*a*; coacervaret (*e corr.* coavervare *A* 1*c*) *rell.* h) *ita* *A* 1b^1. 2. *B* 1*a*; *om. rell.* i) custos *superscr.* *B* 1*a*. k) moli *pr. m.* *B* 1*a*. l) Agibodis (*e corr.* Agabodis?) *A* 1*a*; A. n. *B* 1*a*. m) tanta *pr. m.* *A* 1*a*; tanto *pr. m.* *B* 1*a*. n) *ita pr. m.* *A* 1b^1. o) generarent *B* 1*a*. p) subveniret *A* 1b^1. *c* *(pr. m.)*; subveniretur *A* 2. q) nuntiand : m *m. al. corr.* nuntiandum *A* 1b^1; nuntiare *A* 1*a*. r) credidit *A* 1b^1. *c*. s) *ita* *A* 2*a*; qui — liberaret *A* 2. *B* 1*a*; quo (qu : *pr. m.* *A* 1*a*; quae *A* 1b^1) — liberarent *rell.* t) *ita* *A* 1*a* (*e corr.* necessitatis?). *c*; necessitate *rell.* u) *ita* *A* 1*a*. *c* *(ubi* inquit *deest)*. 2*a*; : : : *B* 1*a*; *om. rell.* v) Sonoaldum *A* 2*a*, *ut infra.* w) diaconem *B* 1*a*. x) *ita* *A* 1*a* *(pr. m.)*. b^1. 2*a*. *B* 1*a*; stratu *rell.* y) somno *B* 1*a*. z) vede *pr. m.* *A* 1*a*. a) *ita pr. m.* *A* 2; modum *A* 1b^1. *B* 1*a*; modos *rell.* b) latara *A* 1*a*, *corr.*; lat : ra *pr. m. in mg. suppl.* *A* 2; in l. *A* 1*c*; littora *A* 1b^1. c) *ita* *A* 1*a* *(m. al.)*. b^1. *B* 1*a* (? *pr. m.*); Quod — imperio *A* 1*c*. 2*a*; Quo — imperio *A* 1*a* *(pr. m.)*. 2. d) *ita pr. m.* *A* 1*a*. b^1 *(ubi* D. *deest)*. 2; viri *rell.* e) *om.* *A* 1b^1. *c*. f) perigit *m. al. corr.* peregit *A* 1*a et sic* *A* 2. g) *ita* *A* 1b^1. *B* 1*a*; promovere *rell.* h) aliaqu : *pr. m.* *A* 1*a*. i) *ita pr. m.* *A* 1b^1. k) violenta *pr. m.* *A* 1*a*; violenti *B* 1*a*; v. — alveo c. l. *om.* *A* 1*c*. l) l. — collis *om.* *A* 1*a*. m) fluentus *corr.* fluentis *A* 1*c*; : lenta p. a. c. l. *m. al. superscr.* *B* 1*a*. n) *ita* *A* 1b^1. *c*. *B* 1*a*; ales *A* 2. 2*a*; avis *A* 1*a*. o) *ita* *A* 1*c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*; strictus *corr.* strictis *A* 1b^1; strictos *A* 1*a*. p) Quo : adusque *A* 1*a*. q) *ita* *A* 1b^1. *B* 1*a*; paterent *rell.* r) *corr.* sustentante *A* 1*c*; sustente *A* 1b^1. *B* 1*a* *(pr. m.)*. s) (pro *m. al. superscr.*)rupens *B* 1*a*. t) redderet *A* 1*a*. u) intra semet ipsum *B* 1*a*. v) ut *A* 1*a*. 2. w) f. v. *B* 1*a*. x) *ita pr. m.* *A* 1*a*. *B* 1*a*; *m. al. corr.* oboedere *A* 1*a*; oboediret *A* 1b^1; oboedirent *A* 2. 2*a*; obędierint *A* 1*c*. y) et *add.* *A* 1*a*; vacuumque *A* 1*c*. z) *ita* *A* 1b^1. *c*. *B* 1*a*; spectabat *rell.*

1) *Supra I,* 30. 2) *Molinum iam Cassiodorus pro molendino accepit.* 3) *Agibodi monachi Ionas infra II,* 25, *meminit.* 4) *Cf. Verg. Aen. IV,* 584: (Aurora) novo spargebat lumine terras.

collis latera cederet, ut sibi alveum, quo flueret, aperiret. Festinusque ad virum Dei venit, partae[a] victoriae tropheum nuntiavit. Cui[b] vir Dei: 'Nullatenus, me', inquit, 'in hoc[c] saeculo vivente, ulli dicere praesumas', procul dubio, ut ne favor adolatorum[1] corda plena virtutibus macularent[d]. Quod vitium, quamvis diversis[e] sint virtutibus ditati, ab omnibus est[f] studiose sanctis fugiendum, nam hoc callidus hostis malitiose studet, ut dum in maioribus ac certis culpis sanctus Dei maculare non valet, saltim vel in occultis quae[g] minora videntur polluat[h].

3[a]. De pollice absciso et viri Dei oratione sanato.

Factumque[b] est deinceps, cum aliquo in tempore unus monachorum nomine Fraimeris[c] ad frumenta suscipienda vomere tellus[d] excoleret, subito stifae[e] firmitatem durae glebae[f] asperitas peremit[g] atque confregit. Quod cum supradictus frater conponere conaretur, subito inopinatu ictu ferramenti pollicem ex leva precidit, soloque[h] conditum, superposita gleba, velut funus sepulturae tradit[i], relictoque vomere, ad monasterium pergit patrique per[k] confessionem humo prostratus prodit. Quod videns vir Dei: 'Ubi est', inquid, 'pars abscisi pollicis?' At ille fatetur, se[l] terre conditum sulcoque sepultum. 'Male', ille ait, 'fecisti; quur mihi non detulisti? Concito ergo gradu nulli causam indicans perge, sumptoque[m] eo, huc deporta'. Ille itaque egressus pergit imperatumque pollicis damnum deportat. Erat enim spatium per[n] ardui[o] montis dorsa flexuoso[p] itinere tendentia vel interfluentes[q] Triveae[r] alveum[s] quasi miliarium[t] unum. Porro vir Dei suscipiens frustra pollicis, suis salivis inlitum[u] manui iunxit, coniunctusque pollex carnis glutino, velut antea fuerat, adhaesit, tacitoque silentio, ut abeat[v], imperat. O mira virtus[w] omnipotentis, ut sic suos in terris[x] glorificet[y], ut frigida abscisaque membra eorum interventu pristino decore reddat.

4[a]. De egro sanato poenes Mediolanum.

Hisdem etenim vir cum quodam in tempore ad Mediolanum urbem venisset, ibi quidam puerolus in extremis febrium anxietatibus positus, vitae tantum expectabat exitum; cuius parentes, audito beati Athale[b] adventum[c], festino ad eum properant cursu eumque precantur, ut illis subveniat. Quod cum vir Dei dissimulare voluisset, fletibus ac terribilibus sacramentis eum conpellantur[d], ut prius

Capp. 2—4. *A* 1*a*. b^1. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 2. a) par:: *m. al. corr.* partum *A* 1*a*. b) Cui — praesumas *om.* *A* 1*a*. c) *pr. m. superscr.* *B* 1*a*. d) macularet *A* 2. 2*a*. e) diversi *pr. m.* *A* 1*a*. f) est tamen st. (*om.* sanctis) vitandum *A* 1*a*. g) quod (?) emi:::: *m. al. corr.* quae eminentiora *A* 1*a*. h) polleat *pr. m.* *A* 1*a*; v. p. *om.* *A* 2.

Cap. 3. a) V. *m. al. suppl.* *B* 1*a*. b) que *om.* *A* 1*a*; Aeque *A* 1b^1. c) Fraimerus *A* 1*c*. 2*a*; Fragmeris *A* 2; Fraimeric[9], *sed* 9 *fortasse m. al. add.* *B* 1*a*. d) tellos *A* 1b^1; tellurem *A* 1*c*. e) *ita* *A* 1*a*. 2*a* (*pr. m.*); stipe *m. al. corr.* stiphe *B* 1*a*. f) glebis *A* 1*a*. g) perimit atque confringit *A* 1*c*; perimitateque confringeret *A* 1b^1. h) solūque (?) *pr. m.* *A* 1*a*; sulcoque *B* 1*a*: *at infra* terrae conditum. i) tradidit *B* 1*a*. k) *om.* *A* 1b^1. 2. l) *ita* *A* 1*a* (*pr. m.*). 2. 2*a*; *m. al. corr.* esse *A* 1*a*; a se *rell.* m) sumptumque:: (*ras.* &) huc *A* 1*a*. n) pro — dorso (dorsa? *A* 1*c*) *A* 1*a*. b^1. *c*. o) itineris vel *add.* *A* 1*a* (*v. infra n.* p). p) flexuoso (flexuosa *A* 1b^1) itinera (*corr.* itinere *A* 1b^1) *A* 1b^1. *c*; itinere *om.* *A* 1*a* (*cf. n.* o). q) *ita* *A* 1*a* (*pr. m.*). b^1. *c*. r) Trive: *m. al. corr.* Triveae *A* 1*a*; Triviae *A* 1b^1. 2*a*. *B* 1*a*. s) alveus *A* 1b^1. 2. 2*a*; alveos *A* 1*c*. t) miliario uno *A* 1*c*. 2. u) inlitu *corr.* inlita *A* 1*a*. v) habeat *A* 1*a* (*pr. m.*). b^1. 2. 2*a*; habeatur *A* 1*c*. w) o. v. *B* 1*a*; v. o. Dei *A* 2. 2*a*. x) terra *B* 1*a*. y) glorificat (*A* 1*c*. *B* 1*a*).

Cap. 4. a) VI. *B* 1*a*. b) Attalae *h. l.* *A* 1*a*. c) *ita* *A* 1b^1. *B* 1*a*; adventu *rell.* d) *ita* *A* 1b^1. *B* 1*a*; compellebant *A* 1*c*; conpellant *rell.*

1) *Cf. supra* p. 62, 27.

eat quam noxia[a] ardor suppremas[b] eum privet[c] ab auras[d]. Anxius ergo et popularis favores rumores fugiens: 'Ite', inquid, 'ego, ut potuero, vos prosequar'. Veniens ergo basilicas et sanctorum loca circuit, pro infirmo[e] precatur, ut protinus sospitate[f] reddatur. Deinde, ut promisse fidei impleret effectum, ad infirmum festinus venit; ne quis largitori muneris praeco existeret, domum latenter ingressus, infirmum adtigit[g], moxque virtus divina sanctis precibus favens sospitati pristinae egrum reddit. Grates simul parentes conditori referunt, qui sic suorum ad[h] petitiones famulorum pietatis suae accommodat aures.

Erat enim his[i] vir gratus[k] omnibus, singularis fervoris, singularis alacritatis, singularis caritatis in peregrinis, in pauperibus; noverat et superbis resistere et humilibus subditus esse, sapientibus condigna rependere et simplicibus mystica aperire; in solvendis ac[l] opponendis[m] questionibus sagax, adversus hereticorum procellas vigens ac solidus[n], fortis in adversis, sobrius in prosperis, temperatus in omnibus, discretus in cunctis. Redundabat amor et timor in subditis, redolebat doctrina in[o] discipulis; nullus iuxta eum vel[p] merore terebatur[q] neque nimia letitia extollebatur.

5[a]. De denuntiatione exitus eius.

Cumque iam eum ab erumnis saeculi rerum reppertor[b, 1] liberari[c] vellit[d], monstrari[e] per visionem voluit, ut de mundo egressurus paratum in omnibus iter haberet, quinquaginta dierum spatio suspenso, quo iter pararet[f] venturum. Sed non aperte viri Dei animus cognoverat, iter istum exitum esse vitae, an[g] ad alium quoque[h] locum progressurus[i]; uterque vir[k] Dei praeparat. Septa monastirii densat, tegumenta renovat, omnia roborat, ut, si abeat, nihil inbecille dimittat; vehicula[2] quiete fovet, libros ligaminibus firmat; suppellectilia[l] ablui, dissuta adsui[m], corrupta conponi, calciamenta parari[n], ut omnia praesto sint, iubet. Ipse vero ieiunio et vigiliis et orationibus corpus afficit[o], ita ut numquam intentius[p] antea in oratione visus fuisset desudari[q].

Et ne cui ridiculum videatur, referam, quid in me isdem vir egerit. Cum[r] iam novem annorum per circulum in monasterio conversatus fuissem, et saepe parentibus postulantibus, ut eos ex permisso suo viserem, non inpetravissent[s], nullo exinde mentionem[t] faciente, ait: 'Vade festinus, fili, et matrem fratremque

Capp. 4. 5. *A* 1*a*. b^1. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 4. a) *ita A* 1*a*. b^1. *B* 1*a*; noxius *rell.* b) *ita pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*; supprem:: *pr. m. A* 2*a*; supprema *A* 2; suppremus *A* 1b^1; supremis *A* 1*c*. c) t *m. al. suppl. A* 1*a*. d) *ita A* 1b^1. *B* 1*a* *(pr. m.)*; ab ausus *pr. m. A* 1*a*; ab aura *A* 2; (ab *om.*) auris *A* 1*c*. 2*a*. e) infirmum *pr. m. B* 1*a*. f) sanitati *B* 1*a*. g) ad(t)tingit *A* 1b^1. 2. h) *eras. B* 1*a*. i) iste *A* 1*a*. k) o. gr. *A* 1*a*. l) *m. al. in litura A* 1*a*. m) conponendis *A* 1b^1. *c*. n) sollicitus *A* 1*c et m. al. in ras. B* 1*a*; et *add. A* 1*a*. o) *m. al. in litura A* 1*a*. p) (vel a *m. al. in litura*) m. *A* 1*a*. q) *ita B* 1*a*; terrebatur *A* 1b^1; tebatur *m. al. corr.* tenebatur *A* 2, *et sic A* 1*a*; tegebatur *A* 2*a*; tedebat *A* 1*c*.

Cap. 5. a) VII. *B* 1*a*. b) re:pertor, *ras.* p *A* 1*a*; repertur *A* 1b^1. c) *ita A* 1*a*; liberare *rell.* d) *ita pr. m. A* 1*a*; velit *A* 1b^1; vellet *rell.* e) *ita A* 1*a (pr. m.)*. b^1. *B* 1*a*; monstrare *rell.* f) pareret *pr. m. A* 2. 2*a*. g) a: *pr. m. B* 1*a*. h) *ita A* 1b^1. *B* 1*a*; quo::que *m. al. corr.* quocumque *A* 1*a et sic A* 1*c*; quecumque *m. al. corr.* quemcumque *A* 2*a et sic A* 2. i) (pro *m. al. in litura*)gressu(rus esset *m. al. in litura*) (utrumque enim *m. al. add.*) vir D. *A* 1*a*; pr. Utrumque enim vir D. *A* 1*c*. k) p. v. D. *B* 1*a*. l) subpellectile *corr.* supp. *A* 1*a*. m) consui *B* 1*a*. n) parare *A* 2. 2*a*. o) affecit *A* 1*a*. *c*. p) totius *A* 2; *om., sed m. al.* ita *add. A* 2*a*. q) *ita pr. m. A* 1*a*; desudare *rell.* r) vero *add. B* 1*a*. s) perpetravissent *pr. m. A* 1*a*. t) mentione *B* 1*a*.

1) *Cf. Verg. Aen. XII*, 829: hominum rerumque repertor, *scilicet Iuppiter.* 2) *I. e. equos; cf. Ducange h. v.*

visita[a]; mone et nulla mora praepediente revertere'. Cumque differrem et temporis oportunitatem evenire in proximo dicerem, — erat enim tempus nimii[b] frigoris, tempus[c] Februarii, — at ille ait: 'Accelera[d] egredere iter quo tibi dixi; nescis, utrum in postmodum liceat agere'. Datis ergo comitibus Blidulfum presbyterum et Hermenoaldum[e] diaconum, de quorum religioni[f] nihil dubitabatur, ad destinatum pervenimus locum. Erat[g] enim locus Sigusia[1], urbs[h] nobilis, quondam Taurinatum colonia[i], a monasterio distans CXL milibus. Ubi ut[k] pervenimus, gratuite a genetrice post tantorum intervallo[l] annorum susceptus[m], sed non diu genetrix optatum[n] fruitur donum. Nam eadem nocte febre correptus inter incendia clamare coepi, me Dei precibus viri torqueri[n*], ne inibi contra interdictum quantisper morarer; si non me cito submoveant[o], quocumque potuissem conamine ad monasterium repedare[p], me cito morte preventum. Mater ad haec: 'Melius mihi esse[q], fili, te inibi[r] sanum scire, quam hic[s] mortuum deflere'. Fateor, longum fuit diei expectare adventum. Vix erumpente aurora, retro repedare studuimus, nec quicquam cibi per triduum capiens, donec medii paene itineris loca pertingeremus. Festinantibus ergo hac iter urguentibus, sospitatem rursum recepi, venientesque ad monasterium, patrem iam febribus detentum repperimus ac morte proximum; quibus visis, gratulatus est. Sicque aperte cognovimus, viri Dei in hoc praevaluisse preces, ut me vis febrium urgueret cito ad monasterium ante eius exitum redire.

Febr.

6[a]. De reseratione caeli et consolatione divina et[b] obitu.

Qui cum iam supremas[c] vitae presentis horas fungeretur, cum adhuc vigens alitus superesset, se foris[d] cellulam protrahi[e] iubet, surgensque de stratu[f] quo valebat conamine, sustentantibus undique fratribus, foris[g] cellulam est progressus. Aspiciens crucem, quam ipse in eodem loco poni praeceperat, ut egrediens[h] ingrediensque cellulam tactu eius suo[i] fronte muniret[2], coepit maestus[k] lacrimas fundere ac tropheum crucis memorare: 'Ave', inquit, 'alma crux, quae mundi pretium portasti, quae[l] vexilla feres[m] aeterna; tu[n] nostrorum vulnerum medicinam attulisti, tu cruore eius inlita es, qui, ut humanum genus salvaret[o], e caelo in

Capp. 5. 6. *A* 1*a*. *b*¹. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 5. a) et *add.* *B* 1*a*. b) nimis(?) *corr.* nimii *A* 1*a*; nimiis *B* 1*a*. c) mensis *h. l. add.* *A* 1*a*; *post* F. *add.* *A* 1*b*¹. *B* 1*a*; tempusque *A* 1*c*. d) *ita* *A* 1*c*. 2; A. *om.* *A* 1*a*; A. egredi *A* 1*b*¹. 2*a*. *B* 1*a*. e) Ermenoaldum diaconēm *A* 1*a*; Bermenoaldum d. *A* 2; Bermenualdo diacono *A* 1*c*. f) *ita* *A* 1*b*¹; religione *rell.* g) Erat — pervenimus *om.* *A* 1*c*. h) S. ubrs *B* 1*a*; Sigusi aures *A* 1*b*¹. i) fuit *add.* *A* 1*a*. k) *m. al. superscr.* *B* 1*a*. l) *ita* *A* 1*b*¹. *B* 1*a*; intervalla *inter scrib. corr.* intervallum *A* 1*a* *et sic* *A* 1*c*; intervalla *rell.* m) *ita* *A* 1*a*. *B* 1*a* *(pr. m.)*; susceptum *A* 1*b*¹; sum susceptus *A* 1*c*; suscepti sumus *A* 2. 2*a* *et m. al.* *B* 1*a*. n) optatu: (*ras.* m) fr. dono *A* 2; optato fr. dono *A* 1*a*. *c*. n*) torquere *pr. m.* *A* 1*a*. o) *ita* *A* 1*a*. *b*¹. *B* 1*a*; moveant *rell.* p) repedarem *A* 1*a*; repetare *B* 1*a*; repetere *A* 1*c*. q) m. esset *A* 1*a*. *c*; esse m. *B* 1*a*. r) ibi *A* 1*b*¹. *B* 1*a*. s) *superscr.* *B* 1*a*; *om.* *A* 2.

Cap. 6. a) *distinctione carent* *A* 1*a*. *b*¹; VI. *habent* *A* 1*c*. 2*a*; VIII. *B* 1*a*. b) et o. *om.* *B* 1*a*. c) suppremis — horas (hores *corr.* horis *A* 2) *A* 2. 2*a*. d) *ita* *A* 1*b*¹. *c*. *B* 1*a*; foras *rell.* e) portari *B* 1*a*. f) statu *B* 1*a*. g) foras *A* 2*a*; *om.* *A* 2. h) ingrediens egrediensque *A* 1*a*. i) *corr.* suum frontem *A* 1*a* *et sic* *A* 1*b*¹. *B* 1*a*; suam frontem *rell.* k) *ita* *A* 1*a*. *b*¹. *c*; mesta *m. al. corr.* mestas *B* 1*a* *et sic* *A* 2; inetas *m. al. corr.* inmensas *A* 2*a*. l) qui *A* 1*b*¹. m) *ita* *A* 1*c*. *B* 1*a*; feris *corr.* fers *A* 1*b*¹ *et sic* *A* 1*a*; ferens *A* 2. 2*a*. n) tu *om.* *B* 1*a*; tu — attulisti *om.* *A* 2. o) redemerit *corr.* redimeret *A* 1*a*.

1) *Hodie Susa; cf. supra p.* 30. 2) *Regula coenobialis c.* 3 *(ed. Seebass, l. l. p.* 221*)*: Qui egrediens domum ad orationem poscendam non se humiliaverit et post acceptam benedictionem non se signaverit, crucem non adierit, XII percussionibus emendare statuitur.

hanc lacrimarum vallem discendit, qui in te primi[a] Adae rugam extendit[b] dudum, iamiamque secundus[c] Adam lavacro maculam abluens'. Dumque haec ageret, precatur omnes[d], ut abeant seseque cellulae reddant sibique paulisper locum[e] prebeant. Abeuntibus ergo omnibus, unus tantummodo nomen[f] Blidemundus[g] pos tergum viri Dei tacito anhelito stetit, cogitans, ne viri Dei poplites, fesse ut erant, fractis conatibus, casum[h] indedissent, se ad suscipiendum eum paratum fore. Cum ergo nullum superesse putaret, coepit conditoris clementiam cum lacrimarum ubertate conquirere[i], ut largitatis suae sibi acsi indigno dona[k] largiretur, et veteres maculas delens, omnia saluti redintegraret, ac antiquam misericordiam exercens, se a[l] caelestia munera non abdicaret[m]. Inter mesta suspiria et fluentes lacrimas caelos intuens, vidit sibi apertos, quod multarum horarum spatio intuens, uberes cordis rugitus promebat. Gratias deinde refert omnipotenti, quia[n] sibi ianuas caeli apertas monstraret, quas post paulolum corporis membris anima exuta penetratura esset, facto inde signo, ut fratres advenirent, qui eum cellule redderent. Haec nobis supradictus frater eadem die retulit. Hanc quippe consolationem famulo suo[o] ostendit, ut extremus alitus securus de[p] futura venia[q], immo gloria, ovans dimitteret. Quod vir Dei occultare voluisset, si supradictus Blidemundus[r] abditę post eius dorsum non remansisset. Altera[s] die valedicens omnes[t] fratres exhortansque[u] eos, ut coeptum iter non relinquerent, sed in melioribus actibus roborati cotidie perseverando firmarent, consolatus ergo cunctos[v], vitae praesentis nexibus absolutus, animam caelo reddidit[w. 1]. Merito enim rerum repertor sanctos suos virtutum copia adornat, sicut scriptum est: *Spiritus eius ornavit caelos*, quia illi ad caelestem vitam anhelantes, eius praeceptis parere student, ut de labore oboedientiae fructus recipiant vitae aeternae[x].

627? Mart. 10.

Iob 26, 13.

7[a]. De Eusthasii regimine et lumine puelle cum corporis sospitate reddito et conversatione eius.

Igitur venerabilis Eusthasius[b] reversus, ut superius[2] diximus, a beato Columbano ab Italia, paterno affectu et aequo iure subditas monachorum regebat catervas.

Cap. 6. *A* 1*a*. *b*[1]. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*. *Cap.* 7. *A* 1*b*. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 6. a) primam *A* 1*a*. b) extersit *A* 1*a*. c) secundum *A* 1*a*. 2. d) ut o. *A* 1*a*. e) quietum *add.* *A* 2. 2*a*. f) *ita A* 1*a (pr. m.)*; nomine *rell.* g) Blidimundus *A* 1*b*[1]. *c*. h) casu *B* 1*a*. i) conquerere *A* 2. 2*a*. k) dono *B* 1*a*. l) *ita pr. m.* *A* 1*b*[1]; ad caelestia munera *pr. m.* *B* 1*a*; a caelesti munere *rell.* m) Tum *add.* *A* 2. 2*a*. n) qui (*A* 2*a*). o) omnipotens Deus *m. al. suppl.* *A* 1*a*; Christus *add.* *A* 2. 2*a*. p) ad *A* 1*a*. q) venit *A* 1*a*; gl. i. v. *pr. m.* *B* 1*a*. r) Blidimundus *A* 1*c*. 2*a*; Blidmundus *A* 1*b*[1]. s) vero *add.* *A* 2. 2*a*. t) omnibus (o. *om.* *A* 1*c*) fratribus *A* 1*c*. 2. 2*a*. u) exhortans : : : : : : *m. al. corr.* exhortans eosque *A* 1*a*. v) cunctis *A* 1*b*[1]. *c (pr. m.)*. w) VI. Idus Mart. *add.* *A* 2*a*. x) ipso prestante, cui est. Explic de sancto Attala *add.* *A* 1*a*; Amen *add.* *A* 1*c*. 2; Explicat vita beati Atale confessoris *subscr.* *B* 1*a*.

Cap. 7. a) *ita scripsi; praescr.* De Eusthasii regimine et lumine puelle reddito *A* 2; In (dñi nomi?)ne incipit vita sancti Eustasii discipuli sancti Columbani abbatis *A* 1*b*; Incipit vita sancti Eustasii discipuli sancti Columbani abbatis, cuius depositio IIII. Non Apr colitur *A* 1*b*[4]; Incipit vita beati Eusthasii abbatis *B* 1*a*. — *In codicibus A* 1*b*[3] *(m. s. XI. addita). c.* 2*a praefationis loco duo prae-*

1) *Athala vix ante a.* 625. *defunctus est, cum Ionas per novem annos in monasterio Bobiensi conversatus Columbanum a.* 615. *mortuum minime noverit, neque post a.* 628. *Iun.* 11, *quo Bertulfus successor (Jaffé n.* 2017[2]*) ab Honorio papa privilegium acceperit, terminusque posterior magis quam prior veritati appropinquare mihi videtur. Inter sanctos relatus die VI. Id. Mart. colitur iisdem verbis in recensione Epternacensi Martyrologii Hieronymiani (AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [30]*) atque in Calendario Corbeiensi ('N. Arch.' X,* 92*)*: Sancti Atalae abbatis.
2) *Supra I,* 30.

Evenit, ut pro communi necessitate [1] ad regem Chlotharium pergeret, qui eo tempore in ultimis Galliae finibus Oceani maris vicina inhabitabat. Fuit ergo arrepti [a] itineris via per saltum pagumque Briegium [b, 2], perventumque [c] ad quendam [d] villam Chagnerici, quo dudum magister [3] quantisper moraverat [e]. Villae vocabulum Pipimisiacum [f] dicitur, distans ab urbe Melodorum [g] circiter milibus duobus. Ibi tunc Chagnericus cum coniuge sua Leudegunde [h] nomine, christiana et sane mentis femina [i], morabatur; huius filium [k] Chagnoaldum, cuius superius [4] fecimus mentionem, poenes se habebat. Viso itaque Eusthasio [l] Chagnericus miro gaudio recepit, eratque simul cum patre [m] matreque filia Burgundofara [n], quam, ut superius [3] diximus, beatus Columbanus Domino sacraverat. Quam pater cum iam desponsasset et [o] nuptiis adversum voluntatem puellae tradi voluisset, dolore oculorum percussa et febrium igne succensa est, ut vix iam superis reddi crederetur. Hanc [p] in extremis anhelis positam [q], Eusthasius patrem increpat, dicens, suae noxae esse, quod [r] haec tantis ureretur poenis, quia viri Dei interdictum violare vellet. At ille dissimulans: 'Utinam', inquit, 'sospitati redderetur et divinis famularetur obsequiis!' Non se talibus votis obstare debere ait. Accedens itaque ad stratum puellae, sciscitatur, si suae fuerit adsentationis, quod contra beati Columbani interdictum post vota caelestia rursus iteraret terrena. Ast [s] puella detestatur [t], se talibus votis numquam paruisse, ut terrenis caelestia commutaret; sed paratam fuisse et esse beati viri parere preconiis, seque ait praeterita vidisse nocte similem figura virum: 'qua ipse es [u], qui oculorum meorum lumen redderet', vocemque simul audisse dicentem: 'Quodcumque tibi hic vir dixerit, fac et sanaberis'. 'Infer

Cap. 7. *A* 1*b*. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*.

cedunt capita, scilicet haec (ed. AA. SS. Mart. III, p.** 185**): Incipiunt opuscula *(ita A 2a*; Incipit vita sancti Eustasii abbatis *A* 1*b*[3. 3*]. *c*; quod est IIII. Non Aprilis *add. A* 1*b*[3], *deest A* 1*b*[3*]*)*. De regimine beati Eustasii et doctrina discipulorum suorum. Scripturus vitam beati Eustasii abbatis Luxoviensis monasterii (*ita A* 2*a*; Igitur venerabilis E. a. L. m. scr. v. *A* 1*b*[3]. *c*, *haec om. A* 1*b*[3*]) — — — qui in celis est.

II. De adventu eius ad Chlotarium regem et de hoc quod eum post beatum Columbanum ad Bobium direxit (*ita A* 2*a*; et — direxit *om. A* 1*b*[3. 3*]; *praescr. om. A* 1c). Interea memoratus — — — amorem intendit. ***Exordium interpolator ex V. Hilarionis auctore Hieronymo depromens, ad priorem Eustasii historiam laudesque eius texendas non solum Ionae scriptis et inprimis V. Columbani, quacum alterum caput ad verbum convenit (= V. Columb. I, 30), sed etiam Adonis Martyrologio usus est, non pauca autem ipse sibi excogitavit eaque satis mendosa, sicut socii Bollandini acute demonstraverunt. Denique in tertio capite, cui in A 2a haec praescripta sunt:***

III. De lumine puelle cum corporis sospitate reddito *ad germanum Ionae textum rediit.*

b) ***ita A*** **2; Eustas.** ***rell., ut infra.***

Cap. 7. a) arrepta via *A* 1*c*; aperti i. via *A* 1*b*; a. i. viae *(pr. m.) B* 1*a*. b) Brigeium *A* 2. c) est *add. A* 2. 2*a*. d) *ita A* 2. *B* 1*a*; quandam *rell.* e) moruerat *m. al. corr.* moraverat *B* 1*a*; monuerat *A* 1*b*; moratus fuerat *rell.* f) *ita B* 1*a*; Pipimisicum *A* 1*c*. 2; Pipiniscum *A* 1*b*; Pipisicum *A* 2*a*. g) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; Melduorum *A* 1*b*; Meldorum *rell.* h) Leodecundę *A* 1*b*; *a* degundę *textus vetustior saec. X/XI. incipit A* 1*b*[3]. i) feminam *B* 1*a*. k) filius *B* 1*a*. l) Visum i. Eustachium *A* 1*b*. m) patre et matre *A* 1*b*; matre patreque *A* 1*c*. n) Burgundofora *A* 1*c*, *ut infra*; nomine *add. A* 2. 2*a*. o) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; ac *rell.* p) *ita pr. m. B* 1*a*; Hac (ac *A* 1*b*) — posita *rell.* q) beatus *add. A* 1*c*. 2. 2*a*. r) ad *add. B* 1*a*. s) *ita B* 1*a*; Ad haec p. *A* 1*b*; At p. *rell.* t) attestatur *A* 1*c*; testatur *A* 1*b*. u) esset *A* 1*b*. *c*.

1) *Scilicet monasterii, fortasse ut privilegium adipisceretur. Praeterea apud Chlotharium regem pro Leudemundo episcopo Sedunensi deprecatorem se praebuit, qui Alethei patricii regnum affectantis socius, postquam a Bertetrude regina male acceptus est, a.* 613/4. *Luxovium ad ipsum confugerat; cf. Fred. IV,* 44. 2) *La Brie.* 3) *V. supra I,* 26. 4) *Supra I,* 17. 27. 28.

ergo auribus meis, quae mihi sint custodienda, et tuis orationibus pelle dolorem[a] a Domino inlatum'. Prostratus itaque humo cum lacrimis venerandus vir Dominum postulat, ut pollicitum munus infundat, surgensque crucem super[b] oculos exprimit et manu oculos palpando[c] Domini praesidium adesse deplorat. Protinus salus 5 secuta, lumen redditur, febrium ignis fugatur, redditamque sospitate[d] matri commendat, ut ab[e] Chlothario rediens, religiosis vestibus subdat.

Cumque pater cerneret sospitate[d] filiam redditam, sponso tradi decernit, pollicitatione[f] pristinae caecam oblivionis foveam inferens. Quo[g] puella conperto credidit unius[h] sodalis consilium[i], cum qua fugam inire queat. Cumque illa[k] 10 adsensum praebuisset, felicem fugam clam elapsae[l] arreptam, ad basilicam beati Petri[1] apostolorum principis pervenerunt. Quo pater conperto post eas[m] furens dirigit puerosque[n] iubet, ut adprehensam filiam crudeliter perimant[o]. Pergentes pueri sinibus ecclesiae puellam receptam repperiunt; paulisper morati, ut genitoris ira frangatur, comminantur puellae mortis periculum. At illa: 'Si', inquit, 15 mortem me formidare putatis, in hoc ecclesiae pavimento probate; ob tali[p] etenim causa ovans mortem recipio pro eo qui pro me non dedignatus est mori'. Nec mora Eusthasius remeat, puellam ab[q] custodia liberat, patrem terribiliter increpat; religionis vestem[r] per pontificem urbis illius Gundoaldum[s, 2] nomine induit sacravitque salutaribus sacramentis. Monasteriumque Christi virginum 20 supra paternum solum inter fluvios Mugram[t] et Albam[3] aedificat fratresque, qui aedificandi curam habeant, deputat; germanum puellae Chagnoaldum et Waldebertum, qui ei postea successit[4], ut regulam doceant, decernit. In quo quantae virtutes postea factae fuerint, si vita comes fuerit, prosequi nitimur[u, 5].

8[a]. De inluminatione alterius puellae et profectu conversantum[b].

25 Reversus ergo venerabilis vir Eusthasius ad Luxovium[c], magistri praeceptum implere parat, ut gentes quae vicinae erant fidei pabolo alerentur. Progressus ergo Warasquos[d, 6] praedicat, quorum alii idololatriis[e] cultibus dediti, alii Fotini

Capp. 7. 8. *A* 1*b*. *c*. 2. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 7. a) dolore *B* 1*a*. b) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; supra *rell.* c) palpandum *A* 2; palmando *A* 2*a*. 30 d) *ita A* 1*b*. e) a *A* 1*b*. *c*. f) *ita A* 1*b*. 2; pollicitationi *rell.* g) Quod *B* 1*a*. h) *ita A* 1*b*. *c*. *B* 1*a*; uni sodali *rell.* i) consilio *A* 1*b*. *c*. k) ille *B* 1*a*. l) elapsa *A* 1*b*; elapsi *B* 1*a*. m) eos *A* 2; eam *B* 1*a*. n) pueroque *pr. m. B* 1*a*; pueros quibus i. *A* 1*b*. o) perimat *pr. m. B* 1*a*. p) *ita B* 1*a*; talem e. causam *rell.* q) *ita A* 1*b*. 2. 2*a*; a *B* 1*a*; de *A* 1*c*. r) *ita A* 1*b*. *c*. *B* 1*a (? pr. m.)*; veste *rell.* s) Gundualdum *A* 2. t) Nugram *A* 2. u) nitemur *A* 1*b*. *c*.

35 *Cap.* 8. a) *ita A* 2; IIII. *A* 2*a*; II. *A* 1*b*; *numerum om. B* 1*a*; *lemmata om. A* 1*b*. *c*. b) *ita A* 2*a*. *B* 1*a*; conversantium *A* 2. c) Loxovium *A* 1*b*. d) *ita A* 2; Warascos *rell.* e) *ita A* 2 *(pr. m.)*. *B* 1*a*; idolatris *A* 1*b*; i(y)dolatriae *A* 1*c*. 2*a*.

1) *Ex hoc loco concludi licet, basilicam 'urbis illius', scilicet Meldensis, S. Petro olim nuncupatam fuisse, quae hodie S. Stephano sacra est.* 2) *Gundoaldus episcopus Mel-* 40 *densis conciliis intererat Parisiensi a.* 614. *et Clippiacensi a.* 626/7; *cf. Concilia ed. Maassen I,* 192. 201. 3) *Inter rivos Grand-Morin et Aubetin Evoriacas vel Brige, postea ex sanctae nomine Farae monasterium, hodie Faremoutiers appellatum, situm est, cuius cava saec. XIII. fabricata sola supersunt.* 4) *Chagnoaldus germanus puellae erat, Waldebertus successor Eustasii abbasque Luxoviensis; fratres autem monente Mabillonio, Annales* 45 *I,* 304, *intelleguntur monasterio Luxoviensi monachi tunc adscripti.* 5) *Infra II,* 11—22. 6) *Biographus S. Sadalbergae hunc ipsum locum expilans (n. 7) Warascorum situm ita descripsit:* ad Warascos, qui partem Sequanorum provinciae et Duvii amnis fluenta ex

vel Bonosi[a] errore maculati erant. Hos[b] ad fidem conversos, ad Boias, qui nunc Baioarii vocantur[1], tendit, eosque multo labore inbutos fideique liniamento correctos[c], plurimos eorum ad fidem convertit. Ubi cum quantisper moratus fuisset, dimisit sagaces viros, qui coepti laboris in studio desudarent; ipse ad Luxovium remeare studet.

Cumque[d] ergo iter carperet[e], venit ad quendam virum nomine Gundoenum[f], qui eo tempore ad villam quam Mosam[2] vocant ob amnem eo in loco fluentem morabatur. Is ergo cum vidisset Eusthasium[g] velut gratissimum munus ovans domo[h] recepit. Ingressus ergo Eusthasius domum, praemissa benedictione, poscit, ut liberos quos habeat repraesentet. Ille oboediens, duos bonae indolis liberos praesentavit[i]. 'Est', inquit, 'tibi adhuc proles?' Ille fatetur, praeter unam filiam luminibus orbatam nomine Sadalbergam[k] se amplius non habere. 'Veniat', inquit, 'illa'. Quam cum vidisset, sciscitatus est, utrum iuvenilis animus ad cultum divini timoris adspiraret. Affatim[l], ut tenera quiverat aetas, ait se paratam esse sacris praeconiis obtemperare. Dedit ille operam, duos per dies[m] ieiunio[n] corpus confecit[o], mentem fide armavit, super oculos benedictionis oleum effudit; meruit tandem per interventum[p] sancti viri caecitas lumen habere. Redintegravit ergo divina pietas interventu famuli sui luminis damna, ut haec, quae lumen reciperet[q], post divina munera uberius ad cultum timoris Dei adspiraret. Quae nuncusque[r] superest et divinis obsequiis dedita non solum suae utilitati, sed et aliis providet oportuna[3].

Cumque[s] progressus inde coeptum iter perageret, quendam fratrem Agilum[t, 4] nomine, qui modo Resbacensis[u] coenubii[v] praesul existit, vehemens febrium ignis

Cap. 8. *A* 1*b*. *c*. 2. 2*a* (*cf. n. g*). *B* 1*a*.

Cap. 8. a) Bonosiani *A* 2. 2*a*. b) *ita B* 1*a*; His — conversis *rell.* c) *ita A* 1*c*. 2*a*. *B* 1*a*; correptos *A* 2; hisque — imbutis — correctis *A* 1*b*. d) *ita A* 2. 2*a*. *B* 1*a*; Cum ergo *A* 1*b* (*ubi c.* 3. *incip.*). *c*. e) caperet *pr. m. A* 1*b*. 2. f) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; Gundoinum *A* 2. 2*a*; Gunduinum *A* 1*c*. g) *in* Eustasium *desinit A* 2*a*, *quaternione deperdito.* h) *ita A* 1*b*. 2; domi *A* 1*c*. *B* 1*a*. i) repraesentavit *B* 1*a*. k) *ita A* 1*b*; Sadalburgam *A* 1*c*; Sadelbergam *A* 2; Adalbergam *B* 1*a*. l) At illa *pro* Affatim — aetas *B* 1*a*. m) diem *B* 1*a*. n) ieiunium *c. pr. m. A* 2; c. i. *A* 1*c*. o) *ita A* 1*b*. *c*; conficit *A* 2; confici *B* 1*a*. p) interventu *B* 1*a*. q) *ita A* 1*b*. *c*. 2; receperat *B* 1*a*. r) usque nunc *A* 1*c*; nunc (*om.* usque) *A* 1*b*. s) *c.* 4. *incip. A* 1*b*. t) *ita A* 1*b*. 2; Aghilum *A* 1*c*; Agilem *B* 1*a*. u) Respacensis *A* 2. v) coenobio (*A* 1*c*. 2).

utraque ripa incolunt pergit; *cf. Longnon, 'Atlas hist. Texte expl.' p.* 134. *De Bonosiacis haereticis, qui una cum Photinianis c. a.* 515. *in Galliis apparuisse videntur (cf. SS. R. Merov. III,* 441*), egit Columbanus, Poenitentiale B* 25: Si quis laicus per ignorantiam cum Bonosiacis aut ceteris haereticis communicaverit, stet inter catecuminos. *Cf. concil. Clippiacense a.* 626/7, *can.* 5 *(Concilia ed. Maassen I,* 197*).* 1) *Boios Gallicos inter Ligerem et Elaverem sitos intellexit M. Büdinger ('S.B. d. Wien. Akad. Phil.-hist. Klasse'* 1857*, XXIII, p.* 378*), sed nec inde recto itinere per Mosam ad Luxovium itur, Baioariosque suo tempore populum appellatum esse iterque ex iis Aquileiam duxisse auctor ipse affirmavit. Locum ad Baioarios etiam Riezler ('Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XVI,* 417*) rettulerat.* 2) *Hodie Meuse (dép. Haute-Marne, cant. Montigny-le-Roi, arr. Langres), vicus ad Mosam fl. nascentem situs, ab urbe Lingonensi* 12 *mpm distat, a qua per ipsum Tullum itur; cf. Itin. Antonini ed. Parthey et Pinder p.* 185. 3) *Ipsius vita infra edenda est.* 4) *Agilus abbas monasterii Resbacensis a.* 635. *aut paulo ante conditi (v. supra p.* 27*) in codice Senonensi Martyrologii Hieronymiani die* 3. *kl. Sept. commemoratur his verbis:* In Mellizano Rausbace monasterio depositio Aghyli abbatis.

coxit[a]. Quem Eusthasius adtigit[b] interventuque orationum sanavit ac pristinae statim sospitati reddidit. Deinde pervenit ad supradictum coenubium; ibi tam plebem interius quam vicinos[c] populos ad christianum vigorem excitare studet multosque eorum ad paenitentiae medicamenta pertraxit. Fuit eius studii[d], ut 5 multos sua facundia erudiret; nam multi eorum postea ecclesiarum praesules extiterunt, Chagnoaldus Lugduno[e] Cloade, Acharius[1] Veromandorum[f] et Noviomensis ac Tornacensis episcopus[g], Ragnacharius[h] Augustanae[i.2] et Basiliae[k], Audemarus[l] Bononiae et Tharaonensis[m] oppidi[n].

9[a]. De adversitate Agrestii et repulsione eius.

10 Cumque iam haberetur ab omnibus gratus, ut nullus se beatum Columbanum perdidisse gemeret, qui eius doctrinis inbutus fuisset, presertim cum cernerent in discipulum[b] magistri instituta manare[c], cumque[d] ergo esset ab omnibus gratus et omnium Francorum procerum honore fulciretur et Chlotharii regis amore ac veneratione clueret, exarsit solito lividus adversus sanctorum famam chelidrus[e] excitatque e 15 sinibus matris novum Cain[f], qui fratrem zelo velit extinguere, vel etiam novum proditorem, qui magistri dicta scinderet et conlidendo solida ad fragiles turbarum aures fragilem mentem accommodaret. Excitat unum e subditis Agrestium[g] nomine, qui quondam Theuderici regis notarius fuerat, et quadam[h] cordis conpunctione tactus, omnia quae possederat[i] relinquens, ad Luxovium veniens, se et sua omnia supra- 20 dicto patri tradiderat. Qui ut cuncta replicem, religionis speciem in monasterio gestans, post comeatum[k.3] postulat, ut gentium esse praedicator permitteretur. Quem vir sanctus diu obiurgans increpat, se non debere ad tale opus idoneum rudem adhuc in religione putare vel dignum[l]; omnibus ecclesiasticis faleramentis decoratum esse debere, qui ad tale opus censeatur. Hieremias etenim Domini 25 electione praemissus[m], se dignum denegat, dicens: *A*[n], *a, a, domine Deus, ecce ego puer sum, nescio loqui*; Moyses electus a Domino se tardum linguae testatur. Ierem. 1, 6. cf. Exod. 4, 10.

His dictis, cum nihil proficeret, quem tenere non valet ire sinit. Qui[o] cum ad Baioarios[p] tendens venisset, ibi paululum moratus, nullum fructum exercens, velut alta[q] platanus[4] garrula verborum[r] folia tremulas quatit ad auras, fructuum[s] 30 copiam nescit. Dein ad Aquilegiam[t] pertransit. Aquiligenses[u] etenim disciscunt a communione sedis apostolicae — de qua Dominus in euangelio ad beatum

Capp. 8. 9. *A* 1*b*. *c*. 2. *B* 1*a*.

Cap. 8. a) *ita A* 1*c*; excoxit *A* 1*b*; correxit *B* 1*a*; corripit *A* 2. b) tetigit *A* 1*c*; contigit *A* 1*b*. c) vicinum populum *B* 1*a*. d) studium *A* 1*b*. 2. e) *ita A* 2. *B* 1*a*; Lugduni et Cloade *A* 1*c*; Lug- 35 duni Clavati *A* 1*b*. f) Vermandorum *A* 1*b*. g) episcopis *A* 1*b*; episcopi fuerunt *B* 1*a*. h) Regnacharius *A* 1*c*; Ragnarius *B* 1*a*. i) Augustidunae *A* 1*b*. k) Basilicae *A* 2. l) Audomarus *A* 1*b*. m) Theronensis *A* 1*b*. n) pontifices erant *add. B* 1*a*.

Cap. 9. a) *ita A* 2; IIII. *A* 1*c*; *numerum om. B* 1*a*. b) *ita B* 1*a*; discipulo *rell.* c) manere *A* 1*b*. *c*. d) *a* Cumque *c*. 5. *incip. A* 1*b*. e) hilidrus *A* 2. f) Kain *A* 1*c*; Cain — vel e. novum *om. A* 1*b*. 40 g) Agrestinum *A* 1*b*. h) quandam *B* 1*a*. i) possiderat *B* 1*a*; possidebat *A* 1*b*. k) licentiam *A* 1*c*. l) indignum *A* 1*b*. 2. m) praemissum *pr. m. B* 1*a*. n) ah ah ah *A* 2; Ha. Ha. Ha *B* 1*a*. o) *c. VI. incip. A* 1*b*. p) Baiariis *pr. m. corr.* Baioarios *A* 1*c*; Baioarias *B* 1*a*. q) arbor *add. B* 1*a*. r) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; ventorum *A* 1*c (ubi* impulsione *add.)*. 2. s) fructum *A* 2; fructus *A* 1*c*. t) *ita A* 2; Aquileiam *rell.*: *item infra.* u) *ita B* 1*a*; Aquilienses *A* 2; Aquileienses *rell.*

45 1) Ex civitate Noviomago Aigahardus episcopus *concilio Clippiacensi a.* 626. *aut* 627. *intererat; cf. Maassen, Concilia I,* 201. 2) *Augusta, scilicet Rauracorum, hodie Augst prope Basel.* 3) *I. e. licentiam.* 4) *Cf. Verg. Georg. II,* 70: steriles platani.

Matth. 16, 18. apostolorum principem Petrum loquitur: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et porte inferi non praevalebunt adversus eam* — ob trium[1] capitulorum dissensione[a], ex quo discordiae in longum incrementa manarunt, quod praesentis[b] operis non est inserendum. Itaque veniens Aquilegiam, socius statim scismatis effectus, Romanae sedis a communionem[c] seiunctus[d] ac divisus est: totius orbis 5 communione, quicumque Romanae sedis[e] iungeretur, damnans, insolam[f] Aquilegiam orthodoxam fidem retineri[g]. Qua[h] scisma inbutus, epistolam venenosam, increpationibus plenam ad beatum[i] Athalam[k] per Aureum Adalwaldi[l] regis Langobardorum[m] notarium dirigit. Quam beatus Athala perlectam, ridiculo habitam mihi tradidit servandam[n], quamque per multorum annorum spatio[o] abditam habui 10 et postea mea neglegentia perdidi. Nec alius utique quilibet eam, sed ipse proprio stilo scripserat.

Directam[p] itaque ad beatum Athalam epistolam, ipse ad Luxovium properat[q], Eusthasium scismatis aculeis temptat, si sanam mentem sua vesania corrumpere queat. Quo venerandus vir conperto diu paternis effaminibus[r] errantem monet. 15 Sed postquam salutaribus monitis mentem peste corruptam et salubre[s] antidoto curare nequisset[t], a suo ac suorum collegio segregavit.

Refutatus ergo ab[u] Eusthasio, se huc illucque dimergit, ut nonnullos huius adsentationis fautores facere queat; sed cum nihil eius inperitia facere quivisset, beati Columbani religio[v] offendit, adversus regulam eius lanuino[w, 2] dente garriens 20 ac velut caenosa sues[x] grunniens, per quos potuit barriditatis[y, 3] suae[z] similes murmur excitavit, annuente sibi Abeleno[a] Genuensis[b] urbis episcopo, qui consanguinitatis[c] proximus erat. His[d] itaque Abelenus[e] vicinos collocatim[f, 4] episcopus[g] sibi iungere in Agrestii[h] auxilium[i] omni studio nisus, ita ut regem Chlotharium temptarent, si eorum partis adsentator futurus esset; at ille sciens et 25 cognitam experimento habens beati Columbani sanctitatem[k] et discipulorum doctrinam, adversus sanctam doctrinam grunnientes[l] suis studet redarguere responsis[m]. Cumque nihil profecisset[n], statuit, ut sinodali examinatione probaretur, non ambigens

Cap. 9. *A* 1*b*. *c*. 2. *B* 1*a*.

Cap. 9. a) *ita B* 1*a*; dissensionem *rell.* b) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; pr(a)esenti operi *rell.* c) *ita* 30 *A* 1*c*; communione *rell.* d) se disiuntus *m. al. corr.* disiuntus *B* 1*a*. e) *ita B* 1*a*; Romana sede disiungeretur *A* 1*b*; R. sedi iungerentur *A* 1*c*. 2. f) insola Aquileia *A* 1*b*. *c*. g) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; (non *add. A* 2) retinere *A* 1*b*. 2. h) *ita pr. m. B* 1*b*; Qu: scisma *pr. m. B* 1*a*; Quo scismate(ę) *rell. et m. al. B* 1*a*. *b*. i) beatam *A* 1*b*. 2. k) *ita A* 1*c*. 2, *ut infra.* l) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; Adulwaldi *A* 2; Adaloaldi *A* 1*b*. m) Longob. *A* 1*c*. 2 *(corr.)*. n) servanda *pr. m. B* 1*a*. o) *ita B* 1*a*; spatium *rell.* 35 p) *c. VII. incip. A* 1*b*. q) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; sed postea beatum *add. A* 1*c*. 2. r) affaminibus *A* 1*c*. 2. s) *ita B* 1*a*; salubri *rell.* t) nequivisset *(B* 1*a)*. u) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; a beato E. *A* 1*c*. 2. v) *ita A* 1*b*; eum *add. B* 1*a*; religione *A* 2; religionem *A* 1*c*. w) languido *A* 1*c*; beluino *A* 1*b*. x) sus *A* 1*c*; *eras. A* 2. y) *ita A* 2; bariditatis *B* 1*a*; parilitatis *A* 1*c*; vanitati *A* 1*b*. z) sui *A* 2. a) Abbeleno *A* 2; Abdeleno *A* 1*b*. b) Genovensis *A* 1*b*. c) *ita A* 1*b*; ei *add. B* 1*a*; consanguinitati suae 40 *A* 1*c*. 2. d) *ita B* 1*a*. e) Abbelenus *A* 1*b*. 2, *ut infra.* f) *ita B* 1*a*; tellicatim *A* 2; singillatim *A* 1*b*; *om. A* 1*c*. g) *ita pr. m. A* 1*b*. h) Agristini *A* 1*b*. i) auxilio *(A* 1*c*. 2*)*. k) sanctitate *A* 2. l) grunnientis *A* 1*b*. m) responsą *A* 1*b*. n) proficisset *A* 1*b (pr. m.)*. *B* 1*a*.

1) *De quaestione trium capitulorum v. supra p.* 12. *Dum Columbanus ipse schismaticis magis favisse videtur, Ionas totus partes sedis apostolicae sumpsit. Aquileienses demum c.* 45 *a.* 698. *synodum Constantinopolitanam V. in concilio Ticinensi recepere, id quod Stefanus quidam iussu Cunincperti regis versibus celebravit; ed. G. Waitz in calce Pauli Hist. Langob.* 2) *Intellego* lanugineo *de prima lanugine.* 3) Barridus = *superbus, a* barrus *pendet. Ducange.* 4) *Locatim pro 'hinc inde, diversis locis' accipitur (cf. Ducange h. v.) atque collocatim idem significare videtur.* 50

de beati Eusthasii auctoritate et doctrina, quod omnes adversantes sanctae regulae prudentia[a] et faciditate[b], administrante sibi Spiritu sancto, superaret.

Emanante[c] ergo regali auctoritate, multi Burgundiae episcopi in suburbano Matasconensis urbis conveniunt, inter quos maximus resedebat Tretecus[d. 1]; quem[e] maxime synodum fieri urguebat Warnacharius, quia[f] erat[g] Eusthasii adversarius. Sed praevaluit[g] Eusthasii deprecatio, ut qui auctor misere intentionis et[h] adsentator fieri vellet, correptus a Domino, per eum omnium vires frangeret. Predicto ergo et statuto die, quando adversum Eusthasium[i] altercatio oriretur, ipse morte praeventus interiit[2]. Fractis ergo in eum[k] Agrestianae partis viribus, turbantur, 626/7. sciscitantur[l] omnes Agrestium[m], quae adversum regulam beati Columbani vel venerabilem Eusthasium obiceret. At ille trementibus labiis, et nihil auctoritatis ac elucubrati eloquii habens, ait, superflua quaedam et canonicae institutionis[n] aliena eorum studiis teneri. Cumque illi urguerent, tandem criminis causam depromit, se suae regulae[3] habere, cocleam[4], quam lamberent, crebro crucis signo signari et in ingressum[o] cuiuslibet domus intra coenubium tam introiens quam egrediens benedictionem postulare[p]. Cumque illi nihil dignum synodalibus dissertionibus obici cernerent: 'Alia', inquiunt, 'si habeat, quae[q] opponat'. At ille prorumpit[r], se scire Columbanum a ceterorum mores[s] disciscere[t] et ipsa missarum sollemnia multiplicatione orationum vel collectarum celebrare et multa alia superflua, quae cum auctori[u] acsi heresea tradita execrari debere.

Audito[v] Eusthasius hereseo[w] nomine se vel suos cum magistro vocatos, ait: 'Vos, o decus sacerdotii, probare debetis, qui in ecclesiis veritatis ac iustitiae seminarium distribuant, et qui veritati[x] ac vere religioni aliena tradant. Quicquid enim a norma veri tramitis dissentit, extra ecclesiae corpus haberi debet. Vestrum est discernere obiecta, an sint ab scripturarum serię aliena'. At illi aiunt: 'Tuo ore nosse volumus, quid dignum ex hoc in responsis reddas[y]'. Ille: 'Nequaquam', inquit, 'reor contrarium esse religioni, si[z] coclea[a], qua[b] christianus lambit, vel quodcumque[c] vas aut poculum crucis signo muniri, cum per adventum signi dominici pellatur pestis adversantis inimici. Introeunte vero monacho cellulam vel

Cap. 9. *A* 1*b*. *c*. 2. *B* 1*a*.

Cap. 9. a) providentia et *B* 1*a*; prudentiae, *om.* et *A* 1*b*. b) *ita A* 2. *B* 1*a*; felicitate *A* 1*b*; facetia *A* 1*c*. c) *c. VIII. incip. A* 1*b*. d) *ita A* 2. *B* 1*a*; Tritecus episcopus *A* 1*c*; hereticus *A* 1*b*. e) *ita B* 1*a*; ob quem *A* 1*c*; quam *A* 1*b*; qui *A* 2. f) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; qui *A* 1*c*. 2. g) beati *add. A* 1*c*. 2. h) et a. *om. A* 2. i) Estasium *h. l. A* 1*b*. k) eo *A* 1*b*. *c*. l) que *add. A* 1*b*. 2 *(ubi* o. *deest)*. m) Agrestinum *passim A* 1*b*. n) *ita B* 1*a*; institutioni *rell.* o) *ita A* 2. *B* 1*a*; ingressu *rell.* p) postulari *B* 1*a*. q) *om. (B* 1*a)*. r) prorupit *A* 1*b*. *c*. s) *ita scripsi (cf. supra p.* 89, 4*)*; moribus *A* 1*c*. *B* 1*a*; more *A* 1*b*. 2. t) discissere *B* 1*a*; disciscerem *A* 2. u) auctori (*corr.* auctore):::: *B* 1*a*; auctore *rell.* v) beatus *add. A* 1*c*; hoc beatus *add. A* 2. w) hereseon *A* 1*b*; hereseos *A* 2. x) v. ac *om. A* 1*c*. y) At *add. A* 1*c*. 2. z) *om. A* 1*b*. 2. a) cocleam *A* 1*c*; coclę *A* 1*b*. b) *ita A* 2. *B* 1*a*; a qua *A* 1*b*; quam *A* 1*c*. c) quocumque *B* 1*a*.

1) *Etiam actis concilii Clippiacensis a.* 626/7. *Treticus episc. Lugdunensis primus subscripsit; cf. Maassen, Concilia I,* 200. 2) *Cf. Fred. IV,* 54: Anno XLIII. regni Chlothariae Warnacharius maior domi moritur. *Constat igitur, concilium Matisconense apud Maassenium (ed. Concil. I,* 206*) inter a.* 613—628. *fluctuans eodem quo Clippiacense a.* 43. *Chlotharii, i. e. a Chr. n.* 626/7, *celebratum esse.* 3) *Regula intellegitur coenobialis, c.* 1: Et qui non signaverit coclear quo lambit, sex percussionibus, *et c.* 3: Qui egrediens domum ad orationem poscendam non se humiliaverit et post acceptam benedictionem non se signaverit, — — XII percussionibus emendare statuitur *similiterque regrediens eodem numero (ed. Seebass l. l. p.* 220 *sq.)*. 4) *Vas quo bibitur, in formam cochleae confectum. Ducange. Columbanus autem cochlear intellexit.*

Ps. 120, 7. 8. exeunte, benedictionem[a] Domini armari ratum duco iuxta psalmistae vocem: *Dominus custodit*[b] *te ab omni malo; custodiat animam tuam Dominus. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc nunc et usque in saeculum.* Licet hoc ad unumquemque christianum refertur[c], ut gratia baptismi per fidem in ecclesia introeunte[d] servetur et usque ad finem perseverantiae vigore firmetur[e], tamen cotidianum motum, sive in ingressu vel egressu seu progressu, unumquemque nostrum signo crucis armari vel benedictione sodalium roborari fas duco. Multiplicationem vero orationum in sacris officiis credo omnibus proficere ecclesiis. Cum enim plus[f] Dominus queritur, plus invenitur, et cum uberius oratione pulsatur, ad misericordiam petentium citius excitatur; nihil enim aliud plus desudare debemus quam orationi incumbere. Sic enim a Domino sub apostolorum numero hortamur[g]: *Vigilate et orate, ne intretis in temptationem.* Sic enim nos et apostolus sine intermissione orare rogat; sic omnis scripturarum sacrarum ordo iubet clamare; qui[h] enim clamare neglegit, neglectus et abscisus a Christi membris abicitur. Nihil enim tam utile tamque salutare quam creatorem multiplicatione precum et adsiduitate orationum pulsare'. His et horum similibus responsis confusus Agrestius, addit[i] garrulitatis noxam, calumniatur capitis comam aliter tondi[k. 1], alium characterem[l] exprimi et ab omnium more discisci[m].

Matth. 26, 41. — cf. 1. Thess. 5, 17.

10[a]. De ultione sociorum et interitum eius et obitu Eusthasii.

Conperendinanti migrologa[b. 2] et frivola garrulanti Eusthasius, sagax ut erat, virtute patientiae et[c] scientiae comptus respondit: 'Horum', inquit, 'praesentia sacerdotum te ego, eius discipulus et successor, cuius tu disciplinam et instituta damnas, ad divinum iudicium cum eo intra praesentis anni circulum causaturum invito, ut iusti iudicis examine sentias, cuius famulum tuis detractionibus maculare procuras'. His dictis, metus quosdam qui Agrestiane partis fautores erant perculit, hortanturque omnes, ut pacis nexu corda iungerent, et iste praesumptae[d] temeritatis audaciam tolleret[e], et ille paterno affectu labentem piis correptionibus foveret. Ad quod[f] Eusthasius: 'Vestris libens satisfacerem precibus, si misera mens duritiam vecordiae molliret, et correctis cauterio morbis vel antidoto visceribus desectis, redux ad salutifera remeare nitatur'. Cogentibus ergo cunctis, Agrestius simulatam pacem postulat, quod postea actis depromsit[3]. Eusthasius mitis animi et virtutum mens conscia favet suasu poscentum[g], pacem tribuit, osculum porrigit.

Attamen Agrestius manifestam vesaniam verecundiae metu pepulit, non tamen omnibus a malis abscessit. Coepit[h] deinde monasteria Agrestius temptare et sub specię discipuli pretium proditionis taxare, ad quendam virum venerabilem

Capp. 9. 10. *A* 1*b*. *c*. 2. *B* 1*a*.

Cap. 9. a) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; benedictione *rell.* b) custodiat *B* 1*a*. c) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; referatur *rell.* d) introeunti *B* 1*a*. e) et *add. B* 1*a*. f) D. pl. *B* 1*a*. g) hortatur *B* 1*a*. h) qui e. cl. *om. A* 1*b*. i) *ita A* 1c. 2; addidit *A* 1*b*. *B* 1*a*. k) *ita A* 1c; totondi *A* 2; praecidi *A* 1*b*. *B* 1*a*. l) caracterum *A* 1*b*. m) descisti *A* 1*b*; discindi *A* 1c.

Cap. 10. a) V. *A* 1c; *numerum om. rell.; praescr. habent soli B* 1*a*. *b*; *versus vacat A* 2. b) *ita A* 1c. *B* 1*a*; mrigologa *A* 2; macrologia *A* 1*b*. c) et sc. *om. A* 2. d) p̄sūptor (?) *m. al. corr.* presumpte *B* 1*a*. e) intullerit *B* 1*a*; *om. A* 2. f) beatus *add. A* 1c. 2. g) *ita A* 2; poscentium *rell.* h) *c. VIIII. incip. A* 1*b*.

1) *De tonsura Hibernica v. supra p.* 6. 2) *Micrologo eloquentissimum opposuit Columbanus; cf. MG. Ep. III,* 156, 24. 170, 13. 3) *I. q. promere, manifestare.*

Romaricum veniens, qui primis nobilitatibus fuerat apud Theudebertum[1] habitus, postque per beati[a] Columbae exemplum ac Eusthasii praedicatione monitus[b], ad Luxovium veniens, monarchiae[b*, 2] institutis se subdidit. Quo diu sub regulari tenore vitam agente[c], postea, Eusthasio annuente, puellarum monasterium[d] in propria[e] instruit[f], in quo et regulam beati Columbani custodiendam indidit. Cumque iam multa religione polleret, ad eum Agrestius pergit seseque subditum atque oboedientem simulat simulque Amatum, quem ibi Eusthasius ob inbuendam regulam praefecerat, mollibus suggillationibus temptat. Nam eo in tempore ob quibusdam neglectis[g] tam Amatus quam Romaricus ab Eusthasio obiurgati fuerant. Lesos ergo ut sensit, ut facilius exasperatas mentes suis adsertionibus iungeret, stimulavitque paulatim venenata verba sanas mentes recipere et in contemptu regulae beati Columbani propriam vesaniam propagare. Pro dolor! exitiabili suasu ac loetifera inbutione monita sana insaniens maculavit. Qui, abiectis institutis pristinis, rudibus conati sunt instruere plebem doctrinis, et eductum[h] iuxta Iob anguem, manu obstetricante[i] divina, rursum zelo[k] invidiae reducere non metuunt. *cf. Iob 26, 13.*

Deinde[l] ad Burgundofaram iter dirigit, ut eam suis stimulationibus, si valuisset, macularet. Quem Christi virgo non femineo more, sed virili confundit[m] responsione: 'Num[n] tu, confutator veritatis[o] et novorum introductor argumentorum, ad hoc huc accessisti, ut veneno tuo dulcia mella perfunderes[p] et vitalia alimenta loetali amaritudine commutares? Eos[q] tu detrahis, quorum ego virtutes expers[r, 3] agnovi, quorum doctrinam salubrem recepi, ex quorum eruditione multos caelestia regna penetrasse conperi. Meminisse te velim Esaiae[s] dictum: *Vae qui dicit malum bonum et bonum malum;* [accelera[t]] et prorsus ab hac vesania festinum[u] recedere'. Confutato[v] ergo his Christi famulae responsis, rursum ad Romaricum vel Amatum repetat[w], ut coeptam deceptionis rugam contrahat. *Is. 5, 20.*

Nec[x] defuit diu ultio divina. Cum ad hoc iam omnes adspirarent, ut contemptui pristinorum documentorum adsentatores[y] forent, primum lupi rabię[z] morbo[a] detenti duos ex his qui fautores erant huius adsertionis, per intempestam noctem intra septam[b] inrumpentes, morsibus laniarunt[c] atque cum rabie[d] peste derelictos miserabiliter morti[e] tradiderunt. Alium Plaureium[f] nomine, qui ad hanc[g] discordiae fomitem vehementer adspirabat, daemonum rabies prevasit[h] atque igno-

Cap. 10. *A* 1*b*. *c*. 2. *B* 1*a*.

Cap. 10. a) *om. A* 1*b*, *ut infra;* Columbani *A* 1*b*. *c*. b) munitus *B* 1*a*. b*) *ita A* 2. *B* 1*a*; monachiae (*A* 1*c*); monachicis *A* 1*b*. c) age : : te *pr. m. B* 1*a*; agens *A* 1*b*. d) monasterio *A* 2, *corr.* e) proprio *A* 1*b*. *c*. f) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; instituit *A* 2; inseruit *A* 1*b*. g) *ita B* 1*a*; ob quaedam neglecta *A* 2; pro quibusdam neglectis *A* 1*b*. *c*. h) *ita A* 1*b*; educto — angue *rell.* i) obstreticantem *A* 2. k) zelum *A* 1*c*. 2. l) *c. X. incip. A* 1*b*; D. iniquus Agrestius ad *B* 1*a*. m) *ita B* 1*a*; confudit *A* 1*b*. *c*; ꞔonfidit *A* 2. n) nuntii c. *A* 2; Nam tu c. *A* 1*b*; Nam (*m. al. corr.* Num) tu inquit c. *A* 1*c*. o) veritatis — introductor *om. A* 2. p) perfundas *B* 1*a*. q) *ita B* 1*a*; Eis *rell.* r) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; experta a. *A* 1*b*; experta cognovi *A* 2. s) *ita A* 1*b*. 2; Isaiae *B* 1*a*; Ysaiae *A* 1*c*. t) *ita A* 2 *(cf. supra p.* 118, 3*)*; *om. rell.* u) *ita A* 1*b*; v. oportet te (festinum *m. al. add.*) recedere *B* 1*a*; v. festinus recede *rell.* v) *ita B* 1*a*; Confutatur *A* 2; Confutatus *A* 1*b*. *c*. w) *ita B* 1*a*; repedat *rell.* x) *c. XI. incip. A* 1*b*. y) adsentores *B* 1*a*. z) rabiei *A* 1*b*. *c*. a) morbi *pr. m. B* 1*a*. b) *ita pr. m. B* 1*a*; septum *A* 1*b*; septa *A* 1*c*. 2. c) elaniarunt *B* 1*a*. d) *ita A* 1*b*; rabiei *rell.* e) se *add. B* 1*a*. f) Plaurevum *A* 1*b*. g) ad hunc *A* 1*b*; adhuc *A* 1*c*. h) *ita A* 1*b*. 2. *B* 1*a*; perv. *A* 1*c*.

1) *V. Arnulfi Mett. c.* 6*:* Temporibus autem illis erat in ministerio regis *(scil. Theudeberti)* vir egregius nomine Romaricus, qui desiderio illius sancto et familiari iungebatur affectu. *Cf. infra Vitas Amati, Romarici.* 2) *Cf. Greg., V. Patr. I,* 2: abbatis super eos obtenuit monarchiam. 3) Expers *etiam pro* expertus *accipitur; cf. Forcellini h. v.*

biliter morti tradidit, nam propria manu ipse se laqueo suspendit. Sed cum haec ultio nequaquam fuit correctio delinquentium, protinus maior[a] secuta est. Nam subito fulgor[b] e caelo elapsus tanto fragore percutit locum, ecclesiam pervagatur, subvertit tegumenta, plebem urit, exanimat[c], scilicet[d] ut praesens correptio, quae, simplicitate nimia praeveniente, calliditate iam permixta, ignavae[e] persuasioni adsensum praebuerant[f], monstraret futuram debere fugere iram. Mortueque[g] ad praesens usque ad viginti[h]; deinde metu perculsas[i] paulatim mors rapit, ut ex ea ultione, ut aiunt, amplius quam[k] quinquaginta morirentur[l], nempe auctore criminis ad paenitentiam reservato: si cognoscat et redeat, procul dubio sanitatem recipiat. Nullum etenim Dominus perire desiderat, sed semper quamvis gravibus delictis obrutum per paenitentiae[m] fomenta redire expectat.

Cumque sibi sepius paenitentiae locum datum non cognovisset, ut Eusthasii sententia ad iudicium invocantis praevaleret, ante triginta dierum circulo[n] quam vertentis anni meta compleretur, a servo suo quem ipse redemerat[o] secure percussus interiit. Occasio criminis dicebatur uxoris permixtio; quod quamvis multi dixerint et vera[p] adserere velint[q], nostrum tamen firmare non est. Cuncta enim iuxta Salomonem adducet[r] Deus in iudicio[s] pro omni erratu[t], sive bonum sive malum; et apostolus: *Uniuscuiusque opus qualis*[u] *sit, ignis probabit.* A nobis tamen dicendum est: Iusta[v] eum hic sententia divini iudicii ferire non distulit, ut et adsentatoribus suis fugere a lacerationibus famulorum Dei monstraret et ille contumaciae commissa per meritam[w] ultionem lueret.

cf. Eccles. 12, 14.

1. Cor. 3, 13.

Amatus[x] vero ac Romaricus venerabilis Eusthasii coniventiam[y] postulantes recipiunt atque, desidia submota, fruuntur. Abelenus vero vel ceteri Galliarum episcopi post ad roboranda[z] Columbani instituta adspirant[a]. Quam multi iam in amore[b] Columbani et eius regula monasteria construunt, plebes adunant, greges Christi congregant. Inter quos inluster tunc vir Elegius[c], qui modo[1] Vermandensis[d] ecclesiae pontifex praeest, — de quo, quia superest, non[e] meo iudicio[f] fulciendus[g] est, ne adolationis noxa reprehendar —, iuxta Lemovicensem urbem monasterium nobile Sollemniacum[h, 2] nomine construxit super[i] fluvium Vincennam, distantem[k] a supradicta urbe milibus quattuor, et alia multa hisdem locis coenubia, sed et in Parisius[l] puellarum monasterium, quem[m] de regio munere susceperat, aedificat[n], in quo[o] Christi virginem Auream[p] praefecit. In Betoricensem[q]

Cap. 10. *A* 1*b*. *c*. 2. *B* 1*a*.

Cap. 10. a) maiori *B* 1*a*. b) *ita A* 1*b*; fulgor — lapsus *B* 1*a*; fulgur — elapsum *A* 1*c*. 2. c) *ita B* 1*a*; examinat *rell.* d) plures *add. B* 1*a*. e) ignavie *B* 1*a*. f) praebuerat *A* 1*c*. 2. g) Mortuique *A* 1*b*. *c*; sunt *add.* (*A* 1*c*. 2). h) nomina *add. B* 1*a*. i) perculsos *A* 1*b*. *c*. k) *om. A* 1*b*. 2. l) *ita B* 1*a*; morerentur *rell.* m) poenitentia *pr. m. A* 2. n) *ita A* 2. *B* 1*a*; circulum *rell.* o) redimerat *A* 2. *B* 1*a*. p) verum *A* 1*c*; vere *A* 1*b*. q) vellent *A* 1*b*; voluerint *A* 1*c*. r) adducit *A* 1*b*. *B* 1*a*. s) iudicium *A* 1*b*. 2. t) reatu *B* 1*a*; errato *Vulg.* u) *ita B* 1*a*; quale *rell.* v) iuxta *B* 1*a*. w) merita *B* 1*a*. x) *c. XII. incip. A* 1*b*. y) *ita A* 1*c*; convenientiam *A* 1*b*. 2; communionem *B* 1*a*. z) roborandam *B* 1*a*. a) *om. B* 1*a*. b) beati *add. A* 1*c*. *B* 1*a*. c) Eligius *A* 1*c*. d) Veromandensis *A* 2; Veromandensi *A* 1*c*. e) non meo iudicio *pr. m. om.*, non multum laude *m. al. in mg. suppl. A* 1*c*. f) quia superest *iteravit A* 2. g) aliquid dicendum *pro* f. *B* 1*a*. h) Sollempniacum *A* 1*c*. 2. i) supra *B* 1*a*, *ut infra.* k) distante *A* 2; distans *A* 1*c*. l) Parisus *A* 1*b*; Parisios *B* 1*a*. m) quod *A* 1*b*. *c*. 2. n) aedificavit *A* 1*b*. *c*. o) quam *B* 1*a*. p) nomine *add. A* 2; abbatissam *add. B* 1*a*. q) *ita B* 1*a*; Betoricense *(ita A* 1*b*; Betoricensi *A* 2; Bituricense *A* 1*c)* v. urbe *rell.*

1) *Eligium defuncto Aichardo die* 13. *Maii a.* 641. *episcopum ordinatum esse verisimile est; cf. 'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXII,* 470. 2) *Solignac monasterium ord. S. Benedicti ad rivum Briance, qui Vincennam (la Vienne) influit, neque ad hanc ipsam situm ab urbe Lemovicensi c.* 8 *kilom. distat.*

vero urbem puellarum monasterium[1] ex beati Columbani regulam[a] Berthoara[b] nobilis genere et religione femina construxit[c]. In suburbano[2] idemque Betoricensis[d] urbis vir venerabilis Theudulfus cognomento Babelenus monasteria ex regula[e] Columbani religione omni pollente[f] construxit: primum in insula super 5 fluvium Milmandram, ubi religiosorum virorum adunavit catervam, alium[g] Gaudiacum nomine haud procul[h] fluviolo Albeta, tertium Christi virginum loco nuncupante[i] Carantomo[k] super[l] fluvium iam dictum Milmandram. Itemque alium[m] Christi virginum iuxta Nivernensem[n] oppidum sub eadem regula construxit.

Beatus[o] ergo Eusthasius has post victorias corrigere delinquentes studet ac 10 suae pacis[p] qui[q] remanserant adunare decrevit. Deinde monachorum sub eius oboedientia in sepefacto coenubio contio maxima creverat, ut iam multa per vicina loca coenubia construerentur; quae eius successor[r] Waldebertus[s] firmavit atque aedificavit[3]. Iamque beatum de hac vita exitum praestolans, omnem[t] intentionem ad contemplanda[u] misticorum praeconiorum documenta omni[v] intentione desudat 15 solique Deo mente intenta preces fundens[w] dirigit. Cumque[x] iam per multorum circulis[y] annorum in hoc opere intentio vacaret, evenit tempus vocationis, daturque sententia iusti iudicis, ut quod minus annorum circuli diversis afflictionibus peracti purgaverant, paucorum corporis[z] infirmitas dierum sanaret. Interrogatusque inter poene incendia per visionem nocturnam, si quadraginta dierum spatio[a] leviore[b] 20 poena curari velit, an triginta ferventiore[c] incendio purgatus, vitam[d] beatam functus, caelos penetraret, respondit ille, melius esse quamvis duris in brevi[e] subiacere flagellis, quam lenioribus longius consumi poenis. Explevit ergo provisam atque electam corporis poenam[f], tricesimo die omnibus valedicit tristemque[g] remanentibus promissum depromit, suum exitum eadem esse die denuntiat; viati-25 coque sumpto, animam caelo reddidit[4], solum desiderium superis et paternum 629, Apr. 2.

Cap. 10. *A* 1*b*. *c*. 2. *B* 1*a*.

Cap. 10. a) *ita B* 1*a*; regula *rell.* b) Bertuara *A* 1*c*; Barthoara *A* 1*b*. c) construxit — pollente *om. A* 1*c*. d) Bethor. *A* 2. e) beati *add. B* 1*a*. f) *ita A* 2; pollenti *A* 1*b*; pollentis *B* 1*a*. g) aliud *A* 1*b*. *c*. 2. h) *ita B* 1*a*; a *add. rell.* i) nuncupato *A* 1*c*. 2. k) Carantamo *A* 1*c*. l) supra 30 *A* 1*b*. *B* 1*a*. m) *ita B* 1*a*; aliud *rell.* n) *ita B* 1*a*; Nivernense (Niversense *A* 1*c*) *rell.* o) *c.* 13. *incip. A* 1*b*. p) *ita B* 1*a*; paci *rell.* q) q. r. *om. A* 2. r) beatus *add. A* 1*c*. 2. s) Valdebertus *A* 1*b*. t) o. i. *om. A* 2. u) contemplandam *B* 1*a*. v) o. i. *om. B* 1*a*. w) preces *iterat A* 2. x) *c. VI. incip. A* 1*c*. y) *ita scripsi;* circulos *B* 1*a*; circulum *A* 1*b*. *c*. 2; *cf. l.* 17. circuli. z) *om. A* 2. a) spatia *B* 1*a*, *corr.* b) *ita A* 2; leviori *rell.* c) *ita A* 2; ferventiori *rell.* d) vita 35 beata *A* 1*c*. 2. e) brevibus *B* 1*a*. f) poenam. Tricesimo *interpungunt A* 1*b*. *c*. g) tristeque *A* 1*b*. *c*.

1) *Monasterium a Berthoara constructum, nunc redactum est in ecclesiam collegiatam, quae beatae Mariae de Salis, vulgo Notre-Dame de Sales, dicitur. Mab.* 2) *Loci suburbani nomine intellege urbis territorium seu tractum urbi subiectum, quem alias pagum vocant, unde suburbicariae regiones. Certe Milmandra fluviolus, vulgo la Marmande, et Albeta, l'Aubois, de* 40 *quibus hic, decem fere milliaribus Gallicis ab Avarico Bituricum distant. Ex monasteriis a Boboleno constructis primum destructum est, uti et Gaudiacum (hodie Jouet-sur-l'Aubois; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Propriété foncière' p.* 240*), tertium Charenton dictum puellarum ord. S. Bened. adhuc subsistit, aeque ac quartum eiusdem ordinis sub nomine beatae Mariae. Mab. Monasterii Notre-Dame Nivernensis reliquiae tantum una cum parva ecclesia saec. XII. aedifi-*45 *cata adhuc supersunt.* 3) *Cf. V. Germani Grandivallensis infra edendam.* 4) *Eustasii depositio die* 2. *Aprilis et in codice Epternacensi Martyrologii Hieronymiani (AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [38]: Depositio Austasi abbatis*) et in Calendario Corbeiensi ('N. Arch.' X,* 92*) commemorata est. Annus autem quo obiit* 629 *p. Chr. ex tempore regiminis Waldeberti suc-*

regimen viventibus religionisque exemplum dimisit. Ipse cum victoriae[a] partae ope[b] aetherea penetravit regna duce Christo, cui[c] est virtus et honor per omnia saecula saeculorum. Amen[d].

11[a]. De coenubio Evoriacas et de Sisetrudis obitu et cantus angelicos.

Meminisse lectorem velim me superius[1] fuisse pollicitum de coenubio supra memoratae Burgundofarae[b], quod Evoriacas[c] vocant, quodque ex regula beati Columbani omni intentione et devotione construxerat, quanta et qualia inibi rerum sator ob famularum suarum hortamina dignatus est demonstrare miracula.

Cum iam duce Christo multarum puellarum secum adunatam sub regulari reteneret[d] disciplina cohortem, quodam in tempore una ex[e] subiectis nomine Sisetrudis[f], cellararia[g] monasterii, exitum vitae per revelatione[h] agnovit, quadragintaque dierum spatio interiecto, .quo iter pararet[2], ammonita, mores corrigeret, vitam emendaret, et se ut[i] in omnibus paratam habeat, imperatur. Transierant triginta et septem dies in omni religione peracti; ieiunio et oratione cum fluentis[k] lacrimarum vigiliarumque labore corpus adtriverat, ut facilius venturi itineris viam aperiret. Venerunt ergo duo iuvenes, candidis circumamicti stolis, animamque[l] a corpore segregantes, vacuum ferentes per aerem, ac multis discussionibus[m] inquisitam ad caelos deportant, permixtamque angelicis[n] choris et candidatorum omnium insertam[o] multitudini cohortantur laetos capere de saeculo triumphos. Cumque iam ovans uberi exultatione inter aeterna gaudia haberetur secura, et virginum choris inserta, excellenti[p] gloria tripudians gauderet et ante tribunal clementis iudicis adstaret, iubetur denuo reduci in corpore et tertia die denuo redire. Ad corpus rursum[q] revehunt, imperantes, ut se uberius paratam post triduum habeat, ut quadraginta dierum curriculus impleatur. Reversa itaque in corpore, matrem vocat omnemque famularum Dei catervam precatur, ut suis orationibus ei solamen ferant; tres adhuc dies sibi vitae metam concessam fuisse testatur. Adveniente igitur die tertia, matrem adesse postulat, suumque exitum ut[r] omnes expectent, precatur. Obstantibus itaque omnibus vitae exitum[r] et corporis sospitatem[s] pollicentibus nec in propatulo habere dictum[t] testantibus, illa[u] conspicit duos iuvenes superius visos ad se venire, et si iam abire velit, sciscitare[v].

Cap. 10. *A* 1*b*. *c*. 2. *B* 1*a*. *Cap.* 11. *A* 1*b*. *c*. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 10. a) victoria *B* 1*a*. b) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; *om. A* 1*c*. 2. c) *ita A* 1*c*. 2; cuius *A* 1*b*. *B* 1*a*. d) Explicat vita beati Eustasii abbatis *subscr. B* 1*a*.

Cap. 11. a) *lemmata:* Incipit liber tertius *A* 2*a*; Incipiunt miracula, quae gesta sunt in monasterio virginum, quod est Evoriacas *A* 1*c*; Incipiunt miracula virtutum, quae in monasterio Evoracis Dominus famulabus suis ostendere dignatus est *B* 1*a*; Incipit vita beatissimae Burgundofarae abbatissae et revelationes quasdam, quas in suo coenobio ostensae fuerant, quod ex regula sancti Columbani construxerat *A* 1*b*. *Praescriptionem capitis ex laterculo supplevi; numeri ab I. incipiunt A* 1*b*. *c*. b) Burgundoforae *A* 1*c*. 2*a*, *ut infra*. c) Eboriacas *A* 1*b*. d) retineret *A* 1*b*. 2*a* *(ubi* d. *om.)*; teneret *A* 1*c*. *B* 1*a*. e) *ita B* 1*a*; e *rell.* f) Sistrudis *A* 1*c*. g) *ita A* 1*b*; celleraria *rell.* h) *ita B* 1*a*; revelationem *rell.* i) ut — imperat *A* 1*b*. 2*a*; (ut *om.*) — imperatur *A* 1*c*. *B* 1*a*. k) *ita A* 1*b*. *c*; fluenti: *A* 2*a*; fluenti *(B* 1*a)*. l) *ita A* 1*b*. *c*; que *om. rell.* m) discissionibus *B* 1*a*. n) angelici *pr. m. B* 1*a*. o) inserta *B* 1*a*. p) e. g. tr. *om. A* 1*c*. q) rursus *B* 1*a*; *om. A* 1*c*. r) ut — exitum *om. A* 1*b*. s) siccitatem *A* 1*b*. t) *om. A* 1*b*. u) ill: *corr.* illa *B* 1*a*. v) *ita A* 1*b**; sciscitari *A* 1*c*. *B* 1*a*; suscitare *A* 1*b*; sciscitantes *A* 2*a*.

cessoris eius concluditur, quod primus Ludovicus Havet, 'La date d'un ms. de Luxeuil' p. 12 *('Oeuvres' I, p. 98) recte definivit.* 1) *Supra II,* 7. 2) *V. supra p.* 117, 20.

At illa ovans: 'Vadam', inquid, 'hinc, domini mi[a], vadam nec amplius in hac vita erumnis plena detinear, sed fulvae lucis[b] rursus de qua redii reddar'. Sciscitante ergo matre Burgundofara, quibus talia depromeret dicta: 'Non', inquid, 'cernis viros stola indutos astare, qui me nudiustertius ad caelos vexerant, et nunc paratus[c] esse me eo itinere reducere[d]?' Miranti matre[e] et omnibus circumadstantibus ultimum vale dicens, praesentis[f] vitae privata est. Intendentibus ergo in eius exitum omnibus, choros angelicos omnes audiunt concinere et dulcia modolamina[g] aera deferri, metusque simul ac gaudia omnes perculere, egresseque foras[h] cellulam, qua exubiae[i] tenebantur, quantum auris valuit humana pertingere, voces semper angelicas audierunt canentes. Hanc primam huius coenubii exhortationem Dominus famulabus suis voluit demonstrare, ut ceterae, quae superstites essent, omni intentione ad cultum religionis aspirarent.

12[a]. De conversatione Gibitrudis et vitae[b] exitu.

Aliaque[c] rursus post haec oritur exhortatio. Quaedam etenim virgo Gibitrudis[d] nomine[e], genere et religione nobilis[f], ad[g] supradictum coenubium conversa e[h] saeculum petiit, quam velut munus gratum ovans monasterii mater Burgundofara recepit[i]; erat enim ei[k] consanguinitate proxima. Quae tanti ardoris igne efferbuerat[l], ut in omnibus sancti Spiritus gratia in ea videretur flagrare. Nam cum adhuc paterna detineretur domo, et Spiritu sancto monente, se cultui religionis dicare[m] vellet, postulat patri[n] matrique, ut sibi oratorium, quo suo conditori exhiberet famulatum, construerent. Sed cum[o] aegre parentes ferrent, — erant enim ambo ex genere Francorum nobiles, — nec prorsus eo itinere quae[p] ad regna perducit caelorum nitebantur ingredi, sed fulciri[q] magis saecularibus desiderabant faleramentis et ob hoc sobolem magis desiderabant e filia, quam sua caelo[r] tradere pignora. Sed cum nullatenus puellae animum ab hac intentione immutare valerent, obtemperantes eius votis, parvum admodum oraculum[1] construunt. Quod[s] cum die noctuque puella frequentaret, coepit contra eam callidi hostis versutia tela iacere[t], adgressusque per baiolam[u], inpedimenta parare ac[v], ne ut oratorium frequentaret, prohibere. Sed cum se angi puella cerneret[w], coepit conditoris clementiam quaerere, et[x] quae sibi frequentiam orandi prohiberet atque lumen animae vellet[y] extinguere, ipsa ab externo[z] privaretur. Nec morata[a] divina pietas! Mox dolore oculorum perculsa necessarium[b] caruit lumen, geminavitque

Capp. 11. 12. *A* 1*b. c.* 2*a.* *B* 1*a.*

Cap. 11. a) mei *A* 1*c*; me: *corr.* mei *B* 1*a.* b) *ita pr. m. B* 1*b*; luci *rell.* c) *ita A* 1*b*; paratos *rell.* d) *ita A* 1*b.* 2*a*; perducere *A* 1*c. B* 1*a.* e) *ita A* 1*b*; matri *rell.* f) *ita A* 1*c (ubi* luce *post* v. *add.). B* 1*a*; pr(a)esenti vita *A* 1*b.* 2*a.* g) *add.* in *A* 1*c. B* 1*a*, per *A* 2*a*; m. aere *A* 1*b.* h) foris *A* 1*b.* i) exuviae *A* 1*b*; excubi(a)e *rell.*

Cap. 12. a) *praescriptiones habet solus B* 1*a, ubi numeri desunt.* b) et exitu eius *B* 1*a.* c) que *om. B* 1*a.* d) Gebitrudis *A* 1*b*; Gybitrudis *A* 2*a*; *item infra.* e) in *add. A* 1*b.* f) nobiles *B* 1*a.* g) *ita A* 1*b*; *eras. A* 2*a*; *om. A* 1*c. B* 1*a.* h) *ita B* 1*a*; e saeculo *A* 1*c*; a saeculo *A* 1*b.* 2*a.* i) recipit *A* 1*b.* k) *om. A* 1*c*; et *A* 1*b.* l) ferbuerat *A* 1*b.* m) dicari v. *A* 1*c*; v. dicari *B* 1*a.* n) *ita A* 1*c.* 2*a*; patrem matremque (que *om. A* 1*b*; *non A* 1*b*[3]) *A* 1*b. B* 1*a.* o) *pr. m. superscr. A* 2*a. B* 1*a.* p) *ita A* 2*a. B* 1*a*; quod *A* 1*b. c.* q) fulgere *A* 1*b.* r) *om. A* 1*b.* s) Quo *A* 1*b.* t) iactare *B* 1*a*; t. i. *om. A* 1*b*; t. i. a. q. *om. A* 1*b**. u) lan(a)e *h. l. add. A* 1*b**, *post* parare *A* 1*b.* v) (ac ne *om.*) ut (cum *add. A* 1*b**) ad o. *A* 1*b. b**. w) *om. A* 1*b*; sentiret *A* 1*b**; conspiceret *A* 1*b*[3]. x) *expectes* ut. y) velit *B* 1*a.* z) *ita A* 1*c. B* 1*a (ubi* lumine *add.)*; aeterno *A* 2*a*; hoc *A* 1*b*; lumine *pro* ab e. *A* 1*b**. a) est *add. A* 1*c*; moratur *A* 1*b.* b) *ita B* 1*a*; necessario c. lumine *rell.*

1) *Aedes sacra; cf. Ducange s. v. oraculum.*

parentum metum arbiter clemens patremque eius febribus corripuit. Qui quamvis nobilitate tumens, tamen ex filiae exemplo iam ad timorem divini cultus aspirabat postulatque filiam, ut pro genitore Dominum oret, et si sospitati per eius intercessione[a] reddatur, in omnibus se post eius voluntati pariturum. Nec defuit fideliter poscenti[b] salus diu[c] dilata, amotaque[d] igne febris, pristinae est mox genitor redditus sanitati, ac deinceps puella postulat, ut ad supradictum coenubium venire queat.

Quo cum vitam religiosam per multa annorum spatia peregisset, evenit, ut quodam in tempore praefata Burgundofara febribus corriperetur ac praesentis vitae nexibus crederetur dissolvi. Quod Gibitrudis cernens, matrem monasterii in extremo positam esse, anxia basilicam ingressa, Dominum flebilibus postulat vocibus, ut antiquam reminiscens misericordiam matrem mori non sinat, sed prius se recipiat ac sodales suas caelo recondat, sicque demum matrem subsequi iubeat; auditque[e] vocem post lacrimas desuper dicentem: 'Vade, famula Christi; ut enim petisti, obtinuisti. Illa etenim[f] sospes superis adhuc iungitur[g]; tu vero prius[h] e carnis vinculis dissolveris'. Nec morata diu, febre corripitur ac supremis functa horis[i] animam reddidit[k]. Cumque iam suscepta ab angelis supra[l] aethera[m] veheretur, et ante tribunal aeterni iudicis posita, candidatorum — ut ipsa post referebat — catervas conspiceret[n] omnemque militiam caeli[o] ante gloriam aeterni iudicis astare conspiceret, audit[p] a throno vocem dicentem: 'Revertere, quia adplene[q] saeculum non reliquisti. Scriptum est enim: *Date et dabitur vobis*, et alibi in oratione: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*. Non enim[r] dimisisti sodalibus totum, quia tibi inlatas molestias retinuisti. Meminiscere[s], te adversum tres conpares laesos portasse animos nec omnino indulgentiae medicamine vulnus ex totum[t] inlatum sanasse. Corrige ergo mores, compone animos, quos tepore vel neglegentia[u] maculasti'. Mirum dictu! Rediens ac vitae pristinae reddita, tristibus lamentis inlatam depromsit sententiam reatumque[v] suum[w] confitetur sodalesque vocat, adversum quas motus[x] animos deportarat, veniamque poscit[y], ne de[z] tacita dolositate damna incurrat vitae aeternae. Sexque mensibus sanitati reddita post praesenti vixit in aevo, correptaque post febre, diem exitus sui praedicit horamque abeundi de mundo praenuntiat. Quae ita felicem exitum peregit, ut intra cellulam, qua corpus iacebat exanime, balsama crederes desudare; quod omnium[a] qui eo tunc ibi fuimus in tempore magnum paravit[b] miraculum. Sed et tricesimo die, cum eius commemorationem ex more ecclesiastico[c] facere conaremur et missarum sollemnia celebraremus, tanta flagrantia ecclesiam replevit, ut omnium unguentorum ac pigmentorum odores[d] crederes adesse. Merito etenim rerum sator hic sibi[e] dicatas animas suis muneribus facit effulgere, qui ob suum amorem nullatenus voluerunt saeculum diligere vel amare[f].

Luc. 6, 38. — Matth. 6, 12.

Cap. 12. *A* 1*b*. *c*. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 12. a) *ita B* 1*a*; intercessionem *rell.* b) poscentis *B* 1*a*. c) *om. B* 1*a*. d) *ita B* 1*a*; amotoque *rell.* e) *ita A* 1*b*. 2*a*; audivitque *A* 1c. *B* 1*a*. f) enim *A* 1*b*. g) iungetur *B* 1*a et m. al. A* 2*a*. h) *pr. m. superscr. B* 1*a*; proprię c. e v. *A* 1*b*. i) *om. A* 1*b*. k) reddit *B* 1*a*. l) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; super *A* 1c. 2*a*. m) aetherem *A* 1*b*. n) conspexerit *A* 1*b*, *ut infra*. o) m. angelicam a. gl. caeli aet. *A* 1*b*; angelicam m. (c. *om.*) a. gl. et. *A* 1*b**. p) *ita A* 1*b*. 2*a*; audivit *A* 1c. *B* 1*a*. q) plene, *om.* ad *A* 1*b*. *c*. r) *om. B* 1*a*. s) Reminiscere te adversus *A* 1*b*. *c*. t) *ita B* 1*a*; toto *rell.* u) neglegentiae *pr. m. corr.* neglegentia *B* 1*a*. v) statimque *A* 1*b*. w) suum — sodalesque *om. A* 1*b*. x) *ita A* 2*a*; motos *rell.* y) deposcit *B* 1*a*. z) *om. A* 1*b*. a) omnibus qui (eo *om.*) *A* 1*b*. b) *ita A* 1*b*. *b**. *c*.) *B* 1*a*; paruit *(A* 2*a)*. c) r u s t i c o *A* 1*b*. d) p. putarent flatus adesse *A* 1*b*. e) sic *add. h. l. A* 1*b**, *post* d. *A* 1*b*. f) amari *A* 1*b*.

13. De Ercantrudis vita et obitu.

Quaedam etenim puella intra infantiae[a] annos detenta, Erchantrudis[b] nomine, parentibus nobilibus, in supradictum monasterium conversa introiit. Quo cum per[c] multos annos vitam religiosam ageret, evenit, ut eam iustus arbiter per praesentis corporis poenas probare[d] vellet, tantaque tenera aetas flagella sustinuit, ut exemplum in eam[e] Iob ex poenarum immanium multitudine crederes[f] redundare. Sed mira in iuvenili aetate patientia repperiebatur, mira virtus humilitatis, mira mansuetudo, mira pietas, mira lenitas, mira caritas[g]. Pollebat inter poene incendia virtus animae[h], manebat inconcussa fides, immobilis bonitas, inconparabilis lacrimarum ubertas; in quantum corpus angebant poene[i] illate, tantum animam[k] laetificabat spes gaudiorum et exultatio vitae aeternae. Tanta custodia matris enutrita intra coenubii fuit septa, ut nullatenus inter[l] sexuum noverit diiudicare naturam; aequae enim marem ut feminam putabat, aequae feminam ut marem. Exemplum enim erat omnibus uberis[l*] conversatio, patientiae virtus, pietatis[m] cultus, lenitatis affectus. Cumque[n] omnibus grata esset, evenit, ut contra tenorem regulae aliquid ageret. Cumque obiurgata a praefata matre fuisset, ut admissae noxae culpam lueret, et quoadusque[o] paenitentiae interdictae normam implesset, se a corpore Domini privaret, cumque[p] illa sacri corporis privatione interdictu[q] audisset, gravibus ictuata[r] vulneribus, flere coepit. Erat enim in crastinum sacrata[s] sollemnitas beati antestitis Martini transitus. (Nov. 11.) Pervigilans ergo ea nocte et ablutionem culpae exorans, ne tanti damni incurreret causam, ut a corpore Christi sua culpa segregaretur, meruit tandem post lacrimas et uberes rugitus[t] ac crebra suspiria veniabilem consolationem a Domino habere: 'Vade', inquit, 'et in hac die reconciliare corpore[u] Christi, quia delictum pro quo postulasti dimissum est tibi, matrique indicans, patefacito quod dixi'. Quod mane per confessionem humilem matri patefecit, sacroque corpore[v] reconciliata, religiosam postmodum vitam peregit.

Ac post multorum circulo[w] temporum, cum iam eam creator omnium caelo condere[x] voluit, igne[y] febris corripuit; cumque iam in extremis esset[z], ait: 'Cito concurrentes[a] unam e vobis mortuam segregate atque a ceterarum consortio deicite[b]; non enim dignum est, ut quae crucifixae mundo Christo[c], non sibi vivunt, mortuam et a vita segregatam se[d] inter retineant[e]'. Cumque omnes inter se conquirerent, et quidnam dicere vellet, sciscitarent[f], una eorum[g] confusa ac terrore perculsa[h], solo prosternitur suamque noxam confitetur ac in omnibus emendaturam[i] pollicetur. Erat enim saeculo vacans, et foris saecularem vitam desiderans,

Cap. 13. *A* 1*b. c.* 2*a. B* 1*a.*

Cap. 13. a) innocenti(a)e *A* 1*b. b**. b) *ita A* 1*b. B* 1*a*; Erchandrudis *A* 1*c*; Herchantrudis *A* 2*a*; *item infra.* c) (p. m. *om.*) annis (paucis *add. A* 1*b**) *A* 1*b. b**. d) *ita A* 1*b.* 2*a*; probari *A* 1*c. B* 1*a.* e) *ita A* 1*c. B* 1*a*; ea *A* 1*b.* 2*a.* f) credere *B* 1*a.* g) caritas. Pollebat *A* 1*b.* h) animae. Manebat *A* 1*b.* i) (p. *om.*) inlata *A* 1*b.* k) *ita A* 1*b.* 2*a*; animum *A* 1*c. B* 1*a.* l) *ita A* 1*b.* 2*a*; intra *A* 1*c. B* 1*a.* l*) *ita codd. pro* uber; *cf. infra p.* 138, 6. m) pietas cordis, voluntatis affectus *A* 1*b.* n) Cumque — privaret *om. A* 1*b.* o) quousque *B* 1*a.* p) que *om. A* 1*c. B* 1*a.* q) *ita B* 1*a*; interdictum *rell.* r) ut tacta *A* 1*b*; ictu *B* 1*a*; icta *A* 1*c.* s) sacra *A* 1*c. B* 1*a.* t) luctus *A* 1*b.* u) *ita A* 1*b*; corpori *A* 1*c. B* 1*a*; *om. A* 2*a.* v) *ita A* 1*b*; corpori *rell.* w) *ita pr. m. A* 2*a*; circulum *rell.* x) *ita A* 1*b.* 2*a*; recondere *A* 1*c. B* 1*a.* y) *ita infra p.* 143, 11; igne a febrę *A* 1*b*; ignea febris *A* 1*b*[3]; ignis febris *A* 2*a*; ignis (eam *add. A* 1*c*) febrium *A* 1*c. B* 1*a.* z) circumstantibus *add. A* 1*b.* a) *ita A* 1*c. B* 1*a*; currentes *A* 1*b.* 2*a.* b) *ita A* 1*b.* 2*a*; eicite *A* 1*c. B* 1*a.* c) *ita A* 1*b*[3]*. c. B* 1*a*; Chr. *om. A* 2*a*; quae se cr. erunt (crucifixerunt *A* 1*b**) m. et Chr. *A* 1*b. b**. d) *ita A* 2*a. B* 1*a*; inter se *A* 1*b. c.* e) teneant *A* 1*b*; habeant *A* 1*c.* f) *ita A* 1*b*; scis(s)citarentur *rell.: item infra.* g) *ita A* 1*b. c. B* 1*a*; earum *A* 2*a.* h) conpulsa *B* 1*a.* i) emendaturum *A* 1*b*, *corr.*

nec mortificationi[a] omnino praebebat studium, sed tota vivebat saeculo. Post haec Erchantrudis cum iam nox atra inruisset[b], et pulsa luce, orbem teneret, in cellula qua iacebat lumen ignis rogat extinguere. Cumque ceterae sciscitarent, quid dicere vellet: 'Non videtis', inquit, 'quantus splendor adveniat et choros canentium[c] non auditis?' Quaerentes ille, quae concinere audiret, illa ait: '*Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in aeternum*[d] *misericordia eius. Confitemini Deo deorum, quoniam in aeternum misericordia eius*, vel cetera quae subsecuntur, haec omnia[e] ora concinunt'. Admirantibus ergo omnibus, tam matre[f] quam sodalibus[g] ultimo[h] vale dicens, emisit spiritum, ac post felicem exitum caelo reddita, aeterna promeruit gaudia possidere et ex praesentibus poenis lucra capere vitae aeternae.

Ps. 135, 1. 2.

14[a]. De obitu[b] Augnofledis et cantus[c] angelicos.

Aliaque[d] eo in[e] tempore Christi virgo nomine Augnofledis[f], cum extremos alitus dimitteret et pro damno praesentis vitae lucra caperet vitae aeternae laetaque[g] carnis nexibus separaretur, similes meruit exiens de aevo habere cantus[h] sui exitus. Nam aperte[i] auribus quae procul ab eius exubiis[k] aberant audierunt canere cantus et in has[k] voces prorumpere: *Asperges me ysopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et laetitiam, et exultabunt ossa humiliata.*

Ps. 50, 9. 10.

15. De Deurechildae[a] adulescentula et obitu eius.

Cumque[b] rerum reppertor maiestatis suae ornamentum iustas[c] per animas ac innocentiae munere plenas per saeculorum vices accumulare non desinit, videlicet[d] ut renovandi hortaminis religionis accrescat supplementum, evenit, ut supradicto in coenubio quaedam adulescentula nomine Deurechildis[e] cum genetrice converteretur; multisque diebus supradicto in coenubio peractis, genetricem temptator adgressus, ut coeptum carpendi iter ad caelestia regna praepediret[f]. Sed quod genetrix inbecillitate abacta fragilitati[g] obtemperabat, vice versa malorum coacervationem[h] adulescentis filiae correptio dissipabat[i]. Cumque iam per multa temporum curricula mens adulescentiae annis dedita uberes fructus[k] redderet conditori, quadam die vidit caelos apertos, et aeternum rerum satorem aspectibus contemplata, aequae caelestis claritatis lumine intenta audire meruit: 'Veni ad nos, et corporis nexibus absoluta, aeternam[l] suscipe claritatem'. Quod cum hae qui[m] aderant mirarentur, quid rei gestae veritas[n] haberet, vel quae intendentis[o] ad caelum oculi aspicerent, nec omnino, palpebris moventibus, quid[p] oculi contemplarentur, cognoscerent, ait se sursum[q] vocari et a presentis[r] vitae nexibus

Capp. 13—15. *A* 1*b*. *c*. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 13. a) mortificationem *B* 1*a*. b) irruisse *B* 1*a*. c) *ita A* 1*b*. 2*a*; psallentium *A* 1*c*. *B* 1*a*. d) *ita A* 1*b*³. *c*. *B* 1*a*; saeculum *A* 1*b*. 2*a*; *εἰς τὸν αἰῶνα LXX*. e) omnium *A* 1*b*. *c*. f) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; matri *A* 1*b*. 2*a*. g) consodalibus *A* 1*c*. 2*a*. h) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; ultimum *A* 1*b*. 2*a*.

Cap. 14. a) II. *A* 1*b*. b) A. o. *B* 1*a*. c) cantu angelico *B* 1*a*. d) *ita A* 2*a*. *B* 1*a*; Alia quoque *A* 1*b*. *c*. e) in eo *A* 1*b*. f) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; Aunofledis *A* 1*b*. 2*a*. g) a *add*. *A* 1*b*. 2*a*. h) s. c. e. *B* 1*a*; c. in exitu *A* 1*b*. i) apertis *A* 1*b*. k) excubiis *A* 1*b*. 2*a* (*ubi om*. aberant — has).

Cap. 15. a) *praescr*. De Deurechlidae obitu et caeli apertione *B* 1*a*. b) *ita A* 1*b**. *c*. *B* 1*a*; Dumque *A* 1*b*. *b*³. 2*a*. c) iustorum *A* 1*b*. d) ut v. *B* 1*a*. e) Deorehildis *A* 2*a*. f) perpediret *B* 1*a*. g) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; fragilitate (?) *m. al. corr*. fragilitatis *A* 2*a*; a. fr. *om*. *A* 1*b*. h) coacervitatem *B* 1*a*. i) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; dissiparet *A* 1*c*. 2*a*. k) *bis scr. erat B* 1*a*. l) aeterna *B* 1*a*. m) *ita pr. m*. *A* 2*a*; quae *rell*. n) veritatis *A* 1*b*. o) *ita A* 1*b**. *c*. *B* 1*a*; intendentes *A* 1*b*. 2*a*. p) quod *A* 1*b*. q) rursum *A* 1*b* (*non A* 1*b*³). r) presentibus *A* 1*b* (*non A* 1*b*³).

absolvi; erat enim dies sabbati. Inlucescente ergo in crastinum die dominico, febre correpta, adulescentula suppremum expectabat[a] exitum[b]. Videns anxia genetrix incumbentem unicae prolis exitum, inter singultus ac gemitus filiam poscit, ut si valeat impetrare, superis reddatur; aut si suae vitae metam suppleat, se cito de hac vita post se ducturam[c], nec posse se post eius vivere exitum. Ad haec illa: 'Carnalibus', inquit, 'haec crebro deposcens desideriis stimularis; ego tamen, si valuero, tuis obsecrationibus favens, post digna paenitentiae medicamenta post me te, Christo favente, adtraham'. Nec mora, in extremis horis posita, monasterii matrem postulat. Cumque festina mater ad egressuram de mundo animam extremos honores dependere advenisset, conspicatam[d] eam, puella ovans gratulatur, ac ei omnibusque valedicens, genetricem commendat; inter quae postulat, ut silentium habeant. Cumque omnes, facto silentio, expectarent animae egressum, illa ait: 'Date locum, creator meus ad me venit, salvator meus ad me properat', imperatque matri, dominicam orationem simbolumque dicere iuvaret[e], quia ipsa, trementibus labiis, immobili effamine exprimere verba nequiret. Quibus peractis, nimia amoenitate ac inlustratione cellula renitente, animam ovans reddidit creatori. Nec mora genetrix corripitur quadragintaque dierum corporis[e*] spatio flagellatur, ac impleto quadraginta dierum circulo, primum terribilibus daemonum aspectibus territa est, deinde largitoris ope consolata, veniam se intercessu filiae meruisse fatetur[f] animamque deinceps carnis[g] nexibus solutam caelo reddidit. Quippe datur intellegi, ut qui[h] suis meritis non valuit saeculi evadere ruinas, interventu filiae[i] meruit paenitendo in parvo spatio per poenas inlatas salvari.

16. De Domma et duabus adulescentulabus et radio micante in ore viso[a].

Si[b] ea quae ad profectum vel augmentum perfectorum vel[c] etiam ad emendationem delinquentium inserimus[d], nequaquam nos non necessarias res quispiam iudicet compilare[e]. Nulli quippe dubium est, quod aliorum damna plerosque monendo[f] ad capienda lucra vigilantiores reddant.

Quadam[g] etenim die dominico[h] cum missarum sollemnia saepefata Burgundofara cum famularum Dei collegio expectaret, et iam sacri corporis communione participarentur, quaedam ex his nomine Domma[i], cum iam corpus Domini accepisset ac[k] sanguinem libasset, et sacro choro inserta, cum comparibus caneret: *Hoc*[1] *sacrum corpus Domini et salvatoris sanguinem sumite*[l] *vobis in vitam perennem*, in ore eius globus igneus candido fulgore rutilans micabat. Sed cum a nulla adstante[m] ignis inlustratio perspiceretur, duae infantulae comminus adstantes, quas innocentia immaculatas reddebat, conspicantur[n] radios ab ore supradictae

Capp. 15. 16. *A* 1*b. c.* 2*a.* *B* 1*a.*

Cap. 15. a) expectat *A* 1*b. c.* b) *om.* *A* 1*b.* c) *ita* *A* 1*b.* 2*a*; ducendam *A* 1*c.* *B* 1*a.* d) *ita* *B* 1*a*; conspicata eam *A* 1*b*; conspecta ea *A* 1*c*; conspicit eam *A* 2*a.* e) *ita* *A* 1*b.* 2*a*; iuberet *A* 1*c*; iubet : : *B* 1*a.* e*) *suppleas* infirmitate; *cf. infra p.* 137, 1. f) *ita* *A* 1*b.* 2*a*; testatur *A* 1*c.* *B* 1*a.* g) carnibus *B* 1*a.* h) *ita* *A* 2*a.* *B* 1*a*; quae *A* 1*b. c.* i) prolis *A* 1*b.*

Cap. 16. a) *om.* *B* 1*a.* b) Sive quae *A* 1*b.* c) sive *pro* vel e. *A* 1*b.* d) inseruimus *A* 1*b.* e) compul. (?) *corr.* compil. *A* 2*a*; copulare *A* 1*b.* f) *ita* *A* 1*b* *et e corr.* movendam (?) *A* 2*a*; movendo *A* 1*c.* *B* 1*a.* g) Quodam *A* 1*c.* h) dominica *A* 1*b.* i) *ita* *A* 1*b.* *B* 1*a*; Domna *A* 1*c.* 2*a*, *ut infra.* k) et s. bibisset *A* 1*b.* l) *ita* *A* 1*b*[3] *cum rell.*; sum tua nobis *A* 1*b*; sumptum a nobis *A* 1*b**. m) astantē (?) *pr. m.* *B* 1*a.* n) conspicate *A* 1*b*; conspiciunt *A* 1*b**.

1) *Sunt verba Antiphonarii monasterii Benchorensis, ed. Muratori, Anecd. bibl. Ambros. IV*, 158; *cf. Seebass, Dissert. p.* 26.

inter cantus modulamina[a] eximio fulgore micare, nec prorsus silere scientes, dicere mirantes coeperunt: 'Aspicite, aspicite rutilantem globum ab ore Dommae micare'. Quod cum mater audiret, increpando imperat silere, ne vanitatis noxa — sicut actum est — eius corda[b] fuscaret, per cuius os affluens[c] gratia lumen reddebat amoenum. Sed mens fragilitate corrupta coepit post Spiritus sancti lucra elationis vel superbiae stimulos amare, contumaciae crimen incurrere[1], arrogantiae supercilium praeferre[d], ita ut matrem contemneret, sodales dispiceret et omnium monita sperneret. Nec mora, febre correpta ac in extremum deducta, nec sic studuit emendare[e]. Hae vero qui[f] viderant, una eorum[g] nomine Ansitrudis dolore capitis, alia febrae correpta, atque ad extremum deductae, suppremum expectabant exitum. Cumque iam adessent sodalium cohortes et ad[h] psallendi officium in eorum[i] exitu[k] se praepararent, coepit una earum inaudita auribus humanis carmina ac dulcia modulamina pio ore canere, orare conditorem miris sermonibus, inauditis precibus, ineffabilibus sacramentis, odorque simul cellulam replens mirae suavitatis. Eratque[l] hora diei nona, qua odor suavis[m] cellulam[n] repleverat. Balsami odor[o] flagrabat e pectore, sicque per totam supervenientem noctem, sic per subsequentem diem usque ad[p] aliam horam nonam et odoris suavitas[q] et cantus modolamina perseverarunt[r]. Deinde matrem canere poscunt[s] seque[t] abituras praedicunt[u], amissoque[v] deinde spiritu, cum eorum[w] amissione recessit et odor flagrantiae. Hoc nempe indubitanter credendum[x], quod gloriam hanc boni exitus, quem[y] istae habere meruerunt, supradicta Domma habuisset, si per elationis ac arrogantiae vitium ferendo[z] non perdidisset.

17. De Wilsindane et prophetia eius et cantus angelicos.

Aliaque[a] deinceps hortamina huius[b] gloriae supradicto coenubio adorta[c] sunt[d], ut per apparitionem[e] pietatis divinae uberius amarentur lucra vitae aeternae. Quaedam etenim ex genere Saxonorum[f, 2] Willesuinda[g] nomine in eorum[h] monasterio est conversa. Quo cum per multos annos vitam religiosam egisset, quadam die cum[i] in horto[k] intra monasterii septa laboraret, cum sodalibus locuta est: 'Cito a nobis qui[l] in hac area[m] holus excolimus una itura est', et ideo paratas esse debere, ne neglegentia tepiditatis pariat damna vitae aeternae. Cumque ille que-

Capp. 16. 17. *A* 1*b*. *c*. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 16. a) modulaminis ex nimio *A* 1*b*. b) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; cor *A* 1*c*. 2*a*. c) affluentis *B* 1*a*. d) *ita A* 1*b*³ *cum rell.;* proferre *A* 1*b*; perferre *B* 1*a*. e) *ita A* 1*b*. 2*a*; emendari *A* 1*c*. *B* 1*a*. f) *ita pr. m. A* 2*a*; quae *rell.* g) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; earum *A* 1*c*. 2*a*. h) *om. B* 1*a*. i) earum *A* 1*b* *(non A* 1*b*³*)*. k) exitum *B* 1*a*. l) que *om. B* 1*a*. m) *ita A* 1*b*; suavissimus *A* 1*c*. *B* 1*a*; *om. A* 2*a*. n) cellam *A* 1*c*. *B* 1*a*. o) odore (*ita B* 1*a*; odor earum *A* 1*c*) fraglabat *A* 1*c*. *B* 1*a*. p) *ita A* 1*b*. 2*a*; in *A* 1*c*. *B* 1*a*. q) suavitatis *B* 1*a*. r) *ita B* 1*a*; perseveraverunt *A* 1*c*; perseverant *A* 1*b*; ut odoris — perseverarent *A* 2*a*. s) possunt *B* 1*a*. t) se iam a. *A* 1*b*. u) *ita A* 1*b*³. *c*. *B* 1*a*; praedicut *A* 1*b**; praedicant (*A* 2*a*); predicabant *A* 1*b*. v) emissoque *A* 1*b*. *c*. w) *ita A* 1*b*; eius *A* 2*a*; ea *A* 1*c*. *B* 1*a*. x) *ita A* 1*b*. *c*; est *add. A* 2*a*. *B* 1*a*. y) *ita A* 1*c*. *B* 1*a*; quam *A* 1*b*; quae *A* 2*a*. z) *ita A* 1*b*³. *B* 1*a*; serendo *A* 2*a*; se efferendo *A* 1*c*; se praeferendo *A* 1*b*.

Cap. 17. a) que *om. A* 1*c*; Alia quidem d. *A* 1*b*. b) hortamina his gl. *A* 1*c*. 2*a*. *B* 1*a*; hortaminis gloria *A* 1*b*. c) orta *A* 1*c*. *B* 1*a*. d) est *A* 1*b*. e) apparitionis *B* 1*a*. f) Saxonum *A* 1*b*. *c*. g) *ita A* 1*c*; Willi | lesinda *A* 1*b*; Willesinda *A* 1*b**. 2*a*; Wilesinda *B* 1*a*. h) earum *A* 1*c*. *B* 1*a*; eodem *A* 1*b*. i) dum *A* 1*b*. k) ortum *pr. m. A* 2*a*. l) *ita A* 1*c*. 2*a*. *B* 1*a*. m) aera *B* 1*a*.

1) *Cf. Columbani Reg. mon. c.* 1: Qui autem contradixerit, contumaciae crimen incurrit; *Seebass, Dissert. p.* 41. 2) *Eorum scilicet qui in Britannia consederant. Monasteriis autem Gallicanis, Evoriacensi aliisque, filias ab Anglis traditas esse rettulit Beda III,* 8.

Cap. 24. a) esset (te *in litura*) i. *A* 1*a*; esset et i. *A* 1*b*; est te i. *A* 2*a*; esse i. *B* 1*a*. b) unum *pr. m*: *A* 1*a*. c) inde *A* 1*a*; *om*. *A* 2*a*. d) non se haberet *A* 1*a*; (se *om*.) non haberet *A* 1*b*. e) huis *B* 1*a*. f) credulitatis *corr*. crudelitatis *A* 1*a*; incredulitis *m. al. corr*. incredulitatis *A* 2*a*. f*) funibus *A* 1*a*. g) monachus (?) *corr*. monachum *A* 1*a*. h) (si *postea add*.) i. (*e corr*. iubet?) *A* 1*a*. i) diem (?) *corr*. die *A* 1*a*. k) sibi similem i. *B* 1*a*. l) eundem *pr. m*. *A* 1*a*. m) et advena, qui *A* 1*a*; a c. (ad *pr. m. in mg*.) quam *A* 2*a*. n) quondam *B* 1*a*. o) *om*. *A* 1*a*. p) *ita pr. m*. *A* 1*a*. q) *ita pr. m*. *A* 1*a*; incidet *pr. m. corr*. incidit *A* 1*b*, *et sic rell*. r) inmane:, *ras*. s *A* 1*a*; inmanibus *A* 1*b*; in manus *A* 2*a*. *B* 1*a*. s) ostium *A* 1*a*. t) palpatus *A* 1*a*. u) nullus (?) *pr. m*. *A* 1*a*. v) populis *A* 1*a*. w) *ita A* 1*a* (*pr. m*.). 2*a* (*pr. m*.). *B* 1*a*; abditus locus *A* 1*b*. x) anticip(a *m. al. in ras. maiore*)tus *A* 1*a*; antipatus *A* 2*a*, *corr*. y) *ita recte pr. m*. *A* 1*a*; loco e (*ita B* 1*a*; et *A* 1*b*. 2*a*) talibus (alibus *A* 2*a*) ictibus *rell*. z) exanimum *A* 1*b*; exam:e *pr. m*. *A* 2*a*. a) ::dentes *m. al. corr*. caedentes *A* 1*a*. b) auctoris scleres (*corr*. scleleris) *B* 1*a*. c) *ità A* 1*a*. *B* 1*a*; morari *rell*. d) p(rbt *m. al. in litura*) *A* 1*a*; presbiteros *A* 1*b*. e) *eras*. *A* 1*a*. f) *ita A* 2*a et m. al*. *A* 1*a*; monachus *A* 1*a* (*pr. m*.). *B* 1*a*; monachos *A* 1*b*. g) *ita A* 2*a*. *B* 1*a*; Arrianos *A* 1*a*. *b*. h) irruissent *A* 1*b*; incidisset *A* 2*a*. i) arreptus *B* 1*a*. k) *ita A* 2*a*. *B* 1*a*; a *A* 1*a*; ea *A* 1*b*. l) *m. al. in litura A* 1*a*. *B* 1*a*. m) depręss: *m. al. corr*. depręssū *A* 1*a*. n) s(u *m. al. in ras*.)scitare *A* 1*a*; sciscitare *B* 1*a*; sciscitari *A* 1*b*. 2*a*. o) *ita A* 1*a*; strato *rell*. p) incolumes *B* 1*a*. q) Cum quęrenti *m. al. corr*. Tum quęrenti *A* 1*a*. r) *ita A* 1*a*; sibi *A* 1*b*; ei *A* 2*a*; r. (nihil *m. al. superscr*.) (um *m. al. in litura*) quam mihi s. *B* 1*a*. s) acc(idit. sed *m. al. in litura*) nec *A* 1*a*. t) somnium *B* 1*a*. u) *ita pr. m*. *A* 1*a*; testatur *rell*. v) *om*. *A* 1*b*; aliquit in m. *B* 1*a*. w) s: *m. al. corr*. si *A* 1*a*. x) aliquit *B* 1*a*. y) evenire *pr. m*. *B* 1*a*. z) repetit *A* 1*b*; repedat *A* 2*a*. a) *ita B* 1*a*; Hic *A* 1*b*; Is *A* 1*a*. 2*a*. b) *ita recte A* 1*a*. 2*a* (*v. p*. 150, 6); patratum *A* 1*b*. *B* 1*a*. c) discessu *B* 1*a*. d) a Ticino (*m. al. corr*. Ticeno) m. *A* 1*a*; ab T. a monacho *A* 2*a*. e) å *A* 1*a*. f) clamans *A* 1*b et m. al*. *A* 1*a*. g) tali *B* 1*a*. h) Ebbob. *B* 1*a*.

monachis, quae ipse patraverat, committat, simili ultione[a] subiaceat, et qui Arrianorum persuasionibus adquiescat, tales iras iusti iudicis sentiat. Quod facinus videns miser Ariowaldus[b] divinitus manifestatum, confusus et metuens, ne sibi aliquid simile eveniat, ipsum quem[c] vis horrida torquebat[d] cum socios[e] ad beatum
5 Atalam dirigit precaturque[f] pro se, ut commissum malum ignoscat; se multo famulatu paratum esse, si eius dona vellint recipere. Videns beatus[g] Atala[g*] membri[h] sui iniurias divinitus vindicatas[i], rogat, ut cuncti pro pestiferum orent[k], utque[l] vis adversae[m] potestatis misero[n] ab homine pellatur[o]; nam munera impii hac[p] heretici hominis numquam in perpetuum suscipere respondit. Cunctorum
10 ergo[q] orationem[r] Dominus ad tempus pepercit; redditus sanitati, statim homo sospis rediit, sed vitae lucra non diu potitus[s]. Cumque metatu[t] suo resederet et ab aliis increparetur, quur hoc fecisset, insultantis voce dicit[u] se hoc[v] sponte fecisse; quid exinde[w] vellint[x]? Mox correptus igne febrium et inter poenas incendii clamitans, vitae[y] privatus est. Quem nequaquam iuxta aliorum sepulchra
15 sepelire ausi sunt, sed procul ab omnibus in quodam conspicuo loco, quo praetereuntes dicerent: 'Hic ille miser tumulatus iacet, qui Ebobiensi[z] monacho sua lascivia crudelitatem administravit'.

25[a]. De monacho Meroveo et ultione eius et obitu Agibodi monachi ac Theudoaldi et Baudachario et Leubardo.

20 Eodem itaque in tempore alius monachus Meroveus[b] nomine a beato Atala ad Dertonam[c] urbem directus pervenit ac ob conditionem quam[d] venerat longius ab urbe progressus ad quendam[e] villam super[f] Hiram[g. 1] fluvium accessit, in qua fanum, arboribus intersitis, progrediens vidit, allatoque[h] igni subposuit ac ex lignis congeriem in modum pyrae[i] coacervavit. Quod fani cultores cernentès,
25 Meroveum[k] adprehendunt[l] diuque fustibus caesum conlesumque ictibus in Hiram[m] fluvium dimergere conantur; sed monachum unda non audebat recipere, quamquam ille prorsus[n] tali pro causa mori paratus esset. Cumque cernerent non posse dimergi, quem Domini miseratio custodiret, fuit inter eos inane[o] consilium. Prosternunt[p] super undas Meroveum materiaque[q] desuper coacervant, ut inmane

30 *Capp.* 24. 25. *A* 1*a*. *b*. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 24. a) *ita A* 1*a*. 2*a*; ultioni *B* 1*a*; ultionis *A* 1*b*. b) Arivaldus *A* 1*a*, *corr.* c) ipsumque vis *B* 1*a*. d) torqueat *B* 1*a*. e) *ita pr. m. A* 1*a*. 2*a* (?); sociis *rell.* f) precaturum *A* 1*a*. g) beatas *A* 1*a*, *corr.* g*) Attala *A* 1*a*. h) mem :: sui *m. al. corr.* memor fr̄s sui *A* 1*a*. i) vindicatus *A* 1*a*; *om. A* 1*b*. k) *superscr. A* 1*a*. l) ut qu :: (*m. al.* que) *A* 1*a*; ut quod *A* 1*b*. m) adversa *A* 1*a*. n) mi :-
35 serae *A* 1*a*. o) pellat *m. al. corr.* pellatur *A* 1*a*. *B* 1*a*, *et sic A* 1*b* (*ubi* exitium *add.*). 2*a*. p) *om. B* 1*a*. q) ego *A* 1*a*, *corr.* r) orationum *B* 1*a et e corr. A* 2*a*. s) potius *pr. m. A* 1*a*; popitus *A* 1*b*. t) meta(tu *m. al. in litura*) *A* 1*a*; me(ę)tatui *rell.* u) dixit *A* 1*a*. v) *superscr. A* 1*a*. w) (ex *m. al. superscr.*)inde *B* 1*a*. x) velint *A* 1*b*; vellet *A* 2*a*. y) *ita B* 1*a*; vita *rell.* z) (E *in litura*)-bobiensi monacho *A* 1*a*; Bobiensi monacho *A* 1*b*; Ebbobiensi monachi *B* 1*a*; Ebobiensibus mo-
40 nachis *A* 2*a*.

Cap. 25. a) *c. II. incip. A* 1*b*. b) Meroutuus *semper A* 1*b*; Mereveus *semper A* 2*a*. c) Dertonem *A* 2*a*. d) *ita A* 2*a*. *B* 1*a*; qua *A* 1*a*. *b*. e) *ita B* 1*a*; quandam *rell.* f) *ita A* 1*a*. *B* 1*a*; supra *A* 1*b*. 2*a*. g) Hiran *B* 1*a*; Hyram *A* 2*a*; Ira *A* 1*a*. h) *ita A* 1*a*; allatumque ignem (igne *B* 1*a*) *rell.* i) *ita A* 1*a*; pire *A* 1*b*. *B* 1*a*; piri *A* 2*a*. k) Merove : um *A* 1*a*. l) adprehenderunt
45 *A* 1*b*; appdunt *m. al. corr.* apprehendunt *B* 1*a*. m) Hiran *B* 1*a*; Hili *corr.* Nili *A* 1*a*; Iram *A* 2*a*. n) m. prorsus t. pro c. *B* 1*a*. o) inani *pr. m. A* 1*a*; mane *A* 2*a*. p) prosternam *m. al. corr.* prosternamus *A* 1*a*. q) *ita B* 1*a*; materiamque (*sed* eriam *m. al. in litura A* 1*a*) *rell.*

1) *Iria fluvius hodie appellatur Staffora; cf. Forbiger, 'Handbuch d. alten Geogr.' p.* 397 [2].

pondus undis submittat. Cumque scelus satis factum crederent, relicto, ut rebantur[a], cadavere[b], ad metatus remeant. His abeuntibus, Meroveus nihil molestiae sentiens, incolomis[c] a fluvio surgit, disruptisque nexibus, sospis[d] Dertonam ingreditur ac post ad monasterium remeans pervenit. Moxque divina ultio, progrediente Meroveo[e], satellites perculit. Nam omnes qui in eo fuerunt consortio ad 5 hoc opus patrandum[f] diversis[g] sunt plagis adflicti; alios caecitas, alios ignis urens, alios contractio poplitum, alios omnium membrorum debilitas, diversi diversa perceperunt tormenta. Sed postquam compererunt[h], Meroveum sospitem[i] Ebobium[k] remeasse, quidam eorum aegri adducti pervenerunt[l]. Sed perpauci[m] ex eis per paenitentiae medicamenta evaserunt; reliqui omnes in eadem ultione 10 mortui sunt. Mirificum munus famulis suis rerum largitur[n] repertor, dum post damna carnis et corporis inrogatas[o] iniurias[p] et in praesenti vita per amminiculum roborat et in futuro post certamina coronando glorificat, quos hic praesertim ob suum nomen suscipere iniuriam sponte perspicit[q].

Aliorum[r] etenim monachorum in supradicto Ebobiense[s] coenubio felicem 15 vitam felicioremque exitum vidimus peregisse, qui diversa per exhortatione[t] superstitum[u] exeuntes de hac luce exempla reliquerunt. Ex quibus aliqua ponenda sunt[v], ut viventibus eorumque vitam imitantibus adhortatio crescat. Nam quodam in tempore, cum quidam monachus Agibodus[w] nomine, cuius etiam superius[1] fecimus mentionem, qui tempore beati[x] Atalae molinum monasterii gubernabat, in 20 extremis anxietatibus positus, sui exitus expectabat horam, cumque iam fratrum caterva adstaret, que exeunte[y] de mundo animae supremos rependeret honores, atque ex more ad psallendi officio[z] se praepararent, elapsa e corpore anima, vidit aeternam[a] lucem sibi paratam solemque rutilo fulgore[b] micantem. Cumque cerneret aieretque[c], se numquam talem solem vidisse, vel quae ei claritas adsimi- 25 lari[d] possit, unus ex celicolis ad eum accessit, sciscitatusque, quid adtonitus intueret, respondit solis fulgorem mirare nec se umquam similem vidisse. Ille ait: 'Noveris te hac die ad nos venire huiusque[e] lucis fulvae habitatorem[f] esse, et septies super hunc solem iustorum choris insertus[g] splendere. Reversus vale dic fratrum tuorum coetum et sic deinceps redies ad nos'. Reversaque anima in cor- 30 pore, vale ultimum[h] omnibus dicit. Cumque unus ex adstantibus interrogaret, quo diu ancipite[i] exitu moravisset, rei causam exponit, quid viderit, et quantam[k] sibi claritatem promissam esse, edisserit, et quod eadem hora iturus sit, denuntiat, tantum viaticum capere et valedicere fratribus regressus. Cumque sacrum corpus

Cap. 25. *A* 1*a*. *b*. 2*a*. *B* 1*a*. 35

Cap. 25. a) reba::tur, *ras.* re *A* 1*a*; arbitrabantur *B* 1*a*. b) cadavera *pr. m. A* 1*a*. c) incolomes *pr. m.* (?), *om.* a *A* 1*a*. d) *ita pr. m. A* 1*a*; sospes *rell.* e) Meroveum (?) *A* 2*a*, *corr.* f) patrandam *pr. m. A* 1*a*. g) diversi *B* 1*a*. h) compererant *A* 1*a*; comperunt *B* 1*a*. i) ad *add. A* 1*b*. 2*a*. k) Bobium *A* 1*b*. *B* 1*a*. l) pervenerant *A* 1*a*. m) per *eras. B* 1*a*; pauci *A* 1*a*. n) largitor *A* 1*a*. 2*a* *(pr. m.)*. *B* 1*a* *(ubi* rep. *deest)*. o) inrogatus *A* 1*b*. p) in iniur. (?) *pr. m. A* 2*a*. 40 q) *ita A* 1*a*; percipit *B* 1*a*; prescivit *A* 1*b*; cernit *postea add. A* 2*a*. r) *c. III. incip. A* 1*b*. s) *ita (?) pr. m. A* 1*a*; Ebobiensi *B* 1*a*; Aebobiensi *A* 2*a*; Bobiensi *A* 1*b*. t) exhortione *m. al. corr.* exorationes *A* 1*a*; exortationem *A* 2*a*. *B* 1*a*. u) spretum *m. al. corr.* precum *A* 1*a*. v) *m. al. in litura scr. A* 1*a*. w) *ita A* 2*a*. *B* 1*a*; Agibodis *A* 1*a*; Agiboldus *A* 1*b*. x) be(ati *m. al. in litura*) *A* 1*a*. y) *ita B* 1*a*; exeunti *rell.* z) *ita B* 1*a*; officia *rell.* a) aeterna *B* 1*a*. b) fulgorem *B* 1*a*. c) ageretque 45 *A* 2*a*; *om. A* 1*b*. d) adsimilare:, *ras.* t *A* 1*a*. e) que *suppl. A* 1*a*. f) habitatore (?) *pr. m. A* 1*a*. g) *corr.* insertum *A* 2*a*; insertis *A* 1*a*. h) o. u. *A* 1*a*. i) *ita pr. m. A* 1*a*; ancipiti *A* 1*b*. 2*a*; ancepti *B* 1*a*. k) quanta s. claritas promissa esset *A* 1*a*.

1) *Supra II*, 2.

Domini sumpsisset omnibusque dedisset osculum[a], postulat, ut caritatis officium corpori[b] dependant. Prosecutaque[c] est mox finis[d] promissionem, felicemque exitum habens, solum desiderium viventibus reliquid. Hoc tantummodo[e] remunerator sanctorum posteris relinquere voluit ad exemplum, ut qui eius coronam 5 ante[f] exitum promissam cognovissent, eius puritatis et[g] religionis in omnibus imitatores essent. Fuerat enim his a pueritia sub regularis disciplinae norma[h] eruditus, sub beato Columbano e saeculo conversus, simplex et omni bonitate inter fratres habitus, oboedientia et religione pollens, malitia omnino iuxta euangelium parvulus extitit. Quid namque fuerit[i], quod clementissimus rerum creator exeunti 10 de mundo monstrare[k] voluit, qualis post futurus esset, nisi quia hi qui simile[l] simplicitate vivunt[m] et oboedientiae ac mortificatione[n] voluntariae subiciuntur[o], similem remunerationem expectent[p] claritatemque aeterni luminis potiantur? (cf. Cor. 1. 14, 20.)

Aliumque[q] similem oboedientia et pietate[r] atque mansuetudine Theudoaldum[s] nomine vidimus feliciter de praesenti vita segregari et cum omni laetitia et exul- 15 tatione ad aeterna gaudia properare. Nam cum laetus suo iaceret in stratu, rogat, ut omnes veniant, omnibusque suppremum vale dicit[t], se[u] eadem hora de corpore egressurum[v]; sed qualiter suum viderit exitum, nobis nequaquam indicare voluit. Cumque iam omnebus vale dixisset, viaticum poposcit; quo sumpto, antiphonam ipse inposuit, dicens: *Ibunt sancti de virtute in virtutem; videbitur Deus deorum in* 20 *Syon*[w]. (Ps. 83, 8.) Inpletam[x] ergo antiphonae melodiam, laetus et omni amoenitate repletus animam datori reddidit, ut nobis qui adstabamus aperte daretur intellegi, eum[y] de visa gloria et[z] promissa[a] praemii laetitia esse repletum.

Alius[b] monachus sub abbate Bertulfo nomine Baudacharius, cum tempore vindemiae ordinatus[c], ut vineam custodiret, ne avium bestiarumve[d] incursus damnum 25 inferret, evenit, ut XXX fratres ad eandem muniendam[e] venirent vineam. Ille caritate plenus postulat, ut ibi post laborem fessa membra reficiant, nec aliud quicquam habens quam modicum panis, quem[f] ad suos usus[g] detulerat. Quem cum praepositus increparet, nec[h] hoc intento haberit, quia panis[i] parare nequiret[k], ille ait: 'Large[l] dapes mecum sunt, e quibus tantos et[m] pluriores satiare[n] possunt'. 30 Cumque praepositus inquirerit, quae essent, alitem, inquit[o], sibi a Domino datam, quam[p] a nando[q] anatem[1] vulgo vocant. Ille inquid: 'Ut postulasti, prebe cibos

Cap. 25. *A* 1*a*. *b*. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 25. a) *om., sed* pacem *ante* dedisset *m. al. suppl. B* 1*a*. b) corporis *pr. m. A* 2*a*. c) Prosequut(us *in ras.*)que *A* 1*a*. d) fines *pr. m. A* 1*a*. e) tantummodum *pr. m. A* 1*a*. f) eius 35 *add. B* 1*a*. g) *m. al. in litura A* 1*a*. h) normā (?) *pr. m. A* 2*a*. i) fu(it *m. al. in rasura maiore*) *A* 1*a*. k) monstrari *B* 1*a*. l) *ita pr. m. A* 1*a*; simili *rell.* m) *m. al. in litura A* 1*a*. n) mortificationi *A* 1*b*; mortificationi: *A* 2*a*. o) subiciantur *A* 1*a*. p) expectant *A* 1*a*; expectarent *A* 1*b*. q) *c. IIII. incip. A* 1*b*. r) pietatē *pr. m. B* 1*a*. s) *ita B* 1*a*; Theudoaldus *pr. m. A* 2*a*; Theodoaldum *A* 1*a*. *b*. t) vale dicat *A* 1*a*. *B* 1*a*. u) *om. A* 1*a*. v) egressurus *A* 1*a*; recessurum *A* 2*a*. w) Sion *A* 1*a*. x) In- 40 pleta — melodia *A* 1*a*; Impletam — melodium *A* 1*b*. y) *postea add. B* 1*a*. z) *om. A* 1*a*. a) *ita A* 1*b*; promiss: *m. al. corr.* promissi *A* 1*a*, *et sic A* 2*a*. *B* 1*a*. b) *c. V. incip. A* 1*b*; A. *versu ineunte om. A* 1*a*. c) fuisset *add. A* 1*a*; esset *add. B* 1*a*. d) bestiarumque *A* 1*a*. e) vineam m. venirent *A* 1*a*. f) qua *pr. m. A* 1*a*. g) detule:rat usus *A* 1*a*. h) *corr.* ne *A* 1*a*, *et sic A* 2*a*. i) *ita A* 2*a* *(pr. m.)*. *B* 1*a*. k) nequiverit *A* 1*a*. l) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; largitas (*m. al. corr.* largiter) 45 opes m. *A* 1*a*; larg:: (*corr.* largiores) post m. *A* 2*a*. m) *om. A* 1*b*; tanti ac pl. *A* 2*a*. n) satiari *A* 1*b*. 2*a*. o) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; sibi i. (*ita A* 1*a*; i. se *A* 2*a*) (a D. d. *om. A* 1*a*. 2*a*; habere *add. A* 2*a*) — — vulgus vocat (habere *add. A* 1*a*) *A* 1*a*. 2*a*. p) quem *A* 2*a*. q) *ita A* 2*a*. *B* 1*a*; natando *A* 1*a*. *b*.

1) *Cf. locum Varronis, quem attulit Forcellini s. v. anas:* Rana a sua dicta voce, anas a nando.

fratrum[a]'. Dedit operam, divisit per XXX. Ita[b] omnes satiati, ut[c] vix ullo umquam se dicerent fuisse tempore cibo repletos[d]; auxit fides quod[e] non habuerant in supplimento dapes.

Alius[f] rursum[g] monachus nomine Leubardus[h], cum ad vineae[i] custodiam alio[k] tempore depotatus fuisset, invenit vulpiculam uvas vorantem; quam comminando corripuit, ac ne amplius adtingerit, imperando prohibuit. Cumque ille abisset, adsueta furtivis vivere fera advenit[l] cibis[m], cumque gustasset, prohibitos[n] in ora cibos gerens[o], spiravit[p]. Moxque Leubardus[q] de studio vineam circumiens[r], repperit vulpem mortuam, in ore prohibitos tenentem cibos.

Aliaque[s] vice hisdem Leubardus cum Meroveo[t], cuius superius fecimus[u] mentionem, septa vineae ex abbatis imperium[v] densabant atque muniebant. Evenit, ut secure arborem succiderint et[w] de ramorum coniectura septa densarent. Cumque iam columnam ramis nudassent, fuit consilii[x], ut terrae prostrati Dominum postularent, ut ipse augerit fortitudinem, qualiter columnam arboris integram ad sepem[y] vehirent[y*]. Cumque surrexissent[z] ab oratione, cum invocatione nominis sacri Dei omnipotentis arborem arripiunt ac in locum[a] destinatum ferre conantur. Et quem vix multi in locum trahere quiverant[b], duo armati homines fide leve[c] moto portabant. Quem postea multi simul positi fratres movendum temptabant, ac[d] cum levare nequirent, tum demum virtutem omnipotentis agnoscebant; quamque virtutem, dum advenirent[e], simul ambo, nec quicquam sibi sed alius[f] alteri depotando, abdite aliis patefaciebant.

Sed fortasse nos quispiam reprehendendo nosque rodendo talia[g] inserere diiudicat atque condemnat[h]. Nos tamen, quae ad divinam gloriam pertinent, silere non novimus. Ille sibi diiudicet, utrum haec conditoris dona aut sint a se recipienda, qui talia abnuit, an abicienda, qui huius fidei patratas[i] virtutes non credit[k].

Cap. 25. *A* 1*a*. *b*. 2*a*. *B* 1*a*.

Cap. 25. a) *ita B* 1*a*; fratribus *rell.* b) ut *add. A* 1*a*. c) *eras. A* 1*a*. d) repletorū (?) *pr. m. A* 1*a*. e) quo(s *m. al. in litura*) *A* 1*a*; quas *A* 1*b*. f) *c. VI. incip. A* 1*b*. g) rursus *B* 1*a*. h) Leubar : dus, *ras.* i *A* 1*a*; Leobardus *semper A* 1*b*. 2*a*; Leopardus *semper B* 1*a*. i) vineam (*e corr.* veneam *A* 2*a*) c. (custodiendam *B* 1*a*) *A* 2*a*. *B* 1*a*. k) aliquo tempus (*m. al. corr.* tempore) *A* 1*a*. l) *om. A* 1*a*. m) cybis cum(*om.* que) *A* 1*a*; cibos. Cumque *pr. m. A* 2*a*; Cumque cibum *A* 1*b*. n) prohibitum in ore cibum *A* 1*b*. 2*a*. o) gemens *A* 1*a*. p) *ita B* 1*a*; inspiravit *m. al. corr.* exspiravit *A* 1*a*; expiravit *A* 1*b*; suspiravit *A* 2*a*. q) Leup. *corr.* Leub. *A* 1*a*. r) circuiens *B* 1*a*. s) *c. VII. incip. A* 1*b*. t) Aroveo *A* 2*a*. u) m. f. *B* 1*a*. v) *ita pr. m. A* 1*a*; imperio *rell.* w) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; ut *A* 1*a*. 2*a*. x) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; consilium *A* 1*a*. 2*a*. y) semper (?) *pr. m. A* 1*a*. y*) *ita pr. m. A* 1*a*. z) surrexisset *A* 1*a*, *corr.* a) loco *pr. m. A* 1*a*. b) nequiverat *m. al. corr.* nequiverant *A* 1*a*. c) *ita pr. m. A* 1*a*; levi motu *rell.* d) at *A* 1*a*. e) advenerint *pr. m. A* 1*a*; advenerit *A* 2*a*. f) alios *pr. m. A* 1*a*. g) *ita A* 1*b*. *B* 1*a*; tali(a *m. al. add.*) asserere *A* 1*a*; talia serere *A* 2*a*. h) condemnet *pr. m. A* 1*a*. i) *ita B* 1*a*; patrias (*in mg. corr.* patratas) v. non *A* 1*a*; patrare has v. non *A* 2*a*; paucis (*pro* p. v.) non *A* 1*b*. k) *subscr.* Expƚ libellus de vita sanctorum patrum Columbani, Atalae, Bertolfi vel monachorum eorum *A* 1*a*; Finit *A* 2*a*; Explicat vita beati Bertulfi *B* 1*a*.

APPENDIX.
VERSUS DE BOBULENO ABBATE.

Atticorum generi Bobolenum abbatem Bobiensem, filium Winioci presbyteri ex paroecianis Burgundiae[1], *poeta attribuit, quem cum E. Dümmler v. c. convenio aevo* 5 *Carolingico vixisse, neque enim quicquam de sancto compertum habebat praeter opera pia miraculaque, quorum unum persimile enarravit illius, quod de Columbano ipso rettulerat Ionas I,* 15. *Versus sunt trochaici ex quindecim (*8 + 7*) syllabis compositi more abecedario, ita ut in quarto quoque versu litterae sese subsequantur, nisi quod I et K iteratae sunt. Carmen Ughellus, Italia sacra (Romae* 1652, *IV, p.* 1326; *Venet.* 1719, *IV, p.* 956*),* 10 *princeps edidit neque vero rhythmum agnovit, codice satis mendoso usus, quem 'Ionae compendiolum' vocabat, eo quod praeterea breviarium vitarum Columbani, Athalae, Bertulfi continebat, a se ipso editum. Ex hac editione I. Cappelletti, 'Le chiese d'Italia', Venet.* 1857, *XIII, p.* 622—624, *pendet. Germanis autem subsidiis adhibitis textum omnino novum formavit orationemque poeticam primus restituit E. Dümmler in anna-* 15 *libus nostris X, p.* 334 *sq. Qui cum codices B* 1*a. b Taurini describendos aut conferendos curasset, hos Hannoveram transmissos recognoscens lectiones nonnullas emendare manumque primigeniam a correctoris melius distinguere potui. Uterque enim codex eundem fere textum primigenium continebat, antequam correctus est, uterque eodem fere modo manu recentiore iam correctus est, ita ut quae antea legebantur ea hodie saepe* 20 *discerni nequeant. Corrector inprimis sermonem rusticum sustulit, quem ad poetam ipsum referendum esse mihi persuasum est, unde lectio primigenia ubique fere anteponenda erat. Duobus autem locis (*2, 2. 21, 2*) lectionem veram optime restituisse videtur. Etsi B* 1*b ex B* 1*a pendet, sicut supra p.* 44. *demonstravi, tamen textum primigenium haud raro hoc melius servavit, in quo corrector eo violentius grassatus sit. Cum* 25 *autem utriusque codicis textus admodum depravatus esset, Paulum v. Winterfeld virum doctissimum de eo emendando consului, ipsique, si quid in ea re profecerim, meritum attribui velim. Quomodo librarius stolidissimus auctoris sententiam corruperit, exempla sufficiant haec:*

18, 3. stilo neque] *coni. v. W.;* stilo namque *codd.:*
30 22, 3. deque susque] *ego;* detegit suus qui *codd.*

B. Kr.

INCIPIUNT VERSUS DE BOBULENO ABBATE.

1. **Atticorum**[2] ex genere oriundus nobili[a]
Bobolenus monachorum praefuit[b] coenubii[c],
paterno amore semper Christi rexit famulos.
35 2. **Bonus** pastor ad regendas oves sibi creditas
verbum vitae[d] nuntiandum aluit cottidie,
ipsas[e] inlesas ad caulas Christi ducit commude[f].

App. B 1*a. b.*

App. a) *ita coni. v. W.;* nobilis *codd.* b) praebuit *pr. m. B* 1*a*; p̄ : uit *pr. m. B* 1*b.* c) *ita* 40 *pr. m. B* 1*a*; cęnobii *pr. m. B* 1*b.* d) *pr. m. om. B* 1*a. b.* e) ipsa *pr. m. B* 1*a. b.* f) cōmede *m. al. corr.* cōmode *B* 1*b.*

1) *V. supra p.* 25. 2) *Erat filius Winioci presbyteri ex paroecianis Burgundiae; v. supra p.* 25.

cf. Marc. 12, 30. 31.

3. Corde ex[a] toto et virtute et[b] ex tota anima
Deum diligens et cunctos ut se ipsum in Christo,
praeceptum Domini implevit primum quod praeceptum est.

4. Dogma[c] priorum antiquorum sancita[d] a patribus
scilicet totam patravit; verbis quos admonuit,
exemplum et confirmavit ipsos quidem perpetis[e].

5. Edoctus a sancto Dei Columbano praesule,
cui post quarto in loco meruit succedere,
ipsius doctrinam sequens rectum tenet tramite[f].

6. Fortis inter coetum[g] fratrum operare[h] manibus
cum ipsum[i] semper insudare[k] laborem adsuevit,
ipse praeibat in opus festinus quam ceteri.

7. Gratia[l] superna illi tanta[l] dedit pietas,
ut[m] diem ferret laborare[n] vigilatur[o] noctium,
deditus oratione[p], promptus in ieiunio.

8. Hic non surdus obauditur[q] Pauli[1] voce[r] subsequens,
instat[s] semper laborandum[t], ne[u] gravaret quempiam,
e suo vivens labore, verus ut debet[v] monachus.

cf. Matth. 5, 15.

9. Igne Domini accensus, lucerna emicuit,
supra candelabrum posita lumen praebet omnibus;
in domo Dei consistens[w], bona luxit opera.

cf. Luc. 12, 49.

10. Igne Domini accensus, ignit[x. 2] amantissimo
igne, quod[y] Dominus in terra misit, volens[z] ardeat,
corda servorum[a] suorum mistico septimplice[3].

11. Karitate conectendo[b] fratrum et consortium
aliter[c] vita neumquam voluit istudere,
nisi qualem ipse vivens, talem omnes fruerent[4].

App. *B* 1*a*. *b*.

App. a) *eras.* *B* 1*a*. *b*. b) *m. al. superscr.* *B* 1*b*. c) *scr.* dogmam — sancitam *v. W.* d) sanctita *pr. m.* *B* 1*a* *b*. e) *ita pr. m.* *B* 1*a*. *b* *(pro* perpes *v. W.)*. f) *ita pr. m.* *B* 1*a*. *b*. g) coetu *pr. m.* *B* 1*a*. h) *m. al. corr.* operando *B* 1*a*. *b*. i) *ita (?) pr. m.* *B* 1*b* *(recte, scil.* coetum *v. W.)*; ips: *pr. m.* *B* 1*a*; *m. al. corr.* ipsis *B* 1*a*. *b*. k) : : sudare, *ras.* in *B* 1*a*. *b*. l) *ita pr. m.* *B* 1*a*. *b*. m) per *m. al. suppl.* *B* 1*b*; *om.* *B* 1*a*. n) *m. al. corr.* laborarem *B* 1*a*, laborem *B* 1*b*. o) *ita pr. m.* *B* 1*b* (*pro* vigilator noctium); *m. al. corr.* vigilabat per noctes *B* 1*a*. *b*. p) *ita pr. m.* *B* 1*a*. *b*. q) *ita pr. m.* *B* 1*a*. *b*. r) *ita pr. m.* *B* 1*a*. *b*. s) *ita coni. v. W.*; instanter *codd.* t) *ita pr. m.* *B* 1*a*. *b*. u) *ita coni. v. W.*; nec *codd.* v) *post* d. 2 *litt. ras.* *B* 1*b*. w) consistent : s *pr. m.* *B* 1*a*. *b*. x) *ita scripsi;* igne *codd.* y) *ita pr. m.* *B* 1*a*. *b*. z) ut *m. al. add.* *B* 1*a*. *b*. a) vel *add., sed eras.* *B* 1*a*. *b*. b) *ita coni. v. W.;* conectenda *codd.* c) *ita coni. L. Traube;* alt(eramne *m. al. in litura*) umquam (vitam *m. al. suppl.*) voluit (osten *m. al. in ras. minore*)dere *B* 1*a* *et m. al.* *B* 1*b*; alter vita (?) ne umquam ·voluit studere *pr. m.* *B* 1*b*.

1) 1. *Thess.* 2, 9: nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus. 2) *Cf.* *V. Ioh. Reom.* *c.* 18: ignitum illo igne animi desiderium, de quo igne Dominus ait: 'Ignem veni mittere in terram; quam volo, ut ardeat'. 3) *I. e. spiritu septiformi, de quo v. Ducange s. v. spiritus.* 4) *E contrario Benedictus c.* 56. *concesserat, ut mensa abbatis a monachorum separaretur.*

12. **K**apiendo cybo uno ipse cum sodalibus
apostolorum[1] . . . . a praecessoribus[a]
regulariter vivendo omnia communiter.

cf. Actus 4, 32.

13. **L**anguentium membra fratrum condolet ut propria
ipse visitans et studet; curam gerens congruam,
suis filiis ut pater prestus[b] semper adfuit.

14. **M**itis, bonus ac benignus, vultu[c] semper hilare[d]
pacificusque, mansuetus, lenis, peritissimus,
simplex quidem et modestus, morum flores[e] conferens.

15. **N**am servivit mente Christo devotus et corpore,
cui sua[f] membra sacra mortificare[g] subdidit,
mundi huius[h] refutandum[i] pompas et dilitias.

16. **O**mnia factus ut lucrum omnibus perficeret,
formam sumpsit iam praefati apostoli[2] egregii,
quin ut Petrus Christi agnos diligendo pascuit.

cf. 1. Cor. 9, 22.
cf. Ioh. 21, 15.

17. **P**auperes[k] et peregrinos[k] amator et egenos[k],
pater vero orfanorum, susceptio[l] hospitum,
parvulorum pedagogos[m], solator tristantium.

18. **Q**uanta eius erga omnes adfuisset bonitas,
nullius lingua conlaudare[n] ipsum[o] tandem sufficit
stilo neque[p] exarare poterit per singula.

19. **R**ector videlicet[q] et pater monachorum, regula[r]
conservatur, recordatur buta[s, 3] seni[t] per senem,
qui culpantes[u], post correptos noxa[v] numquam recolit.

20. **S**erpens latens in fructecta[w] ipsumque[w*] momorserat,
suis manibus expressit viros[x] quos[y] emiserat:
mox sanavit ipse ulcus, cicatrix nec paruit.

21. **T**anta[z] gratia curandi Deus illi contulit,
ut a lapide precisus[a] artus unius[b] monachi,
de saliva ut linivit[4], sospitati reddidit.

App. *B* 1*a*. *b*.

App. a) doctrinam (que *add. B* 1*b*) suis monstrans (monstans *B* 1*b*) monachis *post* apostolorum *m. al. in litura scr. B* 1*a*. *b*; :::::::::: :::: a p[ce]ss[ori]bus *pr. m. B* 1*b*. b) *ita pr. m. B* 1*a*. *b*. c) vultus *B* 1*a et pr. m. B* 1*b*. d) *ita pr. m. B* 1*a*. *b*. e) florum *pr. m. B* 1*a*. *b*. f) sui *B* 1*b*. g) *ita pr. m. B* 1*b*; mortifica:: *pr. m. B* 1*a*; mortificans *m. al. B* 1*a*. *b*. h) *m. al. suppl. B* 1*a*. *b*. i) *ita pr. m. B* 1*a*. *b*. k) *ita pr. m. B* 1*a*. *b*. l) *ita pr. m. B* 1*a*. *b*. m) *ita pr. m. B* 1*b*; pedegogos *pr. m. B* 1*a*. n) con *eras. B* 1*a*. o) *ita pr. m. B* 1*a*. *b*. p) *ita coni. v. W.*; namque *codd.* q) *ita pr. m.*, igitur *m. al. B* 1*a*. *b*. r) *m. al. corr.* regulae conservator *B* 1*a*. *b*. s) *m. al. corr.* butæ *B* 1*a*. *b*. t) *ita coni. L. Traube;* semper senem *m. al. corr.* semper seriem *B* 1*a*. *b*. u) *malim* culpatis, post correptis. v) *ita pr. m. B* 1*a*. *b*. w) *ita B* 1*a*. w*) ipsum qui *coni. L. Traube*. x) *ita B* 1*a et pr. m. B* 1*b*. y) *ita B* 1*a et pr. m. B* 1*b*. z) *ita pr. m. B* 1*a*. *b*. a) *ita m. al. B* 1*a*. *b*; prec(t)ioso *pr. m. B* 1*a*. *b*. b) unus *pr. m. B* 1*b*; unum (?) *pr. m. B* 1*a*.

1) *I. e. apostolorum exemplo, sicut a praecessoribus statutum erat, omnia communiter habebant.* 2) *Pauli; cf. v.* 8, 1. 3) *Butus monente L. Traube pro imbutus accipitur; cf. Forcellini VI, p.* 517. 4) *Simile miraculum Ionas, V. Columb. I,* 15, *enarravit:* evenit, ut unus — digitum falce praeciderit, — — digitumque inlitum salivo pristine statim sospitati reddit; *cf. II,* 3.

22. **V**asum unum quod refertum deorsum eversum[a] est,
cumulum sursum restauravit, terris nec effuderat,
orarium ipsum deque[b] susque cooperiens.

23. **X**risti lumen intempesta noctis, dum vigilias
consuetas pervagaret[c], praeibat, ut filios 5
Israelis protegendo[d] columna igniferens. cf. Exod. 13, 21.

24. **Y**mnis, psalmis canticisque modolatis vocibus
concinnavit immolando Deo sacrifitium,
spiritalis[e] semper laudes regi regum obtulit.

25. **Z**elum zelans karitatis, zelum plenus Domini 10
antiquo hoste deceptore cum triumpho caruit,
sese caelos conditori collocavit meritis.

26. Gloriam[f] Deo decantemus[g], oremus et pariter,
ut, qui eum coronavit ipsius pro meritis,
nobis veniam concedat paradisi et gaudia. 15
Amen.

App. *B* 1*a*. *b*.

App. a) eversu *pr. m. B* 1*a*. *b*. b) *ita scripsi*; detegit suus qui *B* 1*a*. *b*. c) *ita B* 1*a*; pervagarit *pr. m. B* 1*b*. d) *ita coni. v. W.*; protegente *codd.* e) *ita pr. m. B* 1*b*; spyritalis *pr. m. B* 1*a*. f) Gloria *pr. m. B* 1*b*. g) de *eras. B* 1*a*. 20

VITA WALARICI ABBATIS LEUCONAENSIS.

S. Walarici oppidum ad ostia Suminae fl. (hodie Saint-Valery-sur-Somme) in pago Viminao[1] *civitatis Ambianensium eoque loco situm, quem Leuconaum vel Legonaum* 5 *antiquitus appellatum esse volunt, patrono fruitur, cuius nomen saeculo demum IX. martyrologiis illatum est, scilicet Adonis*[2]

d. 1. *Apr.:* Et in pago Winnoensi S. Walerici confessoris, cuius sepulchrum crebris miraculis illustratur,

et Usuardi[3]

10 *d.* 12. *Dec.:* In pago Vimnacensi sancti Walerici presbiteri et confessoris,

neque in codicibus Hieronymiani occurrit nisi in uno Corbeiensi[4] *saec. XII,*

d. 1. *Apr.:* Iganon (*lege* Liganao) monasterio depositio beati Walarici confessoris.

Monasterium quod Walarici oppido et nomen et originem dederat a Nortmannis a. 859.[5] *et* 881.[6] *igni ferroque vastatum primo saecularis canonicorum congregatio occu-* 15 *pabat. Clericus qui ei praeerat Herchemboldus nomine ipse Arnulfo I. comiti Flandriae opem tulisse videtur, ut sanctum a.* 952. *furtim abstrahere atque Sithiensi S. Bertini monasterio tradere potuisset*[7]. *Ad restituendum patronum Arnulfus II. comes per Hugonem ducem Franciae coactus est, qui monachis sub regula Benedicti congregatis monasterium Walarici rebus mobilibus immobilibusque a.* 981. *largiter instruxit, exemptumque* 20 *e iurisdictione episcopi ut ecclesiae Romanae subderetur, a papa impetravit*[8]. *Historia relationis corporis S. Walarici miraculaque sub quattuor primis monasterii reformati abbatibus facta*[9] *adhuc extant. E quibus ultimus est Theodinus, antea monasterii S. Dionysii abbas, quem ante Wazonem a.* 1052. *commemoratum*[10] *sedisse opus est.*

Eidem Theodino omnique monasterii congregationi Vitam Walarici auctor nuncu- 25 *pavit, qui se ipsum 'amicum eorum proprium' appellavit, nomen vero suum posteris tradere non ausus est. Erat autem peregrinus, ante plures dies in ipso coenobio commoratus, negotiumque suscepit, non solum a fratribus postulatus, sed etiam imperio Hugonis archiepiscopi sui oboediens. Hugonem illum unus I. Mabillonius perspexit fuisse archiepiscopum ecclesiae Vesontionensi per a.* 1031—1066. *praesidentem, idemque summa cum*

30 1) *Cf. Longnon, 'Atlas histor. Texte expl.' p.* 127. 2) *Surius VII, p.* 1113. 3) *Ed. Bouillart p.* 199. 4) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [38]. 5) *Ann. Bertin. auct. Prudentio a.* 859, *ed. Waitz p.* 52. 6) *Ann. Vedast. a.* 881, *SS. II, p.* 199. 7) *Folcwini Gesta abb. S. Bertini, SS. XIII, p.* 630. 8) *Privilegium papale a.* 981, *d.* 1. *Apr. datum edidit Mabillon, Ann. ord. S. Bened. IV,* 685; *cf. Jaffé n.* 3805 [2]. 9) *Ea edidit G. Henschenius,* 35 *AA. SS. Apr. I, p.* 23, *et ex ipso partem ad comites Flandriae spectantem O. Holder-Egger, SS. XV, p.* 694 *sqq.* 10) *Bovonis Relatio de inventione et elevatione S. Bertini, SS. XV,* 533.

sagacitate coniecit proximi coenobii Luxoviensis e monachis fuisse auctorem[1]. *Haec de ipsius tempore condicioneque.*

De fide autem eius haec praemonenda sunt. Walaricum sub Columbano monasterio Luxoviensi adscriptum esse voluit, eoque depulso, Eustasio abbati adstitisse, deinde ad praedicandas gentes in Neustriam migrasse, praeceptumque regium a Chlothario consentiente episcopo Ambianensi accepisse, quo Leuconaus locus ad cellulas construendas ei datus esset, dominico denique die, sicut sanctitati eius par erat, defunctum esse. Quod si verum esset, locus inter monasteria regia enumerandus esset, atque Blidmundus secundus abbas mortuo Athala Bobiensi († 627) *illuc profectus, cum post sancti mortem monachis recedentibus vita coenobialis cessasset locusque in solitudinem redactus esset, iterum ab eodem rege episcopoque dioecesano praeceptum licentiamque monasterii restituendi impetrasse fertur. Res igitur biographus saec. XI. descripsit, quae quattuor saeculis ante ipsum gestae erant, atque de temporibus adeo remotis ex se ipso omnino nihil compertum habere poterat. Cum Gregorius Turonensis vix plus quam triginta annis maioris natu Nicetii episcopi Treverici vitam describens auctorem suum in medio posuerit, ne reprehensionem incurreret eam, quam ipse tam simpliciter exposuit*[2]: *'Tu cum sis iunior, quomodo seniorum gesta poteris scire, aut qualiter ad te eorum facta venerunt? Nempe non aliud nisi conficta a te haec quae scripta sunt decernuntur', eo magis in tanto temporum intervallo auctor vetustior huic biographo afferendus erat. Contendit igitur, a Raginberto abbate ante aliquos annos Walarici vitam summo quidem studio, sed nimis prolixo et simplici sermone dictatam, eamque ipsam a se succincto et compto sermone editam esse, ut a fratribus simplicioribus propter sermonis brevitatem melius intellegeretur, neve nimis indoctus rusticusque dicendi modus studiosis fastidium generaret. Licet brevitatis studiosissimum cultorem se ipsum passim gesserit, tamen ea quae superest vita nimia prolixitate atque etiam digressionibus*[3] *laborat. Fac Raginbertum illum tertium fuisse abbatem aevoque Walarici quam maxime propinquum, sicut vulgo opinantur, certe distinguendus esset a biographo recentiore. Attamen hic auctore vetustiore munitus aequalem iam sancti ubique se gessit. Virtutes igitur, quas brevissimo et compendioso planoque stilo se descripsisse iterum iterumque testatus est, ab ipsis sancti discipulis accepisse voluit:* quas a veredicis et bene conpertis viris audivimus, quos ipse edocuit et enutrivit, et quosdam ex ipsis de diversis languoribus sanitati restituit, ex quibus unum in medio nunc proferamus[4], *unumque quem citavit Blidmundum secundum monasterii abbatem expressis verbis inter auctores suos enumeravit:* ut, *inquit,* postea referebat ipse qui debilis fuerat[5]. *Deinde Berachundus episcopus Ambianensis* (*c. a.* 614) *testis allatus est, quasi de arbore quadam rettulisset:* in qua beatus Berchundus, ut ipse referebat, sanctorum reliquias solebat suspendere[6]. *Certe ex his locis intellegitur, biographi quam maxime interfuisse, ut nihil referre crederetur nisi a testibus oculatis comprobata, neque enim ipsum latebat a plurimis fabulosa spargi solere, unde miracula post sancti obitum patrata enarravit*[7]*:* non ea quae a plurimis fabulose, sed ea quae a veredicis testibus conprobata esse iam didicimus, et illa maxime quae a venerabili viro Raginberto erudito abbate, pio licet studio ac religioso labore et prolixo quidem sermone, sed tamen satis simplici et inconposita editione conscripta repperimus. *Vitam vetustiorem quamvis adhibuisset biographus, tamen de sancti discipulis prima persona 'audivimus' uti Raginberto soli licuisset ipsiusque personam induens passimque aequalem sancti se gerens procul dubio fraudis nefandae reum se fecit. Interim Walarici vitam exordio ex V. Fursei deprompto non Raginberti aliusve auctoris,*

1) *Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti I,* 318. 2) *V. Patr. c.* 17. 3) *V. Walarici c.* 6. 4) *Ib. c.* 14. 5) *Ib. c.* 15. 6) *Ib. c.* 30. 7) *Ib. c.* 31.

sed Ionae partim verbis descripsit gestaque et Columbani et Athalae ipse citavit[1]*; Ionam autem Columbani male credidit*[2] *discipulum fuisse nimiumque impudenter, quae ille ante Athalae obitum de se ipso expertus erat, ea in Blidmundum suum transcripsit (c. 35), qui et ipse ex eodem fonte ei notus erat*[3]*. Cum Walaricum 'servum Dei magnum' a Columbano nominatum esse voluerit*[4]*, patronum suum laudibus extollens mores Scottorum vetustorum omnino ignoravit atque Luxoviensis monasterii historiam enarravit plane novam: scilicet pastores nonnullos Columbano expulso ibidem consedisse locumque a Walarico fugatis saecularibus restaurari coeptum esse, tunc demum Eustasium supervenisse unaque cum sancto residuum saecularium numerum ab ipsius monasterii finibus removisse. Certamen illud inter saeculares monachosque institutum ut per Ionam refellitur atque Columbani aevo repugnat, ita ad aemulationem inter canonicos saeculares monachosque regulares referendum est, locusque mente biographi saec. XI. dictatus auctori vetustiori attribui nequit. Denique Walarici Ionas ne verbo quidem meminit. Ipsius autem vestigia biographus ita subsecutus est, ut de Columbano dicta ad sanctum suum rettulerit*[5]*, detractisque eis quae apud ipsum leguntur, aut falsa aut dubia restant nihilque, quod ab auctore saec. XI. confingi non potuisset. Itaque ad testes aequales frustra appellasse mihi videtur is qui historiam manifesto falsam enarravit Raginbertique testimonium eo tantum consilio praetentum esse existimo, ut specie antiquitatis velaret figmenta sua. Ceterum multa in eos invectus, qui ante missarum sollemnia bibere auderent*[6]*, mores aevi sui castigasse videtur.*

Biographus sermonem rusticum abhorrens, etsi in litteris aliquid sibi praestitisse visus est locumque Horatianum[7] *ostentavit, ne de studiis suis liberalibus dubitaretur, tamen compositione laborat aspera praefractaque, ut librarii posteriores permulta addenda immutandaque reppererint.*

1) *Codex* ***Bononiensis*** *n.* 106, *olim S. Bertini, saec. XI, fol.* 2—14, *a librario exaratus est, qui patrio sermone seductus multa menda orthographica commisit, saepissime* ti *pro* ci, md *et* mt *pro* nd *et* nt *scribens.*

1*a*) *Codex* ***Bruxellensis*** *n.* 7461, *antea musei Bollandiani P* 160, *saec. XIII, p.* 238—250.

2) *Codex* ***Taurinensis*** *bibliothecae nationalis F III,* 16 *(antea N.* 14*), olim Bobiensis (n.* 121*), saec. XI, fol.* 160—171.

3*a*) *Codex S.* ***Audomari*** *n.* 311, *saec. XII, fol.* 76'—85'.

3*b*) *Codex* ***Rothomagensis*** *O* 55, *olim S. Audoeni, saec. XII, fol.* 39—57, *V. Walarici cum praescriptionibus capitum, quae in editione Mabilloniana leguntur, fol.* 57'—66. *Corporis S. Walarici relationem et miracula continet.*

3*b**) *Codex* ***Parisiensis*** *n.* 13092 *(antea Rés. St. Germ. p.* 97. 12⁰*), saec. XII, fol.* 114—123, *V. Walarici absque praefatione, fol.* 123'—128', *Translationem continet.*

3*b***) *Codex* ***Bruxellensis*** *n.* 8363. *eadem continet in usum Bollandianorum m. s. XVII. exscripta. Relatio corporis Walarici a.* 981, *quam e codicibus a Mabillonio communicatis Henschenius, AA. SS. Apr. I,* 23, *edidit, ibi a.* 935. *attributa est, sicut in* 3*b, dum in* 3*b** *a.* 932. *item falsus indicatur.*

4*a*) *Codex* ***Parisiensis*** *n.* 5289, *saec. XIII, fol.* 66—73, *praefatione caret.*

4*b*) *Codex* ***Bruxellensis*** *n.* 207, *saec. XIII, fol.* 182—187.

V. Walarici ad codices meliores 1. 2 *tantum recensui, e quibus in adiaphoris priorem anteposui, cum alter textum locis nonnullis inprimis in fine leviter retractatum exhibeat. Reliquos interpolatores turpiter depravaverunt, eosque quam maxime torsit*

1) *V. Walarici c.* 6. 35. 2) *Ib. c.* 6. 3) *V. Columb. II,* 6. 4) *V. Walarici c.* 11. 5) *Ib. c.* 2. 4. 27. 6) *Ib. c.* 19. 7) *Ib. c.* 1.

c. 34, *cum non solum constructione offenderentur, sed etiam conatu episcopi Ambianensis, quo sancto corpore paene privati essent. Specimen interpolationum in adnotatis ad illud caput attuli neque vero in hos libros diligentius inquisivi.*

L. Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1571, *tom. II,* 447—454, *V. Walarici absque praefatione, immutato sermone rudi, edidit.*

I. Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis 1669, *Saeculum II,* 76—90, *textum inprimis ad codicem S. Audoeni (= 3b) recensuisse videtur, praeter quem codicibus monasterii S. Walarici et S. Petri de Conchis usus est.*

G. Henschenius, Acta sanctorum, Antverpiae 1675, *Aprilis tom. I,* 16—23, *praeter editionem praecedentem duplicem S. Bertini codicem adhibuit, quorum alter erat codex noster* 1, *tertiumque Bodecensis monasterii in dioecesi Paderbornensi siti, cui prologus deerat.*

B. Krusch.

INCIPIT PROLOGUS[a] IN VITA SANCTI WALARICI ABBATIS.

DOMINO MEO SEMPER PROPRIO ET INSOLUBILI CARITATIS VINCULO RETINENDO DOMNO ET PATRI THEODINO ABBATI ET OMNI SANCTAE CONGREGATIONI VESTRAE, QUAE VOBISCUM DOMINO DESERVIT[b] ET SUB REGULARI CURA VIVERE GAUDET, AMICUS VESTER PROPRIUS[c] ET OMNIUM CHRISTICOLARUM SERVUS PERPETUAM VOBIS IN CHRISTO OPTAT SALUTEM.

Inprimis quasi provolutus vestris vestigiis humili prece deposco, ut adsistentes vos sacris altaribus, qui sedulas et dignas Deo cotidie solvitis preces, me etsi[d] indignum famulum vestrum in alta memoria cordis vestri semper dignemini habere. De cetero vero, ut scitis, cum ante plures dies in vestro coenobio positi, vobiscum, ut convenerat[e], loqui cupissem, vestra tunc fraternitas nostram parvitatem summa cum humilitate postulabat, ut vitam patroni vestri beati Walarici succincto et compto sermone ederem, quam ante aliquos annos venerandus vir Raginbertus abbas summo quidem studio, sed nimis prolixo et simplici sermone dictaverat. Sed et hoc mihi ipsum[f] addebatis, quod Hugus[g] archiepiscopus[1] noster ipse hoc iusserat, ut mediocritas mea praefatam vitam quasi apertius ac luculentius[h] vobis deberet conscribere; cuius iussionibus, in quantum valemus, contradicere non debemus. Et duplex exinde nos causa hortatur, dum et vestra me delectat caritas et ille qui est summus pontifex hoc fieri iubet. Et ideo nos ita[i] calamum temperavimus, ut sermo brevis et admodum planus simplicioribus fratribus intellegentiam augeret et nec[k] nimis indoctus et rusticus esset, ne studiosis praeberet fastidium.

Prolog. 1. 2.

Prolog. a) praefatio 1; *praescr. eras.* 2. b) servit 2. c) propius *in litura* 1. d) acsi 2. e) converat *pr. m.* 1. f) *om.* 1. g) Hugus, *pr. m. superscr.* vel o 1; Hugo 2. h) l. illo vobis describerem. C. 2. i) nos *iterat* 2. k) ne 2.

1) *Scilicet Vesontionensis a.* 1031—1066, *sicut primus statuerat Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti I,* 318.

INCIPIT VITA SANCTI WALARICI ABBATIS[a].

(1[b]). Fuit vir vitae venerabilis Walaricus nomine, mediocris quidem genere, sed nobilissimus fide. Huius beati viri infantia, divina ut[c] erat inspiratione afflata, ut postmodum eventus rerum ipsarumque virtutum eius fama edocuit, sacris quidem et monasticis a Domino erudiebatur disciplinis. Nam cum esset in Alvernica regione ortus et adhuc puerulus, sed mente tamen grandevus, oviculas patris sui ibidem per pascua laeta circumagens et per amoena virecta[1] eas conservans, audivit in locis vicinorum propinquis, qualiter nobilium parvulorum mos est doctoribus instruere scolas. Exin[d] tali desiderio provocatus, tabellam sibi faciens, cum summa veneratione humilique prece a praeceptore infantium depoposcit, ut sibi alfabetum scriberet et notitiam litterarum insinuaret. Quo ita citius[e] peracto, ut postulaverat, laetus valde ad opus sibi iniunctum a quo discesserat remeavit. Sed cum haec agerentur, res admiranda atque memoriae[f] digna evenit. Cum predicti patris sui gregem servaret in agris, assidua meditatione divino fultus auxilio absque nutu genitoris sui non solum, ut diximus, notitiam litterarum, sed et parvo intervallo totum paraverat[g. 2] psalterium. Exinde coepit ecclesiam frequentare, et dum ibi acie mentis choros psallentium intenderet, magis ac magis igne timoris Dei accendebatur et compunctione cordis amplius roborabatur, de quo igne Dominus dicit: *Ignem veni mittere in terram; quem volo, ut ardeat:* sed et illud quod quidam[3] ait: *Et feriunt summos*[h] *fulgura montes.*

V. Fursei c. 1. — Luc. 12, 49.

(2). Deinde, exardescente in animo eius calore fidei in maius, audivit non longe abesse quoddam monasterium nomine Autumo[4], ubi quidem[a] avunculi sui subsequitur vestigia[b]. Ad vero cum praefatus pater suus, ut de monasterio egrederetur, ediceret, ille beatus puer fertur[c] respondisse, iam se ulterius patris domum non esse visurum. Tunc pater in stuporem atque merorem animi conversus, coepit plura argumenta perquirere et molimine mentis suae pertractare, assumens secum patris monasterii, immo et omnium fratrum consilium, qualiter possent eius animum[d] ad se reducere, vel ad propria eum[e] facerent ut vellet remeare. Et tunc fratres una cum consensu abbatis, consentientes precibus genitoris, coeperunt beatum puerulum perurgere, ut ad parentes suos reverteretur, et quandocumque[f] vellet, iterum ad septa monasterii repedaret, addentes etiam terroribus blandimenta, offerentes oscula et verbera minitantes et ieiunium ei duorum vel trium dierum inponentes. Sed ille, inito consilio potiore[g], quasi fundamentum ut erat supra petram, inmobilis atque interritus in percepta animi sui voluntate perduravit, illius praecepti non inmemor: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus;* et illud apostoli dictum: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an*[h] *nuditas, an fames?*

V. Columb. I, 3. — cf. Luc. 6, 48. — Matth. 10, 37. — Rom. 8, 35.

Capp. 1. 2. 1. 2.

Cap. 1. a) *haec m. al. suppl.* 1; Incipit vita sancti ac beatissimi Walarici confessoris atque abbatis *praescr.* 2. b) *numeri des. codd.* c) *om.* 2. d) Exinde 2. e) cititius 2. f) memoria 1. g) didicerat 4*a. b.* h) sommos *pr. m.* 1; summunt 2.

Cap. 2. a) quidæm 1. b) vestigium 2; Lectio II *add.* 1. c) r. f. 1. d) *inde ab h. l. nonnulla abscissa sunt* 2. e) *om.* 2. f) cumque *absciss.* 2. g) potiori (2). h) *ita* 1; an n. *om.* (2).

1) *Verg. Aen. VI,* 638: et amoena virecta. 2) *I. e. discere, Ital. 'imparare'.* 3) *Horatius, Carm. II,* 10, 11:

feriuntque summos.
Fulgura montes.

4) *Hodie ignotum.*

(3). Tunc praefatus abba[a], victus iam cum esset adulescentis animi instantia, perspiciens bonum eius atque immobile desiderium motusque pietate et conpulsus Dei timore, secum haec tandem pertractans, fratribus dixit: 'Non[b] abiciamus hoc quod nobis a Deo datum[c] esse videmus'. Tunc omnes unanimiter cum bona voluntate et gaudio spiritali[d] infra septa monasterii ad clericatus officium illum 5 provocant et intra paucos dies, adveniente saepedicto patre eius, sub regulari eum ordine constituunt[e]. Crescente autem[f] aetate et gratia providentiae[g], erga illum omnium affectus cotidie crescebat. Erat enim corpore castus, mente devotus, affabilis colloquio, amabilis aspectu, prudentia praeditus, temperantia clarus, interna fortitudine firmus, censura iustitiae stabilis, longanimitate largus, patientia 10 robustus, humilitate mansuetus, caritate sollicitus. Bonorum ergo operum et gratia plenus, stabilis inerat moribus, ut suis confratribus[h] regula et norma esset virtutum.

(4). Sed inter haec animus ad altiora fastigia et ad potiora ingenia semper V. Columb. I, 4. ascendens, coepit peregrinationem Dei amore appetere et patriam parentesque 15 suos deserere. Tunc ad monasterium beati quondam antistitis Unacharii[1] Autisioderensis[a] episcopi perrexit, quod in suburbano[b] ipsius civitatis in quodam est viridiario[c] constructum, et ibi a praefato pontifice benigne est susceptus. Quam plurimum itaque tempus artissimis ieiuniis orationibusque et vigiliis caelestem ibi vitam agebat in terris. 20

cf. ib. I, 18. (5). Et cum longe lateque per diversa loca fama virtutis eius se spargeret, quidam vir nobilis et opibus plenus nomine Bobo ad eum visitandi gratia et suae instructionis causa devote accessit, sed ab ipso Dei famulo devotius est susceptus. Nam in tantum eum divinis instruxerat eloquiis et oratione sua iam muniverat, ut, omni etiam mundi cura postposita, voluntariam paupertatem 25 pro Deo diligens et ad domum propriam ulterius non regrediens nec retro aspiciens, sed manum in stipite[2] ponens, una cum magistro suo sancto Walarico pari religionis fervore Luxovium usque pervenit. Ubi venerandus et admodum sanctus ib. I, 2. et sacrae religionis cultor beatus Columbanus ex Hibernia[a] insula ortus, his quidem in locis ferme ducentorum[b] viginti, ut fertur, monachorum[c] pater praeerat coenobiis. 30 ib. I, 5. In quibus nullus sibi aliquid[d] proprium dicebat praeter diurnos labores nocturnasque vigilias; omnibus omnia erant communia, unumque velle et unum nolle, quibus cf. Act. 4, 32. cor unum et anima una erat in Deo. Et nihil quidem mundiale secum habentes nisi parcissimum et mediocrem cybum et humilissimum[e] simplicemque vestitum, sed omnia tamen sibi in Christo possidebant[f]. Et his quidem delitiis atque his 35 divitiis contenti vitam tunc angelicam ducebant in terris.

(6). Quales vero vel quanti tales tunc in uno regebantur pastore, non est nunc nostrae, ut puto, parvitatis edicere, ne prolixa oratio vel rusticus sermo dictandi fastidium inferat legentibus. Ne videamur tamen omnia preterisse, primam

Capp. 3—6. 1. 2. 40

Cap. 3. a) abbas 1. b) Nam 2, *corr.* c) donatum 2. d) spirituali 2. e) Lectio III. *add.* 1. f) beato puerulo *add.* 1. g) providentia 2. h) cum fratribus 2.

Cap. 4. a) *ita pr. m.* 1; Auti | 2. b) su : burno *pr. m.* 1. c) *ita* 1; *absciss.* 2.

Cap. 5. a) Ib. *m. al. corr.* Hib. 1. b) *post* duc. 3 *litt. eras.* 1. c) p. m. 2. d) *om.* 2. e) *ita* 2; humillimum 1. f) Lectio IIII. *add.* 1. 45

1) *V. SS. R. Merov. I*, 653 *n.* 2) Stipham *in V. Columb. I*, 3, *legitur pro* stivam, *dum Vulg. Luc.* 9, 62, aratrum *exhibet.*

eius virtutem, qualiter in gestis ipsius invenimus, brevissime in medio proferamus. Etenim priusquam mater eum in auras lucis ederet, in sinu suo solem pro- spexit[a] lumen effundere, quod rerum eventus ita in[b] postmodum probavit, quia quasi sol ab occidente ortus retrogradiens, sic ille partes Europae sparsim gyrando 5 sua doctrina splendida et clara inlustravit. Si quis vero curiosius et plenius hoc scire voluerit, qualis et quantus in virtutibus miraculorum vir iste beatus extiterit, vel in scientia et doctrina divinarum humanarumque scripturarum, aut praesagio futurorum, seu quod[c] et quales gentes ad fidem Christi adquisierit, monasteria utriusque sexus construxerit, et in dictandi peritia vel exponendi qualis 10 fuerit, facillime hoc poterit invenire, si opuscula illa[d] perquirat, quae eruditus discipulorum illius Ionas abba, vir magnus, eloquentiae[e] plenus et dictandi peritus, polito et limato satis sermone de vita ipsius conposuit. Sed dum magistrum et confratrem beati Walarici, quis vel qualis fuerit, breviter et succincte perstrinximus, longius paulisper a proposito nostro discessimus. Sed ad vitam nunc ipsius 15 exponendam, auxiliante Domino et ipso[f] intercedente, redeamus.

V. Columb. I, 2.

(7). Cum autem hic Dei famulus praefato coenobio Luxovio inhabitaret, inprimis humilitatis causa et ritu pulsantium[1] hortum excolere coepit, in quo admiranda et ultra modum, satis ut credas, holera crescebant. Sed cum contigisset, ut solet adesse, ut a vermibus ubique holera devastarentur, beatus Columbanus 20 hortum ingrediens[a] venerabilis viri et[b] non solum ibi ullam lesionem a vermibus non invenit, sed magis cuncta virentia, iocunda et amoena atque intacta conspexit. Intellexit vir Deo plenus hoc non esse rei eventum, sed humilitate[c] et oboedientia et merito fidei beati Walarici. Ille vero e contrario non suo facto hoc deputabat, sed meritis fratrum omnia esse defensata dicebat. Postquam autem in illo 25 tantam gratiam beatus pater inspexit, iussit eum inter condignos probatosque monachos constitui, quem fratres adhuc quasi novitium inter pulsantes esse iudicandum aestimabant[d].

(8). Interea dum praedictus pater more solito ad instruendos fratres divinae[a] lectioni insisteret et inter illos sacri verbi semina spiritalibus seminaret eloquiis, 30 cumque fratres undique concurrentes ad audiendum verbum Dei[b] se invicem antecederent, dum inter illos subito vestibulum ipsius domus beatus Walaricus subintraret, ad illius ingressum beatus Columbanus mirum in modum odorem magnae flagrantiae et mirandae suavitatis ad se venisse persensit. Cumque hoc conperisset, quis tunc ad eum fuerat ingressus, fertur et hunc sermonem, divino ut erat spiritu 35 plenus, subiunxisse: 'Tu es merito abbas monasterii et senior, mihi diligende'.

(9). Postquam[a] vero praefatus Columbanus cum fratribus suis de praedicto coenobio fuit expulsus, insequente illum Teoderico et stimulante adversario[b] et avia eius Brunichilde[c], qui hoc in tempore regnum Burgundianorum[d] tenebant, Austrasiorum vero[e] germanus[f] Teodebertus[g] regebat;

ib. I, 20. ib. I, 18.

40 *Capp.* 6—9. 1. 2.

Cap. 6. a) *ita* 1. 2; in terris *m. al. add.* 1; mundo *add. Ionas.* b) *om.* 1. c) *ita pr. m.* 1. d) *om.* 2. e) *ita pr. m.* 1. 2. f) ipse 2, *corr.*

Cap. 7. a) : : grediens 1. b) *eras.* 1. c) *ita* 2; humilitatem et obedientiam et meritum 1. d) Lectio V. *add.* 1.

45 *Cap.* 8. a) divina lectione 2. b) sibi *add.* 2.

Cap. 9. a) Post 2. b) *ita* 1; adversatrice avia 2. c) Brunihildę 1, *corr.* d) *ita* 1 *cum cod. A* 1*b V. Col.*; Burgundionum 2. e) *ita codd. B V. Col.* f) eius *add.* 1. g) Theod. 2.

1) *Pulsantes pro noviciis accipiuntur; cf. Ducange h. v.*

V. Columb. I, 24. cum adhuc solummodo solium regni Neustrasiorum vir valde idoneus et bene placitus Deo moribus[a] rex Chlotharius sibi vindicabat, quem saepedictus beatus Columbanus sua sacra doctrina monuerat, et tam de amplificando ei regno quam de praedictis regibus sibi invicem rebellibus, una cum stirpe eorum iusto Dei iudicio a regno quidem male usurpato infra trien- 5 nium penitus esse perituros, et monarchiam eorum hoc ipso glorioso Clothario[b] adunandam esse, haec sacerdos Dei vaticinando omnia sepe praedixerat.

(10). In praefato vero Luxovio post discessum beati viri nonnulli pastores ad manendum ibidem convenerant, et beatus Walaricus de quadam cellula regre- 10 diens, iuxta Domini virtutem, expulsis saecularibus, coepit ipsum sanctum locum ib. I, 30. restruere[a]. Inter haec beatus Eustasius[b] a beato Columbano fuerat destinatus ad hoc ipsum coenobium regendum, cum adhuc quadam ex parte fines ipsius monasterii quidam[c] utique saeculares[c] praesiderent. Cum autem de ipsis saecularibus deiciendis calumnia et lis insurgere conaretur, tunc beatus Eustasius, cum 15 esset et[d] ipse nobilitate generis et moribus decoratus, una cum famulo Dei Walarico sic illos suasoriis[e] et suis mellifluis eloquiis, auxiliante Domino, de praedictis finibus monasterii promoverunt, ut de ipsorum saecularium controversia nullum ibidem inter eos scandalum exsurgeret. Sed dum quidam ex fratribus levi animo permotus vellet eos inpatienter subsequi, vir Domini, blandis ut erat verbis, ne[f] 20 iret, coercebat. Sed ille cum iussa sibi magis ac magis contempneret, tunc ei famulus Dei inquid: 'Fili non eos subsequaris, ne forte etiam cum notato tibi signo ad nos usque redeas'. Cumque tantum praedictus frater cum aliis comitibus illos subsequeretur, orta est contentio inter illos et lapidis ictu in manu est percussus; unde etiam tam diu magno dolore afflictus, ut iuxta sententiam servi Dei 25 in signo, quam diu adviveret, culpa ipsius appareret. Nam articulus ille, quem medici auricularem[1], vulgus vero minimellum noncupant[g], ex vehementia[h] nimii doloris ita se contraxerat, ut etiam radicitus exsiccaretur.

(11). Quidam vero ex[a] fratribus nomine Waldolenus[2] desiderio quodam accensus petiit a beato Columbano, ut licentiam ei praedicandi inter gentes conce- 30 deret et venerabilem virum Walaricum pro solatio fovendae religionis secum abire permitteret. Cui beatus pater respondisse fertur: 'Etsi pro bono, fili, properare disponis, sed hoc scias, quod ille servus Dei magnus est, quem tecum ire perquiris. Hoc autem cave, ne ei aliquid molestiae ingeras, ne pro hoc scandali machinamenta incurras'. Cumque hoc ei, ut postulaverat, beatus Columbanus 35 permisisset, cum dicto factum venit in posterum, sicut a sancto Dei fuerat praedictum. Cumque pari comitatu in Neustriam[b] pervenissent, accesserunt ad quondam praecelsum regem Clotharium, cui remotum locum residendi poposcerunt[c].

Capp. 9—11. 1. 2.

Cap. 9. a) *om.* 2. b) Lothario 2, *et sic deinceps.* 40

Cap. 10. a) Lectio VI. *add.* 1. b) Austasius *semper* 1; qui *add.* 2. c) *om.* 2. d) et i. *om.* 2. e) : variis, *ras.* s? 1. f) ne post eos iret coepit coercere 2. g) *ita pr. m.* 1. h) vehementi 1.

Cap. 11. a) *ita* 1; e 2. b) Eustria 1. c) Lectio VII. *add.* 1.

1) *Isid. Orig. XI,* 1, 71: Quintus auricularis, pro eo quod eo aurem scalpimus; *cf.* 45 *Ducange h. v.* 2) *Waldelenus, cuius Columbanus in epistula a.* 610. *data meminit (MG. Ep. III, p.* 166 *sq.), inter fratres Luxovienses eximium locum obtinuit, quippe qui, si Athala sanctum subsequi maluisset, praepositus destinatus esset.*

(12). Advenientes vero ad quendam[a] locum Ambianensium, perveniunt Waliniaco[b, 1], ubi quidam comes[c] nomine Sigobardus iuxta[d] morem saeculi concioni praesidebat, quod rustici mallum vocant. Et cum ibidem, ut solet adesse, malis gestis iusta vel iniusta sententia unicuique proderetur, contigit, ut quidam reus[e], 5 ob meritum quidem reatus sui morte damnatus, in eculeo iam[f] esset suspensus atque defunctus. Cumque eum a longe beatus Walaricus inspexisset, permotus visceribus, ut erat pietate plenus, concito cursu ad stipitem pervenit, et prohibentibus eum carnificibus, ne cadaver iam mortui ullo modo tetigisset, ille intrepidus, ut quidam ait: *Perfecta dilectio foras mittit timorem*, vinculum incidit et corpus (1. Ioh. 4, 18.) 10 defuncti manibus propriis ad terram deposuit et super supinata membra eius summo studio caritatis sese cum lacrimis admodum profusis in orationem prosternit, ita ut facie[g] sua faciem illius imprimeret, et quantum promptior in prece fuerat, tantum citius a Domino obtinuit quod poposcit. Nam astantibus cunctis immoque stupentibus, quasi ex profundo somno paulatim caleficientibus[h] membris, 15 qui mortuus fuerat statim incolumis revixit. Cumque tam magnum miraculum in conventu populi praesentia praesidis praesentatum fuisset, tunc vir Domini supplicare[i] coepit, ut quem Dei pietas resuscitaverat, bonitas ipsius iudicis ubicumque liberum ire permitteret: sed ille sevo[k] furore accensus[2], iterum eum in patibulum suspendi iubet. At illi[l] inquit servus Dei: 'Homo Dei, constat te iam illum 20 interfecisse, quem potentia Domini resuscitavit, et nisi me ipsum cum[m] eodem suspenderis, aliter eum mihi tollere[n] non praevalebis. Et si tu me exiguum Christi servulum forsitan audire contempnis, est vero mundi creator, qui se invocantem neminem spernit et nos pro suis legibus certantes sua solita pietate modo dignabitur exaudire'. Cumque his dictis et precibus victus fuisset tyrannus, iussit reum 25 solvi, qui multa per tempora vixit.

(13). Nec illud dignum memoriae aestimamus esse praeteritum[a], quod illustris et Deo devota Bertila matrona, quae multa eis bona largita est, ut erat sagacis ingenii, providens futura, inspiciensque virum admodum esse sanctum, supplice[b] prece postulabat ab eo, dicens: 'Hoc peto et humillima prece satis exposco, ut si 30 umquam vobis, Deo volente, ego miserrima superstes extitero[c], corpus tuum pro sancto pignore sepelire merear'. Et ipse respondisse fertur: 'In Dei[d] hoc agitur arbitrio, et fiat ubi vel sicut ei placuerit'.

(14). Tunc[a] vero praefatus rex una cum consensu pontificis Ambianensis iuxta eorum petitionem locum eis secretum et remotioris vitae et habitu[b] mona- 35 chorum satis aptum, qui Leuconaus antiquo[c] vocabulo dicebatur, regio praecepto concessit. In eodem vero loco praedictus antestis[d] Ambianensis beatus Berchundus[e, 3] diebus quadragesimis[f] contemplatione[g] divinae solebat adesse remotus. Ibi autem se beatus Walaricus[h] in quadam cellula segregatus a fratribus inclusit, ut, omni

Capp. 12—14. 1. 2.

40 *Cap.* 12. a) quondam *pr. m.* 1. b) Waliniago 1. c) *om.* 2. d) i. m. s. *om.* 2. e) *post* reus 2 *litt. ras.* 1. f) cum *m. al. in litura* 2. g) faciem suam faciei i. 2. h) calefacientibus 2. i) supplicari 1. k) sevi 2. l) *ita* 2; ille s. D. inquit 1. m) c. e. *om.* 1. n) iam *add.* 2.

Cap. 13. a) *ita* 1. 2. b) *ita pr. m.* 1; supplici 2. c) extitere *pr. m.* 2. d) Deo *pr. m. et om.* h. 1.

45 *Cap.* 14. a) Tum 2. b) *ita* 1 *(pr. m.).* 2. c) antiquorum 1. d) *ita pr. m.* 1. e) Berthundus 2. f) *ita* 1; quadragesimae 2. g) *ita pr. m.* 1; contemplationi 2. h) Gual. 1, *ut infra.*

1) *Wailly (dép. Somme).* 2) *Simile miraculum in V. Eparchii c.* 10. *legitur, SS. R. Merov. III, p.* 556. 3) Ex civitate Ambianus Berachundus episcopus *concilio Parisiensi a.* 614. *intererat; cf. Concilia ed. Maassen I,* 192.

cura mundi postposita, suo solito more tantummodo divinae meditationi insisteret; ceteri vero fratres construentes sibi cellulam de elimosina regis videbantur habere substantiam. Situs vero[a] loci ipsius valde congruus[b]. Nam uno ex latere vicinitate maris est satis amoenus, alio autem ex latere torridus discurrit fluvius pisciferae Somminae[c], parsque ipsa super scopulos et ingentia saxa ab imis ad summa ac praecelsa erigitur[d], aularum[e] vel aedium fabrica in excelsa aeris fastigia et magnum ac mirandum mundo vel vicinae regioni prebet espectaculum[f]; nec minus illi[g] regioni tertia quae ceteris praecellit glebis[h] obtima atque frugifera et tam pomiferis quam et pulcherrimis densa undique magno ambitu circumcingitur silvis. In ipso itaque eodemque loco beatus Walaricus a tumultu circumhabitantis populi voluit se latere, sed felix fama virtutum et exempla bonorum operum ubique eum clarum et insignem plurimum reddebant, ut[i] iuxta illam dominicam sententiam: *Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Hic ergo sacerdos iuxta prophetam in templo Dei lapis est vivus in aedificio Dei appellatus, qui recte, ut audio, adamanti[k, 1] pretioso lapidi conparatur, cuius natura[l] talis est, ut quicquid aspexerit, ipsum etiam ferrum ad se subtrahit[m]. Immo etiam huic[n] famulo Dei gratia, quae in vultu verbisque micabat, quam plures ei associabat in opere. Vitam[o] vero ipsius vel suas virtutes, quas per eum Dominus gessit et cotidie facit, a nobis modo vix numerari queunt; sed illas tantummodo in hac paginula brevissimo et conpendioso planoque stilo descripsimus, quas a veredicis[p] et bene conpertis viris audivimus, quos ipse edocuit et enutrivit, et quosdam ex ipsis de diversis languoribus sanitati restituit, ex quibus unum in medio nunc proferamus.

Math. 5, 11—16.

cf. 1. Petr. 2, 5.

(15). Quidam enim ex eis erga Iserae[a, 2] alveum erat oriundus nomine Blitmundus[3] sive Gogus, qui ab antiquo adversario fuerat percussus et conpaginibus omnium membrorum ita erat dissolutus, ut sursum[b] surgere omnino non valeret. Cumque famulo Dei adductus et praesentatus fuisset, aspiciens[c] in eum, ait: 'Hoc opus, o inimice, tuum est', et segregatum in oratorio suo duxit. Cumque ei manum inposuisset et oculos ad caelum elevasset, ut postea referebat ipse qui debilis fuerat, continuo inmanis dolor coepit sese expargere[d], ubicumque ille famulus Dei manum inposuisset, et quasi per quosdam meatus a corpore illius ipsa infirmitas undique deiecta, auxiliante Domino, statim ita recessit, ut in ipsa eademque hora, solutis nervis qui exsiccaverant[e], manu sua ei porrecta, in proprium statum eum erigeret et integram illi sanitatem, opitulante Domino, restitueret. Tunc qui pro foribus aderant, nimio stupore ac terrore perculsi, coeperunt simul sacerdotem Dei summo honore venerari dignasque Deo laudes et gratias

Capp. 14. 15. 1. 2.

Cap. 14. a) autem 2. b) erat *m. al. add.* 1, *habet* 2. c) Somenae 2. d) regitur 1. e) aurarum 2. f) *ita* 1. g) *ita* 2; ille regio : : 1. h) globis 1 *(pr. m.)*. 2. i) *ita* 2; et(?) *eras.* 1. k) magneti 2. l) natalis *pr. m. corr.* natura talis 1. m) *ita* 1; subtrahat 2. n) *om.* 2. o) Sitam *(errore miniatoris) m. al. corr.* vita 1. p) veridicis 2.

Cap. 15. a) Isre 2. b) *eras.* 1. c) a. in eum *eras.* 1. d) *ita* 1; spargere 2. e) exicaverant *m. al. corr.* exsiccaverant 1; exsiccati fuerant 2.

1) *Biographus adamanta cum magnete confudit, lingua propria ('aimant' = magnes) sine dubio seductus, cf. Isid. Orig. XVI,* 13, 3. 2) *Isère.* 3) *De Blidemundo v. infra c.* 35.

ferre; sed et ipsum de quo praediximus Blidmundum[a] in tantum plene sua sacra doctrina postmodum edocuit et enutrivit, ut ad ipsum sanctum locum regendum[b] ac aedificandum secundus et dignus in loco abbas mereretur succedere.

(16). Waldolenus[a] vero, cuius superius[1] fecimus mentionem, accepta sibi 5 annona et copia ciborum, quae eis regio munere fuerat concessa, contigit, interveniente aliqua necessitate, ut fratres ipsius Waldoleni a beato Walarico partem farinae expeterent. At ille, ut solitus cui nihil deerat, concite petentibus benigno animo postulata dari praecepit secundum illud euangelicum[b]: *Omni petenti te da;* (Luc. 6, 30. Matth. 13, 12.) *et omni habenti dabitur, et habundabit;* et illud psalmografi: *Sperantes autem in Do-* (Ps. 25, 1.) 10 *mino non deficient omni bono.* Sed illis eam[c] gerentibus in responso hoc addidit: 'Petita quidem a nobis portabitis; sed mihi credite: insidiante stimulo, utique a vobis recipienda[d] non erunt'. Cumque geruli impetratam farinam suo quidem seniori presentassent, ita enim invenerunt, ut vir Dei renuenda[e] praedixerat. Nam nimis concite eis praecipitur, ut hoc ipsum unde venerat summa cum velocitate 15 reportent.

(17). De obsessis corporibus daemonia multa eiciebat, inter quos erat unus fremens in corio consutus[a]. Cumque ad pedes eius illum proiecissent, peracto quidem ieiunio et oratione, pristinae eum reddidit sanitati. Ad eum autem quotiens tales deferebantur, segregabat eos in cellula[b] separatim, et[c] afflictus ieiunio 20 et oratione, sic illos, favente Domino, integrae saluti restituebat. Sed plures erant quibus eulogias mittebat; qui vero ei praesentati aderant, cum terrore magno[d] vocis exclamabant et dicebant: 'Heu, heu! iam nos ille adversarius noster torquet, iam nos Walaricus incendit'.

(18). Sed nec illud praetereundum est, quod inter ceteras virtutes non minus 25 prophetiae spiritu claruisse dinoscitur. Nam acta et occulta vel culpas[a] absentium frequenter in publico coercebat, ut[b] tantum illos cautiores et erubescentes de reliquis culpis efficeret, quantum restabat ei nil latuisse, si quid contrarium Dei voluntati in eius absentia egissent. Sed, hoc miraculo a plurimis invento, cogebantur discipuli et auditores verbi, ut interrogati ab eo nihil ei culparum 30 suarum tegerent; sed cui hoc[c] protinus abscondere[d] non poterant, omnia ipsi in publico referebant.

(19). Inter haec duo germani erant, qui ad eum in sancta festivitate beati (Nov. 11.) Martini advenerant, quibus increpando ait: 'Admiror, cur ante missarum sollemnia bibere praesumpsistis'. Qui confitentes commissum suum veniam postulant et de 35 reliquo se emendaturos spondent. Alium vero die dominico ad se venientem admonebat dicens: 'Fili[a], hoc facere non debueras, quod hodie egisti. Nonne cum adhuc in domo propria vestimentis tuis iuxta morem indueres, inspexisti coniugem tuam, et illa tibi secundum voluntatem tuam eminam plenam porrexit[b], et tu incontinens et incautus ante[c] missam bibere praesumpsisti?' Sed immo et ipse 40 veniam postulans, et hoc coram eo penituit, quod illicite commisit.

Capp. 15—19. 1. 2.

Cap. 15. a) *ita* 1; Blitm. 2. b) gerendum 1; ac aedif. *om.* 2.

Cap. 16. a) Valdolenus, *infra* Gualdoleni 1. b) eguang. 1. c) autem, *m. al. superscr.* vel eam 1. d) recipiendā 2. e) rennuanda 1.

45 *Cap.* 17. a) cusutus 1; inclusus 2. b) cella 2. c) et — oratione *om.* 1. d) magnae 2.

Cap. 18. a) cupas *pr. m.* 1. b) in 2. c) *ita* 1; *om.* 2. d) abscundere 1.

Cap. 19. a) F *miniator praetermisit* 1. b) porrexisti *pr. m.* 1. c) a. m. *om.* 1.

1) *Supra c.* 11.

(20). Nec minus est illud factum mirabile. Dum quaedam illustris matrona per quendam puerum eulogias in hora prandii, id est panem[a] et flascones, ei misisset, praefatus puer aviditate cibi potusve circumventus[b], partem sibi retinuit partemque aliam servo Dei praesentavit. Qui cum hoc factum divino numine cognovisset, ait: 'Quod nobis nunc allatum est, inde Deo[c] gratias referimus; sed tu, fili, hoc praevide, ne quid incaute sumas de ipso pane vel illo flascone, quod tibi in quodam loco abscondere voluisti, quia serpens[1] est iam in illo vasculo, et in pane illo[d] venenum etiam habetur mortiferum'. Tunc stupefactus puer ilico obriguit terrore, moxque reversus, sicut Dei servus praedixerat, ita invenit. Nam vasculum illud cum aperuisset et exinde anguem exire vidisset, illum panem contingere nullatenus audebat; sed tremefactus et confusus de eo quod gesserat, ad Dei servum rediens, penitentiam de facto gerebat.

(21). Sed et illud adiungendum est miraculum. Quidam ad eum venit, habens venenosum atque mortiferum illum languorem secus oculum, quem postulam[a] vocant. Cumque ei signum Dei imposuisset, iussit eum discedere et proprium opus suum sibi exercere; sed adhuc in fide dubitanti infert: 'Equidem, ut video, minus te[b] de salute tua confidere cognosco'. Et addidit ei haec, futura praedicens: 'Sed tu vero cum ad domum[c] veneris, ius tibi[d] sumendum coniunx[e] tua porriget[f]; sed tu illud[g] omnino non accipias, et vide, ne alia medicamenta praeter hoc signaculum de hac infirmitate requiras. Quod si feceris, de ista quidem nunc evades, sed dum advives[h], quoddam ex illa signum habebis'. Quae ita, ut dixerat, rei eventus probavit. Nam offerente ei coniuge iuscellum sumpsit et adhuc cornu[2] requisivit vel aliquod genus extrahendi veneni, quicquid invenire potuisset. Et licet iuxta sententiam viri Dei mortem tunc evaserit, sed tamen oculum quidem amisit et luscus per tempora vixit. De praedicta autem infirmitate quales et quam plures exinde per illum Dominus curavit[i], quia nimis est prolixum singula percurrere et, ut puto, nec est nostrum cuncta vobis dicere, sed hoc tamen innotesci curavimus, quia quiqui ad Dei famulum cum ipsa accessissent, solummodo signum[k] crucis inpresso et saliva oris[l] sui linitos, statim illos incolumes reddebat et in ipsa eademque hora opus, quod sibi vellent exercere[m], imperabat.

(22). Sed et aliud vobis pandamus[a] miraculum. Cum de quodam principe pedestri, ut solebat, itinere ad cellam rediret, pervenit ad locum qui dicitur Augusta[b, 3] iuxta Auvae[c] fluvium; nam pro humilitate asellum in[d] itinere sedere consuerat[e], sed magis adhuc causa maioris assumendi laboris pedibus frequenter gradiebatur. Et iuxta ripam ipsius fluminis stips erat magnus diversis imaginibus[f] figuratus atque ibi in terram magna virtute immissus, qui nimio cultu more gen-

Capp. 20—22. 1. 2.

Cap. 20. a) panes 2. b) cirventus *pr. m.* 1. c) gr. D. 1. d) ibique *add.* 2.

Cap. 21. a) *ita* 1; pustulam 2. b) *om.* 2. c) dom 1. d) in *add.* 1. e) *ita* 1; coniux 2. f) porrige: 2. g) o. i. 2. h) *ita* 1; adiuves 2. i) *ita* 1; curaverit 2. k) *ita* 2; signo 1. l) ora, *om.* s. 2. m) excercere 2; excere 1.

Cap. 22. a) *ita* 1; pandimus 2. b) *ita* 2 *et infra c.* 33. *uterque;* Austa 1. c) *ita* 1; Hawae 2. d) *om.* 1. e) consueverat 2. f) imaginis | bus 1.

1) *Idem miraculum enarravit Gregorius M., Dial. II,* 18. 2) *Vas quo medicina asservabatur; cf. Ducange h. v.* 3) *Eu oppidum (dép. Seine-Inférieure) tempore Romanorum Augusta, postea autem Augsta, Auga, Augum appellatum (cf. Joanne, 'Dict. géogr. de la France' III,* 1413*) ad fl. situm est, qui olim Auva vel Aucia (cf. V. Lupi Senon. c.* 11*) nominabatur, hodie mutato nomine 'la Bresle' audit.*

tilium a rusticis colebatur. Cumque hoc confessor Domini vidisset, confestim zelo Dei accensus ad puerum dixit: 'Fili mi, impinge hunc in ruinam cadendum'. Qui nihil hesitans nec moratus iussa complere, manu hoc tantummodo contigit, et pondus inmensum, quod vix multitudo hominum magna vi posset[a] evellere vel 5 securibus incidere, a tactu unius oboedientis[b] monachi, quasi madidus et putrefactus, nimio fragore et magno inpetu subito ad terram cecidit atque in semet ipsum totus confractus apparuit. Et his quidem rusticis habitantibus in locis non parvum tam merorem quam et stuporem omnibus praebuit. Sed undique illis certatim concurrentibus cum armis et fustibus, indigne hoc ferentes invicem, ut 10 quasi iniuriam Dei sui vindicarent, cum in eum unanimiter magno furore erupissent et extensis brachiis colafos ictusque suos in aere[c] suspendissent, ille, ut erat semper animo intrepidus atque robustus, fertur illud eis dixisse: 'Si Dominus hoc permittit, nullus eis resistere valebit'. At illi e[d] contrario perterriti, ab intentione animi sui statim divino nutu repressi, ab eo recesserunt. Sed his[e] ita dimissis, 15 coepit eos sacerdos divino spiritu afflatus instruere, ut, relictis idolis, omnipotenti Domino deservirent, et in ipso eodemque loco postea in honorem beati Walarici basilicam[f] construxerunt iuxta fontem aliquem, ex quo fertur ipse se lavasse, ubi quam[g] plura beneficia recta fide petentibus a Domino praestantur.

(23). Nec illud a nobis praetereundum est, quod de quodam[a] puerulo fecit 20 Ursino, qui de alta satis fuerat prosapie[b]. Germanus quidam[c] erat cuiusdam nobilissimi Mauronti[d, 1], qui et ipse summos inter proceres[e] palatii et dignitatem aulae regiae illo in tempore cunctos[f] suo ingenio praecellebat. Sed maiora tamen his potitus est, dum formosam sibi valde pro Christo reliquerat sponsam, sed et, cuncta dignitate[g] saeculi postposita, caelestis Domini sequebatur vestigia. Sed[h] 25 de praedicto Ursino quid fecerit prosequamur. Cui[i] cum iuxta clunem vulnus[k] excreverat magnum, mortis iam ei periculum imminebat. Genitor vero eius ad credendum satis admodum duram et incredibilem mentem gerebat; sed parentes tamen curaverunt, quorum mens tum sanior[l] et fides robustior inerat, ut puerulum illum ante sepedicti[m] beati viri praesentiam praesentarent. Cumque vulnus illud 30 propriis manibus contigisset, statimque[n] ab illo infirmitas illa recessit.

(24). Quidam vero vir nobilis venit ad eum, supplicans ab eo, ut sanaret ei filium suum nomine Audobertum[a], qui languore dissenteriae longo iam tedio afflictus, magis iam infelici poena quam vita tenebatur, cum tantummodo extremam et optatam sibi expectabat horam: etsi hoc forsitan non vellet, vel hoc 35 saltem mereretur, ut ab illo sepulturae[b] traderetur. At ipsi beatus ait: 'Qui[c] quatriduanum illum iam foetidum suscitavit de tumulo, et[d] huic spiritu adhuc vitali in summo pectusculo anhelanti valet utique[e] salutem restituere'. Cumque eum suis sacris manibus contigisset, tunc ipse qui semivivus aderat et longe ante dies nullam alimoniam carnis assumpserat, fertur clamasse et postulasse a patre, 40 ut quantotius cibum sumeret. Et non longa mora interposita, qui manibus pa-

cf. Ioh. 11.

Capp. 22—24. 1. 2.

Cap. 22. a) possit evelli v. s. incidi 2. b) oboediens 2. c) *ita* 1; aera 2. d) e *om.* 2. e) *ita* 1; *om.* 2. f) basilica 2. g) q. p. b. *om.* 1.

Cap. 23. a) *post* quodam *ras.* prae 1. b) prosapia 2. c) quidem *pr. m.* 2. d) *ita* 1; 45 Maurenti 2. e) proce::: res, *ras.* re 2. f) conctos 1. g) dignitati 1. h) *ita* 2; Sed dicto 1. i) Qui *errore miniatoris* 1. k) ulcus 2. l) senior 2, *corr.* m) se p̄dicti 2. n) que *eras.* 1, *om.* 2.

Cap. 24. a) Audeb. 2. b) sepultura 2. c) Quia *pr. m.* 2. d) et hinc 1; (et *om.*) huic 2. e) utique *ante* spiritu a. 2.

1) Maurontus nobilis quidam vir *commemoratur ab Alcuino in V. Richarii abb. Centul.*

rentum servo Dei fuerat allatus, laetus iam una[a] cum patre, divina interveniente medela, aequo vehebatur ad propria; qui postea longam et religiosam vitam fertur duxisse per tempora.

(25). Nec hoc a nobis praetereundum est, quid pro eo adhuc in hac mortali vita degente superna et divina ultio gesserit. Et nobis per hoc patenter datur 5 intellegi, quia qui Christi famulos irritat, non solum illos, sed et ipsum habitatorem illorum Dominum ad iracundiam provocat, qui ait: *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit;* et item dicit: *Qui*[a] *manet in me, et ego in eo*[b]. Et ideo in tantum omnino metuenda est ira iustorum, quantum iam in eis omnipotentem iudicem et Dominum praesentialiter inesse cognoscimus. Nam cum prae- 10 fatus amicus Dei de quodam loco Caldis[1] ad septa monasterii tempore hiemis repedaret, contigit, ut pro nimia austeritate frigoris in domicilium cuiusdam presbiteri cum suis sodalibus ad se caleficandum[c] declinaret. At illi qui talem quidem et tam magnum hospitem eximio cultu venerari debuerant, ut huius sacro eloquio, sicut ei mos erat, instrui mererentur, magis turpia ac inhonesta, immo luxuriosa 15 atque muliebria verba una cum iudice loci ipsius famulo Dei loqui audacter atque contumaciter coeperunt. Sed ipse e contra, ut consueverat, putridis et corruptis cicatricibus semper hominum salubria medicamenta divini verbi imponebat. Aiebat[d] enim ad eos: 'Filii[e], numquid illud in euangelio[f] non audistis: de omni verbo otioso rationem reddituri sumus in die iudicii?' Sed illi, contempto eius 20 praecepto, magis ac magis incongruis ac inpudicissimis sermonibus ebulliebant, ut est illud: *Ex abundantia enim*[g] *cordis os loquitur.* At[h] ille subiungens inquit[i]: 'Volui utique propter rigorem frigoris corpusculum meum ab igne paulisper refovere, sed vestris prohibeor sceleratissimis verbis, immo nunc etiam exire non[k] calefactus a vobis compellor'. Cumque de domo illa egrederetur, illud[l] non 25 obliviscitur[m] praeceptum[n], pulverem[o] ibi de pedibus suis excutit et ad locum destinatum iter direxit. Sed illos infelices et procaces verborum quos sepe diximus ultio divina mox eos subsequitur. Nam ille presbiter, qui recte sibi vel aliis praevidere neglexerat, oculorum subito lumen amisit et loci[p] ipsius praedicto iudici sua ei emarcuerunt statim virilia. Cumque hoc persensissent Dei iam iudicio se 30 esse percussos, licet sera penitentia ducti, summa cum humilitate per verba precantia supplicabant, ut iterum famulus Dei in domum illam vellet[q] intrare. Sed ille nihil ipsorum precibus iam assensit. Nam unus in sua cecitate permansit, at vero alius[r], contracto corpore et putrescentibus ei genitalibus, de hoc caduco migravit saeculo. 35

Luc. 10, 16. Ioh. 15, 5. cf. Matth. 12, 36. ib. 12, 34. cf. ib. 10, 14.

(26). Et merito tantis et talibus virtutibus eminebat, cuius vitam et divina gratia plenam fuisse comperimus, ut quinta[a] paginula huius libelli brevissimo relatu perstrinximus[b], et conpunctione. Ab utero enim matris virgo manebat cor-

Capp. 24—26. 1. 2.

Cap. 24. a) *om.* 2. 40

Cap. 25. a) Q *a miniatore omissa* 1. b) illo 2. c) *ita* 1; calefaciendum 2. d) Diebat *(errore miniatoris) corr.* Dicebat 1. e) Fili 1. f) eguangelio 1. g) *om.* 1, *habet Vulg.* h) A *miniator om.* 1. i) ait 2. k) comp. a vobis non cal. 2. l) *ita* 1; Domini 2. m) *ita* 1; oblitus 2. n) precepta 1. o) pulvere 2. p) luce 1. q) *ita* 1; dignaretur 2. r) alter contractio 2. 45

Cap. 26. a) qui inta 2. b) perstriximus 1.

1) *De Cayeux-sur-Mer vico S. Walarici oppido proximo cogitavit Mabillon, de pago Caletum, hodie 'pays de Caux', Henschenius, sed neutrum placet.*

pore; humilitas vero eius et benignitas ultra humanum modum excedebant. Tantum enim divina gratia et compunctione erat plenus, ut quot vicibus talentum sibi creditum divinae intellegentiae auribus discipulorum erogaverat, quotve[a] caelum spiritu psallens et mente aspexerit[b], vel humo prostratus orationem
5 direxerit, tot etiam vicibus lacrimatus est[1]. Quis enumerare queat pernoctatas vigilias, profusas furtivasque orationes, quas inter condensa veprium et per convexa vallium plurimum amabat? Quidve[c] dicam illas peculiares et profusas admodum orationes, quas pro hoc in cubiculo clausus Deo soli meditans frequenter exercebat? Cuius lectulum ex virgis contextum vili satis lectariola[2] tegebatur,
10 tunica cum cappella[d. 3] tantum utens et linea vestimenta non requirens. Cursum[e] vero tam monasterialem quam et Gallicanum[4] magno studio indesinenter celebrabat, et cum hoc dupliciter explicaret, tunc quidem inbecillia membra parvo sopori tandem laxabat. Animi autem eius intentio talis erat, ut nullum tempus vacaret otio, quod[f] non aut lectioni seu orationi vel operibus manuum suarum
15 insisteret. Et cum omnino in omnes largus et humanus esset, magis tamen in pauperes et egenos et in domesticos fidei hoc exercebat, in tantum etiam, ut de propriis humeris vestimentum suum eis tribueret. Sed et[g] alimoniam et ceteram substantiam fratrum, de crastino nihil cogitans, omni petenti[h] se dabat, et ut fratres exinde non contristarentur, blandis et consolatoriis verbis eos refovebat, dicens:
20 'Filii, hoc sectamini et pro certo scitote atque probatum habete[i], quia quicumque hilari animo necessaria petentibus tribuerit, quicquid et ipse necessarium postulaverit, citius[k] a Domino impetrabit'. Sed et hoc ipsum non solum verbis, sed etiam factis confirmabat. Nam praedictis suis fratribus affluenter, administrante Domino et ipso orante, undique eis afferebantur[l] omnia.

25 (27). Tanta vero mansuetudo divinae misericordiae erat in eo, ut aviculae[5] in manu eius frequenter sine formidine cibum sumerent, et articulis suis, quandocumque vellet, oblitas suae feritatis et quasi domesticas eas palpitabat[a. 6]. Cumque fratres ad eum venientes expavescerent, et circumquaque volitantes[b] aves adessent, at ille[c] dicebat ad eos: 'Filii, non faciamus eis iniuriam, sed permittamus eas
30 paululum saturari de micis'. Et cum fratres iuxta patris imperium retrogradarentur, at illae pennigero volatu undique certatim adventabant, ut more suo solito annonam sibi allatam de manu famuli[d] Dei iterum atque iterum assumerent.

cf. V. Columb. I, 15.

ib. I, 22.

(28). Circa ipsos etiam fratres tanta ei benigna pietas inerat, ut si quempiam[a] de iunioribus pro quibuslibet culpis iussisset flagellare, et hoc ipsum ne
35 fieret frequenter iubebat, sed, convocato[b] illo ad se, blande leniterque admonebat, dicens: 'Fili[c], hoc cave et tibimet ipsi iam adtende, qualem et quantam iniuriam nunc perpeti poteras; sed modo ad emendandum ista tibi sola verecundia sufficiat, ut ulterius iam hoc vitium non admittas'. Et quam plures hoc modo sua melli-

Capp. 26—28. 1. 2.

40 *Cap.* 26. a) quodve 2, *corr.* b) asperserit 1. c) Quid | due *pr. m.* 2. d) *ita* 2; capella 1. e) Rursum *errore miniatoris* 1. f) *ita* 1; quo 2. g) *om.* 1. h) potenti 1. i) habetote 2. k) cititius 2. l) affluebantur 1.

Cap. 27. a) *ita* 1. 2. b) voluntates *corr.* voluntes 2. c) illa 1, *corr.* d) D. f. 2.

Cap. 28. a) quipiam 1. b) cumvocato 1. c) Filii 1, *corr.*

45 1) *Ita V. Genovefae c.* 16. 2) *I. q. toral.* 3) *Brevior cappa; cf. Ducange h. v.* 4) *Columbanus cursum unum sequebatur, eum scilicet, quem in regula monachorum c.* 7. *descripsit.* 5) *Similia de Columbano enarravit Ionas I,* 15. 17. 6) *I. q. palpabat.*

flua doctrina magis prohibebat a crimine, quam aliorum irascentium dira verbera coercebant[a].

(29). Et cum esset vultu hilaris, sermone conpositus, statura optima[a], longa et exili, palmae tenues et extentae, gracilissimis[b] et prolixis digitis, oculis pulcherrimis aspectuque[c] delectabili, facies eius valde pallida et macie erat confecta; quia frequenter in tota ebdomada nisi in die dominico nihil cibi[d] sumebat, non vinum nec siceram neque aliud quod inebriare[e] potest usitans, cum in adventu quidem hospitum in dilectione caritatis de omnibus his poculis praegustaret. Et sic tabe corporis animam suam pavit, ut de officio[f] tamen sibi commisso nihil umquam praeteriret. Quando vero per eum Dominus diversis languoribus gratiam curationum dabat, vel futura et occulta pronuntiabat, tunc roseo colore malae genarum eius nimio fulgore visu mirabili emicabant, ut per hoc palam omnibus daretur intellegi, quia ea quae facta vel dicta per eum dicimus, auxiliante Domino et cooperante sancto Spiritu, fiebant. Et, his ita gestis, ad beatum ac felicem prospere iam properabat finem.

INCIPIT TRANSITUS SANCTI WALARICI ABBATIS KL. APRILIS[a].

(30). Quadam[b] die forte, cum de quadam[c] cellula veniens[d] et claustra monasterii sui dominico die fuisset ingressus, accedens in verticem montis ad quandam arborem, quae undique vepribus erat circumsepta[e], ubi vir Deo plenus furtivas illas et dignas Deo orationes, quas saepe diximus, solebat remotus exercere, cumque ibi coram illo aliqui fratres astarent, infixis coram ipsis duobus paxillis, designabat mensuram unius capacem[f] staturae et ait illis: 'Cum de hac[g] praesenti vita tandem, volente Deo, a vobis migravero, vos me in hoc loco sepelire[h] curate'. Et cum ab eo dictum fuerat, ita factum cito evenit. Nam in altero die dominico, hunc quem diximus subsequente proximo, sarcina carnis deposita, cum[i] victoria migravit ad regna caelestia. Iuxta[k] illam quam diximus arborem, in qua beatus episcopus Berchundus[1], ut ipse referebat, sanctorum reliquias solebat suspendere, — quod huic Dei famulo ante fuerat incognitum, nisi fuisset a divino spiritu nuntiatum, — in[l] ipso eodemque[m] loco, qualiter ipse praedixerat hac[n] designaverat, summo cum[o] honore sancta ac felicia ibidem reconduntur[p] membra[2]. Et[q] ex hoc[r] nobis aperte datur intellegi, quod eidem obitus suus, immo et locus,

Capp. 28—30. 1. 2.

Cap. 28. a) coercebat 1.

Cap. 29. a) loptima 2. b) gracillissimis 2. c) que *om.* 1. d) n. sibi s. cybi, non 1. e) inebriari 2. f) fitio *corr.* ofitio 1.

Cap. 30. a) *ita* 1; *versus vacat* 2. b) Q *deest, spatio vacuo relicto* 2. c) aliqua 1. d) adveniens ad cl. monastii 1. e) circumspecta *pr. m.* 1. f) *ita* 1; capaci 2. g) h. vita pr. vita t. 2. h) seperire 2. i) *ita* 1; c. v. *om.* 2. k) Iusta 1. l) *om.* 1. m) que *om.* 1. n) *ita pr. m.* 2. o) *om.* 1. p) recunduntur 1. q) Lect. II. *incipit* 1. r) *om.* 2.

1) *V. supra c.* 14. 2) *Exstat etiamnunc eodem in loco capella sesquilapide a monasterio, a nautis plurimum frequentata, ubi navigium suscepturi B. Walarico se commendant; quod quidem ab antiqua religione profectum est. Nam Willelmus primus Anglicam expeditionem suscepturus, cum* mense Augusto ad S. Walericum venisset, facto cum senioribus consilio, *inquit Willelmus Malmesbur. in lib.* 3. *de Gest. Angl.,* corpus S. Walerici foras efferri et pro vento deprecando sub divo exponi iussit. Nec mora intercessit, quin prosper flatus carbasa impleret. *Quod anno* 1066. *factum Matthaeus Paris. refert. Mab.*

qui iam erat reliquiis apostolicis consecratus, divino quidem numine ante aliquos dies hoc fuerat revelatum.

(31). Sed his ita[a] peractis, quae vel qualia miraculorum signa post suum de hac vita obitum divina per eum gessit potentia, ne cuncta preterisse videamur, 5 vel pauca ex multis brevissimo quidem relatu, ut disposuimus, scire hoc volentibus referamus, non ea quae a plurimis fabulose, sed ea[b] quae a veredicis testibus conprobata esse iam didicimus, et illa maxime quae a venerabili viro Raginberto[c] erudito abbate, pio licet studio ac religioso labore et prolixo quidem sermone, sed tamen satis simplici et inconposita editione conscripta repperimus.

10 (32). Quaedam[a] autem puella per tria ferme annorum curricula[b] oculorum fuerat luce orbata, quam parentes ad antedictum locum servi Dei perducere curabant. Sed cum eius finibus appropinquasset, ait ad illos: 'Quid est hoc quod sic eminus luce clarius video resplendere?' At illi responderunt: 'Oratorium est[c] domni Walarici'. Et sic Deo laudes[d] referebat[e] gratis[f] lumenque recepit 15 serenum.

(33). Sed et illud quoque miraculum adhuc sitientibus deferamus, quod in quodam loco nomine Augusta, ubi stips ille[a] idoli, ut superius[1] diximus, iussu viri[b] Dei fuerat confractus, et basilicam ibidem iam in Dei nomine accolae loci illius praefato Dei famulo construxerunt[c]. Iuxta quam dum quadam forte die quaedam 20 feminae iter agerent, una ex eis praecessit alias, atque lucrata sibi orationem[d] ad subsequentes se socias hortando ait: 'Descendite de his vestris in loco sancto vehiculis et pro nostris postulate cum prece[e] facinoribus, et paululum resumptis viribus, vestris nunc', inquit, 'potate de poculis, et sic tandem cum gaudio, auxiliante Domino, ad destinata[f] pergamus loca'. At[g] illa[h] quae ex his[i] prior 25 esse videbatur, contempnens ibidem orationi[k] incumbere, sed super sessis vehiculis una cum filia ad locum ubi destinaverant[l] sine mora properabant. Cumque inter sese[m] invicem sermocinarent, tunc filia cum indignatione matri sic oritur fari: 'O dulcis genetrix, o mea spes unica semper, numquid illo in loco habitatores hunc venerare[n] conantur, illum quem ante hos annos asello insedentem despicabili 30 habitu cernebamus?' Cui illa respondens inquit: 'Huic vero[o], ut ais, filia, rustici volunt fieri memoriam, cuius opera apud nos vilia et contemptui[p] digna videbantur'. Tunc[q] inter ipsorum stulta et vana colloquia coeperunt crura natae quasi more paralysis rigore nimii doloris constringi. Et cum hoc contristata matri suae innotuisset, at illa stupefacta obriguit, quid hoc erat, quidve vellet esse, inter-35 rogans. Tunc simul secum pertractabant et mente sua sibi invicem revolvebant, quid de praefata oratione sancti viri die[r] eadem fecissent[s], quidve dixissent. Tunc primum, licet coacte, magna tamen cum humilitate, immo et nimio terrore[t]

Capp. 30—33. 1. 2.

Cap. 31. a) *om.* 2. b) *ita* 1; ipsa 2. c) *ita* 2; Rainberto 1.

40 *Cap.* 32. a) Lectio III. *incipit* 1. b) circula 1. c) *om.* 1. d) laudis 2. e) referabat 1. f) *ita* 1; grates 2.

Cap. 33. a) illae 1. b) *ita* 2; *om.* 1. c) constrinxerunt 1. d) *ita* 1; oratione 2. e) pre 1. f) d. pergere valeamus 1. 2. g) Lect. IIII. 1. h) vero *add.* 1. i) mulieribus supradictis *pro* his 1. k) orationem 1. l) destinaverat 2, *corr.* m) *ita* 1; se i. sermocinarentur 2. 45 n) vene | re 1; venerari 2. o) *ita* 1; viro 2. p) cumtemptui 1. q) autem *add.* 1. r) *om.* 2. s) fecisset 1. t) timore 2.

1) *Supra c.* 22.

perculsi[a], ad praedictum oratorium viri Dei summa iam cum[b] festinatione repedabant, et ibi deposita elatione et cervice mentis, tam diu in eodem[c] fletu et planctu prostrati[d] iacuerunt, postulantes sibi veniam de commisso, usque dum, favente Domino[e], qui prope est omnibus invocantibus eum, integram sanitatem sepedicta sua filia reciperet. (cf. Ps. 144,18.) 5

(34). Sed[a] post suum, ut praefati sumus, de hac luce beatum obitum tantum se sancto in coenobio humana[b] mersit[c] conditio, ut illa necessitas illos monachos inde ire urgebat[d], quae piis animis prodesse solet, ut est illud: 'Qui volunt in Christo pie vivere, oportet eos tribulationes sustinere'. Ad tempus deserentes locum, illud etiam[e] euvangelicum sectantes: *Si persequentur vos in una civitate, fugite in aliam,* et cum in solitudine locus ille redactus fuisset*, beatus pontifex[e] Berchundus[f] divino instinctus amore conabatur sanctum illum[g] depositum ad suam civitatem magno cum triumpho deferre; sed cum, facta oratione, iussisset sanctum effodere corpus, proficere[h] nil valebant. Tunc praefatus pontifex: 'Oremus', inquit, 'ad[i] Dominum; vereor enim, ne impossibilitas operis aliquo[k] modo nobis accedat[l]'. Cumque[m] orationi intentius[e] incubuisset et bis et ter impetum[n] levandi, nihil tamen proficientes[o], temptassent, sicut corpore vivens heremum et** semper ibidem[p] diligebat locum, ita et defunctus disposuerat, quem[1] famulus Dei iam de sua infirmitate, ut superius diximus, curaverat. (Matth. 10,23.) 10 15

(35). Qui tunc in illo tempore cum esset in Bobio sub oboedientia beati Athalae[a] abbatis, cuius gesta scripta habentur[b, 2], frequenter[c] ab illo humiliter postulabat, ut ad locum illum in Francia, ubi beatus Walaricus in heremo ibidem est sepultus, conversandi vel visitandi gratia[d] ei[e] concederet demorari; quae ab illo minime tunc illo in tempore impetravit[f]. Sed illo perseverante in precibus, beatus Athala[g], peracto quodam annorum curriculo[h], quadam infirmitate afflictus, infirmatus[i] iacebat. Dehinc[k] cum quadam die beatus Athala ad ecclesiam iret, sustentabat inbecillia[l] membra monachus ille praefatus, qui cellulam sancti Walarici saepe ei[m] petierat visitare[n]. At[o] ipse referebat, dum pariter ambularent, visum 20 25

*) suscitatur (suscitatus 4*a*) ex divina inspiratione successor Blitmundus, quem famulus *(v. 18), omisso Berchundi conatu, pergunt* 4*a. b.* 30

**) h., ita et defunctus eundem diligebat locum. Ibidem etiam eum deposuerat Blitmundus discipulus eius (*corr. ex* Bl. d. e. deposuerat 3*b*), quem famulus *pergunt* 3*b. b*'.

Capp. 33—35. 1. 2.

Cap. 33. a) *ita* 1; perculse 2. b) *om.* 1. c) in *iterat* 2. d) *ita* 1. 2. e) Deo 1. 35

Cap. 34. a) Lect. V. Denique post suum 1. b) human(ae *in litura*) 1. c) emersit 2. d) urgueret 2. e) *om.* 1. f) Baracundus 2. g) *ita* 1; illud 2. h) nihil pr. v. 1. i) a 1. k) a. m. *om.* 2. l) accidat 2; Lectio VI. *add.* 1. m) vero *add.* 1. n) impetu 2. o) *ita* 2; profitiens temptassens 1. p) *ita* 1; eundem 2.

Cap. 35. a) *ita* 1; Atthalae *constanter* 2. b) Lect. VII. *add.* 1. c) igitur *add.* 1. d) gratiam 1. e) eidem pergendi facultatem tribueret concederetque d. 2. f) imperavit 1; t. valuit impetrare 2. g) Athela 1, *ut infra.* h) circulo 1. i) affl. in lectulo decumbebat. D. 2. k) Denique 1. l) *ita* 1; inbacilla 2. m) *ita* 1; eum 2. n) visitaret 1. o) Et ipse hoc r. 1. 40

1) *Scilicet Blidemundum; v. supra c.* 15. 2) *V. Columb. II,* 1—6. *Ea quae Ionas de suo itinere deque Blidemundo c.* 5. 6. *enarravit ad hoc V. Walarici caput componendum adhibita esse primo patet aspectu.* 45

esse ei non solum mentem[a], sed etiam ipsa membra ab eo[b] sustentata aliquantulo spatio a terra quasi trium pedum in aere[c] suspendi cum ipso. Tunc ait ad eum: 'Fili mi, quae antea a nobis expetieras, modo habeas ambulandi et visitandi licentiam'. Cumque[d] ille statim minus hoc intellegens dixisset: 'Domine mi, ubi vel 5 quo me ire praecipis?' At sanctus Athala subiunxit: 'Tu ad locum sancti Walarici, quo saepe postulaveras, sume nunc a nobis, volente Deo, licentiam pergendi. Video enim eum esse in nimia claritate[e], et mihi hoc ipsum evenit expetere, ut utinam ipse[f] merear in tantam gloriam introire'. Et[g] per hoc aperte datur intellegi[h], dum adhuc ipse in corpore vivebat, alius positus in aeterna 10 gloria videbatur. Et transacta[i] verborum colloquia[k], pauco[l] intervallo migravit ad Dominum.

(36). Tunc saepedictus ille monachus, quem beatus edocuerat Walaricus, ad antedictum locum Legonao, ut admonitus fuerat a sancto viro, accessit, in quo paene anni spatio heremitalem[a] ac sterilem vitam duxit. Tunc petiit praefatus 15 vir Blidmundus[b] tam a glorioso rege Flothario[c], quam a pontifice qui tunc erat Ambianensium, ut[d] tale praeceptum daret ac licentiam, ut ibi construeret monasterium. Tunc destructis ibi[e] idolis et[f] ritis gentilium, vir Domini Blidmundus[g], qui et secundus abbas in loco eodem extitit, auxiliante omnipotente[h] Domino et christianorum vicinorum adminiculis construere ibi curaverat[i] tam monasterium 20 quam et ecclesiam mirae magnitudinis et cultu nimio decoratam[k]. Concurrentibus ergo undique populis recta fide petentibus, merita eius ibidem magnis[l] virtutibus clarescunt, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum aeterno Deo patre[m] et cum[n] Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

25 *Capp.* 35. 36. 1. 2.

Cap. 35. a) mente 2. b) eodem 2. c) aeræ 2. d) Lectio VIII. Cumque ergo ille supradictus statim 1. e) etenim *add.* 2. f) esse 1. g) Ac 2. h) quia *add.* 2. i) *ita* 1; transacto v. conloquio 2. k) hoc *add.* 1. l) p. i. *om.* 2.

Cap. 36. a) herimitalem 1. b) *ita* 2; Blitm. 1. c) *ita* 1; Lothario 2. d) *ita* 1; A. licen- 30 tiam sibi dari construendi monasterium. Qua adepta, destructis 2. e) *ita* 1; exinde 2. f) *ita* 1; ac ritus 2. g) *ita* 1. 2. h) omnipotenti 2. i) curavit 2. k) decorata 1. l) magnae virtutes 2. m) patri 1. n) *om.* 1.

VITA LUPI EPISCOPI SENONICI.

Lupus episcopus Senonicus evocatus a Chlothario rege ad concilium celebrandum a. 614, die 10. Octobris in urbem Parisiensem cum aliis convenit[1], *cumque fato functus esset, S. Columbae in monasterio sepultus est*[2], *quacum a. 853. die 23. Iulii translationem subiit post dedicationem basilicae novae*[3]. *In fastos sacros saec. VIII. demum relatus est ab interpolatore illo Fontanellensi, cuius recensionis exemplar vetustissimum, codex scilicet Weissenburgensis, haec de ipso exhibet die 1. Septembris:* Senonis civit. depos. sancti Lupi episcopi et conf.[4] *Mederius successor eius concilio Clippiacensi a. 626/7. subscripsit*[5].

Vitae Lupi sermone rhythmico compositae notitiam habebat nisi Ado[6]*:*

Item eodem die *(scilicet 1. Sept.)* apud Senonas beati Lupi episcopi sanctitate et signis miraculorum illustrissimi,

certe Usuardus[7]*:*

Senones beati Lupi episcopi et confessoris. De quo refertur, quia quodam die, dum adstaret praesente clero sacris altaribus, lapsa est caelitus gemma in eius sancto calice,

afferens miraculum in c. 19. relatum; habebant etiam qui Gesta episcoporum Autissiodorensium saec. IX. ex. composuerunt (c. 19): Hic *(scil. Aunarius)* habuit fratrem germanum Austrenum nomine Aurelianorum pontificem, nepotem quoque ex sorore Agia Lupum virum sanctissimum Senonum archiepiscopum miraculis coruscantem. *Ipsa igitur ante a. 875. lucem aspexisse videtur, auctorque licet vitas Hilarionis, Pauli, Malchi ab Hieronymo compositas (c. 1) passionemque Columbae (c. 6) legisset, tamen de patrono suo monumenta nulla proferre potuerat. Quem cum saec. VIII. ex. vixisse Hist. litt. Franc. IV, p. 192, auctores statuissent, multo rectius Bailletus concluserat, auctorem eum esse saec. IX. neque auctoritatem habere nisi incertam.*

Maximi apud eum momenti et 'praedia propria' Lupi erant Aurelianorum in tellure sita, quae ille episcopus post Arthemium Senonicus ordinatus circumibat (c. 6), et ea quam cum S. Remigii monasterio in suburbio sito intercessisse statuit necessitudo. In praedia autem illa episcopi propria ecclesiam Senonicam heredem legitimam successisse per se patet. Neque dubitandum est, quin propter haec ipsa praedia in provincia Aurelianensi Lupus natus esse dicatur ex parentibus generi regio partim affinibus, qua honoris specie in legendis posterioribus sancti fere semper florere solent. Aurelianensis cum sanctus ortu esset, suavi sane concentu matrem sortitus est Austregildem; huic autem fratres assonabant non indigni Austrenus Aurelianensis et Aunarius

1) *Concilia ed. Maassen I,* 191. 2) *Cf. chartam Ludovici imp. a.* 833. *datam, Bouquet VI,* 590*; Mühlbacher, Reg. n.* 925 [2]. 3) *Cf. Ann. S. Columbae Senon., SS. I,* 103. 4) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [114]. 5) *Concilia ed. Maassen I,* 201. 6) *Surius VII,* 1181. 7) *Ed. Bouillart p.* 145.

Autissiodorensis episcopi. Tota haec familia litteris Au coaluisse videtur, quae Aurelianensibus praediis conveniebant, atque vehementer suspicor consanguinitatis illius haec unica fuisse vincula. Inter episcopum Senonicum abbatemque monasterii S. Remigii Senonici simultates biographus statuit gravissimas: Medegisilum abbatem, postquam 5 *Chlotharius a.* 613. *Burgundia potitus est, episcopi loco inhiasse, eoque instante, Lupum in exilium actum esse (c.* 11*), illum autem dignitatem non assecutum, sed a civibus occisum esse (c.* 13*). Medegisili nomen episcopi Turonensis a.* 626/7. *erat, isque post episcopum Senonicum Lupi successorem concilio Clippiacensi subscripsit*[1]*:*

Ex civitate Senonus Mederius episcopus.

10 Ex civitate Toronus Medigisilus episcopus.

Quod ad exilium Lupi pertinet, quod in Neustria biographus collocavit, scilicet in villa quam Andesaginam nominavit, eo ipso tempore, Burgundia occupata, Chlotharius rex sanctum synodi causa Parisios evocaverat, id quod acta concilii a. 614. *celebrati testantur*[2]*, eaque ipsa biographum latuisse oportet neque ad nos ea integra per-* 15 *venerunt nisi per unum solum codicem. Andesagina autem locus Lupi iam nomen fert, neque constat, num praeter hanc nominis affinitatem biographus causam habuerit ad exilium illum statuendum. S. Remigii monasterium iuxta muros urbis Senonicae situm ab Aldrico archiepiscopo non solum in Valliculas VIII. ab urbe eadem miliario translatum, sed etiam privilegio munitum erat, ne ab episcopis inquietudinem pateretur, idque* 20 *Ludowicus imperator a.* 835. *confirmavit*[3]*. Libertates ab Aldrico monasterio concessas ipsius successoribus, quorum iuri aliquantum derogaretur, non eodem modo acceptas fuisse conici licet, eaque quae de abbate illius biographus enarravit animo monachis infenso dictata esse liquet. Patroni sui vitam describens biographus in 'antiquum illum praesulem Lupum', Trecensem scilicet, facile incidebat, unde Winebaudum abbatem basilicae* 25 *S. Lupi Trecensis liberatorem fecit exulantis Senonici (c.* 14*). Multa autem mirabilia de signo, i. e. campana, ecclesiae maioris S. Stephani enarrare poterat (c.* 9. 20. 23*), eidemque fortasse clericus adscriptus erat. De eius indole si adhuc dubitaretur, duo miracula proferam. Cum exercitu Chlotharii intrante signum ecclesiae S. Stephani sanctus tetigisset, omnis fortitudo ab hostium caterva recessit tantoque terrore correpti* 30 *sunt, ut nullatenus evasuros se esse crederent (c.* 9*), atque eodem missas celebrante gemma de caelo in calicem decidit (c.* 19*). Ultimum c.* 27. *miracula occupant, quae in monasterio S. Columbae Lupus patrasse dicitur, eaque postea continuata (c.* 28*), hymnoque (c.* 29*) aucta sunt, nisi fallor, a monacho ipsius monasterii. Sed satis iam de auctore actum mihi videtur esse, cuius nugae scholae legendariae aptius disputandae relinquuntur* 35 *iam laete florenti.*

Codices in tres classes distinxi.

1*a) Codex* ***Parisiensis*** *n.* 11749, *saec. XI, antea S. Germani a Pratis n.* 496 *(olim n.* 463*), fol.* 60′—63.

1*b) Codex* ***Parisiensis*** *n.* 15437, *saec. XII, olim ecclesiae S. Marcelli Pari-* 40 *siensis, deinde bibliothecae Sorbonicae e dono Petri de Blanger doctoris, fol.* 153—155.

2*a) Codex* ***Trecensis*** *n.* 1171, *saec. XI, olim bibliothecae oratorii Trecensis, deinde Pithoeanae (II,* 2*), fol.* 194′—200, *collatus a L. Hartmann v. d., post V. Lupi homiliam continet incipientem ita:* Ad sancti ac beatissimi patris nostri domni Lupi, cuius hodie festa celebramus, laudes addidisse aliquid decerpsisse est *et q. s.*

45 2*b) Codex* ***Carnotenus*** *n.* 115 *(*63*), saec. XI. in., olim monasterii S. Petri Carnoteni, fol.* 80—89′, *praescr.:* In Christi nomine incipit vita sancti ac beatissimi Lupi episcopi Senonicae civitatis, *desinit:* Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

1) *Concilia ed. Maassen I, p.* 201. 2) *Ib. p.* 191. 3) *Bouquet VI,* 605*; Mühlbacher, Reg. n.* 949[2].

2c) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 3789, *saec. XI, antea Colb.* 675, *Regius* 3863, *fol.* 262—268', *a verbis* Sanctus igitur Lupus parentibus (*c.* 2) *incipit.*

2d) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 11759, *saec. XIV, olim S. Germani a Pratis n.* 502, *ex dono Antonii Wionis Herovallii publicarum rationum auditoris, fol.* 296'—297', *et* 61—61'.

2d*) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5353, *saec. XIV, antea Colb. n.* 322, *Regius* 3593_{6a}, *vitas sanctorum mensium Septembris et Octobris comprehendens, fol.* 1'—3', *Vitam, fol.* 3'—4. *Miracula Lupi continet a.* 1102. *facta, quae Bollandiani in Catalogo codicum hagiogr. Paris. II,* 311, *ediderunt.*

3a) *Codex* T r e v e r i c u s *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *num. loc.* 453 (*antea n.* 962), *olim S. Maximini, fol.* 205—207, *saec. XIII, neque ordinem servat neque integer est. Librarius enim episcopum Senonicum basilicae Aniani Aurelianensis liminibus astitisse non passus locum ad eius ordinationem spectantem, scilicet finem c.* 4 *et c.* 5, *post res Aurelianenses posuit c.* 6, *exemplarque descripsit hians a verbis c.* 7. et cetera *ad c.* 14. sanctus Winebaudus.

3b) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5308, *saec. XII, olim Andreae Duchesne, deinde Colb.* 18, *tum Regius C.* 3593^{2}, *fol.* 2—4.

3c) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 9636, *saec. XI/XII, olim S. Laurentii Leodiensis, fol.* 223—226', *textum admodum retractatum continet.*

4a) *Codex* M o n a c e n s i s *n.* 22245, *saec. XII, Windbergensis n.* 45, *fol.* 104' —108, *et*

4b) *Codex* M o n a c e n s i s *n.* 9506, *saec. XII, Ober-Alt. n.* 6, *fol.* 155—157', *eandem recensionem exhibent eodem modo immutatam:* Prologus in vitam sancti Lupi episcopi et confessoris — — suscitandus a Domino, qui vivit et regnat in secula. Amen.

In capite 27, *ad quod biographus vitam perduxit, soli codices* 1*a. b deficiunt, dum in reliquis omnibus continuatio illa legitur, de qua supra dixi. Ad textum recensendum libros* 1*a.* 2*a.* 3*a adhibui, e quibus* 1*a.* 3*a propius inter se coniuncti sunt, medius sermonem haud raro impolitum ope grammaticae interdum emendasse videtur. Ad hanc autem classem plerique codices pertinent et, nisi fallor, etiam quarta cum ipsa in appendice convenit, dum in Vita magis cum* 1 *facere videtur.*

Post M o m b r i t i u m, *Sanctuarium, Mediolani* (1497) *II, fol. LXVII, qui pagina non consumpta vitae breviarium edidit, textum plenum*

L. S u r i u s, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae* 1574, *tom. V, p.* 1—5, *immutato sermone ex pervetusto codice eruit desinente cum* 3*c:* in cuncta secula seculorum, Amen. *Praetermissis iis qui frustula tantum vitae publici iuris fecerunt, ad editionem transeo*

Ioannis V e l d i i, *Acta sanctorum, Antverpiae* 1746, *Septembris tom. I, p.* 255—265, *quae vitam integram servata oratione primigenia continet. Subsidia praesto fuerunt apographon ex Rubea valle, ut videtur, acceptum (scilicet classis* 1) *collatumque cum codice S. Maximini Treverici* (= 3*a*), *deinde codex membranaceus olim abbatiae Valcellensis in dioec. Cameracensi, tunc Musei Bollandianorum, notatus P. Ms.* 158 (*scilicet classis* 2). *Apparatus igitur, quem editor ad recensendum textum adhibuit, sufficere poterat, sed persaepe nihil determinare ausus est, uncinis includens ea quae hic vel ille codex solus exhibebat verba. Hanc editionem una cum parte praefationis iteravit*

L. M. D u r u, *'Bibliothèque historique de l'Yonne', Autissiodori* 1850, *tom. I, p.* 232—246.

B. K r u s c h.

INCIPIT[a] VITA SANCTI LUPI EPISCOPI ET CONFESSORIS[b].

(1[c]). Sanctorum gesta calamo pandere per Raphahel[d] docemur archangelum ad Tobiam[e] loquentem[f]: *Consilium,* inquid, *regis bonum est abscondere; opera autem Dei praeclarum est enarrare.* (Tob. 12, 7.) Sed et lucerna mundi Hieronimus[g] ad istud nos provocavit exemplum, qui postquam testamentum[h] vetus et novum praeclaro transtulit eloquio[i], etiam vitas anachoritarum[k] Hylarionis[l], Pauli[1], Malchi et aliorum florentissimo depinxit stilo in memoriam posteris[m] profuturum. Et licet humanis laudibus iustus non egeat, quem praesentia Christi clarificat et aula paradisi vel societas angelica iam retentat, tamen fidei propagantur augmenta, cum Christus per[n] suos famulos monstratur magna populis ostendisse miracula.

(2[a]). Sanctus igitur Lupus parentibus inclitis[b] ex parte[c] sanguini[d] regali contiguus[e], oriundus extitit vicina amnis[f] Ligeris provintia Aurelianensium civitatis. Cuius genitor Betto, genitrix Austregildis[g] vocabulo, Aga[h] avunculi[i] cognomento; qui divina revelatione commoniti, quod dignum Deo antistitem funderent[k] mundo[l] prolem, mox editum[m] parvulum, lactis pabulo enutritum, expleto tempore cunarum[n], erudiendum tradiderunt studiis litterarum.

(3). Mox in eo[a] lampada[b] caelestis gratiae[c] ita resplenduit, ut cunctos sodales suos in scola praecederet et flore[d] sapientiae ac[e] rivo torrentis facundiae[f] superaret[g]. Erant fratres illius genitricis venerandi antistites Austrenus[2] Aurelianorum pontifex, Aunarius praesul Autisiodorensis[h], virtutum signis effulgens; qui cum cernerent praedictum[i] puerum normam religionis amare et Christi praecepta diligere, eum clericatus officio studuerunt mancipare.

(4). Cumque iam, aetate crescente, officia divina coepisset digne persolvere[a] et ore mellifluo cantus Christi armoniam insonare atque[a] rigore abstinentiae carnis rebellionem domare, oratu assiduo sanctorum sepulcra[b] martirum frequentare, inopiae afflictorum[c] compati, hospitalitatem sectare[d], caritate resplendere, elemosinis insudare, mundum contempnere ac toto desiderio aulam paradisi anhelare; sed[e] cum fama illius longe lateque percurreret et amor in bonorum praecordiis

Capp. 1—4. 1*a*. 2*a*. 3*a*.

Cap. 1. a) *ita* 3*a*; I. *om.* 1*a*; *praescr. om.* 2*a*. b) quae colitur Kl. Septembris *add.* 1*a*. c) *numeros addidi.* d) *ita* 1*a*. 3*a*; Raphael (2*a*). e) Thobiam 2*a*. (3*a*). f) dicentem 2*a*. g) Iheronimus 1*a*. 3*a*. h) v. t. 1*a*. i) eloquium? *pr. m.* 3*a*. k) anachoret. 2*a*. l) Hil. 2*a*; et *add.* 1*a*. m) (p. *om.*) profuturo 3*a*. n) pro suis famulis 3*a*.

Cap. 2. a) Lc. I. *in mg.* 1*a*. b) *ita* 2*a*. 3*a*; inclitus 1*a*. c) patre 3*a*. d) *ita* 2*a*; r. sanguinis 1*a*; sanguine r. 3*a*. e) contiguis 3*a*. f) amni 2*a*. 3*a*. g) Austrehildis 3*a*. h) Aiga 3*a*; Austr. fracto vocabuli cognomento (ab *m. al. add.*) Austrega avunculo suo qui 3*c*. i) ab incolis 3*a*. k) gignerent 3*a*. l) *ita* 3*a*; mundam 1*a*; *om.* 2*a*. m) editam parvulo l. p. enutritam 3*a*. n) *om.* 3*a*.

Cap. 3. a) eodem (2*a*). b) lampas 3*a*. c) gr. i. *om.* 3*a*. d) florem 3*a*. e) a 1*a*. 3*a*. f) fecunde 3*a*. g) sumeret 3*a*; II. *in mg. add.* 2*a*. h) *ita* 1*a*; Authisidiorensis 3*a*; Autisiodorensium 2*a*. i) *om.* 3*a*.

Cap. 4. a) *om.* 3*a*. b) m. s. 2*a*. c) fractorum 3*a*. d) *ita* 3*a*; sectari (1*a*. 2*a*). e) *eras.* 1*a*; et *add.* 2*a*; *verba insequentia ad c.* 5. in celo *hic omissa in c.* 6. *extant* 3*a*.

1) *Vitae Pauli, Hilarionis, Malchi inter Hieronymi opera editae sunt (ed. Vallarsi, Venet.* 1766, *II, p.* 1—48*).* 2) *Austrinus, qui a.* 587. *Namatio episcopo Aurelianensi successerat (cf. Greg., H. Fr. IX,* 18*), Bertoaldum maiorem domus Theuderici a.* 603/4. *suscepit, unde Aurelianorum urbs ab exercitu Chlotharii circumdata est; cf. Fredeg. IV,* 25.

glomerate[a] succresceret, mox ut papa[b] Artemius[c, 1] Senonas[d] diem[e] functus est, ut iam[f] dictae civitatis cathedram sanctus Lupus susciperet, clerus vel populus urbis Senonicae[g] aures[h] regis unanimiter postulavit.

(5[a]). Divino igitur decreto pontificali locatus in solio, coepit virtutibus pollere, miraculis coruscare. Agebant gratias[b] cuncti divinae clementiae, qui[c] talem Senonicis[d] dedisset pontificem, virtutibus egregium, amatum clero vel[e] populo, iusticia indutum, virginitate praeclarum, ieiuniis deditum, elemosinis largum, vigiliis indefessum, doctrinae[f] sanctae tubicinem[g]; qui corpore tentus in seculo, crederetur[h] merito iam angelis sociatus in caelo.

(6[a]). Noctem quandam ducens Christo pervigilem, liminibus[b] astitit basilicae sancti antistitis Aniani, cumque[c] diligentia custodum firmiter ostium obseratum eidem prohiberet ingressum, ipse prostratus limine[d], pias aures Domini dum pulsat intima prece, repente, caelitus avulsa repacula, sancto patuerunt ostia. Custodum suscitata caterva ingredi vident sanctum facie rosea, fulgentibus oculis claritate superna. Cumque[e] praedia propria in Aurelianorum tellure[f] ordinatus pontifex circuiret, — erat enim ei erga sanctorum titulos[g] magna dilectio*, praecipue sanctae Columbae, quae duplicem a Christo meruit coronam accipere[h], unam virginitatem servando, alteram pro amore fidei palmam martirii obtinendo[2], — fulgebat in eo sancta benignitas non solum in benivolos, sed in ipsos etiam inimicos. Et quia, dicente Paulo apostolo, *omnes qui volunt*[i] *pie vivere in Christo*[k] *persecutionem patiuntur,* quoscumque sibi senserat invidiae peste contrarios et detractionis[l] aculeis[m] dentes inferre vipereos, in tantum ipsis[n] erat pacificus, ut viliora suis usibus in cibis vel[o] poculis, meliora eorum inferret obtutibus, exemplum veritatis subsequens, qui[p] diligere inimicos suis[q] mandavit discipulis.

2. Tim. 3, 12. — cf. Matth. 5, 44.

(7[a]). Quadam namque[b] die[c] dum plurimos[d] ad suum convivium convocasset[e], et cetera[f] expensa pauperibus, amplius vini modio[g] non haberet, cum,

*) et in reliquiis exornandis preclara intentio *add.* 3*a*.

Capp. 4—7. 1*a*. 2*a*. 3*a*.

Cap. 4. a) *ita* 1*a*; glomeratus (2*a*); glomerata 3*a*. b) episcopus 3*a*. c) Arthemius 1*a*. d) Se : nonas *corr.* Se : nonæs 1*a*; Senonis 2*a*; *om.* 3*a*. e) *corr.* defunctus 1*a et sic* 2*a*; diem clausit ultimum 3*a*. f) tam 3*a*. g) Sennonice *corr.* Senonice 1*a*. h) *ita* 2*a*; (a. r. *om.*) u. p. 3*a*; auribus regis u. suggessit 1*a*.

Cap. 5. a) III. *m. al. marg. adscr.* 1*a*. b) c. gr. 3*a*. c) quae 2*a*. d) Sennonicis *pr. m.* 1*a*. e) et 2*a*. f) doctrina sancta 3*a*. g) tubicinum 1*a*. 3*a*. h) s. iam a. sociatus esset in c. 3*a*.

Cap. 6. a) IIII. *m. al. marg. adscr.* 1*a*. b) *om.* 3*a*. c) et cum 3*a*. d) *ita* 1*a*. 3*a*; limini (2*a*). e) Sed cum fama — s. esset in celo *locus supra p.* 179, 28. *omissus pro verbis* Cumque — circuiret *positus est* 3*a*. f) tellur : : *m. al. corr.* tellure 1*a*. g) titulis 3*a*, *corr.* h) ere *m. al. in litura scr.* 1*a*. i) pie vol. 3*a cum Vulg.* k) Iesu *add.* 1*a cum Vulg.; om.* 2*a*. 3*a*. l) detrationis *pr. m.* 1*a*. m) *ita* 2*a*. 3*a*; aculeos 1*a*. n) ipse 3*a*. o) et 3*a*. p) *ita* 2*a*. 3*a*; quae 1*a*. q) *ita* 2*a*. 3*a*; suos 1*a*.

Cap. 7. a) V. *in mg.* 1*a*. b) *om.* 3*a*. c) *om.* 2*a*. d) plures 2*a*. e) *sequuntur* abbas ad basilicam sancti Lupi (c. 14), *mediis omissis,* 3*a*. f) *ita recte* 1*a*; cetero expenso (2*a*). g) modium 2*a*.

1) Artemius episcopus ecclesiae Senonicae *conciliis Matisconensibus a.* 583. *et* 585. *intererat; cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 161. 172. 2) *Columba virgo Senonica quomodo et virginitatem servasse et martyrium subiisse dicatur, in ipsius Passione enarratur, quam Bollandiani in Catalogo bibl. Bruxell. I,* 302 *sqq. ediderunt.*

crebris succedentibus populis[a], Falernum[b] deficere per pincernam proprium agnovisset, fidens in Domino coram omnibus dixit: 'Credo, quia dominus meus Iesus[c] Christus, qui nos sancto euangelio praemonuit considerare volatilia caeli, quia non serunt neque congregant in horrea, et Deus pascit illa[d], ad nostram[e] inplendam caritatem citius tribuet[f] consolationem'. Mirum in modum, mox ut verba complevit, missus genitricis illius astitit, qui quingentos vini modios[1] viginti plaustris inpositos proximos iam dictae urbis foribus nuntiavit. Tunc ille prophetiae munere approbatus, robore fidei confortatus, lacrimis conpunctus, praedicationis verba deprompsit ad socios et sperare eos in Domino exhortatus est[g] attentius atque circumstantibus offerri pocula mandavit frequentius.

Matth. 6, 26.

(8[a]). Illo itaque tempore rex Theodericus[b] cum Brunechilde avia regnum Burgundiae gubernabat. Cum igitur quidam regius aulicus Fulcarius dictus, inlustribus natalibus ortus, comes Aurelianensibus datus, qui maxime ob hoc sancto viro erat amicus, quia Betto pater ipsius de sacris eum susceperat fontibus, ad virum Dei veniens indicasset, quod eum in palatio detrahi a quibusdam audisset, quasi[c] ancillam Dei quandam[d] Verosiam[e] nomine, filiam antecessoris sui Artemii[f], inmoderate diligeret, sanctus ad euangelica arma recurrens, contra detrahentium impetum Christi tuba insonuit: '*Beati*', inquid, '*estis, cum maledixerint vobis homines et dixerint omne malum adversum vos, mentientes; gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis*'. Tunc coram praedicto viro ipsam Dei ancillulam caritatis amore osculans, ait: 'Nihil nocent homini aliena verba, quem propria non maculat conscientia; nam si ego pro amore regis aeterni istam in Christo veraciter[g] diligo, terrenum ex hoc principem non pavesco'. Nam[h] quia ipsam Dei virginem Christum amare ardenter agnoverat, ipsam mente purissima ante Dei oculos diligebat nec placere hominibus exinde studebat, quia placere Domino intrinsecus satagebat; exemplo usus Pauli apostoli, qui ait: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem*. Ideo enim erubescere non poterat, quem testis inviolatae conscientiae defendebat.

ib. 5, 11. 12.

Gal. 1, 10.

(9). Defuncto igitur Theoderico principe, dum rex Francorum[a] Chlotharius[b] Burgundiam coepisset intrare[c], armatum manu hostili Blidebodem[d] direxit ducem ad Senonicam[e] urbem. Cumque eam coepissent crudeliter iaculis[f] infestare, sanctus fidens in Domino aulam[2] petiit[g] matris ecclesiae in honore protomartiris Stephani constitutae, et dum ad evocandum populum signum[3] praedictae ecclesiae tangeret, omnis fortitudo sensus ab hostium caterva recessit, tantusque terror super eos irruit, ut nullatenus evadere se crederent, nisi fugae praesidium expetissent. O virum clarissimum, qui exemplo Mosaico[h], dum ad caelum porrexit brachium, hostem fugavit protervum! Tua sunt haec, Christe, opera, cuius in sanctis omnibus

cf. Exod. 17, 11.

Capp. 7—9. 1*a*. 2*a*.

Cap. 7. a) poculis 2*a*. b) Falernum (?) *corr.* Falernam 1*a*. c) *om.* 1*a*. d) est *add.* 2*a*. e) nostra *pr. m.* 1*a*. f) tribuat 2*a*. g) exhortatur a. 2*a*.

Cap. 8. a) VI. *m. al. in mg.* 1*a*. b) Theodoricus 1*a*, *corr.* c) *ita* 2*a*; qu(od *m. al. in litura)* 1*a*. d) quondam 1*a*. e) Volosiam 2*a*. f) *pr. m. corr.* Arthemii 1*a*. g) *om.* 2*a*. h) Sanctus etiam *pro* Nam (2*a*).

Cap. 9. a) *om.* 2*a*. b) Clotharius 2*a*, *ut infra*. c) intrar& *m. rec. corr.* intrare 1*a*. d) Bladebodem 2*a*. e) Sennonicam *et infra* Sennonas *constanter* 1*a*. f) iacu::lis, *ras.* cu? 1*a*. g) petit 1*a*. h) Mosayco 2*a*.

1) *Simile miraculum Ionas, V. Columbani I, 22, rettulit.* 2) *I. q. navis ecclesiae; cf. Ducange h. v.* 3) *Est campana, Italis 'segno'; cf. Ducange h. v.*

est laudanda potentia, qui in te confidentes sola salvas clementia absque clipeo aut[a] hasta.

(10). Obtento itaque Chlotharius regno Burgundiae praecepit cuidam viro potenti, dignitate saeculi in[a] magna gloria praepollenti[b], Farulfo nomine duci, regalia negotia explicare. Qui progressus a latere regio, cum in eius specie de- 5 creta regis studeret, prope Senonas veniens, exarsit iracundiae flammis, indigne ferens[c] nimium, quod sibi cum muneribus obviam praedictus[d] non processisset antistes. In civitate[e] namque susceptus, cum contra sanctum[f] Dei vultu incederet cf. Act. 5, 29. torvido, hoc ab eo accepit responsum: 'Magis quam hominibus oboedire semper convenit Deo. Sacerdotem[g] enim plebem regere et principes saeculi oportet divina 10 praecepta docere; illos autem ad ipsum condecet convenire'.

(11). Regressus igitur frendens Farulfus, cur a sancto[a] non fuisset plenius muneratus, plura falsilocus[b] contra virum Dei principalibus[c] intulit auribus, maxime instante viro nequissimo nomine Medegisilo[1], qui sancti Remigii[2] in suburbio tenens monasterium, sancti pontificis cupiebat invidus[d] invadere locum. His itaque[e] 15 insistentibus iaculis venenosis, rex Chlotharius felle commotus virum Dei Lupum episcopum retrusit exilio[3] in pago quodam Neustriae nuncupante Vinemago[f. 4] traditum duci pagano[g] nomine Bosoni Landegisilo, quem ille direxit in villa[h] quae dicitur Andesagina[i. 5] super fluvium Aucia[k], ubi erant templa fanatica a decurionibus[6] culta. 20

(12). Dumque vir Domini ad eum[a] pervenisset locum, fruebatur de peregrinatione solatio patriarcharum priorum exemplo, recordans sancti Ioseph ex cf. Ps. 80, 7. Egipto, cuius[b] servierunt manus in officio[c]. Gaudebat quippe in Domino, sentiens se a Deo missum ad populum incredulum instruendum, ibique[d] quendam inluminans[e] caecum, praedictum ducem superbum sub sanctae crucis humiliavit[f] signaculo atque 25 vitali tinxit in lavacro, plurimumque[h] Francorum exercitum, qui adhuc erroris detinebatur laqueo, sanctus illuminavit[h] per baptismum.

Capp. 9—12. 1*a*. 2*a*.

Cap. 9. a) *ita* 1*a*; et (2*a*).

Cap. 10. a) inmani gl. 2*a*. b) praepollente 1*a*. c) n. f. 2*a*. d) *ita* 1*a* (*sed* praec.); non 30 processit a. praedictus 2*a*. e) civitatem 2*a*. f) D. s. 2*a*. g) Sacerdote *pr. m.* 1*a*.

Cap. 11. a) viro *add.* 2*a*. b) *ita* 1*a*; falsiloquiis 2*a*. c) *ita* 2*a*; principum a. i. 1*a*. d) *om.* 2*a*. e) *ita* 2*a*; nefarius felle commotus *(verba Chlothario infra attributa) add.* 1*a*. f) *ita* 1*a*; Vinemaco 2*a*. g) pag: *m. al. corr.* page 1*a*. h) *ita pr. m.* 1*a*; villam 2*a*. i) Andegisina 2*a*. k) *ita* 1*a*; Ancia 2*a*. 35

Cap. 12. a) eundem 2*a*. b) cui 1*a*. c) *ita* 1*a*. 2*a*; cophino *Veldius cum Vulg.* d) que *om.* 1*a*. e) *om.* 1*a*. f) s. h. 1*a*. g) Primumque 1*a*. h) humiliavit 2*a*.

1) *De eo v. supra p.* 177. 2) *Remigii monasterium iuxta muros urbis Senonicae situm Aldricus archiepiscopus in Vallicułas VIII. ab urbe eadem miliario transponendum curavit atque ab incursibus episcoporum privilegio defendit, quod Ludowicus imperator a.* 835. *confirmavit; cf.* 40 *Bouquet VI,* 605. 3) *Lupus evocante Chlothario rege anno post Burgundiam occupatam primo, post Chr. n.* 614. *concilio Parisiensi intererat (Concilia ed. Maassen I,* 191*), cuius acta biographus ignorasse videtur.* 4) *'Le Vimeu' pagus civitatis Ambianensium, quem descripsit Longnon, 'Atlas historique. Texte expl.' p.* 127. 5) *Oppidum nunc ipsius S. Lupi nomen fert (cf. AA. SS. l. l. p.* 260*), situm ad fl. Bresle, de quo v. V. Walarici c.* 22. 45 6) *Numina quarundam civitatum propria et peculiaria ioculariter Deos decuriones vocat Tertullianus. Forc.*

(13). Interim, divina dextera iudicante, cives Senonici zelo Dei permoti, dolentes abreptum[a] impia rapacitate pastorem, in basilica sancti Remigii praedictum Medegisilum imitatorem Iudae per proditionem magistri acerba trucidaverunt morte, sicque infelix, negato sibi spatio penitendi, in cloacam descendit inferni.

(14). Pollebat eo tempore in Tricasina[a] urbe sanctus Winebaudus ad[b] basilicam antiqui[c] praesulis Lupi, qui quiescit corpore[d] iuxta eandem civitatem, abbatis fungens officium[e] mirabili[f] sanctitate. Tunc[g] archidiaconus ecclesiae Senonicae[h] Ragnegisilus[i] nomine, incitatus precibus populi, quin potius amore nominis Christi, sanctum Winebaudum[k] precibus flagitavit, ut ad regem Chlotharium[l] pergeret[m], intenta[n] prece deposceret, quatinus sanctum Lupum de exilio revocaret et ad pristinam dignitatem remitteret, ne plebs sine pastore posita[o] a lupinis faucibus deperiret.

(15). Qua suggestione inpensa, sedata tyranni[a] ferocia[b], rex humilitate[c] flectitur[d], odium in amorem convertitur; missus e[e] latere regis vir Dei Winebaudus[f], devotus ad beatum pergens[f*] antistitem. Videntes[g] se invicem, prae gaudio flere coeperunt; pariter[h] alterutrum[i] conloquentes, etiam beatus Winebaudus condolens[k] huius exilii penuriam[l]. Ad[m] ea beatus Lupus respondit divini sermonis eloquia: quia non sunt condignae passiones[n] istius mundi, quas hic patimur[o] ad perpetuam gloriam, quam Deus electis suis revelare dignatus est[p]. *Qui*[q] *volunt*, inquid, *pie vivere in Domino, persecutionem patiuntur* ab hominibus.

Rom. 8, 18.
2. Tim. 3, 12.

(16). Tunc Winebaudus cum beato Lupo episcopo laetus ad palatium remeans, regis obtutibus[a] antistitem praesentat[b]. Rex[c] seu turba procerum[d] gratulans[e] sacerdotis praesentiae[f], contemplatusque[g] est eum et[h] eius duricia[i] ad pietatem promovetur. Ante pontificis[k] pedes se[l] in terra prosternit, veniam et indulgentiam illius[m] postulat; videns etiam rex beatum[n] afflictum et corpus illius tabefactum, ut erat intonsus barba et capite[o] pro abstinentiae[p] cumulando[q] rigore[r], tremens et eiulans in[s] gemitum[t] movetur et pietatis more lacrimis irrigatur, reum se esse[u] huius penuriae, irritationis iacula in[v] sancti accusatoribus inprecatur[w]. Iussit eum cum magno[x] decore reparare[y] et servitium inpendere[z], comam et barbam cum honore[a] pristino detondi[b].

Capp. 13—16. **1***a*. 2*a*. 3*a* (*a l.* 5; *cf. n.* b).

Cap. 13. a) arr. 2*a*.

Cap. 14. a) Trecassina 2*a*. b) in basilica 2*a*; *in* ad *redit* 3*a*. c) sancti L. a. pr. 3*a*. d) *om.* 3*a*. e) *ita* 3*a*; officio 1*a*. 2*a*. f) mirabilis 1*a*. g) Tunc — quin po | *bis scripta erant* 3*a*. h) Se : nonicae 1*a*; sancti Stephani *pro* Senon. 3*a*. i) Ragnegiselus 3*a*. k) Winebaldum 2*a*; Winibaldum 3*a*. l) Hloth. *corr.* Chloth. 1*a*; Lotharium 3*a*, *ut infra*. m) et *add.* 1*a*. n) percepta 3*a*. o) *om.* 1*a*.

Cap. 15. a) tirannica 1*a*. b) feroci : *corr.* ferocitate 1*a*. c) afflictione 3*a*. d) fectitur 2*a*; vertitur 3*a*. e) a 3*a*. f) Winebaldus *et* Wineboldus *et* Winebaudus 2*a*; Winibaudus *constanter* 3*a*. f*) pergit (2*a*). g) etiam *add.* 3*a*. h) *om.* 1*a*. i) coll. etiam a. 3*a*; a. loquentes e. 2*a*. k) *ita* 2*a*. 3*a*; condoluit 1*a*; iam dicti antistitis *add.* 3*a*. l) *ita* 3*a*; penuriae 2*a*; penam 1*a*. m) A : : : beatus 1*a*. n) p. huius m. 1*a*; istius m. p. 3*a*. o) partimur 3*a*. p) *ita* 1*a*. 3*a*; dignabitur 2*a*. q) Qui — hominibus *om.* 3*a*.

Cap. 16. a) ipsum *add.* 3*a*. b) presentavit 3*a*. c) autem *add.* 3*a*. d) populi 3*a*. e) gratulatur (2*a*). f) *ita* (?) *pr. m.* 1*a*; praesentia (2*a*); presentiam 3*a*. g) que est *om.* 1*a*. h) *om.* 1*a*. i) duriciæ (?) *pr. m.* 1*a*. k) ped. pont. 3*a*. l) (se *om.*) in t. prosternitur 1*a*; se in (ad 3*a*) terram prosternit (prosternens 3*a*) 2*a*. 3*a*. m) pontificis *add.* 3*a*; ab eo *pro* illius 1*a*. n) episcopum *add.* 3*a*. o) capillo 2*a*. p) abstinentia 2*a*. 3*a*. q) comulanda *et add.* et 3*a*. r) rigorem 2*a*. s) ad 1*a*. t) gemitu 2*a*. u) esse in h. penuria 2*a*. v) *ita* 3*a*; in s. adcusatores 2*a*; (in *om.*) s. accusatoribus 1*a*. w) inple : tur, *ras.* a 3*a*. x) magna (?) *pr. m.* 1*a*. y) *ita* 3*a*; reparari 1*a*. 2*a*. z) *ita* 1*a*. 3*a*; inpendi 2*a*. a) more 3*a*. b) *ita* 1*a*; detonderi 2*a*; detondere 3*a*.

(17). Recepto itaque decore ecclesiastico[a], suo rex praecepit interesse[b] convivio. Fit Christi ope repente conversio; efficitur rex ex persecutore[c] minister, ut ipse suis manibus partes tribueret, qui illi prius afflictionis penuriam ingessisset. Petens ergo iterum veniam pro scelere, a sancto levatur de[d] pulvere, offerens munerum[e] multorum congeriem ministeriis profuturam[f] ecclesiae, atque eum iussit ad civitatem propriam[g] remeare. Sed quamvis[h] sanctus Dei Lupus Senonas[i] pergeret, Andesagina[k] locum exilii Christus pro eius meritis[l] virtutum saepius gratia inlustravit, ita ut, iam clauso illo[m] paradiso, adhuc virtus Domini in eodem fulgeat loco. Valedicentes[n] igitur incliti sacerdotes Lupus atque Winebaudus regi et proceribus illius, dum iuncti sanctitatis vinculo pertransirent[o] Parisius[p], multa reorum turba catenarum vinculis tenta vel ergastularibus[q] angustiis trusa, eorum virtute soluta, eis obviam[r] est egressa[s].

(18). Revertente igitur sancto ad propria, dum Milidone[a, 1] castro evenisset[b] mansio oportuna, repente inmanem[c] horreum usque ad summum plenum ignis[d] vallavit incendium, nec poterat quispiam praestare auxilium. Tunc vir Domini[e] in oratione[f] prosternitur; fulmen[g] emissum super incendium cernitur. Ilico[h] flamma extinguitur; inlesa[i] apotheca reservatur[k], Christus per[l] pontificem conlaudatur, meritum sacerdotis agnoscitur[m]. Obviam deinde pontifici et sancto Winebaudo plebs[n] Senonicae urbis egreditur cum hymnis et canticis[o], flentibus prae gaudio plurimis[p], intra edem[q] propriam desideratus introivit[r] antistes. Erat enim hilaris in confabulatione, severus[s] in correptione, fortis[t] in exortatione, providus in discretione[u]. Condolebat merenti, fovebat egentem, confortabat iustum, requirebat[v] infirmum, sublev·'at miserum nullumque ab opere Dei praetermittebat tempus[w] vacuum.

(19). Quodam[a] igitur die dominico, dum ob Ordone[b, 2] praedio[c] eucharistiae sacraret misterium, coram sacerdotali vel levitico choro gemma de caelo in calice[d] descendit a Domino inter manus pontificis, commixtionem[e] corporis et sanguinis[f] Domini celebrantis; quae scilicet gemma radio fulgente pulcherrima[g] diutius[h] Senonas[i] conservata, regia iubente potentia, inter reliqua[k] sanctorum

Capp. 17—19. 1*a*. 2*a*. 3*a*.

Cap. 17. a) ecclesiasticos suos 3*a*. b) esse in c. 1*a*. c) percutore 1*a*, *corr.* d) de p. *om.* 1*a*. e) *ita* 1*a*; m. multarum 3*a*; multorum m. 2*a*. f) profutura 3*a*. g) c. redire pr. S. 3*a*. h) postquam vir s. 3*a*. i) Sennones 1*a*. k) Andesa cenaculum exilii 3*a*. l) merito 3*a*. m) in *postea add.* 1*a*. n) Valedicens 3*a*. o) *ita* 1*a*. 3*a*; pertransierant (2*a*). p) cum *add.* 3*a*. q) ergastulo lateribus ang. trusorum virt. 3*a*. r) obvia 3*a*. s) *ita* 2*a*. 3*a* *(infra l.* 19. egreditur *omnes)*; regressa 1*a*.

Cap. 18. a) Militone 3*a*. b) devenisset 1*a*. c) *ita* 3*a*; inmane h. 1*a*; in orreum mane 2*a*. d) *om.* 1*a*. e) Dei 2*a*. f) *ita* 2*a*; (in *om.*) ratione 3*a*; in orationem 1*a*. g) *corr.* flumen 1*a*. h) Illo 3*a*; Illud 2*a*. i) inlaesum apothecum 1*a*. k) reseratur 1*a*. l) *suppl.* 1*a*. m) cognoscitur 3*a*. n) ples 3*a*. o) est *add.* 2*a*. p) *om.* 3*a*. q) *ita* 2*a*. 3*a*; i. propria 1*a*. r) introiit 3*a*. s) s. in c. *om.* 3*a*. t) f. in e. *om.* 1*a*. u) *ita* 3*a*; dissertione 1*a*; disertione 2*a*. v) i. non relinquebat 3*a*. w) tempore 3*a*.

Cap. 19. a) *ita* 1*a*; Quadam i. d. dominico 3*a*; Quadam i. d. dominica 2*a*. b) obordone 2*a*; : bordone, *ras.* a (?) 1*a*; hoc ordine 3*a*. c) presul 3*a*. d) *ita* 1*a*; calicem 2*a*. 3*a*. e) commixtione 2*a*. f) sanginis Christi c. 2*a*. g) pulcherrimo 3*a*. h) *ita* 2*a*; diu 1*a*; diutinus 3*a*. i) *ita* 3*a*; Sen(n)onis 1*a*. 2*a*. k) reliquas *corr.* reliquias 3*a*.

1) *Hodie Melun (Seine-et-Marne).* 2) *Saint-Loup-d'Ordon (dép. Yonne) cum castro Ordon beneficia erant archiepiscopi Senonici; cf. Quantin, 'Dictionnaire topogr. du dép. de l'Yonne' p.* 93. 115.

pignora palatio[a] est deportata. Hinc namque apparet, quantum Christus ipsum dilexerit, inter cuius manus tam praeclarum miraculum demonstravit.

(20). Addantur paginae, quae fuerunt subsecuta miracula. Audito[a] rex[b] Chlotharius de signo[c] sancti Stephani[d], quod miram haberet dulcedinem, iussit eum Parisius deportare[e], ubi ipsum saepius debuisset audire; sed dum hoc sancto[f] non placuisset pontifici, mox ut sublatum est signum a Senonica urbe, perdidit dulcedinem sonitus sui. Quo rex agnito[g] ilico iussit loco pristino restituere[h] signum; at ubi pervenit Ponte[i] Siriaca[1], reddito sono a Domino, in virtute sancti Lupi insonuit miliario septimo. Vir sanctus cum sederet in urbe, ilico perrexit obviam cum psallentium dignitate, et quod[k] dolens perdiderat[l] gaudendo[m] receptum, Domino gratias referebat.

(21). Nocte quadam, dum sanctus vigilans psalleret, antiquus hostis adfuit et ei validam sitim inflixit. Iussit sacer[a] ministro aquam frigidam deportare, et dolos[b] intellegens inimici, signato[c], plumatio suo substrato[d], capite, strictum[e] super vasculum posuit, ibique veternum[f] hostem inclusit[g], qui nocte tota, usquequo sol radians claro[h] se lampade terris infudit[i], variis vocibus ululans, quis fuisset, ostendit, et qui temptare venerat, confusus abscessit.

(22). Erat[a] consuetudo sancti[b], vigilandi donum[c] a Domino sibi conlatum, ut uno[d] cum comite basilicas circumiret[e] ex more et pene noctibus singulis non solum infra murorum moenia, sed etiam circumquaque vicina sanctorum lustraret oracula. Et hoc ita animo agebat strenuo, ut hora, qua clerum[f] agere matutina[g] sollemnia competeret[h], ipse propria manu signum ecclesiae tangeret.

(23). Quadam[a] nocte, dum de basilica sancti Remigii ad domum[2] ecclesiae pergeret, duos inter se clericos rixantes audivit, adulterare[b] cum mulieribus volentes. Eadem hora praesens[c] noluit eis[d] se ostendere, ne[e] iterum in eius absentia ad destinatum[f] volutabrum festinarent[g]. Melius igitur credidit, ut eorum casum per[h] sanctas orationes sublevaret. Concitus ecclesiam pergit, breviatam pro illis orationem effudit[i]. Mox signum[k] sancti Stephani manu tangit, ut matutinis[l] laudibus clerus[m] conveniens celebraret. Mirum in modum, mox ut in eorum auribus signi sonitu[n] sanctitas[o] cum dextera pervenisset[p], ilico ab eorum cordibus stimulus ardoris recessit; tunc ad ecclesiam currunt, debita officia solvunt. Ex-

cf. 2. Petr. 2, 22.

Capp. 19—23. 1*a*. 2*a*. 3*a*.

Cap. 19. a) palatium 2*a*.

Cap. 20. a) Audita 3*a*. b) chlocharius rex 1*a*. c) sign: 3*a*. d) Stepani 2*a*. e) *ita* 1*a*; deportari 2*a*; portare 3*a*. f) *ita* 2*a*. 3*a*; s. viro n. pl. (*om.* p.) 1*a*. g) cognito 3*a*. h) *ita* 1*a*. 3*a*; restitui 2*a*. i) *ita* 1*a*. 3*a*; Pontem Siriacum 2*a*. k) quem 3*a*. l) sic *add.* 3*a*. m) gr. D. referens gaudendo recepit 2*a*.

Cap. 21. a) sacerdos ministrum 3*a*. b) dolum 3*a*. c) signatum plumatium quod suo capiti substernere consueverat *pro* s. — capite 2*a*. d) subserato c. 1*a*; subserato (*om.* c.) 3*a*. e) strictim 3*a*. f) *ita* 1*a*; veterrium 2*a*; veteranum 3*a*. g) incluxit 2*a*. h) clara 3*a*. i) effulsit 3*a*.

Cap. 22. a) Eran 3*a*. b) sancto 1*a*. c) *ita* 2*a*. 3*a*; dono — conlato 1*a*. d) *ita* 2*a*. 3*a*; una 1*a*. e) circuiret 3*a*. f) clero 3*a*. g) matuna *pr. m.* 1*a*. h) compereret 3*a*.

Cap. 23. a) igitur *add.* 2*a*. b) *ita* 1*a*; quos adulterari cum m. velle audiens 2*a*; quos a. cum m. vellent 3*a*. c) presentia 3*a*. d) *om.* 2*a*. e) nec (2*a*). f) dist. 3*a*. g) festarent 1*a*. h) (per *om.*) sanctis orationibus 1*a*; per (s. *om.*) orationis 3*a*. i) fudit 1*a*. k) sancti St. signum 3*a*. l) *ita* 3*a*; matutinas (*e corr.* matutinis 1*a*) laudes 1*a*. 2*a*. m) clericorum mēs cel. 3*a*. n) sonitum 1*a*. 3*a*; sonitus 2*a*. o) surgerent *pro* s. c. 3*a*; s. c. d. *om.* 2*a*. p) pervenit 2*a*.

1) *Pons Syriacus locus etiam in Ann. S. Columbae Senon. a.* 868. *(SS. I,* 103*) appellatur, qui postea ex ipso fluvio nomen accepit Pont-sur-Yonne, prope urbem Senonicam situs; cf. Quantin l. l. p.* 101. 2) *Domus ecclesiae pro domo episcopali accipitur a Gregorio, H. Fr. II,* 23.

pleta[a] psalmodia, ab[b] eo correpti, veniam petunt, melioris vitae exordia[c] sumunt. Sic divina virtus per[d] patientiam sancti eripuit iam casuros de fovea inimici.

(24). Addantur stilo, quae crescunt virtutes in cumulum. Dum quidam vir nobilis Herlefredus[a] nomine eum[b] causa prandii Titiaco[c, 1] villa invitasset dominica die et ipse devotus[d] offerre[e] sacrificium aurora[f] pergeret vico[g], audito in caelum[h] sonitu, adstetit[i] equo insidens[k] diu in uno[l] loco, sicque diutius[m] caelo intentus orationem dominicam decantari[n] audivit inter angelicos[o] choros. Merito namque ei patebant superna misteria, cuius mens assidue erat caelo intenta. Sufficere itaque sibi credidit, quod sub praesentia Christi laudes supernas audisset, ac per hoc coepto itinere non perrexit.

(25). Die quadam dum in urbe Senonica[a] ad prandium consederet[b], per Spiritum sanctum agnovit, quod vir Domini Winebaudus ecclesiam sancti Stephani introisset. Tunc, relicto prandio, alacer obviam pergit, nemine[c] nuntiante[d], sanctum Winebaudum[e] inter[f] ecclesiam sanctae Mariae et sancti Stephani euntem invenit, atque oratione completa, praelato[g] pacis osculo, ad proprium perduxit convivium. Multa[h] ostendit in corpore, que[i] longum[k] est paginis intimare. Plures a[l] languoris morbo curavit. Caecis lumen[m] reddidit, surdis auditum restituit, infirmantibus gratiam sanitatis inpendit.

(26). Sentiens igitur se corpore iam[a] resolvi, Briennone[b, 2] praedio tactus incommodo, evocato sacerdotali conventu sanctis[c] praedicationibus[d] exortato[e], flente choro circumstantium, sanctum ad Dominum transmisit[f] spiritum. Statim divina[g] virtus adfuit, quae ad demonstrandam pontificis gloriam odorem suavitatis ostendit; flagrabat[h] de illo odor nectarius[i], tamquam si fuisset multis aromatibus delibutus. Corpus inpositum[k] feretro, divinis canticis circumdatum, caterva sequebatur plangentium; atque iuxta praeceptum ipsius viri sancti in stillicidio[l] basilicae ad pedes sanctae Columbae[3] tradiderunt corpusculum claustra[m] sepulchri, verentes transcendere iussa magistri: ubi manus Domini virtutum multiplicavit congeriem.

(27). Nam quaedam mulier[a], triginta annorum curriculo lumen perditum oculorum, dum ibidem advenisset ex fide, sana recessit cum lumine. Sed et alia contracta membris recepit ibidem praemia sanitatis. Mulier namque nobilis Bettola[b] nomine, cum ebdomada sine cibo et somno degeret et[c] acri dentium tor-

Capp. 23—27. 1*a*. 2*a*. 3*a*.

Cap. 23. a) que *add.* 2*a*. b) *ita* 1*a*; a sancto 2*a*; a quo 3*a*. c) exordium 3*a*. d) *pr. m. postea add.* 1*a*.

Cap. 24. a) Harlefridus 3*a*. b) *om.* 3*a*. c) Titiacum villam 2*a*. d) devotis 1*a*, *corr.* e) *ita* 2*a*. 3*a*; offerret 1*a*. f) *ita scripsi;* eurora 2*a*; ea vero hora 1*a* (*ubi* dum *add.*). 3*a*. g) vicum 2*a*. h) *ita* 1*a*; c(a)elo 2*a*. 3*a*. i) *ita* 3*a*. k) equo et sedens 3*a*. l) unum locum 3*a*. m) diutinus 3*a*. n) decantare 3*a*. o) angelos. Merito 3*a*.

Cap. 25. a) Sennonica *h. l.* 1*a*. 3*a*. b) cumsederet 2*a*. c) nemini 3*a*. d) nontiante *et add.* et 2*a*; nunciate 3*a*. e) Wi: nebaudum 1*a*; Vinibaudum 3*a*. f) intra ecclesie 3*a*. g) prolato 3*a*; dato 2*a*. h) Multum 3*a*. i) quod 3*a*. k) est l. 3*a*, *corr.* l) (a *om.*) languores ac morbos 1*a*. m) lumina 3*a*.

Cap. 26. a) *om.* 3*a*. b) pridie nono *pro* Br. 3*a*. c) eos *add.* 2*a*; ex *add.* 3*a*. d) predi orationibus 3*a*. e) *ita* 2*a*; exhortatur 1*a*; exortatus 3*a*. f) orans emisit 3*a*. g) *ita* 1*a*. 3*b*; v. d. 2*a*. 3*a*. h) *ita* 1*a*; fraglabat 2*a*; flagravit 3*a*. i) *ita pr. m.* 1*a*. k) in *add.* 3*a*. l) stillicidium 3*a*. m) *ita* 3*a*. *b*; antro sepulcri 2*a*; *haec om.* 1*a*. *b*. 4*a*.

Cap. 27. a) m. per t. a. curriculum l. perdiderat 2*a*. *b*. *c*. *d*. b) *ita* 2*a*; Bettula 1*a*; Bettela 3*a*. c) valde *pro* et a. 3*a*.

1) *Fortasse Diciacus, hodie Dicy (dép. Yonne); cf. Quantin l. l. p.* 45. 2) *Brienon-sur-Armançon, nuper Brienon-l'Archevèque (dép. Yonne) appellatum, ubi fons Lupo sacer adhuc extat.* 3) *Eadem fere verba in Ann. S. Columbae Senon. a.* 882. *(SS. I,* 104*) leguntur:* in stillicidio beatae Columbae ad pedes sancti Lupi confessoris honorifice est sepultus, *scilicet abbas quidam eiusdem monasterii.*

queretur[a] dolore, cum ex pulvere sepulchri sputo[b] mixto[c] locum livisset[d] doloris, confestim recepit gaudium sospitatis. Lector igitur, qui[e] ibi deserviens[f], desperatus a medicis, incommodo tenebatur languoris, ita ut, VII dierum evoluto[g] curriculo, nulla[h] penitus sumeret alimenta. Sed cum levatus in grabatto[i] ad sancti[k] fuisset 5 deportatus sepulcrum, qui[l] venerat ex fide, recepit medicinam de pulvere[m].

EXPLICIT[n, *].

*) *In codicibus* 2. 3. 4 *haec addita sunt:*

(28). Mulier quaedam per somnium[a] instinctu diaboli caedebat se colaphis multum; solummodo sanctum ut conspicata est[b] poliandrum[c, 1], confestim evo- 10 muit inimicum[d] foetidum. Sed et quidam surdus a tempore longo ad sancti[e] festinans tumulum, recepto auditu, domum perrexit cum gaudio. Cum quidam stultus vocatus episcopus sepulturam sancti protervo tetigisset de pede, contracta[f] nervorum compage, cadacem[g, 2] sibi confestim infixit[h] dolorem gravissime; sicque humiliter expetitum a[i] sancto recepit remedium. Ostendit namque in eo 15 virtus divina vim geminatae[k] potentiae, tam vindictae quam veniae. Mulier quedam a nativitate tota[l] soluta paralysi, dum a parentibus deferretur ad[m] locum sepulcri, mox ut poliandrum sancti coepit aspicere, coeperunt membra inculta vigere, gluttinum[n] soliditas restaurare; sicque[o] repente sanata per Dominum, incolomis propria[p] reversa est domo. Sed et sacerdos quidam ad sepulcrum sancti Wine- 20 baudi deserviens, cum per confragosos[q] scalae gradus valide fuisset contritus, ad sepulcrum sancti Lupi portatus[r], sanitatem pristinam est adeptus. Fiunt ibi plura miracula, que ex fide petentibus Christi monstrat clementia.

(29). Vere[3] sacerdos inclitus, qui in corpore Christo servivit adtentius, caelo clausus in requie, vernans aula[a] paradysi, pro duplicato talento ingressus 25 in gaudium Domini, angelico iunctus[b] agmini[c], victor existens de hoste, sociatus martyrum agmini[d], roseo purpuratus[e] rubore, coronatus a Domino, regnat cum gloria in triumpho, expectans diem Domini, beata[f] anastasi suscitandus ab agno[g], qui coronis aureis[h] glorificat sanctos suos et in modum radiantis crystalli splendore micantes[i] astrifero, odore redolentes nectareo beatissimos[k] con- 30 fessores coronat triumpho[l]. Cui est honor et gloria cum Patre et Spiritu paraclyto in trinitate perfecta et unitate perenni per omnia secula seculorum. Amen[m].

cf. Matth. 25, 20. 21.

Cap. 27. 1*a*. 2*a*. 3*a*. *Capp.* 28. 29. 2*a*. 3*a*.

Cap. 27. a) torquente 3*a*. b) sputum 3*a*. c) mixtum 1*a*. 3*a*. d) *ita* 2*a*; linivisset 1*a*; misisset 3*a*. e) *om.* 2*a*. f) *ita* 2*a*; ibidem serviens 3*a*. *b*; ibi deserviebat 1*a*. g) evoluta curri- 35 cula 3*a*. h) nullate|(n *abscis.*)us 1*a*. i) atto *abscis.* 1*a*. k) sanctum 3*a*. l) i venerat *abcis.* 1*a*. m) re *abscis.* 1*a*. n) *desinunt* 1*a*. *b*, *cui subscr.*: Hic vita sancti Lupi explicit. Amen.

Cap. 28. a) somnum 2*a*. b) conspicat 3*a*. c) poliantrum 2*a*, *ut infra*. d) f. i. 2*a*. e) sanctum 3*a*. f) contracto n. conpagine 3*a*. g) cadacim 3*a*. h) inflixit 3*a*. i) ad sanctum recipi 3*a*. k) geminata potentia t. vindicta tam venia 3*a*. l) s. t. 3*a*. m) a 3*a*. n) *ita recte* 40 3*a*. *b*; et glutino soliditatis restaurari *rell.* o) *ita* 2*a*; *om.* 3*a*. p) *ita* 3*a*; propriam r. est domum 2*a*. q) confragosus 3*a*. r) portatur 3*a*.

Cap. 29. a) a. p. *om.* 2*a*. b) unctus 2*a*. c) carmine 3*a*. *b*. d) agmine 3*a*. e) purpurante 3*a*; purpuranti 3*b*. f) beata anastasin 3*a*; beatam anastasim 2*a*. g) *add.* per dominum nostrum Iesum Christum 3*a*, domino nostro Iesu Christo 3*b*. *c*. h) laudibusque 3*a*. *c*; et laudibus 3*b*. 45 i) micantis — redolentis 3*a*. *b*. k) *ita* 2*a*; beatissimus confessor coronatur 3*a*; beatissimus confessorum corona et 3*b*. l) *desinit* 3*a*. m) Explicit vita sancti Lupi episcopi et confessoris *subscr.* 3*b*.

1) *Non solum coemeterium, sed etiam unius hominis sepulchrum significat polyandrum, cf. Ducange h. v.* 2) *I. e. passio sacra.* 3) *Ea quae insequuntur hymni more composita sunt.*

VITA AUSTRIGISILI EPISCOPI BITURIGI.

Austrigisilus episcopus 'ex civitate Beturregas' concilio Parisiensi a. 614. *intererat*[1], *eiusque depositio die* 20. *Maii et in recensione Fontanellensi Martyrologii Hieronymiani*[2]:

In civitate Beturicas depositio sancti Austregiseli episcopi (abba. *male cod. Weissenb.*)

et in codice Bernensi commemoratur neque vero in vetustissimo Epternacensi. De ipsius successore Sulpicio infra agendum est. Austrigisili monasterium, ubi corpus eius olim asservabatur, nomine de Castro, in suburbio situm, postea in ecclesiam collegiatam redactum est.

Biographus in ipsius sancti aevum haud timide se promovit his locis:

c. 7. Marculfum eo tempore lectorem, nunc et abbatem,

c. 12. Leudomarus — hodieque officium suum facere videtur,

c. 14. Friovala — hodieque in monasterio beatae Bertoare reclusa,

c. 16. venerabilis Genuarius presbiter refert.

His autem dictis sermo eius obstat, quo in aevum Carolingicum reducitur, neque facta quae enarravit ea sunt, quibus fides ipsius stabiliri possit. Austrigisilum ministerio Gunthramni regis primo addictum fuisse voluit, ut ad manus tergendas linteum ipsi porrigeret, atque mapparii quod statuit officium inter instituta Merowingica locum per eum obtinuit[3]. *Dignitas vero ea apud Anglos potius inter ministeria regia enumerabatur*[4], *ferrumque anceps vel malleum 'Scotam' vulgo vocatam esse affirmans*[5] *iterum cum auctore Britannico*[6] *convenit, quo teste secures bisacutae dictae sunt Scoticae. Ea quae de aula Gunthramni regis Cabillonensi enarravit ad aevum referenda mihi videntur esse, quo instituta aulica multo magis adoleverant quam Merowingico. De matrimonio sancti frustrato disserens visionibus nititur, quas latius exposuit. Quod ad congressum cum Betheleno aulico praepotente spectat (c.* 4), *fabula ex duabus partibus constat atque utriusque exempla persimilia apud Gregorium, H. Fr. X, leguntur. Charta falsa usus Bethelenus 'quiddam de fiscalibus rebus' fraudulenter occupaverat, cumque a rege argueretur atque interrogaretur, quis chartam illam dedisset, respondit: 'Austrigisilus mapparius'; is autem quod non fecerat fortiter denegavit. Quibus disceptantibus, Gunthramnus rex statuit, ut in campo certarent, Deique iudicio causa diiudicaretur, iamque Austrigisilus in campum advenerat Cabillonensem, 'ubi rex agonistas expectare solitus erat', cum nuntius advenit, adversarium ante duellum ipsum defunctum esse morte repen-*

1) *Concilia ed. Maassen I, p.* 191. 2) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [63]. *Cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 323. 3) *Waitz, 'V. G.' II,* 74[3]. 4) *Ducange s. v. maparius.* 5) *V. Austrigisili c.* 13. 6) *Thomas Walsingham apud Ducange s. v. secures.*

tina. Possessionum fiscalium praedia quomodo per chartas regis falsas Egidius episcopus Remensis arripuerit, Gregorius, H. Fr. X, 19, *referens, Ottonem referendarium requisitum esse voluit ipsumque negasse chartae se subscripsisse atque officio regum Francorum referendarios praefuisse, iisque curam mandatam fuisse, ut fidem chartarum regis* 5 *germanarum tuerentur falsasque eliderent, inter omnes constat*[1]. *Idem paulo ante*[2] *de duello rettulerat, iussu Gunthramni inter duos regis ministros Cabilloni instituto. Cum enim alter alterum criminis venatorii insimulasset, ut in V. Austrigisili ita apud Gregorium rex decidit, ut causa campo diiudicaretur, atque etiam certatum est apud hunc mortemque ex utraque parte occubuerunt, dum biographus, ne sanctus laederetur, ante pugnam* 10 *adversarium miro modo periisse mavult divina ultione punitum. Gregorii historiam Francorum cum V. Austrigisili comparanti facile discernere licet, quae sit vera historia quaeve legenda ficta. Senatoribus regem Francorum circumdatum fuisse biographus statuit (c.* 5*), sicut senatores aevo Carolingico consiliarii regis imperatorisve vocabantur senatusque collegium ipsorum*[3], *atque inter eos praestantissimum fuisse voluit Aetherium* 15 *postea episcopum Lugdunensem.*

Is Austrigisilo presbytero et abbati basilicae S. Nicetii Lugdunensis ordinato villam Albiacum ex rebus ecclesiae donasse fertur 'usibus suis profuturam', eaque post mortem ipsius ab ecclesia Bituriga sine dubio vindicanda erat. De Austrigisilo episcopo creato biographus nihil attulit nisi signa et sanitates, quae Deum per ipsum fecisse voluit, talia- 20 *que de quolibet sancto facile confingi potuisse patet. Denique nominum propriorum compositio suspicionem quandam movet. Austrigisili patrem Auginum biographus appellavit (c.* 1*), Bertoaram nobilem feminam Biturigam, quam per Ionae V. Columbani II,* 10, *compertam habebat, cum paupere coniunxit Beroado (c.* 10*), atque de pistoribus (c.* 12*) ad molendinarium (c.* 13*) quendam transiens nomen ipsi dedit Monulfi. Cum eius-* 25 *modi partium convenientiam fortuito accidisse difficile creditu sit, ad inventionem auctoris ipsa referenda est, vitamque Austrigisili albo fontium germanorum radendam corporique hagiographiae falsae aggregandam esse censeo iam satis capaci. Ea quae Aimoinus, De gestis Francorum IV,* 2, *de Austrigisilo enarravit, ex hac ipsa Vita pendent.*

Miraculorum liber, qui Vitae multo post additus est, virtutes continet, quas post 30 *sancti obitum Deus operari dignatus est, 'rusticante sermone' conscriptas, sed nihilominus a vivo Austrigisilo (c.* 2*) auctor incepit, deinde ad Sulpicii episcopatum transiens (c.* 3*), maximam libri partem inde a c.* 5. *rebus Eudonis principis Aquitaniae tempore gestis reservavit. Biturigis suis enarrare poterat, quomodo tributum a rege Francorum ipsis intentatum et Austrigisilus et Sulpicius impedivissent, ita ut postea nullus ausus fuisset* 35 *'tantae perfidiae scelus' repetere. Haec igitur ad immunitatem Biturigorum conservandam spectant, pro qua etiam Sulpicii biographus laborasse videtur. Praeterea monasterio Austrigisili de Castro auctor prospiciens ubique demonstravit, quomodo raptores bonorum suorum sanctus vel defunctus punivisset, nobiles occidens, ignobiles saevis cruciatibus torquens (c.* 7*), reddentes autem ea statim sanavisset, quomodo ab ipso Petro petivisset, ut* 40 *iudicium in eos exerceret qui casas monasterii tenerent oppressas (c.* 9*), denique ipse flagellavisset eum qui iusiurandum ad sepulchrum sancti praestitum violasset (c.* 11*). Ex his vel hebeti ingenio atque nullo praeditus concludere poterat casas vel res Austrigisili contingere non licere (c.* 5. 7. 10*) atque patronum in caelos receptum neque rapinas neque periuria inulta pati. In hoc forti quo monasterium fruebatur praesidio quam maxime dolendum* 45 *est assiduum acremque ipsius defensorem naufragium fecisse, cum Pippinum principem Francorum contra Eudonem dimicasse crediderit loco Carli (c.* 5*). Manifestum enim*

1) *Bresslau 'Handbuch der Urkundenlehre' I, p.* 263 *sqq.* 2) *H. Fr. X,* 10. 3) *Waitz, 'V. G.' III, p.* 532.

est fidem, si quam habuisset, sibi ipsi omnem eo lapsu derogatam esse. Vocabulum quo c. 6. *utitur* stallum *vix ante saec. XI. in linguam latinam admissum est.*

Codices plerique Vitam cum Miraculis, duo illam solam continent.

1*a*) *Codices Parisienses n.* 5304 *(Colb.* 184, *Regius* 3393^{4}*), saec. XI, fol.* 40 —43′, *et*

1*b*) *n.* 5306 *(Colb.* 775, *Regius* 3$6_{4}$54*), saec. XIV, fol.* 74—76, *Miraculis carent.*

2) *Codex Parisiensis n.* 5365 *(olim Lemov.* 204, *deinde Regius* 3594^{b}_{1}*), saec. XII,*

fol. 12′—14′. *V. Austrigisili, cui capita* 13—15. per singulorum *desunt,*

fol. 14′—17. *Miracula exhibet.*

3*a*) *Codex Cenomannicus n.* 217, *saec. XII. ex., fol.* 49—53′, *praescr. et subscr.:* IIIX. K. Iunii vita sancti Austregisili episcopi et confessoris — — Explicit vita sancti Austregisili episcopi.

Miracula post eius transsitum facta — — Explicit vita sancti Austregisili episcopi et confessoris.

3*b*) *Codex Parisiensis n.* 5322 *(Colb.* 81, *Regius* 3$6_{6}$54*), saec. XIII. in., olim Iohannis Aurati, deinde Collegii Claromontani, fol.* 58—63, *praescr. et subscr.:* Incipit vita sancti Austregisili episcopi — — Explicit vita Austregisili episcopi.

Incipiunt post eius transitum facta — — Explicit.

3*c*) *Codex Remensis n.* 1144 (782. 768), *saec. XIII. in., fol.* 81′—88′, *praescr. et subscr.:* Incipit vita sancti Austregisili episcopi XIII. Kl. Iunii transeuntis — — Explicit vita. Incipiunt miracula post obitum eius facta — — Explicit de miraculis sancti Austregisili.

3*d*) *Codex Bruxellensis n.* 982, *saec. XVI, ab Antonio Gentio in Rubea valle exaratus*[1], *Vitam cum Miraculis (praescr.:* Sequuntur miracula post obitum eius veraciter descripta, *subscr.:* Explicit liber de miraculis beati Austregisili episcopi post mortem X. Kalendas Iunii) *continet.*

Librum W. Arndt b. m. a. 1867. *contulit.*

Ex his libris 1*a. b.* 2 *ad textum recensendum fere soli adhibendi erant, cum classis* 3. *leviter retractata esset:*

c. 7. nisi tantum] 1*a. b.* 2; vigilantem 3*b. c. d,*

ib. ad admaniculam suum 1*a;* ad maniculam suum 1*b;* adminiculo suo 2; ad amicum suum 3*a. b. c. d.*

Codices autem 1*a. b inter se adeo coniuncti sunt, ut consentientes pro uno teste habendi sint. Dum* 1*b textum pessime depravatum exhibet, liber* 1*a accurate exaratus sermonem rudiorem, inprimis accusativos absolutos, haud raro solus servavit:*

c. 5. clericati] *solus* 1*a;* clericatus *rell.,*

ib. episcopatum acceptum] *solus* 1*a;* episcopatu accepto *rell.,*

c. 6. repleta vasa] *solus* 1*a;* Repletis vasis 1*b.* 2; Repleto vase 3*b. d.*

Hunc igitur etiam in orthographicis secutus sum, sed geminationem male aut additam (clyppeum, occulos, oppulentia, platteam) *aut omissam* (comilitonibus, maparius, vexilo) *aliaque (velut* ti *pro* ci*) non admisi. Codicem* 1*b non curavi a reliquis discrepantem neque libros* 3, *e quibus* 3*b. d collati ex toto penes nos sunt, adhibui nisi raro.*

Textum Miraculorum genuinum solus codex 2 *exhibet; classis enim* 3, *quae in c.* 13. *desinit retractationem quandam continet. Menda autem hiatusque libri* 2 *ope editionis Labbeanae emendari licuit, cui vice versa ex* 2 *loci nonnulli addi poterant (e. gr. c.* 11. eam mentitus, *c.* 12. qui eum suosque navigare deberet*) neglegentia praetermissi.*

1) *Cf. Anal. Boll. VI, p.* 34.

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1572, *tom. III, p.* 359—365, *Vitam cum Miraculis e codice simili 3d (c.* 1. Gundino, *c.* 6. Eadem autem nocte ex torculari, *c.* 7. Dixit igitur amico suo*) edidit, immutato 'simplici stylo in gratiam lectoris', neque vero virtutes publici iuris fecit ultra c.* 11.

5 *Philippus Labbe, Nova bibliotheca Mss., Parisiis* 1657, *tom. II, p.* 350 *sqq., res gestas miraculaque Austrigisili tribus libris comprehendit, e quibus primus Vitam, secundus Miracula 'adversus raptores bonorum ecclesiasticorum', tertius alia recentioris memoriae continet a me praetermissa. Vitam editor ad plures codices 'probatissimae notae' recensuisse voluit paucasque lectiones variantes adnotavit ex libro simili nostri* 1b, 10 *sed textus ad verbum fere cum nostro* 2 *convenit, depromptus sine dubio ex eodem codice membranaceo ecclesiae collegiatae S. Austrigisili de Castro, ex quo miracula libri secundi pendere ipse testatus est. Erat autem liber ille paulo melioris notae, quam qui nobis praesto erat* 2, *unde in textu Miraculorum recensendo hanc editionem non sine bono fructu adhibui.*

15 *Iohannes Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis* 1669, *Saec. II, p.* 95—102, *codices et Labbeanam editionem inter subsidia sua enumeravit, sed a decessore recedens ad libros tertiae classis textum formavit, e quibus 'stilum genuinum' restituisse sibi visus est. Itaque*

Godefridus Henschenius, Acta sanctorum, Antverpiae 1685, *Maii tom. V,* 20 *p.* 229*—235*, *examinatis prioribus editionibus, recto iudicio potius Labbeanam quam Mabillonianam secutus est, codicem quem habebat tertiae classis, scilicet monasterii B. Mariae de Regniaco, dioec. Autissidorensis, adnotatis reservans.*

B. Krusch.

I.

INCIPIT VITA SANCTI[a] AUSTRIGISILI[b] EPISCOPI ET[c] 25 CONFESSORIS[d].

(1[e]). Igitur[f] Austrigisilus natus Augino[g] patre Bituricae[h] civitatis indigena fuit. Parentum quidem clara proienies, tamen opulentia[i] rerum nec multum dives nec indigens, sed sufficiens[k] erat ex omnibus[l] rerum substantia. Cumque in[m] pueritia sacris litteris fuerat[n] institutus et a minore[o] ad[p] robustiorem transisset[q] 30 etatem, in obsequio[r] gloriosi regis Guntchramni[s] deputatur a patre, ubi non modico[t] temporis spatio sub seculari[u] disciplina prudenter militavit. Erat[v] regi gratissimus et[w] universis commilitonibus amantissimus, in tantum ut linteo[x] quod rex lotis manibus tergere solitus erat ipse proferret, et ob hoc mapparius[1] vocabatur. Tunc vero iam in seculari abitu elemosinis et[y] vigiliis, orationibus die 35 noctuque vigilantissime[z] insistebat et ad caelestem patriam ineffabili desiderio anelabat. Iam in hoc seculo fideliter videbatur illi[a] servire, cui inianter[b] in caelestibus inseparabiliter inherere cupiebat.

I. Cap. 1. 1*a. b.* 2.

Cap. 1. a) ac beatissimi *add.* 1*b.* b) Austregisili *constanter* 2. c) et c. *om.* 2. d) cuius 40 corpus Bituricas quiescit, transitus vero eius est XIII. Kl. Mai. *add.* 1*a*; cuius corpus Bituricas quiescit et est transitus ipsius XV. Kl. Marcii *add.* 1*b.* e) *numeros addidi.* f) sanctus *add.* 1*b*; Beatus igitur A. 2. g) *ita* 1*a. b.* 2; Agudino 3*a. b.*; Gundino 3*d.* h) Biturigae 2. i) opulenta 2. k) eorum *add.* 1*a.* l) ominibus 1*a.* m) *om.* 2. n) *ita* 1*a*; fuisset *rell.* o) amore *pro* a m. 1*a.* p) a 1*a.* q) transisse 1*b*; transiret 2. r) obsequium 2. s) *ita pr. m.* 1*a*; Guntranni *rell.* 45 t) *ita* 2; modicum t. spatium (spatia 1*a*) *rell.* u) seculari : , *ras.* s 2. v) namque *add.* 1*b*; enim *add.* 2. w) et — amantissimus *om.* 1*b.* 3*d.* x) *ita* 1*a*; linteum quo *rell.* y) *ita* 1*a*; et vigilii o. 1*b*; et v. orationibusque 2. z) i. v. 1*a.* a) illi : : (*ras.* us) inservire 1*a.* b) iniantur 2.

1) *Mapparii officium domus regiae apud Anglos (cf. Ducage s. v. maparius) per biographum Austrigisili inter instituta palatii Francorum locum obtinuit; cf. Waitz, 'V. G.' II,* 74[3].

(2). Aliquando coepit a parentibus cogi, ut uxorem duceret. Ille[a] amore pudicitiae casus[b] et molestias[c] nuptiarum devitans, differebat nuptias, dicebat[d]: 'In hac causa opperienda[e] est Domini voluntas et potestas, quia dubium est[f], bonam[g] an malam ducam. Si bonam, timeo perdere; si malam, timeo, non[h] possim carere. Quid me in dubium[i] venire et sub[k] vacua sollicitudine quae husibus mulierum[l] sunt inplicari? Cum possim liber vivere, cur me alterius mancipabo[m] servitio?' Haec audientes parentes[n], contristari coeperunt et intentius[o] eum[p] urguere[q], ut faceret eorum in hac parte voluntate[r]. Ille[s], ne[t] contristare[u] eos videretur, quos potius[v] ovantes habere cupiebat, ita facturum se promisit, ut, si esset Domini voluntas, faceret quod hortabant[w].

(3). Cum[a] esset in ministerio antedicti regis, coepit secum volvere de hac causa, ut quereret, quidnam[b] esset ei condignius[c]. Occurrit[d] in mente tres viros e vicino aut[e] longe, aequales natione et rerum familiarium[f] parili substantia. Quorum nomina scribens in tria[g] pitthacia[1], misit ea[h] super altare sub palla in basilica[i] sancti Iohannis cumminus[k] ab urbe Cavillono[l] sita[m. 2], votum faciens, ut tres noctes sine somnii[n] perceptione in[o] oratione persisteret. Et expleta[p] trium noctium spatia, mittens manum, qualem[q] Dominus ei admoveri[r] pitthacium dignaretur, arriperet[s], et cuius in ipso scriptum nomen inveniret, eius filiam petere deberet. Transacta[t] una nocte absque digestione[u] somnii[v], adveniente[w] altera, coepit[x] somno gravari. Et cum circiter[y] medium[z] noctis temporis, cum[a] iam ferre non posset[b] somni torporem[c], flexo genu, incubuit formulae[3] et obdormivit. Et[d] ecce! in visu[e] adstiterunt ei duo viri ante altare senes et decori vultu. Et ait[f] unus ad alterum: 'Cuius filiam hic Austrigisilus sponsabit?' At ille interroganti dicit[g]: 'Ignoras, quia iam sponsatus est[h]?' Ait: 'Cuius filiam?' Respondit: 'Iusti iudicis'. In hac visione expergefactus, coepit deliberabundus[i] herere, quisnam hic[k] esset Iustus, et quis[l] iudex fuerit, et filiam haberet innuptam. Cum[m] non invenisset[n], dubius de petitione, ibat solito ad aulam regis. Pervenit in burgo[o], ubi diversorium abebat. Inherant[p] ibi ei ospites congregati, pauper[q] veteranus cum anula[r] sua. Quo viso, coepit illa feminola dicere: 'Ospes, substa[s]

I. Capp. 2. 3. 1*a. b.* 2.

Cap. 2. a) vero *add.* 2. b) captus 2. c) molestiae *pr. m. corr.* molestias 1*a.* d) *ita* 1*a.* 2; dicens *rell.* e) experienda 2. f) utram *add.* 2. g) bonum an malum 1*a.* h) *ita* 1*a.* 2; ut non 1*b.* i) *ita* 1*a cum* 3*a. b. c*; vultis *add. rell.* k) super 2. l) milierum 1*a.* m) mancipando 1*a.* n) p. eius contristari 1*a.* o) *ita* 1*a*; attentius 1*b*; vehementius 2. p) *om.* 2. q) *ita* 1*a*; urgere 1*b.* 2. r) *ita* 1*a*; voluntatem *rell.* s) vero *add.* 1*b*; autem *add.* 2. t) nec 2. u) contristari 1*b.* 2. v) propitios habere 2. w) *ita* 2; (h)ortabantur 1*a. b.*

Cap. 3. a) igitur *add.* 1*b*; autem *add.* 2. b) quisnam 2. c) condignus 1*b.* 2. d) autem ei *add.* 2. e) *ita codd.* f) familiarum 1*a.* g) tribus pictaciis 2, *et sic infra* pictacium. h) ea:, *ras.* s 1*a.* i) basilā[ca] 1*a.* k) *ita* 2; quominus 1*a.* l) *ita* 2; Cavallino 1*a*; Cavillino 1*b.* m) sitam 1*a.* n) *ita* 2; sompni 1*a.* o) in o. *om.* 2. p) *ita scripsi*; expletarum n. spatia 1*a*; expletis t. n. spatiis *rell.* q) *ita* 1*a*; quale *rell.* r) ammovere 2. s) *om.* 2. t) itaque *add.* 1*b*; vero *add.* 2. u) degustatione 2. v) *ita* 1*a.* 2. w) *om.* 1*a.* x) cepi:[t] 1*a.* y) circa 2. z) *ita* 1*a*; medium n. tempus 2; medio n. tempore 1*b.* a) *om.* 2. b) possit 1*a.* c) tempore flu[xu] 1*a.* d) Statimque *pro* Et ecce 1*a.* e) visum 1*a.* f) *om.* 1*a.* g) dixit 1*b.* 2. h) Et *add.* 2. i) delirabundus 1*a*, *corr.* k) *bis scriptum erat* 2. l) *ita* 1*b.* 2; quid 1*a.* m) que *add.* 2. n) venisset 1*a*; inveniret 2. o) burgum 2. p) *ita* 1*a*; Aderant autem ibi eius hospites 1*b*; Et erat ibi hospes suus, *om.* congr. 2. q) v. p. 2. r) *ita* 2; anenula 1*a*; muliercula *rell.* s) *ita* 2; sta 1*a. b.*

1) *I. q. scheda.* 2) *S. Iohannis Baptistae ecclesia in suburbio Cabillonensi olim sita, ubi a.* 894. *synodus celebrata est, iam infra muros redacta, Saint-Jean de Mezel appellatur; cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 218. 3) *I. q. sponda; cf. SS. R. Merov. I,* 946.

paulisper, et referam tibi somnium, quod nunc diluculo de te vidi. Videbar[a] mihi audire magnisonum[b] fragorem quasi psallentium voces et aio ospiti tuo: "Homo, quid est[c] istud quod audio? Num aliqua[d] festivitas hodie a sacerdotibus celebratur, ubi processio fiat?" Et dixit[e] mihi: "Hospes noster Austrigisilus uxorem 5 ducit". Et ego gavisa[f], summa alacritate progressa[g] in platea[h] videre puellam, ut[i] considerarem vultum et speciem eius, cumque preterirent per hanc plateam clerici in albis vestibus, deferentes cruces et psalmos ex more procedentium canentes, ultimus eorum veniebas[k] tu et reliquum vulgus sequebatur pos tergum tuum[l]. Et ego curiosius considerabam et nullam videbam[m] nostri[n] sexus adesse 10 personam nec puellam quam duceres. Et dico[o] ospiti tuo: "Ubi est illa puella[p], quam ospes noster accepit[q]?" At ille: "Nonne vides eam in manibus suis?" Et ego aspexi[r]; aliut non vidi nisi librum euangelii in manibus tuis". Tunc ille beatus intellexit iuxta suam[m] visionem et somnium muliercule Domini vocatione[s] ad sacerdotale officium se provocari. Cum[t] in palatium pervenisset, pulsanti sibi[u] 15 hostium hostiarius aperuit[v]. Et cum introiret in domum regis, solito ipse rex responsum inposuit his verbis et eo[w] ordine magna voce[x]: *Posuisti*[y] *in capite eius coronam de lapide precioso,* et[z] cetera quae secuntur. Iam extunc confirmata est[m] in ipso spes fidei de Domini vocatione; coepit[a] enixius[b] in bonis operibus proficere et de nuptiis ultra cessavit cogitare[c] quid ageret.

Ps. 20, 4.

20 (4). Tunc tocius malitiae artifex et invidus callidusque hostis humani generis[a], cum videret eum ingenti ardore beatam sitire vitam aeternam[b], coepit suis deceptionibus scandala parari[c], qualiter[d] ab isto sancto proposito Dei famulum inhibere[e] posset. Erat tunc in palatio regis quidam potestatem[f] preditus, homo ferus et superbiae nimiae[g] deditus Bethelenus nomine, qui temerario hordine quiddam[h] de 25 fiscalibus rebus[1] fraudulenter[i] occupaverat. Unde dum argueretur[k] a rege, ostendit illi falsam auctoritatem. 'Quis', inquid[l] rex, 'hanc preceptionem[m] dedit?' Dixit[n]: 'Austrigisilus mapparius'. Accersitus Austrigisilus[o], interrogatus, quod non fecerat denaegavit. Illos[p] disceptantes, rex in furore[q] versus iussit eos ex hoc in campo[2] certare, ut, quis falleret, Domini iudicio monstraretur. Iam advenerat dies

30 *I. Capp.* 3. 4. 1*a. b.* 2.

Cap. 3. a) Videbatur m. 1*b*; Videbam me, *om.* a. 2. b) *ita* 3*b*; magnum sonum (sompnum 1*b*) Francorum q. 1*a. b*; magnos sonitus fragoris et q. 2. c) *post* est 3 *litt. ras.* 1*a*. d) alia 1*a*. e) dicit 1*a*. f) et cum *add.* 2. g) sum *add.* 1*b*; exivi *add.* 2. h) plateam 2. i) et c. (considerare 2) 1*b*. 2. k) *ita* 1*b*. 2; venies 1*a*. l) *ita* 1*a*. 2; *om. rell.* m) *om.* 2. n) nostri:, 35 *ras.* s 1*a*. o) dixi 2. p) *om.* 1*a*. q) acceperat 1*a*. r) et *add.* 1*b*. 2. s) vocationem 1*a*. t) vero *add.* 1*b*; deinde *add.* 2. u) *ita* 2; *eras.* 1*a*; *om. rell.* v) apperit 1*a*; aperit 1*b*; aperurit 2. w) hoc 1*b*; et eo o. *om.* 2. x) ait *add.* 1*a*. y) domine *add.* 1*b*. 2 *(non Vulg.).* z) Vitam petiit ad te et tribuisti ei longitudine dierum in seculum et in seculum seculi *(= Ps.* 20, 5*) pro verbis* et c. q. s. 1*a*. a) *ita* 1*a*; et cepit (1*b*); cępitque 2. b) obnixius 2. c) cogitaret *pr. m.* 1*a*.

40 *Cap.* 4. a) genere 1*a*, *corr.* b) *om.* 1*b*. 2; s. gloriam et eternam 3*b*. c) *ita* 1*a*. 3*b*; parere 1*b*; praeparare 2. d) quae 2. e) inhyberi possit 1*a*. f) *ita pr. m.* 1*a*; potestate *rell.* g) superbie nimio 1*a*. h) quidam 1*a*. i) fraudëlenter 1*a*. k) argueratur 2, *corr.* l) tibi *add.* 2. m) perceptionem 1*a*. n) Qui dixit 2; Dixitque 1*b*. o) et *add.* 2. p) Illis (vero *add.* 1*b*; ita *add.* 2) disceptantibus 1*b*. 2. q) *ita* 1*a*; furorem *rell.*

45 1) *Praedia fiscalia similiter Egidius episcopus Remensis per chartas impetrasse voluit, quae et a rege et ab Ottone referendario falsae iudicatae sunt, e quibus hic subscriptionem manu sua exaratam esse negabat; cf. Greg. X,* 19. 2) *Cum cubicularius Gunthramni regis criminis venatorii a custode silvae argueretur, item rex constituit, ut causa campo diiudicaretur Cabilloni; cf. Greg. X,* 10.

institutus certandi. Mane surgens Austrigisilus, clypeum cum iaculo per[a] pueros suos direxit in campum, ubi rex agonistas[b] expectare solitus erat. Ipse[c] ad basilicam sancti Marcelli[1] solito more orandi gratia pergebat[d]; habuit quendam[e] pauperem obvium, et quid[f] ei largiretur amplius non habebat quam[g] uno[h] triante: nam etsi[i] fuerant, in[k] simile opus abierat[l]. Venit ei[m] in mente[n] propheticum[o] (Ps. 40, 2. 3.) illud: *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem; in die mala liberavit*[p] *eum Dominus*[q] *et non tradet*[r] *eum in manus inimici eius.* Dato triante[s], ingreditur basilicam; premissa oratione, vexillo crucis se munivit, quod est armatura Dei: fidus[t] de sua iusticia et de[q] Domini iusto iudicio inperterritus festinusque[u] ad[q] certamen pergebat. Cum ibidem prestolaretur adversarii adventum, ecce! veniens quidam ex ministris Betheleni[v], anelabundus et lugubri vultu nuntians regi mortuum esse memoratum Bethelenum. Rex indagare[w] coepit tam celerem[x] eius interitum, qualiter contigisset. Ille his verbis et eo hordine exponebat regi: 'Cum veniret[y] servus tuus Bethelenus hesterno ad placitum[z], mansit sub Auriaco[a]. Et hodie cum inlucesceret dies, iussit sibi parare[b] equum mansuetissimum. Quo ascenso, tamquam fixus mansit[c] immobilis. Cuius cum calcaribus latera perforaret, exsiliens summa velocitate[d], ingenti[e] impetu coepit in diversa flectere membra, caput iungere pedibus, pedes posteriores[f] in sublime excutere. Tam diu[g] memoratum Bethelenum ventilavit atque concussit[h], donec tamquam[i] precisa arbor aut[k] ab impetu turbinis[l] evulsa, ab alto preceps in terram[m] rueret. Et nec[n] hoc satis fuit[o]: vertens se equus ille, iunctis pedibus, percussit eum in cerebro, ita ut cruor per nares[p] et aures prorumperet, usque adeo ut[q], antequam levaretur a terra, exalaret[r] (Ps. 5, 7.) spiritum. Completum est[s] in eo quod scriptum est: *Perdes eos qui locuntur mendacium;* (Prov. 19, 5.) et: *Testis falsus non erit inpunitus*'. Hoc audito, rex arcessivit[t] ad se Austrigisilum et ait ei: 'Pugnavit pro te Dominus[u], cuius auxilium fideliter proposuisti[v]'. 'Mortuus est', inquid[w], 'Bethelenus[x], divina ultione punitus'. Ille vero non gaudens interitum[y] inimici, sed[z] gratias agens[z] Deo, quod ab eius sanguine inpollutas Dominus suas[a] servasset manus, memorans illum versiculum psalmi: (Ps. 30, 8. 9.) *Domine, respexisti humilitatem meam et*[b] *salvam fecisti de necessitatibus animam meam*[b], *nec*[c] *conclusisti me in manus inimici,* et fidelem famulum tuum[d] servasti inlesum. Iam tunc superna pietas et divina potencia famulum, quem sibi dignum sacerdotem fore predestinaverat, adhuc in seculari abitu ab ingruentibus tempestatibus[e] diaboli salvabat.

I. Cap. 4. 1*a. b.* 2.

Cap. 4. a) d. per p. s. 2. b) agonitas 2. c) *ita* 1*a*; Et dum ipse ad b. 2; Ipse autem cum ad *rell.* d) *ita* 1*a*; pergeret *rell.* e) quaedam 1*a*. f) quod 2. g) *ita* 1*a*. 3*b*; nisi 1*b*. 2. h) uno traianto 1*a*; unum triantem 2; unum trientem *rell.* i) N. si quid ei fuerat 2. k) *om.* 1*a*. l) *ita* 1*a*. 2; expenderat 1*b*. m) *ita* 1*a*. 2; Cum veniret ei in 1*b*. n) mentem 2. o) *ita* 1*a*. 2. 3*b*. p) *ita* 1*a*. 2; liberabit *rell.* q) *om.* 2. r) tradidit 1*a*; tradat *Vulg.* s) *ita* 1*a*. 2; triente *rell.* t) fidens 1*a*. u) que *om.* 1*a*. v) Beteleni 2, *ut infra.* w) indagari 2. x) celer e. interitus 2. y) venisset 1*a*. z) palatium 2.. a) Bariaco 2. b) *ita* 1*a*; pareri 1*b*; parari 2. c) manebat 2. d) in *add.* 1*a*. e) c. i. i. 2; i. i. et *(pro* c.*)* 1*a*. f) *ita* 1*a*. 2. 3*b*; posteriora 1*b*. g) Et tam diu 1*b*; Et diu 2. h) concussis 2. i) velut 2. k) *ita* 2. 3*b*; ut (1*a*); *om.* 1*b*. l) turbine 1*a*. m) terra 2. n) ne 1*a*. 2. o) *ita* 1. 3*b*; sed *add.* 1*b*. 2. p) *ita* 1*a*. 2; a. et n. 3*b*. q) *om.* 1*a*. r) *ita* 1*a*. 2; emitteret sp. 1*b*. s) est *om.* 1*a*; ergo *add.* 1*b*; vero *add.* 2. t) *ita* 1*a*. 2. u) Deus 2. v) *ita* 1*a*. 2; popose isti 1*b*; postulasti 3*b*. w) *ita* 1*a*. *b*; inquiens *rell.* x) Bettelenus *h. l.* 2. y) *ita* 1*a*; de interitu 1*b*; in interitu *rell.* z) *ita* 1*a*. 2. 3*b*. a) m. suas servassed 1*a*. b) et — meam *om.* 2. c) ne 1*a*. d) suum custodivit i. 1*a*. e) temptationibus 2.

1) *S. Marcelli basilicam Cabillonensem Gunthramnus rex aedificavit ante a.* 579, *quo Gregorius V,* 27, *ipsius primus meminit.*

(5). Post haec[a] coepit ipse Austrigisilus in amore et dilectione Dei attencius in bonis operibus proficere et in clericati[b] honus inianter desiderare[c]; per quem[d] hoc regi[e] petere, dubitabat. Erat tunc in domo regis inter ceteros senatores[1] prestantissimus Aetherius nomine, vir prudentissimus et singulari cautele[f] deditus, cui rex omnia[g] tractatus sui precipua[h] archana pandebat; qui tunc[d] dignus episcopatu[i], postea[2] Lugduno Galleae[k] nobilissima civitate episcopus ordinatus est, qui[l] memoratum famulum Dei singulariter diligebat. Quem Austrigisilus rogavit, ut regis permissu[m] peteret, se ad clericati[n] honus venire deberet[o]. Qui suggessit et impetravit. Acceptis[p] epistolis, perrexit Autisiodoro[q] civitate, ibique a beato Aunechario[r] episcopo, decisa cesarie, clericus effectus et subdiaconus ordinatus est. Regressus[s] inde[t] ad memoratum Aetherium[u], ille, iam[v] episcopatum[w] acceptum, benignissime eum cum ineffabili gaudio recepit, presbiterum[x] et abbatem basilici[y] beati Niceti[z,3] episcopi et confessoris ordinavit et ob dilectionem[a] perfectionis dedit ei de rebus ecclesiae colonica[b] Albiaco[c,4] nomine, husibus suis profutura[d].

(6). Cum tempus venit vindemiae[a], iam uvae erant precocae[b], ivit beatus Austrigisilus vindemiam colligere[c]; iussit prius parare[d] vasa, quod[e] musto reconderet. Quod et[f] factum est. Repleta[g] vasa musto, una[h] quod[i] illi vocant cupa[k], ferme viginti metreta[l] capiens, resedit vacua. Adhuc[m] extortum[n] est mustum, fere amphora una. Cum non esset alibi, ubi[o] reconderetur, iussit eum vir Dei in illa maiore[p] que vacua erat recondi. Ille in eodem[q] cellario ingressus, facta oratione, signum crucis figuravit[r], mane ipso[s] regressus[t] ad basilicam. Custos canave[u,5] illius cum introisset cellarium considerare, si salva essent vasa cum mustu[v], aspexit et illam[w] que vacua remanserat: sicut et[x] reliqua vasa, superexundabat[y], ebulliebat tanta repletione, ut desuper plurimum mustum laberetur in

I. Capp. 5. 6. 1*a. b.* 2.

Cap. 5. a) *om.* 1*a.* b) *ita solus* 1*a*; et clericatus *rell.* c) Sed *add.* 1*b*; ac *add.* 2. d) *om.* 2. e) *ita* 1*a.* 3*b*; regem petere 2; a rege peteret 1*b.* f) cautela 1*a.* g) omnem 1*a.* h) a. precipue 2. i) episcopatum 1*a.* k) *ita* 1*a*; Galli(a)e *rell.* l) quique 2. m) permissum 1*a.* n) *ita* 1*a*; clericatus *rell.* o) *ita* 1*a.* 2; contingere 1*b.* p) itaque *add.* 1*b*; que *add.* 2. q) *ita* 1*a*; Autisiodorum civitatem 2; Autissiodorum (*om.* civ.) 1*b.* r) *ita* 1*a. b*; Aunario 2. s) *ita* 1*a.* 2; Quo regresso ad 1*b.* t) venit *add.* 2. u) Aeterium *h. l.* 1*a.* v) iamiam 2. w) *ita* 1*a*; episcopatu accepto *rell.* x) que *add.* 2; et pr. et 1*b.* y) *ita* 1*b*; basilicae 1*a.* 2. z) *ita* 1*a*; Nicetii *rell.* a) dilectionis 2. b) c[h]olonico 1*a*; colonicam 2; coloniam (1*b*). c) Albiacum, *om.* n. h. 2. d) *ita* 1*a*; profuturam *rell.*

Cap. 6. a) *ita* 1*a.* 3*b*; et *add. rell.* b) *ita* 1*a*; precoces 3*b*; precoqu(a)e *rell.* c) *ita* 1*a*; sed *add.* 1*b*; iussitque 2. d) *ita* 1*a.* 3*b*; parari *rell.* e) *ita* 1*a*; quibus mustum r. *rell.* f) ut 2. g) *ita recte* 1*a*; Repletis (vero *add.* 1*b*) vasis 1*b.* 2. h) *ita* 1*a. b.* 2; uno 3*b.* i) quam illi v. 1*b*; quam vulgus vocat 2. k) *ita* 1*a*; cupam (1*b*); cubam 2. l) metretas 1*b.* 2; metra 3*b.* m) Eadem nocte ex torculari abacina *pro* adhuc 2; Eadem nocte ex torculari *post* adhuc *add.* 3*d*; *haec om.* 1*a. b* (*ubi* iterum *add.*). 3*b.* n) extorta est musti 2. o) non *add., sed eras.* 1*a.* p) maiori 1*b*; illo maiori dolio quod vacuum 2. q) *ita* 1*a. b*; eidem cellarium 2. r) sed *add.* 1*b*; et *add.* 2. s) eo mane 2. t) ingressus 1*a*; regresso 2. u) *ita* 1*a. b.* 2; cuppe 3*b. d.* v) *ita* 1*a*; musto *rell.* w) illud quod vacuum 2. x) *om.* 2. y) *ita* 1*a*; et *add.* 1*b.* 2.

1) *Ita aevo Carolingico consiliarii regis vel imperatoris appellabantur; cf. Waitz, 'V. G.' III, p.* 532. 2) *Aetherius sedem Lugdunensem inter a.* 586/9. *nactus (cf. SS. R. Merov. III,* 524*), a.* 602. *defunctus est (Fred. IV,* 22*).* 3) *Basilicae S. Nicetii Lugdunensi, de qua v. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 198, *Gregorii tempore presbyter praeerat; cf. Greg., V. Patr. c.* 8, 5. 4) *Locum non repperi, sed Albigny, i. e. Albiniacus, nominati vici duo in dioecesi Lugdunensi siti sunt.* 5) *Cella penaria, Ital. 'canova', Gall. 'cave'.*

terra[a]. Ille tanti[b] mysterii obstupefactus[c], e vestigio ad basilicam ad[d] sanctum Dei hominem[e] cucurrit, nuntians[f] ei quod factum fuerat. Ille sylentium inponens, aiebat[g]: 'Vide, nemini dixeris'. Nulli dubium[h], quod[i] Dominus pro[k] merito et oratione prefati famuli sui operare[l] dignatus est.

(7). Post haec cum Dominus vellet[a] eum iuxta sanctum propositum suum[b, 1], eo tempore cum esset memoratus Dei homo cum beatissimo[c] Aetherio episcopo in quadam villa in[d] Genuinse[e] territorio[f] super lacum, erat[g] aut[h] procul ab ipsa villa castellum desertum[g] et ab universis habitatoribus vacuum[i]. Inerant[k] ibi ecclesiae et ipsae fere semirutae. Cum horandi gratia in ipso[l] loco prefatus beatus Austrigisilus perrexisset et nullum custodem nec aliquem clericum ibidem reperisset, nisi[m] tantum patentibus[n] hostiis et sacrariolo cluso et seris obfirmato, voluit missas in illa baselica[o] celebrare. Deerat aqua, qua[p] aut[q] manus ablueret[r] aut in sacrificium misceret[s]. Dicit ad[t] adminiculum[2] suum Marculfum eo tempore lectorem[u], nunc et[v] abbatem[w] in baselica, ubi corpus ipsius beati conditum esse[x] videtur: 'Requirite pauxillum aque, ut hic celebremus[y] missas'. Qui cum quesissent, non invenerunt. Regressi ad eum in ipsa[z] ecclesia, invenerunt hostia[a] de sacrario illo aperta[b], que[c] ante serata[d] viderant. Et cum introissent, invenerunt[e] ipsum[f] virum Dei adstantem et ante se habentem duas crateras plenas, unam aqua, aliam[g] vino. Illi obstupefacti[h] hoc miraculum intuentes[e], in pavorem non modicum conversi sunt.

(8). Cum[a] Dominus eum[b] ad sublimiorem gradus honorem[c] provehere voluit[d], decidente[e] Byturicas[f] Apollonare[g] episcopo, sanctus Austrigisilus in loco eius electus ab omnibus ex[h] consensu regis episcopus subrogatur[i]. In quo gradu dignitatis duodecim annis[k] rexit ecclesiam, sicut ipse, angelo revelante, cognoverat. Nam cum primum[l] terminum memorate urbis[m] ingressus, mansit in villa Germaniaco[n, 2] nocte[o], conpellans Sulpicium diaconum, qui ei[p] postea successor fuit,

I. Capp. 6—8. **1***a. b.* 2.

Cap. 6. a) terram **1***a*. b) *ita* **1***a*. 3*b*; tanto my(i)sterio *rell.* c) stupefactus 2. d) *om.* **1***a*. e) excurrit h. 2. f) hoc *add.* 2. g) *ita* **1***a*; acebat **1***b*; agebat 2. h) quin *add.* **1***a*. i) hoc *add.* 2. k) *om.* 2. l) *ita* **1***a*; operari *rell.*

Cap. 7. a) velit **1***a*. b) *ita* **1***a*; promovere *add.* **1***b*; fieri *add.* 2; ad virtutum maiora provehere *add.* 3*b*; demonstrare *add.* 3*d*. c) beato 2. d) inter 2. e) *ita* 3*b*; Genuunse **1***a*; Ianavense 2; Gebennensi 3*d*; suo **1***b*. f) terrotorio **1***a*. g) *om.* 2. h) *ita* **1***a. b.* 2. i) vaccum **1***a*; derelictum 2. k) Inerant — semirute *om.* 2. l) in (id **1***b*) ipsum locum **1***b*. 2. m) *ita* **1***a. b.* 2; vigilantem *pro* n. t. 3*b. c. d.* n) petentibus **1***a*; patent(c)ia hostia et sacrariola clauso (*ita* **1***b*; sacrariolum clausum 2) et s. o. (obfirmatum 2) **1***b*. 2. o) *ita* **1***a*, *ut infra.* p) que **1***a*; quam 2. q) *ita* 2. 3*b*; ad manibus **1***a*; ad manus **1***b*. r) lueret **1***a*. s) poenitus non habebat *add.* **1***a*. t) ad admaniculam suum M. **1***a*; ad maniculam suum M. **1***b*; adminiculo suo Marculfo 2; ad amicum suum M. 3*a. b. c. d.* u) lectori 2. v) *ita* **1***a*. 3*b*; n. etiam 2; postea etiam *solus* **1***b*. w) abbati 2. x) est. Require 2. y) coebremus **1***a*. z) *ita* **1***a. b*; ipsam ecclesiam 2. a) *corr.* hostium 2. b) aperto **1***a*; apertum 2. c) quod 2. d) serrata **1***a*; serratum 2. e) *om.* 2. f) *om.* **1***a*. g) alteram 2. h) stupefacti 2.

Cap. 8. a) que *add.* 2. b) *om.* **1***a*. c) gradus honore **1***a*; gradum honoris 3*b*. d) *ita* **1***a. b*; vellet *rell.* e) *ita* **1***a*. 3*b*; decedente *rell.* f) *ita* **1***a*; Bituricae *et add.* sedis 2; Bituricas *rell.* g) *ita* **1***a. b*; Apollinare *rell.* h) est **1***b*; *om.* 2. i) subrogatus **1***a*. k) *ita* **1***a. b.* 2. l) *om.* 2. m) fuisset *add.* **1***b*; esset *add.* 2. n) Germani[a]c[h]o **1***a*; Germaniacho **1***b*; Germiniaco 2. o) et *add.* **1***b*; illa factoque diluculo vocavit *pro* c. 3*b. d.* p) eius 2.

1) *Biographus ea enarrare voluit quae in c.* 8. *iam leguntur, sed mox mutato consilio miraculum insequens anticipavit, qua re anacoluthon exortum est.* 2) *Adminiculus est minister; cf. Scr. rer. Merov. III, p.* 431, *n.* 3) *Germigny-l'Exempt (dép. Cher).*

et Desiderium item[a] diaconum, dixit eis: 'Ac nocte mihi[b] Dominus dignatus est revelare duodecim annos in isto gradu dignitatis regere ecclesiam Byturicam[c]'.

(9). Eo tempore erat mulier aliqua suburbano[a] ipsius[b] civitatis longo iam tempo rearidis membris, nervis contractis, morbo paralysi effecta[c, 1], ut nullum ferme membrorum ad officium suum movere[d] posset, nisi[e], cum necesse fuisset, ceterorum manibus, ubi necessitas exigebat, deferretur[f]. Petiit[g] se a[h] vicinis ad virum sanctum deportari. Cumque ad altare delata fuisset, et vir sanctus[i] solito officium divinum in ecclesia[k] exolvere advenisset, vidit misellam incurvatam ad ipsum[l] altare iacentem et dicentem sibi: 'Sancte Austrigisile, adiuva me'. At ille: 'Domini pietas et potestas te salvare potest'. Ille manus oculosque tollens ad celum, dixit: 'Extende', inquid[m], 'manum tuam'. At illa ait: 'Nequeo'. Ille adprehensa[n] illius[o] dextera et digitum[p] inferens in palma sua, digitos eius, qui holym per ipsum morbum manibus[q] eius adeserant, direxit[r]. Similiter et omnia membra[s] fecit, donec erexit eam super pedes[t]. Et restituta est pristinae[u] sanitati, et membra[v] sua, ut sana solita[w] erant, officium[x] recoeperunt. Et ait ad eam: 'Cave tu[y], ne ad pristina vitia devolvaris, ne forte tibi deterius contingat', quia ferebatur illa, antequam in ista[z] infirmitate laberetur, voluptati dedita luxuriose vixisse.

(10). Per idem tempus in urbe Byturica erat nobilissima mente et natalibus illustris Bertoara[2] sacrata Dei famula. Cum solito more ipsa nocturno tempore vigilare properabat, invenit[a] in platea sub stillicidio cuiusdam[b] domus iacentem pauperem nomine Beroadum[c] pannis obsitum, omnibus membris contractum. Coepit[d] inquirere eius casus miseriarum, et cur ibi iaceret. At ille dixit: 'Iam diu in[e] isto morbo cruciatus[f] iaceo, et non est qui michi auxilietur; volente[g] me ad ecclesiam ire nequeo, ut sancti Austrigisili conspectu[h] deducar'. At illa hec audiens ingemuit[i], et conpassione ipsius[k] pauperis compuncta, precoepit pueros[l] suos eum levare[m] a terra, et subpositis manibus, quasi funus[n] exanime[o] ad ecclesiam deferre[p], et coram altario rogavit deponi, ubi iam advenerat sepefactus[q] vir Dei[r]. Intuens debilem contractum, sensit in spiritu hob causam peccati nequissimo[s] spiritu, potestatem[t] acceptam, istam[u] contricionem pauperi[v] inflixisse[w]; precoepit[x] eum remociori[y] loco deferri. Et ille in oratione prostratus

I. Capp. 8—10. 1*a. b.* 2.

Cap. 8. a) *om.* 1*a.* b) me 1*a.* c) *ita* 1*a*; Bit. *rell., ut infra.*

Cap. 9. a) *ita* 1*a*; in suburbano 2. 3*b.* b) c. i. 2. c) *ita* 1*a. b.* 3*b*; affecta est ita ut 2. d) moveri possit 1*a.* e) sed cum 1*b*; n. eum 2. f) deferetur 1*a*; deferebatur 2. g) Hec peciit se 1*b*; Peciitque se 2. h) ad *pr. m.* 1*a.* i) *ita* 1. 3*b*; more *add.* 1*b.* 2. k) *ita* 1*a*; ecclesiam *rell.* l) ad *add.* 2. m) *ita* 1*a.* 2 *(ubi* mihi *add.)*; *om.* 1*b.* n) manu *add.* 1*a.* o) d. i. 2. p) digitos suos i. 2. q) *ita* 1*b*; m. ei 1*a*; manus eius 2. r) dixer̄ *(= dixerunt)* 1*a.* s) eius *add.* 1*a.* t) suos *add.* 2. u) pristina 1*a.* v) mens 2. w) soliti 1*a.* x) *ita* 1. 3*b*; suum *add.* 1*b.* 2. y) *ita* 1*a. b.* 3*b*; ne *(om.* tu*)* 2. z) istam infirmitatem 1*b.* 2.

Cap. 10. a) *om.* 1*a.* b) cuidam 2. c) *ita* 1*a. b*; Beroaldum *rell.* d) que *add.* 2. e) in *om.* 2; in isto loco m. 1*b.* f) cruciante 1*a.* g) Volenti ad e. 1*a.* h) *ita* 1*a*; ad conspectum 2; conspectui *rell.* i) gemuit 1*a.* k) *bis scr.* 2. l) puero suo 1*b*; pueris suis 2. m) levari 2. n) fumus 1*a*; *om.* 2. o) examinens 2. p) deferri 2. q) *ita* 1*a*; sepefatus *rell.* r) Et *add.* 1*b*; Qui *add.* 2. s) *ita* 1*a.* 3*b*; nequissimum spiritum *rell.* t) *ita* 1*a*; potestate accepta *rell.* u) *ita* 1*a*; itam contrictionem 1*b*; in ista contricione 2. v) pauperem 2. w) infixisse 1*a. b.* x) itaque *add.* 1*b*; que *add.* 2. y) *ita* 1*a*; ad remociorem locum 1*b*; in remotiorem locum 2.

1) *Pro* effeta, *i. e. languida; cf. Forcellini ed. de Vit VI, p.* 584. 2) *Ionas, V. Columb. II,* 10: In Betoricensem vero urbem puellarum monasterium ex beati Columbani regulam Berthoara nobilis genere et religione femina construxit.

aliquandiu, postea ad pauperem illum accessit. Et, nisi fallor, in balneum eum[a] iussit mitti; contrectans[b] manibus, omnia membra sua[c] extendens, deprecatus[d] Domini[e] auxilium, impetravit quod petiit. Adfuit superna[f] gratia, et pauper ille pristine sanitati[g] restitutus, postea ab omnibus[h] visus, et nullo claudicante membrorum, pluribus[i] vixit annis. 5

(11). Eo tempore erat quedam matrona nobili genere horta religiosa nomine Paterna, habens ad ministerium familiarem[a] puellam suis[b] creditam[c] nomine Augustam. Accidit ei[d], ab interpolatore[e] tocius inmundiciae[f] percussa[g], lumine[h] claritatis amissa[i], torporem[k] cecitatis incurrisset. Que[l] memorata domina ipsius puelle scripsit epistolam[m], misit eam ad sepefactum[n] Dei[o] hominem, petens, ut[p] 10 suis orationibus ab[q] ipsa cecitate curaretur. Quam[r] ille intuens, suspexit ad caelos[s], Domini auxilium postulans[t]; accipiens holeum benedixit et linivit cece[u] oculos. Oratione facta, ceca que dudum fuerat, protinus, apertis oculis, copiam videndi recoepit.

(12). Post[a] idem tempus illustris matrona et[b] Deo dicata Austroberta, relicta 15 ab[c] illustrissimo viro Chramnoaldo[d], refert, quod ipsa presente actum fuit. Unus[e] de pistoribus suis nomine Leudomarus[f] morbo atrocissimo[g] vexabatur, et illa habebat repositum panem, quem[h] memoratus Austrigisilus benedixerat et ei eulogias transmiserat. Quem illa ad hoc reservabat, ut, si quis videretur aliquo tedio affici, cum integra fide sumendi[i] dare deberet. Rogavit[k] memoratum pistorem ad- 20 prehendi et de illo pane in os eius mitti precepit; quod[l] ille poenitus accipere[m] recusabat. Sed tamen invitum[n] et quoactum, aperto hore, ingesserunt de ipso pane[e] in eius faucibus. Post[o] haec nec mora evomuit omnem amaritudinem qua vexabatur, et sanus effectus hodieque officium suum facere videtur.

(13). Quidam[a] molendinarius eo tempore nomine Monulfus[b], die dominico 25 temerario spiritu volens iuxta sui industriam molam emendare, accepto ancipite[c] ferro, quod[d] vulgo Scotam[1] vocant, coepit terere[e] molam. Ex quo peccato adhesit manus[f] eius manubrio ferri illius, quod nullus poterat de manu eius auferre. Et tanta districtione[g] artatus, ut inter digitos illius iam coeperat[h] sanguis prorum-

I. Capp. 10—12. 1*a. b.* 2. *Cap.* 13. 1*a. b.* 30

Cap. 10. a) i. eum 1*a.* b) autem *add.* 2. c) *ita* 1*a.* 2; eius *et add.* et 1*b.* d) deprecatur 1*a.* e) Iesu Christi *add.* 1*a.* f) super 2. g) r. est sospitati, p. 2. h) hominibus 1*a.* i) *ita* 2; plures v. annos *rell.*

Cap. 11. a) familiare 2. b) sibi 1*b*; *om.* 2. c) et dilectam *add.* 2. d) *ita* 1*a*; Cui acc. ut ab 1*b*; Acciditque ei ut ab 2. e) interpollatore 1*a*; interpellatore 2. f) mundiciae 1*a.* g) et 35 *add.* 1*b*; fuisset hac *add.* 2. h) luminum claritate 2. i) *ita* 1*a.* 2; amisso *rell.* k) tempr c. incurrisse 1*a.* l) *ita* 1*a*; Quin 2; *om.* 1*b.* m) *ita* 1*a*; et *add. rell.* n) *ita* 1*a*; sepefatum 2; *om.* 1*b.* 3*b.* o) h. D. 1*b.* 3*b.* p) in o. 1*a.* q) ad 1*a.* r) Quem 1*a.* s) caelum 2. t) *ita* 1*a*; et *add. rell.* u) *ita* 3*b*; caeci 1*a*; eius o. 1*b*; o. eius *et add.* et 2.

Cap. 12. a) Per 2. b) ac 1*a.* c) *om.* 1*a.* d) *ita* 1*a*; Chranoaldo (2); Crampnoaldo 1*b*; 40 Crannoaldo 3*b.* e) Unum 1*a.* f) *ita* 1*b*; Leudomaris *et add.* ab his 1*a*; Leodemarus *rell.* g) atrocissime 1*a.* h) que: 1*a.* i) sumendum ei d. d. 2; c. integra civitate fide salutis daretur 1*b.* k) itaque *add.* 1*b*; que *add.* 2. l) *ita* 1*a*; quem *rell.* m) r. a. 1*a.* n) t. eo invito et coacto 1*b*; invit[e et co]acte 2 *(inde locus excisus est).* o) P. h. *om.* 1*b.*

Cap. 13. a) Quidam — *p.* 199, 24 per singulorum *om.* 2 *medio in versu.* b) Maonulfus 1*a.* 45 c) *ita* 1*a*; accipite 1*b.* d) quae 1*a.* e) terrere 1*a*; percutere 1*b.* f) *ita* 1*a. b*; manui e. manubrium 3*b. d.* g) distrinctione 1*a*; est *h. l. add.* 1*b*, *post* artatus 3*b. d.* h) *ita* 1*a. b.*

1) *Secures Scoticae sunt bisacutae teste Thoma Walsingham apud Ducange s. v. secures.*

pere et aspicientibus ob fetorem fastidium facere, venit[a] ad prefatum Dei hominem. Ille postulans Dei auxilium, coepit[b] manum[c], ubi adeserat malleus; digitos primum extendens[d], tulit illum[e] ferrum et manum illius adtrectavit et omnem dolorum[f] atrocitatem expulit, et sanus factus homo ille recessit.

5 (14). Erat tunc procul ab urbe Bituricas[a] iuxta vicum Briodero[b. 1] puella adulescentula, parentibus amantissima, nomine Friovala[c], quam nequissimus[d] spiritus oppressione[e] crudeli cruciatu vexabat, ita ut[f] hacsi freneticum[g] morbum[h] die noctuque nulla[i] ei[k] esset requies vociferandi, in tantum ut in amentia[l] delapsa, ut[m] nec se nec parentes agnosceret, et diversarum ferarum vocibus[n] mugi-10 tusque et avium querulas voces in[o] ingenti vociferatione geminabat[p]. Lugebant parentes, vicini condolebant et mirabantur in tam[q] tenera etate tante crudelitatis contricionem infelicem[r] posse sustinere. Adducitur ad sepefactum[s] virum Dei. Ille intuens in[t] eam cognovit ob[u] callidi hostis contricionem afflictam[v]; precoepit eam propius[w] altare[x] ammoveri. Et accepto pane[y] et calice more solito spiri-15 tales[z] hostias Domino offerens, misticum preces[a] conficit corpus Domini. Ipse prius percepit deditque puelle. At ubi illa accepit, protinus a[b] vociferatione conticuit. Benedixit vestimenta eius et velari eam parentibus religiosa[c] veste precoepit et a carnibus[d] et vino abstinere debere dixit; quod et factum est. Ex illa hora, fugato demonio, puella illa pristine[e] sanitati restituta est[f], hodieque in 20 monasterio beatae[g] Bertoare reclusa, inter reliquas Dei famulas laudabili conversatione degere videtur.

(15). Erat tunc in ipsa civitate Byturicas[a] quidam pauperrimus iuvenis nomine Leonastis, et longo iam tempore debilitate contractus, ita ut plante eius ad poplites adererent, et deportabatur humeris alterius per singulorum[b] hostia et[c] 25 victitandi[d] helemosinam querebat. Cum vir beatissimus Austrigisilus dormivit[e] in Domino, gestatorium, ubi sanctum[f] corpus illius ferebatur, pauper ille sequebatur[g] et ad[h] baselicam ubi sepultus est pervenit[i], iacens ante sepulchrum eius eadem nocte[k]: relaxatis[l] membris, que erant arida, officium pedum[m] consecutus[n], postea visus est per semet ipsum in eadem civitate rectus ambulare.

30 *I. Capp.* 13. 14. **1a. b.** *Cap.* 15. 1*a. b.* 2 (*cf. n.* b).

Cap. 13. a) ergo *add.* **1b**; que *add.* 3*b. d.* b) *ita* 1*a. b*; accepit 3*b. d.* c) *ita* **1a.** 3*b*; eius *add.* (**1b.** 3*d*). d) et *add.* 3*b. d.* e) *ita* 1*a*; illud 3*b. d*; *om.* 1*b.* f) dolorē 1*a.*

Cap. 14. a) *ita* **1a. b**; Biturica 3*b*; Bithurica 3*d.* b) *ita* 1*a*; Brioderum *rell.* c) Frivola **1b.** d) nequississimus 1*a.* e) oppresione 1*a*; obpressione *et add.* et 1*b*; oppressam 3*b. d.* f) ut hac 35 *om.* 1*b.* g) *ita* **1a. b**; freneticus morbus 3*b*; frenetico morbo 3*d.* h) pateretur et *add.* **1b.** i) nulli **1a.** k) esset ei 1*b.* 3*d.* l) amentiam 3*b. d.* m) *ita* 1*a. b*; *om.* 3*b. d.* n) *ita* **1a**; vocis 1*b*; voces 3 *b. d.* o) *ita* 1*a*; *om. rell.* p) *ita* 1*a. b*; geminaret 3*b. d.* q) in vitam tenere aetatem 1*a.* r) *om.* 1*b.* s) *ita* 1*a. b.* 3*b.* t) *ita* 1*a*; *om. rell.* u) hoc 1*a*; *om.* 1*b.* v) *ita* **1a**; et *add. rell.* w) propitius 1*a.* x) *ita* 1*a*; ad altare 1*b*; altari 3*b. d.* y) *om.* 1*a.* z) *ita* **1a**; 40 spirituales *rell.* a) *ita* 1*a*; precibus 1*b*; prece 3*b. d.* b) *om.* 1*a.* c) religiose **1a.** d) *ita* 1*a. b*; v. et c. 3*b. d.* e) pristina **1a.** f) *ita* 1*a. b*; *om.* 3*b. d.* g) beato Berthoare **1b.**

Cap. 15. a) *ita* 1*a*; Bituricas 1*b*; Biturica 3*b. d.* b) *redit* 2. c) *om* 1*a.* d) *ita* **1a**; victitando 3*b. d*; victus 1*b*; *om.* 2. e) *ita* 1*a.* 2; dormuit 1*b*; obdormivit *rell.* f) *om.* 2. g) eum *add.* 1*a*; qui *add.* 3*b.* h) a : 1*a.* i) Pauper ille *add.* 1*a.* k) *add.* Dominus cum 1*a*, eum 45 Dominus 2, Tum 3*b*, *nihil* 1*b.* l) laxatis 2. m) pede 1*a.* n) consecutus est per 1*b*; consequi fecit et per 2.

1) *Bridoré (dép. Indre-et-Loire).*

(16). Nec illud preterire debemus, quod[a] venerabilis Genuarius[b] presbiter refert. Quando sepultus est a beato Raureco[c. 1] episcopo memoratus vir Dei, inibi erat[d]. Et cum corpus ipsius sancti adpositum in sepulchro illo[e] fuisset, et eum prefatus[f] pontifex sepelisset, cum ex more tumulus ille componitur, stans prefatus episcopus Raurecus ad pedes eius, et memoratus presbiter Ianuarius aspexit[g], quasi sepefactus[h] sanctus Austrigisilus ad dexteram ipsius[i] Raureci in candidis vestibus et decore[k] vultu adsistere videretur. Quem cum ille miraretur, subito haec visio ab oculis suis ablata est. Nulli dubium, quin angelus Dei[l] custos ipsius Austrigisili, qui cum illo usque ad sepulchrum semper fuit[m], ipse[n] memorato presbitero apparuit.

(17). Licet longum est, ut universa singillatim evolvam[a] signa et sanitates, quas Dominus per ipsum servum suum fecit, quanti eius oratione et actu[b] de universis[c] infirmitatibus sanati sunt, quanti mortalium[d] sentencia dampnati[e], in carceribus retrusi, sua oratione laxati[f] a vinculis, nullius custodis obseraculo[g. 2] ad ecclesiam confugerunt. Quanti pauperes, vidue, orphani sua elemosina sustentati sunt, testis est Deus et sancti angeli[h] et illi qui viderunt. Sed iam propter nimiam prolixitatem terminus sit[i] huius operis scedule[k]. Plenus dierum in bona confessione obiit[l]; anima eius migravit ad Dominum[m. 3], terrae[n] terra reddita est. Cuius intercessione[o] meritis[p] equari non possumus, saltim[q] vel[r] imitatores esse mereamur, prestante illo qui in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus per omnia secula[s] seculorum. Amen[t].

II.

INCIPIT LIBER MIRACULORUM EIUS.

(1[a]). De virtutibus beatissimi Austregisili episcopi et confessoris, quas Dominus post obitum operari dignatus est, vel copia miraculorum eius rusticante sermone dicamus pauca de plurimis quae restant.

(2). Dum adhuc ipse beatus adviveret, ut pius pastor semper curam ęcclesiae plebisque sibi commissae cotidie gerebat et de dente lupi sevientis liberare obtabat. Tunc adveniens ex palatio Theoderici regis suo permissu homo sevissimus Warnarius[4] nomine, avariciae turpis lucri cupidus, superbiae nimis deditus, ut urbem vel pagum Biturigum sub tributo eius temporibus censeret et aurum atque argentum, quod unusquisque se-

I. Capp. 16. 17. 1*a. b.* 2. *II. Capp.* 1. 2. 2.

Cap. 16. a) quod vir venerabilius, *exp.* u 1*a.* b) *ita* 1*b.* 2; Ianuarius *rell.* c) Rauraco 2, *ut infra.* d) inerat 1*a.* e) *ita* 3*b*; ille 1*a*; *om.* 1*b.* 2. f) pont. pr. 2. g) et *add.* 2. h) *ita* 1*a. b.* 3*b.* i) illius 1*a.* k) *ita* 1*a.* 2. 3*d.* l) Domini (2). m) et *add.* 2. n) ipsi 1*b*; ipso 2.

Cap. 17. a) tamen *add.* 1*b*; signorum tamen et sanitatum 2. b) tactu 2. c) *ita* 1*a. b.* 2. d) mortali 2. e) et *add.* 1*b.* 2. f) laxatis vinculis 2. g) *ita* 1*a.* 3*b*; observaculo 2; reseraculo 1*b.* h) *ita* 1*a. b.* 3*b*; eius *add.* (2). i) fit 1*a.* 2. k) Nam *add.* 2. l) XIII. k. Iuni. *add.* 2. m) Deum 1*a.* n) *corr.* terra terrae 3*b et sic* 2; terrae *om.* 1*a.* o) *om.* 2; etsi *add.* 3*b.* p) eius *add.* 1*b.* 3*d.* q) psaltim 1*a.* r) *om.* 2. s) seculorum secula 1*a.* t) *subscr.* Explicit vita sancti Austregisili (*e corr.* Austregesili 3*a*) episcopi (et confessoris *add.* 2) 2. 3*a. b*; Explicit vita 3*c. d*; *subscr. om.* 1*a. b.*

II. Cap. 1. a) *numeros addidi.*

1) *Raurecus vel Rauracus episcopus Nivernensis inter a.* 614. *et* 650. *conciliis subscripsit (Concilia, ed. Maassen I,* 191. 201. 213*).* 2) Obseraculum *exemplo vocabuli* obstaculum *ex* obserare *derivatum videtur esse.* 3) *S. Austregisili reliquiae in propria ecclesia collegiata suburbii Biturici adservantur. Mab.* 4) *Sine dubio Warnacharius maior domus Burgundiae intellegitur, qui a.* 613. *a Fredegario IV,* 40, *primum commemoratur.*

cundum suam personam desolveret, ipse regi deferret et eos tributarios faceret. Ad beatum Austregisilum concurrunt, ut eos de nefanda consuetudine liberaret et suis sanctis orationibus adiuvaret. Tunc ipse beatus pro tanti criminis reatu se die noctuque in oratione prostravit, ut dominica pietas ab[a] inimico seviente plebem sibi commissam liberare 5 dignaretur. Quod et factum est. Iam adpropinquante ipso Warnario ad portas[b] Biturigae civitatis, Austregisilus ei intrepidus exivit obviam et murum se opposuit, ut pro iusticia staret in proelio[c] in die Domini. Et si Domino placuisset, pro defensione plebis huius et pravae consuetudinis usque ad mortem cupiebat certare. Et dixit ei beatus Austregisilus: 'Unde venis, inique[d], quo[e] pergis, quid facere obtas? Resistet Dominus 10 iniquam tuam voluntatem nec intra muros civitatis te intrare permittet[f] nec descriptionem facere'. Nec ullo ab eo fuit honore receptus, sed implevit illud quod scriptum est in psalmis: *Viriliter agite et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.* Tunc ipse Warnarius iracundia vehementer accensus, videns, quod malitiam, quae cordi eius adheserat, implere non poterat, cum grandi furore regressus est ad palatium, ut regi 15 nunciaret, quae propter Austregisilum adimplere non poterat. Tunc ipso tempore beatus Austregisilus glorioso excessu migravit et plebs sibi commissa remansit incolomis.

cf. Ezech. 13, 5.

Ps. 30, 25.

(3). Tunc beatus Sulpicius eius diaconus ab omnibus electus, opere et merito dignus in eadem urbe successor eius effectus[a], pontificale sumpsit officium. Nec mora fuit, cum post tempus illud crudelissimus Warnarius[1], cuius superius mentionem fecimus, 20 palatio reversus, opus nequam, quod teterrimus hostis antiquus cordi eius plantaverat, exercere in opere festinabat, ut pagum et urbem Bituricam omnesque ibidem commanentes secundum eorum personas tributarios faceret. Tunc beatus Sulpicius anxius apud semet ipsum, quid de hac re facere deberet, a Domino postulabat auxilium. Cum esset ipse beatus totus mitis et simplex et corde humilis, eius resistere[b] malitiam non 25 modico timore formidabat; sed cum lacrimis ipsum Warnarium coepit precari, ut quos tempore beati Austregisili Bituriges tributarios non fecerat, nec suo tempore faceret. At ille crudelis, quod sacerdos Dei orabat, minime prestare volebat. Tunc vir beatus de sacrato ministerio ei contestatus est, ut tam nefandam consuetudinem suis temporibus non impleret in opere. At ille versutus[c], postquam iam munere accepto prelatus gau-30 debat, ad basilicam sancti Austregisili, non corde, sed corpore inflatus, quasi orationis studio perrexit. Pervenit ad locum, ubi ipse beatus a fidelibus christianis miro decore iacebat humatus; aspiciens in criptam, videt eam auro argentoque miro modo adornatam, invidiaque corde eius repleto, tali[d] est sermone affatus: 'Austregisilus debuerat aurum et argentum suum pauperibus erogare, et super tumulum suum poni[b] iussit pro seculi 35 dignitate'. Nec propter hoc dicebat, ut ei cura[e] esset de pauperibus, sed ad[b] similitudinem Iudae Scarioth avaricia repletus anhelabat. De ipso sepulchro regressus, orandi causa[b] circuibat altaria. Dumquę ambularet per ipsam basilicam, vectis unus, in quo vela pendebant, de alto ruens, cecidit super cerebrum eius, et tali est plaga percussus, ut cruor per oculos et barbam[f] deflueret et sanguis ad terram laberetur. Tunc ipse 40 Warnarius clamavit voce qua poterat, dicens: 'Austregisilus dum adviveret, semper mihi hodiosus et contrarius fuit, et adhuc iam mortuus, morti vicinae me tradidit'. Sic ipse

II. Capp. 2. 3. 2.

Cap. 2. a) aab 2. b) portus 2. c) *ita Labbeus;* proelio in *om.* 2 *(habet Vulg.).* d) *ita Labbeus;* inquid 2. e) quod 2. f) permittat 2.

45 *Cap.* 3. a) *ita Labbeus*; affectu 2. b) *ita Labbeus; om.* 2. c) versatus 2. d) talis 2. e) curam 2. f) barbas 2.

1) *Lullonem iussu Dagoberti ad censum exigendum Bituricas missum esse, sed urbem mox liberatam in immunitate permansisse Sulpicii biographus antiquior rettulit; v. infra.*

infelix a virtute dominica percussus, nec facinus suum recognovit nec veniam a sancto Dei postulavit. Sed adhuc in sua malicia exarsus, ad Augustudunensem urbem voluit festinanter properare, ut episcopum loci illius destrueret et condempnaret. Et pergens, mansit non longe ab urbe villa Anlaciaco[a. 1]. Cum omnes recubuissent, tunc ipse ferocissimus pro secessu[b] ventris intravit necessariam[2]. Cumque ibidem in loco consuetudinis[c] sederet, statim obdormivit. Et cum evigilasset, ministris suis qui ante ipsum stabant dixit: 'Austregisilus et Sulpicius aquamanile cum urceo aureo in ista hora mihi transmiserunt; quis hoc ex vobis recępit?' Negantibus illis, quod non viderant, et eo ipsum sermonem loquente[d], omnia intestina[e] vel iecora eius per posteriora de corpore evulsa sunt. Continuoque ipsa hora in ipso sterquilinio turpiter exalavit spiritum[3]. Postea in ipsis temporibus nullus fuit ausus tantae perfidiae scęlus repetere. In illo impletum est, quod scriptum est in psalmis: *Thesaurizat et ignorat cui congregat ea; et iniquitas eius in verticem ipsius descendet.* (Ps. 38, 7. Ib. 7, 17.)

(4). Post dies, quos gloriosus Austregisilus migravit ad Dominum, et in loco quo ipse requieverat corpore et in aliis locis ubi ipse beatus habitaverat vel in strato in quo iacuerat multa fiebant[a] miracula. Cum in pago Biturigo iuxta vicum Carobrias[4] in villa quae dicitur Stivalis sancti viri proprietas fuerit, ibidem habebat domum ubi ipse habitaverat et thorum in quo iacuerat. Et multi infirmi, cum de stratu ipso tollebant vel portabant aut se tangebant, de diversis langoribus sanabantur. Unus autem infirmus veniens, candelam quam ibidem voverat ante lectum composuit, ut tota nocte luceret. Ille inde regressus, invenit favillam de ipsa candela in lecto et nullam conbustionem invenit in pallio.

(5). Post idem tempus, cum Francorum princeps Pipinus[5] adversus Eudonem Aquitaniae provintiae principem volens dimicare in pago Biturico advenisset, barbari de ipso exercitu ad prefatam domum venerunt, ut eam igni succenderent. Veneruntque ex vicinis qui ibidem commanebant et dixerunt eis: 'Nolite ignem in domum suam mittere'; et: 'Ecce! locus et lectus in quo sanctus Dei Austregisilus iacuit, ubi cotidie omnipotens Deus virtutes multas facit'. At illi despicientes quod dixerunt[a], totam domum illam vallaverunt[b] igne, ut arderet. Statim hora qui ipso igne[c] accenderunt arrepti sunt et traditi sunt demonio. Unus ex ipsis qui ipsum ignem imposuerunt[d], abstracto hostio de ipsa domo, quae vehementer ardebat, in ipsam flammam se proiecit ibique vitam finivit; alii se dentibus laniabant, nonnulli vero sibi invicem membra truncabant. Pervenerunt ad castra, ubi Pipinus cum Francorum exercitu morabatur. At ipsi ut cognoverunt, quod illis accesserat, pavore magno sunt perterriti, mandavitque princeps, ut nullus auderet casas vel res sancti Austregisili contingere.

(6). Nec multum post tempus, cum Eudo princeps Aquitanorum Bituricas civitatem obsidione circumvallatam haberet, unum de optimatibus suis Agnum nomine in mona-

II. Capp. 3—6. 2.

Cap. 3. a) Aulatiaco *Labbeus.* b) *ita Labbeus;* processu 2. c) consuetǐdinis 2. d) loquentem, *ras.* m 2. e) intestimonia *pr. m.* 2.

Cap. 4. a) *ita Labbeus;* fieret 2.

Cap. 5. a) dixerant *Labbeus.* b) *ita* 2; vastaverunt *Labbeus.* c) ignem 2. d) imposuerat *Labbeus.*

1) *Anlezy (dép. Nièvre).* 2) *I. q. latrina.* 3) *Warnacharius a.* 626/7. *obiit; cf. Fred. IV,* 54. 4) *Chabris (dép. Indre); cf. d'Arbois de Jubainville, 'Propriété foncière' p.* 434. 5) *Pippinum neque Carlum contra Eudonem ducem pugnasse etiam auctor Gestorum episc. Autissiod. c.* 27. *statuit; cf. Roth, 'Gesch. des Beneficialwesens' p.* 448.

sterio beati Austregisili iussit stallum[1] tenere et ibidem[a] manendi tribuit facultatem. At ille quicquid in ipso coenobio invenire potuit, suis comitibus tradidit expensandum, ita ut nulla fratrum remaneret substantia. Cum autem tradita ipsa civitas prefato principi fuisset et pax denunciata in omnibus, abba ex ipso monasterio nomine Berctoradus 5 exiens urbę cum eulogiis[b], venit ad Agnum et dixit: 'Accipe parvum munusculum argenteum, quod fratrum servientium sancto Austregisilo de preda remansit indireptum et miserere[c] super famulos depredatos, ut vivere possint et pro te orare'. At ille versutus praefatus[d] Agnus noluit ei prestare quod poscebat, sed deridens eum, ait: 'Princeps mihi mandavit, ut te ipsum in custodiam tradam vel in captivitatem deducam, et tu 10 mihi fratrum inędia[e] constringis parabola[2]?' At ipse abbas nuntiat fratribus, quia obtinere non valuerat, quod a[f] saevo homine poposcerat, et ut Domini precarentur clementiam, commendat. Tunc ipsi monachi fide non dubii[g] ante sepulchrum[h] beati Austregisili[i] cum dolore et lacrimis coeperunt orare et dicere: 'Eripe nos, Domine, servos tuos de inimico nostro, ad te confugium facimus; doce nos facere voluntatem tuam, quia tu 15 es Deus noster. Et substantiam nostram, quod tu plenus pietate nobis dedisti, homo sevissimus nobis abstraxit'. Nec diu[k] mora fuit, ipse[l] infelix Agnus, quantum potuit per villas sancti Austregisili invenire, secum ducebat in via, peccora, iumenta et multa alia armenta, ut deduceret[m] omnia in patriam qua venerat. Dum iter ageret, apparuit ei sanctus Austregisilus per somnium dixitque ei: 'Cur me tam graviter depredatus es 20 et meos servientes[n] tristes reliquisti?' Et haec dicens, percussit eum in cerebro. Et ipse[l] evigilans, clamavit voce qua potuit, dicens: 'Succurrite mihi velociter; Austregisilus me percussit in capite et nulla[o] mihi vivendi suspectio[3]. Ad Eudonem principem[p] pergite festinanter, qui me permisit res sancti Austregisili contingere[q], et precamini, ut de propriis facultatibus me redimat, quia ego pro sua utilitate feci malum istud, unde 25 modo spero vitam amittere'. Hoc audiens Eudo princeps[p], non modico est pavore[r] percussus, iussitque omnia reddere, quae infelix Agnus abstraxerat, precipiens cunctis optimatibus, ut nullus auderet de[s] rebus sancti Dei contingere. Dum autem prefatus princeps sederet ad mensam, recordatus predicti Agni iniuriam, unum parvum vas argenteum ei per legatum direxit. At ille ut vidit tam parvum donum, dixit: 'Tam parva 30 prebenda ad tam longum iter vel cruciatum, quod valde timeo accipere?' Et haec dicens, vitam finivit. Impletum est in eo quod propheticus[t] sermo testatur: *Qui inique agunt, exterminabuntur; qui*[u] *vero expectant Dominum, ipsi hereditate possidebunt terram.*

cf. Ps. 142, 9.

Ps. 36, 9.

(7). Nec mora, post tempus illud unus ex optimatibus Eudonis principis[a] nomine Fredegisilus predatus est iumenta ex ipso monasterio sancti Austregisili. Cumque ea 35 duceret ad propria et aliam predam plurimam et elatus eam gauderet dividendam, statim hora accinxit eum febris, ut nulla suspectione[3] vivendi haberet facultatem. Recordansque sermonem illum, quem ante principem Eudonem vel plures personas audierat, Salomone

II. Capp. 6. 7. 2.

Cap. 6. a) *ita Labbeus;* ibi 2. b) et munere *add. Labbeus.* c) misere| 2, *versu exeunte.* 40 d) *ita Labbeus*; *om.* 2. e) inediam *Labbeus.* f) *ita Labbeus;* ab h. 2. g) venerunt *add. Labbeus.* h) sepulchum 2. i) et *add. Labbeus.* k) *ita Labbeus (cf infra c. 8);* diu *om.* 2. l) *ita Labbeus;* i. *om.* 2. m) deducerent 2. n) *ita Labbeus;* servos 2. o) est *add. Labbeus.* p) *ita Labbeus;* p. *om.* 2. q) *ita Labbeus; om.* 2. r) *bis scr.* 2. s) *ita Labbeus (cf. infra c.* 10*)* (de *om.*) res s. 2. t) *ita Labbeus;* scriptum est *pro verbis* p. s. t. 2. u) *ita Labbeus;* qui — 45 terram *om.* 2.

Cap. 7. a) *ita Labbeus; om.* 2.

1) *I. q. sedes, vocabuli* stabulum *contractio vix ante saec. XI. usitata; cf. Ducange h. v.* 2) *I. e. verbum, Gall. 'parole'; cf. Ducange h. v.* 3) *I. q. spes.*

abbate narrante[a], qui dicebat: 'Nullus ex vobis locella sancti Austregisili presumat contingere, quia ipse presens[b] nobiles sibi adversantes occidit, ignobiles vero sevis cruciatibus torquens affligit', pavore perterritus, ad abbatem vel monachos ibidem servientes festinanter missos direxit, qui ipsam predam ad propria remearent et servientibus beati Austregisili eam redderent, ut[c] eum suis orationibus adiuvarent. Nec mora, pater monasterii cum eulogiis legatos direxit, qui ipsum aegrum visitarent et benedictionem sancti praefati[d] ei presentarent. At ipsi cum venissent, ubi Fredegisilus de vita diffidens iacebat, benediccionem, quam de sepulcro a[e] servientibus ipsis sancti acceperunt, presentaverunt. Ipse gratias agens, invocat nomen beati Austregisili, et cum summa[f] reverentia communicans, ex ipsis eulogiis statim vigore recepto, a[g] ministris suis reportari se iussit, ubi erant[h] ipsa iumenta, ut ipse manibus redderet, quod male abstraxerat. Cumque ea reddidisset, statim sanus factus, gaudens et exiliens remeavit domum, unde ante aeger exierat et manibus deportatus fuerat alienis. Impletum est in illo quod Dominus per[i] prophetam dicit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut*[k] *convertatur et vivat;* et rursum: *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.*

Ezech. 33, 11. cf. Isai. 45, 22.

(8). In ipso quoque tempore unus ex[a] comitibus Eudonis principis Adroaldus nomine, cum castellum editum[b] in ipso[c] pago Biturico violenter adquisisset, ibique conprehendens abbatem ex ipso[c] monasterio sancti Austregisili Bertheradum[d] nomine cum[e] ministerio de ipso sancto loco[e] pro redemptione teneret[f] captivum, ipse abbas quicquid habere potuit in auro et argento dedit pro se in redemptione. Et adhuc coactus et invitus calicem unum aureum et alia vasa sacrata[g] ex ipso monasterio prefato comiti tradidit et cum dolore non modico remeavit ad fratres ac[h] cum gemitu et suspirio in orationibus suis die noctuque a sancto Dei Austregisilo postulabat solatium, ut quod cupiditas humana exinde abstraxerat, dominica pietas recuperaret. Nec mora diu fuit, cum ipsum Adroaldum timor magnus invasit, ut nec cybum sumeret nec biberet nec valeret dormire neque stare nec sedere in uno loco poterat, et de se quid agere deberet, ignorabat. Aderat ibidem Dei servus Wilicramnus nomine, consiliumque ab eo quesivit, quid facere deberet; revelavit causam, quae ei nuper accesserat. At ille doctissimus[i] et sapientia plenus requisivit ab eo, ut si aliquid de ministerio aut de rebus sancti[k] confessoris Austregisili post se haberet, ipsi loco sancto reddere non tardaret. At ipse confessus est iuxta id quod fuerat sciscitatus et dixit, quod calicem aureum et alia vasa exinde habebat, quae Berthoradus[l] abbas ei pro sua redemptione donaverat. Ipse Dei servus haec audiens, dixit: 'Non audisti famam beati Austregisili, quid adversantibus[m] sibi fecerit aut quod[n] occiderit vel quod flagellaverit[o]? Si vis vivere vel usque mane, presentialiter redde quod inde habes'. Et haec ipse audiens, pavore magno[p] repletus, omnia quae exinde[p] acceperat, reddenda promisit et per legatos suos ad sanctum Austregisilum transmisit. Et mox pristinam recepit sanitatem[q], et quamdiu vixit, in ipso coenobio vota persolvens, in benefactis suis non modicus sed largus apparuit. Et impletum est in illo, quod Dominus dicit: *Qui confessus fuerit coram me, confitebor et ego illi coram Patre meo, qui est in celis.*

Matth. 10, 32.

II. Capp. 7. 8. 2.

Cap. 7. a) *ita Labbeus;* narrare 2. b) personas *Labbeus.* c) *ita Labbeus;* et cum 2. d) *ita Labbeus; om.* 2. e) *ita Labbeus;* a s. i. *om.* 2. f) potentia *add.* 2. g) *ita Labbeus;* (a. m. s. *om.*) se portari i. 2. h) erat (*om.* i.) 2. i) *ita Labbeus;* per pr. *om.* 2. k) magis *add. Labbeus.*

Cap. 8. a) *ita Labbeus;* ex c. *om.* 2. b) edicum (?) 2. c) *ita Labbeus; om.* 2. d) *ita Labbeus;* Libertradum 2. e) *ita Labbeus;* cum — loco *om.* 2. f) tenere 2. g) *ita Labbeus; om.* 2. h) *ita Labbeus;* Tunc enim g. 2. i) *ita Labbeus;* d. et *om.* 2. k) praefati *Labbeus.* l) *ita Labbeus;* Bertradus 2. m) *ita Labbeus;* versantibus 2. n) *i. e.* quot. o) flagellit 2. p) *ita Labbeus; om.* 2. q) sospitatem *Labbeus.*

(9). Erat ipsis temporibus homo Bituricas civitate Lupus nomine, bonis moribus deditus, humilis atque sapiens, sobriam et castam ducens vitam, qui ardenti desiderio orandi gratia perrexit ad urbem Turonicam. Cumque diutissime in basilica sancti Martini confessoris oraret et pro peccatis suis veniam postulasset, surrexit ab oratione. 5 Tunc unus ex Dei servis, cum vidisset eum diu orantem, mitem atque honestum, accersivit eum ad se et ait: 'Quod est tibi nomen vel unde es aut pro qua causa huc advenisti?' Ille respondit: 'Lupus vocor, Bituricas maneo et hic pro peccatis meis orandi gratia veni'. Ille respondit: 'Habeo aliquid[a] servientibus sancti Austregisili dicere. Ego istis diebus in spiritu ad Biturigas fui, sed corpore numquam fui. Et ut cercius me 10 credas et[b] errorem tollam de corde tuo, narro tibi noticiam. Est illic[c] ęcclesia sancti Sulpicii inter duas aquas super ripam Utrionis[1] et Avere?'. Respondit: 'Sic est verum'. Et ille: 'Est illic[c] alia ęcclesia sancti Austregisili contra orientalem plagam, ut luminaria de ipsa ęcclesia possint videri?'. Dixit: 'Ita est'. Iterum dixit ei ipse[d] Dei servus: 'Crede mihi, quia ego istis diebus ad ęcclesiam beati Austregisili in spiritu fui, et quid 15 ibidem viderim, narro tibi. Vidi ante ipsam matriculam, quae est ante illa hostia de prefata ęcclesia, beatum Petrum apostolum ad invitacionem beati Austregisili astantem et cum eo sanctum Laurianum[2], Sulpicium et multos alios sanctos viros, qui in corpore requiescunt in pago Biturico, et ante eos a longe stabant isti Adroaldus, Bladegisilus, Suffronius, Guntaldus et alii plures qui pagum Bituricum depredati fuerant et casas[e] 20 Dei destruxerant. Dum ibidem starem[f], vidi Austregisilum ad pedes beati Petri prosternere, iusticiam rogare et dicere: "Fac nobis iusticiam de istis qui casas[g] nostras tenent oppressas et pauperibus et servientibus nobis[h] abstraxerunt substantiam eorum". Haec Austregisilo precante, mandavit[i] apostolus Petrus, ut aliquos traherent cedendos fustibus, alios gladio truncarent, nonnullos vero ad supplicium vel ignem sulphureum 25 deducerent. Novissime autem Adroaldum virga, quam beatus Petrus manu tenebat, percussit in capite, ut eum morti traderet. Tunc sanctus Sulpicius precatus est, dicens, ut ipsi Adroaldo vitam concederet. Austregisilus econtra tali est sermone locutus: "Semper mollis fuisti et in mollicia[k] tua perseveras[l]. Non vindicas famulos tuos, ad te die noctuque clamantes?" Et haec dicens, visio quam in spiritu videbam ablata est ab 30 oculis meis'. Ipse Lupus, auditis his omnibus, petivit benedictionem a Dei servo. Ad urbem regressus, indicat fratribus, quod a Dei servo audierat. Postea nec diu mora[m] fuit[l], ipse Adroaldus febre correptus, vitam finivit. Deinde nulli dubium, quod unde Dei servus Austregisilum viderat accusare, inde postea non diu vixerunt, ut reciperet unusquisque sententiam proprii corporis, prout gesserat, sive bona sive mala.

35 (10). Eo quoque tempore cum Eudo princeps[a] Bituricas resideret, unus ex optimatibus suis in domo sancti Austregisili in ipsa civitate accepit diversorium ospitandi. Qui et ipse temerario ordine iunioribus suis iussit, ut de tectis domorum eius focos

H. Capp. 9. 10. 2.

Cap. 9. a) *ita Labbeus;* inquid 2. b) ut *Labbeus.* c) *ita Labbeus;* illa 2. d) *ita* 40 *Labbeus; om.* 2. e) cases 2. f) *ita Labbeus;* starent 2. g) *ita Labbeus;* causas 2. h) nostris *Labbeus.* i) *ita Labbeus (cf. infra c.* 10*);* precepit 2. k) mollitione *Labbeus.* l) et *add. Labbeus.* m) moras 2.

Cap. 10. a) *ita Labbeus; om.* 2.

1) *S. Sulpicii ecclesia in suburbio Bituricensi inter fluvios Auron et Yèvre sita est.* 45 2) *De Lauriano, cuius etiam in recensione primigenia Martyrologii Hieronymiani mentio fit, in interpolata codicis Bernensis plenius relatum est ita:* In territurio Beturive civitatis vico Vistinno natale sancti Lauriani martyris, cuius caput Hispalim in Spaniis portatum est *(AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [86]*). Passio recens ac fabulosa in AA. SS. Iul. II,* 37, *edita est.*

facerent, et ubi necessitas exigebat, igne[a] succenderent. Abba ex ipso coenobio beati Austregisili eulogias ad prefatum hominem per monachos direxit, rogans et dicens, ut alia ligna, quantum sufficere poterant[b], donarent, et sancti Dei domus[c] non arderet. Qui quod petivit, impetrare non valuit. Mane autem facto, cum iam tercius dies advenisset, dum ante focos quos de ipsis domibus faciebant ministri se calefacerent, et prefatus eorum dux in lecto iaceret et somno deprimeretur, sanctus Dei Austregisilus ei in somno[d] apparuit, dicens: 'Cur domus meas[e] tam stulte[f] igne succendis?' Et haec dicens, alapa percussit eum[g] in fauc̨e, ita ut cruor per aures erumperet. Et evigilans, ministris suis qui circumstabant dixit: 'In hac hora michi Austregisilus in fauce percussit'. Et continuo infelix se moriturum predixit. Quod et factum est. Pervenitque in aula principis, quod gasindus[1] ille mortuus esset, qui domos sancti Austregisili succenderat, et propter hoc sanctus Austregisilus eum in fauce percusserat, invasitque omnes non modicus pavor. Mandat princeps, ut[h] nullus de rebus sancti Austregisili auderet ultra contingere; et si exinde aliquid contingeret, continuo redderetur, et veniam postularet. Et sic usque hodie exivit fama gloriosi confessoris, ut quicumque modo presumptivo de rebus monasterii sui contingeret, statim se crederet esse moriturum.

(11). Cum Eudo princeps orandi gratia ad monasterium sancti Austregisili venisset, facta oratione, coepit fratribus dicere: 'Quis ex vobis de sancto Austregisilo mihi faciat[a] iusticiam? Ipsum[b] credidi, fideiussor mihi accessit, quando Chucianus in isto loco mihi dedit sacramentum'. Et repetens ipsum sermonem, dicebat: 'Sanctę Austregisile, fac michi de temet[c] ipso iusticiam; si te[d] non credidissem, Chucianus me non fugisset. Precor te, ut de te ipso mihi facias iusticiam, et ego tuis[e] servientibus multa bona retribuam'. Ipse namque Chucianus, postquam ad sepulcrum beati Austregisili Eudoni fidelitatem iuraverat, eam mentitus, in Francia ad Karolum principem fugit. In ipso tempore, quo prefatus princeps Austregisilo de ipso iusticiam poposcit, predictus Chucianus vehementi plaga fuit percussus, ita ut usque ad mortem veniens clamaret et diceret: 'Austregisilus me flagellat pro sacramento, quod ad sepulchrum eius dedi, et propter hoc quod[e] Eudoni mentitus sum Austregisilus me diversis cruciatibus constringit'. Et, ni fallor, si eum cathenatum vel constrictum non tenuissent, dentibus se laniare vellet, usquequo vitam finivit; quia scriptum est: *Qui multum iurat, non effugiet peccatum.* (cf. Eccl. 23, 12.)

(12). In ipso tempore vicedominus ex ipso coenobio sancti Austregisili Vaddemarus[a] nomine pro causa utilitatis monasterii disposuit ad urbem Pictavam ambulare. Accepta benedictione fratrum sancti Austregisili, perrexit in itinere. Cum autem venisset ad fluvium cui nomen Vincenna[b, 2], ubi dicitur portus Sanomus[3], volens ibi[c] flumen transmeare, nullum hominem invenit nec navigium, qui eum suosque navigare deberet. Vesperascente autem iam die, diversorium manendi non habebant, et deerant cybaria caballorum. Solitum hospitium, ubi manere consueverat, longe ultra flumen erat. Dum talia cor eorum satageret, aspicientes ultra flumen, in litore viderunt parata navigia. At ipse Vaddemarus fide non dubius coepit invocare nomen Domini et sancti Austregisili

II. Capp. 10—12. 2.

Cap. 10. a) *ita Labbeus;* ignem accenderent 2. b) poterat *Labbeus.* c) *ita Labbeus;* domum 2. d) sonno 2; somnis *Labbeus.* e) mea 2; casas m. *Labbeus.* f) *ita Labbeus;* stulto (2). g) *ita Labbeus;* eum *om.* 2. h) et 2.

Cap. 11. a) faciet *Labbeus.* b) Ipsi *Labbeus.* c) *ita Labbeus; om.* 2. d) tibi *Labbeus.* e) his *Labbeus.*

Cap. 12. a) Vaddemorus 2; Vaddomarus *Labbeus: item infra.* b) *ita Labbeus;* Vienna 2. c) ibidem *Labbeus.*

1) *Famulus honoratior; cf. Ducange h. v.* 2) *La Vienne.* 3) *Cenon (dép. Vienne).*

et eos qui cum eo erant admonuit, dicens: 'Invocate nomen sancti Austregisili, ut noster[a] Dominus pro meritis et suffragiis eius nobis hominem transmittere dignetur, qui nobis navigia quae videmus adducat, ut hac nocte ad locum destinatum perveniamus'. Adhuc ipsis orantibus, moverunt per se navigia ipsa cum contis et remis sine humano guber-5 naculo perveneruntque ad locum ubi ipsi stabant. Procul dubio angelus Domini[b] fuit, qui pro meritis sancti Austregisili navigia adduxit. At ipsi videntes tantum miraculum, gaudio magno repleti, glorificabant Deum, qui non derelinquid sperantes servos suos in eum. Et cum timore et oratione ascenderunt navigia, et ipsi navigantes per gurgites, incolomes atque illesi pervenerunt ad littora. Et ipsa die ad locum quo manere consue-10 verant cum gaudio pervenerunt. Impletum in eis quod veritas dicit in euangelio: *Si*[c] *habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis huic monti: Transi hinc, et transibit;* et iterum[c]: *Quicquid credentes in oracione pecieritis, accipietis et fiet vobis;* et[d] illud: *Apud Deum omnia possibilia sunt*[d].

Matth. 17, 19.
ib. 21, 22.
Marc. 11, 24.
Matth. 19, 26.

(13). In ipso quoque tempore ad monasterium sancti Dei ex Brittaniae partibus 15 homo mutus advenit. Ibidem a fidelibus Dei servientibus in hospitio susceptus est et ex[a] helemosinis eorum victu et vestitu alebatur. Et ipse mutus cum ipsis Dei servis cotidie orandi gratia veniebat in ęcclesia; sed quid orare volebat, ipse nesciebat, quia ipse discernere non valebat. Advenit festa dies[b] beati Austregisili. Dum autem ante sepulchrum eius staret, coepit conspuere sanguinem per hos. Tunc clavicularius vel 20 custos ęcclesiae huius coepit eum increpare et dicere: 'Egredere foras, ne amplius in pavimento tantum fastidium producas'. At, ipso loquente, coepit ipse mutus clamare et dicere secundum Brittannicam suam et rusticam linguam: 'Libertinus sum, libertinus sum'; volebat enim dicere: 'Liberatus sum'. Statim solutum est vinculum linguae eius, ita ut plane loqueretur, et cunctis qui adherant ibidem aut ad festa convenerant nar-25 ravit nomen suum et dixit, quod in sacro baptismo Emmo nomen habuerit. Postea ibi deserviens, pluribus vixit annis.

Mai. 20.

(14). Eo tempore quedam femina nomine Selitrudis vicino ab urbe Biturigensium de loco Novavilla secus amnem Utrionis, cum esset longo iam tempore clauda, devotissime ad sepulchrum beati confessoris expetiit. Ut autem intravit ipsius in atrium[a], 30 ilico adepta est sanitatem. Quid moror? Ut se sanam sensit, revertitur ad propria[b]; ipso morbo est repente attrita. At illa sciens sui reatus facinorum perpessam[c] merito hanc evenire calamitatem, cum ingenti gemitu sustentans baculo fatigando et gemens[d] in prefati atrii locum pervenit et per suffragia beati viri pristinam consecuta est sanitatem.

35 (15). Quedam puella ex Baniaco villa olim iam demptis[a] luminibus ceca, cum ad sepulchrum beati viri fideliter exorasset, receptis visibus, clarum est potita aspectum[b].

(16). Quodam igitur tempore vir quidam nomine Amalricus, insidia obviante diaboli, contractis ulnis[a] et humeris, cum iam diu sustinere nequisset laborem, ad sepulchrum

40 *II. Capp.* 12—16. 2.

Cap. 12. a) *ita Labbeus;* n. *om.* 2. b) *ita Labbeus;* D. *om.* 2. c) *ita Labbeus;* Si — iterum *om.* 2. d) *ita Labbeus;* et — sunt *om.* 2.

Cap. 13. a) *ita Labbeus;* ex *om.* 2. b) die 2.

Cap. 14. a) in atrium ipsius intravit *Labbeus;* intr. ips. introitum 2. b) mox ut gravi 45 quodam reatu se commaculavit, eodem *uncinis inclusa add. Hensch.; haec om.* 2 *cum Labbeo.* c) perpessa 2; sciens suorum facinorum merito *Labbeus.* d) (f. *om.*) et tremens *Labbeus.*

Cap. 15. a) ademptis *Labbeus.* b) *ita Labbeus;* effectum 2.

Cap. 16. a) *ita Labbeus;* ulnibus et humerum cum iam diu sustineret, ad 2.

beati viri devotus advenit. Mox, absolutis membris, pristinae sanitati[a] ac usui cotidiano restitutus probatur.

(17). Sed et[a] illud mirabile credidi adiungendum, iuvenem[b] quendam de ipso pago, in se ipsam[c] incurvata manu, simile[d] fuisse sanatum exemplo.

(18). Per idem tempus quedam femina pluribus annis pedibus debilis baculoque sustentans, ante tumulum beati antistitis pristinae est reddita sanitati.

EXPLICIT
VITA SANCTI AUSTREGISILI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Capp. 16—18. 2.
Cap. 16. a) sanitatę 2.
Cap. 17. a) de 2. b) *ita Labbeus;* iuvenis quidam 2. c) ipsum 2. d) similem 2.

VITAE AMATI, ROMARICI, ADELPHII ABBATUM HABENDENSIUM.

Romaricus in cacumine montium, scilicet Vosagi, monasterium ibi construxerat, ubi Habendum[1] *castellum situm erat, unde Castellum*[2] *illud vulgo appellabatur, donec ex conditore nomen sibi assumpsit Romarici montis, Gall. Remiremont, Germ. Rimelsburg*[3], *Reymersberg*[4], *Rumelsberg*[5]. *Luxovio eo proficiscentes Mosellam fluvium olim quidem transgredi opus erat*[6], *sed postea in alteram ripam et in planitiem monasterium translatum est, ubi quod sub ipsius moenibus surrexit oppidum hodieque cernitur*[7].

Romaricus[8] *cum apud Theudebertum regem* († 612) *inter primas nobilitates habitus esset, Columbani exemplo Eustasiique praedicatione conversus, in monasterio Luxoviensi monachicam vestem induit, cumque vitam regularem diu ibi degisset, puellarum monasterium Eustasio consentiente in suo proprio construxit fundo illud quod dixi. Filia cum abbati Luxoviensi iure Scottorum subdita esset, is ad regulam Columbani et imbuendam et custodiendam Amatum praefecerat. Disciplinam quoque in subditos exercebat, cumque tam Amatus quam Romaricus neglegenter se gessissent, in senioris reprehensionem uterque incurrit. Eo tempore Agrestius*[9] *celebrata synodo Matisconensi (a.* 626/27) *in incepto suo perstabat atque ad disciplinam sectae Columbani dissolvendam Castellum iam visitabat, laesumque utrumque cernens, animos facile exasperabat atque ad contemnendam Columbani regulam incitabat. Itaque Amatus et Romaricus, Scottorum institutis abiectis, adversariorum doctrinis plebem sibi commissam iam instruxere, utque opus inceptum perficeret, Agrestius, postquam apud Burgundofaram auctor defectionis frustra extitit, in Vosagum rediit. Romarici autem monasterium rebus adversis graviter vexatum est.*

1) *V. Arnulfi c.* 22. 2) *V. Germani Grandivall. c.* 5. 3) *Closenerus, Chron. Argentoratense a.* 1284 *('Chroniken der deutsch. Städte' VIII, p.* 47). 4) *Merian, Topographia Palatinatus Rheni et vicinarum regionum p.* 15. 5) *Clouet, 'Hist. ecclés. de la prov. de Trèves' I,* 632. 6) *V. Adelphii c.* 6. 7) *Calmet, 'Hist. ecclés. et civile de Lorraine' I,* 872. 8) *V. Columb. II,* 10. 9) *V. supra p.* 23.

E fautoribus rerum novarum duos lupi rabidi saepta monasterii noctu irrumpentes morti tradiderunt, tertius Plaureius nomine vesanus factus manu propria ipse se laqueo suspendit. Cum denique fulminis ictu ecclesia percussa tectaque subversa essent, 20 *puellae subitam mortem occubuerunt, multaeque metu perculsae eas subsequebantur, ita ut in universum amplius quam quinquaginta ea clade eriperentur. Ex eis quae modo dixi colligi licet monasterio puellarum in Castello condito non solum Amatum et Romaricum, sed etiam alios socios adstitisse atque postea monasterium erat duplex et virginum et virorum. Auctore discordiae anno post* (627/8) *defuncto, Amatus et Romaricus cum Eustasio reconciliati sunt, desidiaque submota, strenue deinceps laborabant in exequenda Columbani regula.*

Erat autem Romaricus amicitia coniunctus cum Arnulfo, quocum ministerio Theudeberti regis inserviebat, relictisque omnibus, in monasterium Lerinense cum eodem se recipere constituerat[1], *antequam episcopus Mettensis ille creatus est. Qui cum dignitati renuntiasset, Romaricus a.* 629/30. *e saltu Vosagi egressus in urbem Mettensem se contulit, conventumque est, ut amico mundum relinquenti locum aptum in eremo praepararet*[2]. *Dumque in urbe commoratur, incendio exorto, cum comitibus quos advexerat ad domum episcopi periclitantis concurrit, qui effugere noluit, antequam periculum remotum esset*[3]. *Arnulfus haud procul a Castello in eremo Horembergo consedit, ibique, ut tonderetur, Germanus ipsum adiit, qui ad monasterium Romarici postea se contulit, ubi ligna caedebat humerisque deferebat piis sororibus*[4]. *In articulo autem mortis posito amico Romaricus iterum adstitit corpusque defuncti condigno honore in Castello sepulturae tradidit*[5], *quod Goericus episcopus, annis transactis, in urbem Mettensem transtulit.*

De monasterio Romarici vix quicquam certi deinde compertum habemus usque ad Ludowicum Pium, magnum illum christianae religionis propagatorem. Eo imperante monasterio S. Petro dicato Theuthildis abbatissa e nobilissima gente nata praeerat, cuius 'indecolarius', i. e. liber epistularum, adhuc superest[6]. *Cum 'ineffabilibus muneribus' imperator monasterium donasset, pro incolumitate eius reginaeque prolisque a.* 823. *natae 'psalteria mille, missas* 800 *cum oblationibus ac letaniis creberrimis' abbatissa omnesque sorores per annum cecinerunt gratiasque pro liberalitate ipsius etiam in epistula insequenti egerunt. Praeterea ad Iudith imperatricem potentesque imperatoris consiliarios, ut res monasterii suis suffragiis promoverent, puellae litteras dederunt neque consanguinitatis suae propinquitate abbatissa provida uti neglexit. Eadem sedente, anno VII. eiusdem imperatoris, scilicet a.* 820. *p. Chr., famulae coenobii S. Romarici atque Amati una cum consensu patris Theoderici matrisque quam dixi pro iis cotidie missam celebrare decreverunt, qui aut muneribus locum ditassent aut orationibus puellarum se commendassent, nominaque eorum memoriali illata sunt, de quo nuper Adalbertus Ebner perite disputavit*[7]. *Abbatum quoque defunctorum, scilicet Romarici almique patris Amati successorumque, nomina dominicis festisque diebus a sacerdote recitanda erant; catalogus vero in codice desideratur, spatio vacuo relicto. Adsunt autem nomina et 'abbatissarum, quae in isto loco fuerunt, antequam suscepta esset regula sancti Benedicti', et 'sororum, quae ante regulam fuerunt', cumque prima abbatissa secundum regulam Benedicti tertia ante Theuthildem fuerit, sequitur Columbani regulam vix ante saec. VIII. med. in monasterio Romarici abolitam esse. Ex laterculo 'ancillarum Dei viventium de Castello',*

1) *V. Arnulfi c.* 6. 2) *Ib. c.* 19. 3) *Ib. c.* 20. 4) *V. Germani Grandivall. c.* 5. 6. 5) *V. Arnulfi c.* 22. 6) *Eum edidit K. Zeumer, Formulae p.* 525 *sqq.* 7) *'Der liber vitae und die Nekrologien von Remiremont', 'N. Arch.' XIX, p.* 49 *sqq.*

qui duplex in codice extat, colligitur, puellas c. 85—90 *sedente Theuthilde monasterium occupasse.*

Eiusdem Ludowici Pii tempore in locum commodiorem monasterium ultra Mosellam fl. deductum esse fertur, primorum abbatum translatis corporibus[1]. *Regio autem illa, ubi 'Rumerici castellum' vel mons*[2] *sita erant, ad fiscum regium pertinebat, quare cum Karolus M. tum maxime Ludowicus Pius*[3] *venationis causa ibidem commorabantur. Cum Viriduni regnum divideretur, pars regni Lotharii facta est atque Ludowico regi Germaniae in divisione a.* 871. *'Romerici montis' monasterium cessit*[4]. *Idem ex potestate episcopi dioecesani exemptum ad apostolicae sedis ius spectabat neque vero liquet, quando privilegium papale primum meritum sit. Libertatem Urbanus II. a.* 1099. *ad antiquam privilegiorum auctoritatem rettulit*[5] *et fortasse Leo IX. (a.* 1048—54*) eam iam concesserat, sed Iohannis IV. quae extat bulla fraudulenter ficta est*[6]. *Inter fiscum regium monasteriumque quae intercessisset necessitudo Henrici V. tempore ita explicabatur, ut Romaricus monasterium praediis propriis, scilicet* 1400 *mansis, ditasset regique defendendum commisisset ea condicione, ut dimidiam mansorum partem propriis usibus retinens, alteram usibus ecclesiae destinatam tueretur*[7].

Primorum abbatum Habendensium acta vetustiora quae supersunt litteris mandata esse feruntur trium personarum iussu, scilicet Dydonis papae, Caeciliae, Tettae quae et Cebedrudis abbatissarum, ita ut ille Amati, altera Romarici, tertia Adelphii vitas posteris tradendas curassent, trium vero unum eundemque fuisse auctorem vel vetustiores criticos non latebat. Denique quarta eidem auctori a J. Friedrich[8] *attributa est vita Arnulfi episcopi Mettensis, neque defuerunt, qui huic opinioni amplius iam institerint*[9]. *Utroque autem auctore in unum coacto Arnulfi biographo haud magnum officium praestitum mihi videtur esse. Is enim auctor gravissimus ubera narratione excellit atque etiam documenta genuina afferre poterat, veluti litteras Chlotharii regis ad Arnulfum datas (c.* 11*), dum de tenuitate alterius vel amicissimi iudices vehementer conqueruntur. Miraculis, quibus potissimum hic operam dabat, nihil fere memorabile inest multaque ne nomen quidem proprium continent, unde maximam eorum partem praetermisi. Sunt autem nonnulla inauditae simplicitatis neque indicia auctoris parum certi desunt. Amatum balnearum fomentis bis tantum per annum usum esse voluit, scilicet ante natalem Domini diem et ante pascha:* Haec, *inquit,* erat illius sui corporis cura. De cetero vero pleraque latent occulta quae tunc gesta sunt miracula. *Alterum miraculum ad sanctimonialem spectat, quae absque licentia senioris 'pomum' edere ausa esset. Duobus*

1) *Cf. Miracula et Translationes (AA. SS. Sept. III,* 823*):* temporibus piissimi ac serenissimi Ludovici imperatoris, qui pater extitit monachorum ac restaurator sanctorum monasteriorum, supradicti patris monasterium innovatum ac mutatum est in loco in quo nunc consistit. 2) *Formula imperialis post a.* 825. *composita apud K. Zeumer p.* 293: ad fiscum nostrum, qui vocatur Romaricus mons. 3) *Cf. Simson, 'Jahrb. des fränk. Reichs unter Ludwig d. Fr.' I,* 166. 4) *Ann. Bertin. ed. Waitz p.* 110. 5) *Bullam ediderunt M. A. Guinot, 'Étude historique sur l'abbaye de Remiremont', Parisiis* 1859, *p.* 395; *L. Duhamel, 'Le Palefroi du chapitre de Remiremont'* (1099—1681), *'Bibl. de l'école des chartes'* 1869, *p.* 640; *cf. Jaffé n.* 5792[2]. 6) *Ed. Calmet, 'Histoire de Lorraine', I, 'Preuves' p.* 253; *cf. Jaffé n.* 2046[2]. 7) *Cf. chartam Henrici V. a.* 1114. *datam apud Guinot l. l. p.* 405; *Stumpf n.* 3103. *Similia in charta Conradi III. a.* 1141. *leguntur; cf. Stumpf, Acta imperii p.* 130. *Quarto autem Henrico attributum diploma (Guinot p.* 404*) potius sexti videtur esse; cf. Stumpf n.* 2739. 8) *'Kirchengesch. Deutschlands' II,* 262. 9) *Émile Dony, 'L'auteur unique des vies des saints Amat, Romaric, Adelphe et Arnulf' ('Dissertations académiques publiées par Kurth', Leodii* 1888*).*

quos Mactefledi primae abbatissae attribuit regiminis annis verba: ut conicior *addens imbecillitatem suam fere ipse prodidisse videtur. De Romarico post monasterium conditum, cui Amato defuncto ipse praefuisse dicitur, praeter inania miracula fere nihil referre poterat usque ad mortem. Denique V. Adelphii enarraturus, de quo apud Ionam originum monasterii auctorem omnino nihil legebatur, in summam penuriam redactus est, ita ut ab ipsa morte vitam inceperit, quare ultimum librum opera bona et laudabilia iam occupant,* quae modernis temporibus erga supremum diem obitus sui laudabiliter Adelphius abbas peregit. *Mortem autem ipsius 'ante hos,* nisi fallor, *triennii annos' contigisse voluit. E visionibus, quae sepulturam subsequuntur, famosissima fortasse ea est, qua Adelphius defunctus hymnum beati Amati 'a primo versu usque ad finem alta voce iugiter cantasse' fertur, auctorque, ne de veritate miraculi dubitaretur, adiecit:* Vir, *inquit,* religiosus erat, qui iuxta illius corpus innixius vigilabat. Hic illum cantantem solus audivit atque cum lacrimis, testificans Deum et domnum Petrum, istud miraculum nobis narravit. *Quamvis fidem suam apud scholae legendariae sectatores iam satis superque his verbis stabilisse videatur, tamen adhuc testimonia et Augustini et Gregorii M. adiecit, ut probaretur, a mortuis psalmos cani posse* [1]*; praeterea Leonis ad Flavianum epistulam attulit* [2].

Eum in ipso Romarici monasterio vixisse certum est, qui 'patrem nostrum' et Romaricum et Adelphium appellaverit, eidemque etiam Arnulfi biographus adscriptus videtur esse, cum inter comites Romarici ipse a. 629/30. *nocte ea fuerit, qua incendio excitato episcopus periclitabatur. Inter utrumque autem id differt, quod hic conversationem suam cum Romarico expressis verbis ita testatus est:* nos, *inquit* [3], veloci gressu ad domum viri sancti pervenimus, — — ait Romaricus, *dum ex vitis neque Amati neque Romarici concludi licet auctorem cum sanctis ipsis conversatum esse. Duas tantum personas suo tempore superstites fuisse voluit, quae Romarici gesta vidissent. De leprosa quadam aqua balnearia Romarici sanata scripsit:*

> *V. Romarici c.* 7: quae usque hodie incolomis famulatrix Christi in medio sororum superstes cernitur,

nomenque diaconi de morte Romarici visionem testati ideo reticuit, quia adhuc superest *(ib. c.* 11*). Intervallum, quod usque ad suum aevum intercessisse voluit, in V. Adelphii accuratius circumscripsit, sancti obitum 'ante hos triennii annos' statuens. Cum Ingofredus, quem abbatem Luxoviensem tunc fuisse rettulit, anno demum* 670. *monasterium gubernandum susceperit, non ante a.* 673. *haec vita composita esse potest. Itaque si trium abbatum biographum unum eundemque atque Arnulfi fuisse statueris, hic auctoritatis suae iterum detrimentum capiat necesse est. Certe eidem tempori etiam eundem testem oculatum attribuerunt huius opinionis sectatores* [4]*, ita ut ea quae viderat circa* 50 *annis post enarrasset. Quod si parum verisimile est, argumenta adversariorum iam examinanda sunt.*

Elocutiones in utrisque auctoribus eaedem aut certe similes extant, eaque similitudo ad eundem auctorem relata est. In tantis autem diversitatibus iusto iure quaeri potest, nonne expilationis indicia adsint. Certe sermo, quo utraque scripta dictata sunt, praeterea toto caelo diversus est, dumque Vitae Arnulfi ut vetustiori loci difficiliores et implicati permulti insunt, in trium abbatum vitis legendis nodus moraque vix deprehenduntur. Earum auctor ab Amato exorsus Dagoberti temporibus ipsum fuisse contendit tempusque eo loco alteroque paulo infra eodem modo determinavit atque biographus Arnulfi:

1) *V. Adelphii c.* 10. 2) *V. Amati c.* 12. 3) *V. Arnulfi c.* 20. 4) *Dony l. l. p.* 6.

V. Arnulfi c. 11.	*V. Amati c.* 2.
Temporibus denique Dagoberti regis cum in palacio esset *(scil. Arnulfus)*,	Ille denique temporibus Dagoberti regis — — Amatus fuit,
ib. c. 6.	*ib. c.* 5.
Temporibus autem illis.	Temporibus autem illis.

Ex iis autem quae de Amati vita ipse enarravit colligi licet sanctum maximam vitae partem ante Dagoberti tempora degisse neque sub eodem nisi annos paucos. Per triginta enim annos in monasterio Acaunensi constitisse fertur, cui adolescens a patre oblatus esset, deinde tres in rupe, cum ab Eustasio ex Italia a. 614. *profecto Luxovium perductus esset. Dagobertum vero constat anno* 623. *regem Austrasiae institutum esse, sed Chlotharium patrem sibi retinuisse id quod Ardenna et Vosagus versus Neustriam et Burgundiam excludebant, annoque demum* 625/6. *regionem illam filio concessisse* [1], *in qua Romarici coenobium situm erat. Amatum autem paulo post, scilicet ante Arnulfi secessum (a.* 629/30*), diem obiisse volunt supremum. Biographus igitur a verbis quae dixi vitam incipiens aevum Amati certe minus recte distinxit. E contrario verba eadem in Arnulfum episcopum Mettensem aptissime quadrant; eum enim Dagoberti temporibus in palatio fuisse, immo a principio regni consiliarium illius potentissimum adhibitum esse non solum ipsius biographus testatus est, sed etiam Fredegarius IV,* 58. *auctor gravissimus. Loci igitur congruentes, si ad eum auctorem referendi sunt, apud quem melius cohaerent, certe Arnulfi biographo restituendi sunt. Collega autem ipsius, quocum in unum paene coaluit, praeterea peculiaria adhibebat vocabula enuntiataque, quae in V. Arnulfi frustra quaeras, e. gr.* in processu temporis *V. Amati c.* 1, *V. Rom. c.* 1, *V. Adelphii c.* 12, *iussuque superioris cuiusdam vitam unamquamque conscriptam esse volebat, dum Arnulfi vita actaque patrono nulli nuncupantur.*

Interim in fidem biographi trium abbatum altius inquiri licet, cum Ionas testis et aequalis et gravis monasterii Habendensis primordia uberius descripserit. Ab eo autem totus fere discrepat, et conversionis Romaricianae et monasterii conditi meritum omne in Amatum transferens: eum scilicet monachum Luxoviensem ad urbes Austrasiorum lustrandas missum esse, cum gratia praedicationis in ipso viguisset magna [2]*; Romaricum vero Mettis constitutum et Brunichildi reginae et Aridio episcopo Lugdunensi ex urbe fugiendi post Theuderici mortem occasionem dedisse posteaque in Chlotharii regis palatio militasse, donec Amatus a suis emissus in hospitium eius devertisset verboque salutis eum convertisset, ut Luxovium monasterium peteret, denique 'magistrum' Amatum et 'discipulum eius' Romaricum ad monasterium aedificandum perrexisse* [3]. *Fugae Brunichildis cum Aridio suo a.* 613. *eodem, quo a Chlothario ipsa crudelissime interfecta est, nemo praeterea mentionem fecit eamque confictam esse patet per se. Partes autem, quas Amato biographus concessit, Eustasio potius attribuerat Ionas. Is ipsius praedicatione una cum Columbani exemplo Romaricum conversum esse contendit, ipsius permissu addidit et monasterium conditum et condito Amatum ad regulam imbuendam praefectum esse, atque unusquisque rei monasticae Scottorum peritus mecum consentiet, haec omnia agi non potuisse sine permissu senioris veramque solam probari enarrationem Ionae. Quare non satis miror non defuisse eos, qui contrariam opinionem sustinerent iniuriamque facerent auctori probo. Idem de neglegentia Amati Romaricique et Eustasii vituperatione et defectione reconciliationeque eorum solus rettulit atque manifestum est vitia in panegyrico locum habere non posse studioque patronorum haec omnia a biographo praetermissa esse.*

1) *Fredeg. IV,* 53. 2) *V. Amati c.* 6. 7. 3) *V. Amati c.* 7*; V. Romarici c.* 3—5.

Primam abbatissam biographus contendit Mactefledem[1] *ab Amato electam esse abbatissasque praeterea nominavit Caeciliam et Tettam vel Cebedrudem, quarum iussu Vitas Romarici et Adelphii conscripsisse voluit. Abbatissarum catalogus, qui in memoriali Habendensi*[2] *extat, eadem fere nomina continet, ita incipiens:* Mactafledis, Erkhendrudis, Sigoberga, Gebedrudis, Sevilla, *sique Sevillam pro Caecilia habueris, serie continua ibi enumerantur, e quibus selectae tantum in actis occurrunt. Haec autem nomina mirum in modum cum virginum Evoriacensium conveniunt, de quarum vita et obitu Ionas in altero V. Columbani libro rettulerat, mirumque in modum eum ordinem idem servavit:*

V. Columb. II, 12. De conversatione Gibitrudis et vitae exitu,
ib. II, 13. De Ercantrudis vita et obitu,
ib. II, 14. De obitu Augnofledis et cantus angelicos,

ut series abbatissarum Habendensium nomina Evoriacensia retrorsum enumerata exhibeat. Etiam stella vel massa ignis noctu e monasterio egressa et apud Evoriacenses et apud Habendenses puellas visa est[3].

Instituta monasterii biographi tempore adeo exculta erant, ut aevo Merovingico parum convenire videantur. Uni ex fratribus hospitum cura commissa erat, eique puer officialis assistebat[4]; *extera autem monasterii negotia monachus diaconi ordine praeditus procuratoris*[5] *nomine perficiebat, idem sine dubio qui in actis visitationis a.* 1613. *syndicus*[6] *appellatur, institutus, ut rem familiarem administraret. Officium curatoris hospitii Columbanus ignoravit, eiusque origo potius ad regulam referenda est Benedicti, qui c.* 53. *re vera uni ex fratribus cellam hospitum assignavit. Haec vero regula, si memoriali domestico fides habenda, vix ante saec. VIII. med. in monasterium Habendense introducta est, vitasque trium abbatum aevo Carolingico compositas esse vel ex sermone concludi licet ecclesiastico medii aevi.*

Amatus inter sanctos relatus diem 12. *Septembris in Calendario fortasse Mettensi codicis olim bibliothecae collegii Parisiensis Soc. Iesu, nunc Berolinensis inter Phillipsianos n.* 1831, *saec. VIII. ex., occupat*[7]: II. Id. Sep. Dep. sancti Amati conf., *diem autem insequentem in Martyrologiis posterioribus, eorumque auctoribus inde ex saec. IX. med. V. Amati nota fuisse videtur, nam quae Wandalbertus (c. a.* 850) *de sancto versu* 556. *cecinit:* Idibus abba nitet merito et cognomine Amatus[8], *quaeque apud Adonem (c. a.* 860—870) *leguntur:* Item sancti Amati presbyteri abbatis monasterii S. Romerici, qui mirae abstinentiae et anachoreticae vitae sectator, virtutum et miraculorum gratia illustrem conversationem duxit[9], *ea ex ipsa vita pendere manifestum est.*

1) *Codex Parisiensis n.* 5294 *(Colb.* 2509, *Regius* 4187$_{5}$), *saec. XI/XII, de cuius origine in ultimo versu fol.* 177'. *haec adnotata sunt:* Lkbfr sck Skmphprkbnk mfttfnsks cfnpbkk, *i. e.* Liber sci Simphoriani Mettensis cenobii, *tres vitas hoc ordine continet:*

fol. 90—95'. *V. Romarici,*
fol. 95'—104'. *V. Amati,*
fol. 104'—107'. *V. Adelphii.*

1) *V. Amati c.* 8. 2) *'N. Archiv' XIX,* 71. 3) *Cf. V. Columb. II,* 19. *cum V. Amati c.* 9. 4) *V. Adelphii c.* 3. 4. 5) *Ib. c.* 8. 6) *Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti I,* 426. 7) *De quo v. V. Rose, 'Verzeichniss der Meerman-Hss. der Kgl. Bibliothek zu Berlin' p.* 280. 8) *Ed. E. Dümmler, Poetae II,* 594. *Cf. V. Amati c.* 2: nomine et actu Amatus. 9) *Ed. Surius VII, p.* 1187. *Adonem expilavit Usuardus, ed. Bouillart p.* 151.

2) *Codex Trevericus bibliothecae seminarii archiepiscopalis R. n. I,* 11, *saec. XIII, legendarii S. Maximini volumen mensem Septembrem comprehendens, eundem quidem ordinem servat, sed imperfectus est, cum V. Adelphii in verbis:* repperit est *(c. 8) desinat, dimidia pagina vacua relicta.*

3) *Codex Parisiensis n.* 5308 *(olim Chesnianus, deinde Colb.* 18, *tum Regius* 5 *C.* 3593 [2]*), saec. XII. exaratas exhibet*

fol. 29'—30'. *V. Adelphii,*

fol. 37'—40. *V. Amati, quibus m. s. XIII. in. adiunxit:*

fol. 352'—354. *V. Romarici.*

4) *Codex Catalaunensis n.* 56 *(60), saec. XI/XII. V. Adelphii praetermissa,* 10 *continet:*

fol. 77—85. *V. Amati,*

fol. 85—90. *V. Romarici.*

5) *Codex Parisiensis n.* 5353 *(antea Colb.* 322, *Regius* 3593 [6a]*), saec. XIV, passionarii cuiusdam tomus menses Septembrem et Octobrem comprehendens, solam* 15 *V. Amati fol.* 29—31'. *exhibet.*

Codices 1. 2. 3 *unam familiam faciunt, e quibus praestantia eminet* 1, *dum sermonem V. Amati admodum immutat* 3. *Libri alterius familiae* 4. 5. *tantam librariorum libertatem licentiamque subierunt, ut speciminis causa lectiones nonnullas adnotasse satis haberem:* 20

V. Amati c. 3. dedit] totis viribus d. 4,
ib. deposcunt] suppliciter poscunt 4,
ib. atque — obsequio] *om.* 4,
c. 4. tot largius, quot] tanto l. quanto 4.
V. Romarici c. 1. ad monasticam vitam fuerit] f. ad monachicam v. 4, 25
c. 2. clarus et amabilis ubique] u. altus et am. 4,
ib. religiosam vitam gereret] v. r. valde g. 4,
ib. monasteria vel basilicas — incumbebat] monasteriis vel basilicis — i. 4.
V. Amati c. 1. litteratis viam huius itineris ostendens] ipso ducente litterarum 30 viam michi in huius operis textu ostendens 5.

Codices ipse contuli praeter partes selectas V. Romarici cum 3 *collatas a G. Waitz b. m.*

Biographus tenuitate rerum ne Habendensibus quidem satisfecerat et inprimis ea quae de Adelphio legebant vitae nomine vix digna erant. Cum igitur opus parum diserte apteque ille executus esset, abbatissa, ut fertur, Oda saec. XI. med. telam retexendam 35 *commisit alteri, qui id maxime veritus, ne in eandem reprehensionem incurreret, satis fortiter mentitus est. Adelphii enim vitam circa quattuor saeculis post ipsius obitum a primis cunabulis percurrit, originem ab ipso Romarico repetens. Hunc enim contendit ante conversionem tres filias genuisse atque per unam Aselbergam nomine, quam Bethilinus — nomen ex V. Austrigisili notum! — in matrimonium duxisset, avum factum esse et* 40 *Tectae abbatissae et Adelphii. Praeterea ea quae in priore vita extabant ex toto deprompsit. Eodem fere tempore etiam V. Romarici in prolixiorem formam redacta est ab auctore, qui omnia quae de patrono suo litteris mandata erant colligens dissipata connectere apteque ad historiam politicam componere conatus est. Itaque cum vetustiore Romarici vita ea coniunxit quae in Columbani, Arnulfi, Amati vitis et in L. hist. Fr.* 45 *c.* 43. *legerat, e quibus librum de vita Arnulfi ipse citavit. Cum privilegium Iohannis IV. papae spurium atque iurisdictionem papalem commemoraverit, quam fortasse Leone IX. sedente (a.* 1048—54*) monasterio primum concessam esse supra dixi, terminus ultimus iterum cum Odae regimine concurrit, citimus autem ex aetate codicis colligitur.*

Extat enim V. Romarici II. in codice Parisiensi *n.* 16735 *(olim S. Martini a Campis), saec. XII, fol.* 152—156': Incipit prologus in vita sancti Romarici abbatis. Postquam genus humanum — — a quibus normam sumpserit religionis. Explicit prologus. Incipit vita sancti Romarici abbatis. Tempore Sigiberti regis Burgundionum
5 *et q. s. Locos, qui mihi alicuius momenti esse videbantur, cum codice collatos in adnotatis attuli.*

Laurentius Surius, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae* 1574, *tom. V, p.* 203—207, *V. Amati absque prologo e codice familiae prioris eruit, sed sermonem more suo fere immutavit. In eiusdem operis editione posteriore (Coloniae Agrippinae*
10 1618, *m. Dec., p.* 192—195*) 'S. Romarici comitis Austrasii Vita' (incip.* E praenobili Sicambrorum gente ortum duxit S. Romaricus*) adiecta est, non auctoris cuiusdam vetustioris sed Nicolai* Serarii *S. I. presbyteri, qui in libro edito s. h. t. 'Comitum par genere, potentia, opibus heroicaque virtute inclytum B. Godefridus Westphalus, S. Romaricus Austrasius', Moguntiae* 1605, *p.* 97—126, *sancti vitam suo ingenio describ-*
15 *serat, postquam quam e libris Gallicis quattuor a Iohanne Brissonio transmissis fecerat epitomen perdidit, ita ut ne foliolum quidem inveniri potuisset.*

Philippus Labbe, *Nova bibliotheca manuscriptorum, Parisiis* 1657, *tom. I, p.* 683—685. *V. Adelphii, p.* 781—784. *V. Romarici ad codicem S. Symphoriani Mettensis, tunc autem Claudii Hardy senatoris regii recensuit, qui eadem continebat atque*
20 *noster* 1 *et is ipse fuisse videtur.*

Iohannes Mabillon, *Acta sanctorum ordinis sancti Benedicti, Parisiis* 1669, *saec. II, p.* 129—135. *V. Amati, p.* 416—420. *V. Romarici, p.* 602—604. *V. Adelphii ad codicem Andreae Chesnii, nostrum* 3, *adhibita editione Labbeana, recensuit.*

Iohannes Perierus, *Acta sanctorum, Antverpiae* 1750/3, *Septembris tom. III,*
25 *p.* 815—817. *V. Adelphii, tom. IV, p.* 103—108. *V. Amati edidit, praeter editiones priores inprimis codice S. Maximini Treverici (nobis* 2*) usus, quibus subsidiis in V. Amati recensenda accessere apographon ignoti codicis collatum cum codicibus Romaricensi ac Treverico, quod P. F. Chiffletius communicaverat, et codex S. Salvatoris Ultraiectinus absque prologo. Is similis libri, quem Surius retractaverat, valde decurtatus,*
30 *lectiones exhibebat proprias codicis nostri* 3: christianitati innixo *(c.* 2*)*, scholares *(ib.,* scholasticos *Surius). Ab eodem Chiffletio etiam Vitam alteram Adelphii e codice Romarici montis exscriptam acceperat, quam l. l. IV, p.* 818—820, *publici iuris fecit.*

Denique M. A. Guinot, *'Étude historique sur l'abbaye de Remiremont', Parisiis* 1859, *p.* 370—374. *V. Amati, p.* 374—377. *V. Adelphii II. absque prologo, p.* 377—388.
35 *V. Romarici II. ex breviario ecclesiae Romarici montis a.* 1425. *exarato imprimendas curavit, quasi nihil de his sanctis ante ipsum editum esset. Codex Romaricensis V. Amati arta necessitudine cum codice nostro* 5 *coniunctus est, sicut interpolationem eandem c.* 1. *exhibet, quam supra ex* 5 *exscripsi, sed multo adhuc deteriorem hoc se praestat.*

B. Krusch.

40 ## INCIPIT VITA SANCTI AMATI CONFESSORIS[a].

(1[b]). Imperiis tuis, beatissime papa Dydo[c], eloquio quidem exiguo, sed voto uberrimo parere disposui. Precipis itaque, ut sancta illa[d] opera, quae in hac luce egit[e] beatus Amatus, litterarum paginis in processu temporis mandare[f] debeam nec silentio[g] agis fore pretereundum, quod dignum est summis laudibus cele-

45 *I. Cap.* 1. 1. 2. 3.

Cap. 1. a) *ita* 1. 4; abbatis 2. 3. 5 *(ubi add.* Item Idus Septemb.*).* b) *numeri des. codd.* c) *ita* 2; Dido 4. 5; Clydo 1. 3 *(ubi* papa *deest).* d) o. i. 2. e) b. e. 4. 5. f) mandere 3, *corr.* g) silentium agis *pr. m.* 1; silentio magis 2. 3; silentio agis *(om.* f.) 4; silentio ais 5.

brandum. Nunc igitur, annuente Domino et te iubente, pauca de multis expediam, tamquam scilicet litteratis viam huius itineris ostendens[a].

V. Arnulfi c. 11.

(2). Ille[a] denique temporibus Dagoberti[1] regis sicut moribus egregius, ita in cunctis sanctitate, nomine et actu Amatus fuit. Nobilibus[b] natus[c] parentibus, ex Romana oriens[d] styrpe, in suburbano Gracianopolitanae[e] civitatis preclarae indolis puer exortus est, patre videlicet nomine Hiliodoro[f], summae christianitatis religioni[g] innixo. Cum ergo esset vir devotissimus, filium Amatum ut monasticis traderet excubiis devovit, atque beati Mauricii[2] liminibus mancipandus adolescens tamquam munus Deo[h] acceptabile offertur. Haut mora post temporis spatium a primevo inter primatos[i. 3] imbutus, primus in bonis habetur.

(3). Nam cum monasticis normis iugiter incumbens, ut fere[a] per annos XXX sese totum dedisset, maioris heremi secretum expetens, clam a septis monasterii egressus, paululum procul in divexa[b] excelsissimi montis rupe semet athleta Christi[c] contra diabolum preliandum[d] dedit. Nam cum ab[e] abbate sui monasterii vel a fratribus anxio et solerti quereretur studio, triduano ille die[c] cum ieiunio peracto, vix tandem per obliqua montis inter[f] saxorum periculosos scopulos sancta repperiuntur vestigia, et perventum est, ubi sanctus latitabat quidem hominibus, sed presto erat Deo. Cumque repertus fuisset, ut ad monasterium remeare deberet[g], deposcunt, quia abbas fratresque anxii merentesque essent[h] pro illo, vel quid sibi vellet ista abscessio, sciscitarentur. Illico ait: 'Sinite me, o[c] fratres, obsecro, in hoc arto locello mea deflere[i] admissa atque redemptori meo sedulo deservire obsequio'. Nam cum ex his evellere[k] eum non potuissent, tunc aiunt: 'Quid vis, ut sit[l] tuae sustentationis alimentum? Saltim indica nobis'. Tum ille: 'Panis', inquit, 'et aqua post triduanum[m], quousque Dominus voluerit, subpletum ieiunium; ut tribuantur mihi pociora, non flagito nec egeo, et hic[4] ordei sit'. Haec dicta illumque inventum narrant abbati. Tunc unus deinceps ab[n] abbate eligitur minister de[o] fratribus cui nomen erat[c] Berinus, qui continuis ei famularetur obsequiis. Acceptoque[p] pane urceoque repleto[q] aqua, pergit ad virum Dei, et[r] his datis, recedit[s]. Cumque vir sanctus[t] orationi incumberet, mox[c] temptator in corvo adfuit, furatoque pane, aquam effudit. Sed surgens Amatus, his contemplatis, ait: 'Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, quia[u] meum augere[v] iubes[w] ieiunium. Et hoc per[x] tuum aderit suffragium, quoniam nihil est quod[y] in hoc mundo absque tuo geratur arbitrio[z]'.

(4). Post aliquod[a] igitur temporis[b] parvum eidem construitur antrum. Sed artifex mensuram cubiculi non tenens, accedens[c] ad virum Dei, ait[d]: 'Sinite me,

I. Capp. 1—4. 1. 2. 3.

Cap. 1. a) *ita* 4. 5; ostendemus *rell.*

Cap. 2. a) Hic 3. b) nobilis 1. c) ortus 2. d) oriundus 3. e) Grationopolitanae 3; Gratiane politane 2. f) Heliodoro 3; Hiliodore 2. g) *ita* 1; chr. religione 2; christianitati (*om.* r.) 3. h) a. D. 2. i) *ita* 1; primates 2. 4 (*ubi* e *in litura*); scolares 3.

Cap. 3. a) fore 1. 2. 3. b) devexa 3. c) *om.* 3. d) *corr.* preciandum 2; pugnaturus 3. e) ab: abete, *ras.* b 1. f) saxosi inter 3. g) remearet, *om.* d. 3. h) esset 1, *corr.* i) a. d. 3. k) eum ev. 3. l) t. sit 3. m) triduum 3. n) el. ab abb. 3. o) e 3. p) que *om.* 3; igitur *add.* 2. 3 (*om.* 1. 4). q) a. r. 3. r) hisque 3. s) discessit 3. t) Dei 3. u) qui 2. v) augeri 3. w) *om.* 2. x) perpetuum a. 3. y) in h. m. quod 3. z) obsequio 2.

Cap. 4. a) aliquot 2. b) tempus 3. c) accedit 3. d) dicens: Sine me 3.

1) *Sub Dagoberto Amatus perpaucos tantum annos vixisse potest; cf. supra p.* 212. 2) *Scilicet Acaunensis monasterii.* 3) Primati *adiective pro* primi, *scilicet discipuli.* 4) *Scil. panis.*

paululum[a] pergere ad locum quo lignum ceditur, quoniam trabiculus[a*] noster duorum manubriorum mensura brevior esse videtur'. Tunc ille: 'Noli', inquit, 'fili, sed revertere et metire; habeto fidem'. Reversus[b] igitur mensumque lignum repperit tot largius, quot[c] dudum fuerat brevius. Illico remeans ad hominem[d] Christi[e] narrat, quod actum est. Tum[f] ille: 'Sile', inquit, 'et noli eum[g] abscidere[h], quoniam donum Dei est huius[i] operis'. Ego enim testis sum, quia forinsecus tecmine[k] ceteris imminentem[l] suprascriptam mensuram largius[m] vidi. — — — — —

(5). Temporibus autem illis in partibus Vosagi vir egregius et religione celeberrimus abbas constabat[a] Eustasius. Tunc forte fuit[b], ut egressus metas penetraret Italiae[c, 1], introiensque coenobium Agaunense[d], sciscitari cepit, qui inter primos sanctitate primus ibidem haberetur. Tunc aiunt: 'An fortassis ignoras sanctum virum Amatum, qui in hac excelsissima rupe iam fere per triennium duram gerit vitam?' Illeque, his[e] auditis, confestim montis per artam et pene gressu labentem conscendit semitam, inventoque viro, tanta caritate amplexus est, ut nullatenus pateretur eum sibi deesse. Quid plura? Revertens[f] ab Italia, ablatum sanctum hominem Luxovium usque secum[g] deduxit, affirmans lucernam[h] non esse sub modio occultandam, quin potius illis qui in domo[i] sunt lumen prebendum, et illum perfectiorem viam posse tenere, qui proprias sedes reliquerit.

(V. Arnulfi c. 6. 9. — ib. c. 7. — cf. Matth. 5, 15.)

(6). Denique conversatus aliquod[a] temporis[b] in monasterio illo sanctus Amatus, ab omnibus amatus effectus est. Erat utique serenus in[c] vultu, hilaris in[c] aspectu, preclarus et celer eloquio, cautus et firmus consilio, conpunctioni deditus, profusus in lacrimis, temperatus in prosperis, mitis et letus in adversis, moribus egregius, sanctitate fulgentissimus, caritate in omnibus preditus, abstinentiae discretioni innixus. Sic utique[d] omnibus bonis ditatus tamquam lumen magnum in mundo renitebat[e]. Factum est autem in temporibus[f] illis, directus a fratribus, ut quasdam urbes Austrasiorum lustraret[g]; multa enim gratia predicationis[2] in illo vigebat.

(7). Vir autem nobilis erat in palacio et honorabilis[a] in populo, cui nomen erat[b] Romaricus, sub laico quidem[b] habitu, sed iam tunc mentem gerebat religiosam. Nutu ergo divino, ut credo, faciente[c], ad huius domum hospitalitatis gratia sanctus adfuit Amatus. Intuitus autem virum Dei, cum multa reverentia et honore[d] suscepit. Cumque iam mensa posita esset, coepit inter epulas flagitare, ut sibimet desideranti verbum salutis nuntiaret. — — — — — Audiens autem[e]

I. Capp. 4–7. 1. 2. 3.

Cap. 4. a) vir Dei *pro* p. p. 3. a*) trabis, *om.* n. 3. b) Revertens i. metiensque 3. c) quod 2. d) virum 3. e) *ita* 1. 4; Dei *rell.* f) T. i. *om.* 2. g) *ita* 1; illud 3; *om.* 2. h) recidere 3. i) h. o. *om.* 3. k) *ita* 1; tegmine 2. 4; tegimen 3. l) eminentem 3. m) *om.* 3.

Cap. 5. a) Eustachius const. 3. b) accidit 3. c) Ytalie 2, *ut infra.* d) Augaunense 2. e) hiis 2. f) igitur *add.* 3. g) (secum *om.*) perduxit 3. h) *om.* 2. i) Domini *add.* 3.

Cap. 6. a) aliquot 2. b) spatium *add.* 3. c) in *om.* 3. d) Sicque 2. e) re:::ebat *pr. m.* 1; retinebat 3. f) i. t. 3. g) lustrare 3.

Cap. 7. a) onoratus 1. b) *om.* 3. c) annuente 3. d) eum *superscr.* 1; eum s. 2; s. eum 3. e) (a. *om.*) hec 2.

1) *Eustasius ut Columbanum in Gallias revocaret iussu Chlotharii regis a.* 614. *in Italiam missus est; cf. V. Columb. I,* 30. 2) *Columbani exemplo atque Eustasii praedicatione Romaricus e proceribus Theudeberti* († 612) *conversus est neque Amatus urbes Austrasiae perlustrabat, sed ab abbate suo ad regulam imbuendam monasterio a Romarico condito praefectus est; cf. V. Columb. II,* 10.

hoc vir Dei[a] Romaricus, desiderio Domini[b] et amore refertus, non multis[c] post actis diebus, spretis diviciis et rebus secularibus, detonsum servitio Domini sui caput, sese monasticis inbuendum tradidit normis. Hisque[d] perfecte edoctus, per idem tempus, consilio procul dubio omnipotentis Dei agente, sanctus magister Amatus et discipulus eius, scilicet[e] Romaricus, sub magna sanctitate atque summae[f] perfectionis religiosissima intentione monasterium puellarum condunt. — — — — —

(8). In hoc eodemque exordio[a] sui cenobii elegit hic vir unam, que sororibus preesset, et haec erat desiderio Domini plena et religione precipua; huius[b] nomen erat Mactefledis[1]. Hanc ad exemplum summae sanctitatis ceterarum[c] imitandam proposuit; sed omnipotens Deus[d], qui suorum semper est fidelium suffragator, volens eius laboribus et sancto desiderio quantotius aeterna tribuere[e] premia, priusquam in hac sollicitudine duorum, ut[f] conicior, annorum curricula peregisset, ad finem huius vitae venit[g].

(9). Sed una e[a] sororibus precedenti nocte per visum mirae magnitudinis stellam egredientem[2] de monasterio vidit caelosque introeuntem conspexit. Prefata autem Mactefledis cum in ipso articulo suae vitae iam in egressu anima esset, quedam soror ait: 'Canite psalmos, quia[b] iam mater nostra nos relinquid'. Illaque[c] inter haec dixit[d]: 'Silete paululum, quoniam sanctus Paulus nondum adest'. Et post pusillum denique[e] annuit, ut canerent. Sicque sancta anima[f] illa de hac luce leta properavit ad Dominum.

(10). Porro sanctus Amatus semper heremi secretum diligens, infra profunda vastaque Vosagi castrum repperiens, sicut inpresentiarum cernitur, monasterium transmigravit, ibique, opitulante Domino, multis virginibus psallentium per septem turmas[3], in unaquaque[a] duodenis, psallentibus, die noctuque iugiter instituit[b, 4].

I. Capp. 7—10. 1. 2. 3.

Cap. 7. a) Domini 3. b) et a. Dei 3. c) multo 1. d) Hiisque 2; His rite ed. 3. e) *om.* 3. f) p. r. s. 1, *corr.*

Cap. 8. a) (e. s. *om.*) coenobio h. v. e. 3. b) cuius 3. c) ceteris 3. d) Dominus 3. e) (tr. *om.*) pr. reddere, pr. 3. f) ut c. a. c. ut conicio 2; a. c. ut conicior 3. g) pervenit 3.

Cap. 9. a) ex 3. b) quoniam 3. c) que *om.* 3. d) ait 2. e) *om.* 3. f) i. a. 3.

Cap. 10. a) turma *add.* 3. b) *m. al. in marg. suppl.* 1.

1) *Haec sane primum locum occupat in catalogo abbatissarum, 'N. Arch.' XIX,* 71. 2) *De monasterio Evoriacensi simile miraculum enarravit Ionas, V. Columb. II,* 19: per opacas umbras silentiaque fuscae noctis — — subito e medio dormitorii massa ignis in modum modii egressa totam domum perlustravit atque inluminavit, ac post in tres divisa globos, per ostiarum meatus cum magno tonitrui fragore progressa est. 3) *Cf. litteras visitatorum apostolicorum in Romarici monte a.* 1613. *datas:* In primo statu duae monachorum, septem monialium domus erant, omnes in monte positae, ac in qualibet domo duodecim personarum religiosarum congregationes, quae sibi assidue succedentes, diu noctuque in eo monte, qui inde Sanctus-mons appellari coepit, divinas laudes decantabant *(Mabillon, Ann. ord. S. Bened. I,* 416*).* 4) *More monasterii Acaunensis; cf. acta concilii Acaunensis spuria (Gremaud, 'Origines et documents de l'abbaye de Saint-Maurice d'Agaune' p.* 20*):* Recte mihi videtur, ut secundum plenissimam devotionem domni regis de psallendi institucionibus fiant quinque norme, id est Granensis, Insolana, Iurensis et Melvensis seu domni Probi, succedentes sibi officiis canonicis, id est nocturnis, matutinis, prima, secunda, tercia, sexta, nona, vespertina, et cum pace die noctuque indesinenter Domino famulentur.

Sed ipse[a] in obliqua montis[b] parte concavum repperiens saxum, angustum sibi soli habitaculum[1] preparavit, habuitque lectulum in alveolo ad status sui mensuram factum. Siquidem et specus amplius longiusque non eminebat, et desuper immanis rupis pendebat[c], atque per hanc minister fune[d] tintinnum[e] ligatum parvam particulam panis cum modico aquae poculo homini Dei Amato[f] prebebat. Dominicis vero diebus egrediens, fratribus vel sororibus iugiter sanctas scripturas relegebat, ammonens illos ad eterna premia[g] et caelestem patriam quantotius properare[h]. Totus enim erat dulcis consilio, totus amatus[i] eloquio; plenus quippe[k] Spiritu sancto, caeleste semper meditans opus. Moris sui fuit consuetudo[l], ut dum iugiter hilarem vultum gerebat, ad[m] instar racemi guttas lacrimarum ab[n] oculis[o] illius effluerent. Sepe enim presago verbo[p] etiam quorundam cogitationes prodebat. — — — — —

(11). Amatus igitur ante anni peractum[a] circulum imminere obitus sui diem[b] quibusdam fratribus prenuntiavit. Erat itaque quidam[c] frater, quem familiari retinebat affectu[d]. Illo autem accito, ait: 'Si nosti ab ineunte etate, sub quanto studio et karitate te[e] nutrierim, volo, ut ea quae tibi precipio secreta[f] facias et caute peragas, quoniam appropinquare iam[g] meae mortis exitum procul dubio credas. Habeto ergo[h] socium ad hoc opus Castorium nostrum presbiterum, pergesque in silvam hanc, atque cinere evecto facite de cilicio[2] culcitam[i] meam, quam[k] repletam[l] in lectulo strati[m] mei ponite, quoniam[n] de quibusdam factis meis me penitere[o] oportet et libet'. Tunc frater ille: 'O domine', inquit, 'quomodo hoc potest fieri, ut sustineas ista[p], quoniam pro longa abstinentia et tribulationibus multis iam fessus es membris'. Tum[q] ille: 'His[r] autem[s], frater, te nesciente[t], olim iam[s] usus sum, sed robustum me Dominus[u] fecit semper in illis esse. Confessionem meam'[v], inquit, 'coram omnibus[w] facere dispono[x], et penitentiam legittimam accipiens, ita opto de hac luce[y] quandoque exire. Tu[z] vero[a] age quae dixi'. Factumque[b] est, quod precepit. Iam non multis post[c] actis diebus, accitis fratribus, si qua se meminit deliquisse, prostratus cilicio et cinere in eorum presentia publica voce confessus est. Hanc igitur dum gereret penitentiam, inequalitatem corporis perpessus[d], iugi quatiebatur dolore. Sed vir sanctus[e] cognoscens peccatorum suorum purgationem tempus advenisse, in his[f] infirmitatibus multiplici exultabat[g] leticia. Aderant denique, qui coram eo sanctas scripturas legerent; veniebant namque catervatim et fratres, qui verbum salutis[h] audirent. Cumque iam isti imbuti recederent, alii imbuendi accedebant; similiter et[i] ancillae Dei,

I. Capp. 10. 11. 1. 2. 3.

Cap. 10. a) ipsa 2. b) p. m. 2. c) dependebat 3. d) fono (?) *m. al. corr.* fune 1; funi 3; funde 2. e) tintinnabulum 3. f) *om.* 2. g) gaudia et ad c. 3. h) praeparare 2. i) amabilis 3. k) erat *add.* 3. l) *om.* 3. m) ast 2. n) de 1. o) i. o. defluere videres. Sepe 3. p) spiritu 3.

Cap. 11. a) peracti 3. b) finem 1. c) fr. q. 3. d) amore, quo accito 3. e) n. te 2. f) f. s. 3. g) *om.* 2. h) igitur 3. i) culcitram 2. k) qu:, *ras.* ę (?) 1; que 2. l) cinere *add.* 3. m) stratus 3. n) *bis scr.* 2. o) me o. p. 3. p) talia 3. q) At 3. r) Hiis 2, *ut infra.* s) *om.* 3. t) ignorante 3. u) f. D. 3. v) i. m. 3. w) fratribus *add.* 1. x) disposui 3. y) *ita* 1; de hac (*om.* l.) 2; de saeculo 3. z) Tum *pr. m.* 1. a) ergo 2. b) Factum est igitur q. 3. c) multis *iterat* 2; non potest exactis m. 3. d) passus 3. e) *om.* 2. f) hiis firmitatibus 2. g) exultabit 2; multipliciter exultabat (*om.* l.) 3. h) ab eo *add.* 3. i) *om.* 3.

1) *Illic ecclesia paroecialis S. Amato sacra hodie cernitur. Mab.* 2) *Cf. V. Arnulfi c.* 8: Indutus namque iugiter intrinsecus tonice occulte cilicio, sicque exesis iam membris vigiliis adque ieiuniis geminum ingerebat cruciatum.

oris competentibus turmatim commeantes, plenissimam[a] ab eo de ventura[b] vita capiebant doctrinam. Cumque iam, prope anno peracto in hoc cilicio et cinere, membris infirmitate plenis diebus ac noctibus iugiter orationibus[c] incumberet, cutè et carne[d] sublata, ossa pura patebant. Sed vox illius perseverans cum fletibus semper erat ad Christum. 5

(12). Venit igitur[a] dies ultimus laetus quidem animae suae, sed fratribus et sororibus amarus. Passim tunc per omnes[b] cellas[c] illas[d] fletus et meror regnabat. Lugebant igitur semet ipsos a tanto viro desertos esse, sed congratulabantur illi iam angelorum contubernia adeptum fuisse. Mox itaque cum ad finem venisset, cuidam fratri precepit dicens: 'Affer', inquid, 'epistolam papae[e] Leonis ad sanctum 10 Flavianum[1] datam, quoniam in ea plenissima racio fidei catholice continetur'. Allataque[f] epistola coram eo legebatur. Cumque in presenti recenseretur, sanctus vir dicebat: 'Sic credo[g], trinitas ineffabilis; ita confiteor, Deus omnipotens; ita de te sentio, filius[h] Dei Iesu Christe, qui pro nostra salute dignatus es in hunc mundum venire; sic de te intellego, Deus aeterne Spiritus sancte: unum Deum 15 in trinitate trinumque in unitate confiteor; ita edoctus de tua sentio incarnatione, piissime Christe'. Quid plura? Per universas sententias suam semper aptabat confessionem, scilicet ut vir sanctus se in omnibus orthodoxum comprobaret.

(13). Denique cum esset in sancta humilitate precipuus, indignum se reputans infra valvas basilicae sepeliendum, in introitu hostii basilicae sanctae Mariae suum 20 iussit[a] preparare sepulcrum, scribens desuper titulum quem ipse edidit, hoc modo dicens: 'Omnis homo Dei, qui in hunc[b] locum sanctum ad orandum introieris, si obtinere[c] merearis que postulas, pro anima Amati penitentis hic sepulti Domini misericordiam deprecari digneris, ut si quid mea parvitas de meis multis[d] peccatis obtinere non potuit tepide penitendo, obtineat vestra tantorum caritas sedule Do- 25 mini misericordiam deprecando'.

(14). Adunati[a] ergo fratres atque[b] sorores universusque sexus, lugentes prestolabantur exitum sancti viri, euangelia scilicet legentes atque psalmos ymnosque coram lectulo decantantes. Inter has igitur voces veniam[c] universis petens atque eis vale dicens, ita emisit spiritum. Tunc exultare magis ibi libet, sed flere po- 30 cius conpellitur. Flent ergo monachi plangentque[d] devotae puellae lugentque[e] universi populi, sexus uterque, adolescentes atque infantes, sanctum virum defunctum fuisse seque orphanos atque[f] angentes esse relictos.

(15). Sepultus ergo[a] est loco quo ipse preceperat, sed in die tercio cuidam fratri, matutinis dictis, per visum apparuit, dicens: 'Quid agitis, o fratres?' Tum 35 ille: 'Lugentes atque tristes sumus de tua absentia, pater piissime, quia orphanos dereliquisti[b] nos'. Ad haec ille dixit[c]: 'Ne contristemini, scitote absolutum[d] me

I. Capp. 11—15. 1. 2. 3.

Cap. 11. a) plenam 3. b) vita vent. 3. c) *om.* 2. d) carnibus sublatis 3.

Cap. 12. a) ergo u. d. 3. b) *om.* 2. c) cellulas 3. d) suas 2. e) L. p. missam ad 40 s. F., q. in ipsa 3. f) Aliaque 2. g) sancta *add.* 2. h) D. f. 2.

Cap. 13. a) parari s. iussit 3. b) huc 1, *corr.* c) merueris o. 3. d) *om.* 3.

Cap. 14. a) Congregati 3. b) et 2. c) ab *add.* 3. d) plangunt d. 3. e) que *om.* 3. f) ac ang. relictos esse 3.

Cap. 15. a) est ergo 3. b) nos d. 3. c) *om.* 3. d) me abs. de meis p. 3. 45

1) *Celeberrimam hanc Leonis ad Flavianum epistulam ediderunt Ballerinii, Leonis Opp. I,* 801 *sqq.*

de peccatis, bene[a] in presentia Domini mei receptus. Vos autem nunc in hoc loco paupertatis caminus exquoquit, sed non post multum[b] temporis[c] dominus Deus omnipotens omnibus bonis istic vos habundare faciet. Dic interim fratri Romarico, ut equo animo sit et de monasterio grandem[d] sollicitudinem gerat, et 5 memento[e] mei semper[f]'. Et, his dictis, abscessit. Confestim surgens frater ille, haec universa cum lacrimis narravit homini Dei Romarico.

(16). Post haec regis munificentia repente circiter ducentos aureos ibidem destinavit. Nam et deinceps largiente Domino, sicut in presenti cernitur, plurima adiutoria Habensis monasterii mancipata sunt usibus. Haec procul dubio optinuit 10 sancti Amati oracio.

(17). Denique cum iam anni circulus peractus esset[a] et sub illo tumulo, ut supra diximus, beati viri tegerentur membra et ob illius sollempnitatem nocte vigiliae celebratae fuissent, rursus post matutinos cuidam fratri revelatum est, ut quantocius beata membra illa infra basilicam sanctae Mariae ponerentur. Quod 15 confestim, opitulante Domino, sub magna est[b] reverencia celebratum, ubi annua revolutione populorum catervae ad ipsius sollempnia festinantes, per eius interventum salvandos se fore[c] non dubitant, ipso[d] largiente, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in trinitate perfecta Deus per inmensa secula seculorum. Amen.

20 EXPLICIT VITA SANCTI[e] AMATI CONFESSORIS[f] CHRISTI.

INCIPIT
VITA SANCTI ROMARICI CONFESSORIS ATQUE ABBATIS[a].

(1[b]). Poscis, magnifica mater sanctarum virginum domna[c] Cecilia[1], ut sancti patris nostri Romarici acta, seu qualiter conversus ad monasticam vitam fuerit, 25 in processu temporis libellis inserta[d] mandentur. Obsecrationibus igitur tuis potius obedientia quam facundia parebo.

(2). Itaque beatus[a] Romaricus[b] nobilis in palacio atque parentibus[2] satis[c] clarus et amabilis ubique resplenduit. Nam cum in laico habitu religiosam vitam gereret, reddebat quae regis[d] sunt regi et quae Dei Deo. Ita ergo monasteria vel basilicas 30 sanctorum seu pauperes Christi assidua vigilantia incumbebat[e], ut illum diem se[a] perdidisse fateretur, quo pietatis bonum vel elemosinarum opera minime exercuisset.

V. Arn. c. 11. 1.
ib. c. 4.

I. Capp. 15—17. 1. 2. 3. *II. Capp.* 1. 2. 1. 2. 3.

Cap. 15. a) beneque receptum in conspectum D. m. 3. b) hoc *add.* 1. c) spatium *add.* 3. 35 d) magnam 3. e) memor sit mei 3. f) *om.* 2.

Cap. 17. a) fuisset 3. b) r. est 2. c) esse 3. d) d., prestante Iesu Christo, qui vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen *desinit* 3. e) *om.* 2. f) abbatis *pro* c. Chr. 2.

II. Cap. 1. a) *ita praescr.* 4; I. v. s. ac beatissimi R. a. 1; Incipit prologus in vitam sancti Romarici 2. b) *numeri des. codd.* c) dnā 2. d) incessa 3.

40 *Cap.* 2. a) *om.* 2. b) Romaritius 2. c) *ita* 1. 2; suis 3; *om.* 4. d) regi 1. e) incombebat 3.

1) *Caecilia abbatissa in necrologiis monasterii, quae a.* 1428. *non superant, a.* 771. *attributa est (cf. Guinot l. l. p.* 76. 420*), id quod stare nequit, cum biographus saec. VII. vixisse voluerit, sed eadem fortasse est quae Sevilla in memoriali appellatur quinta monasterii abbatissa;* 45 *cf. 'N. Arch.' XIX,* 71. 2) Romaricus clarissimis parentibus procreatus, patre scilicet Romulfo, matre vero Romulinde *Vita II.*

(3). Quodam namque tempore cum Theodericus[a] rex germanum suum Theodebertum persecutus fuisset, genitore supradicti viri interfecto[b], villae eorum fisci dicionibus redacte sunt, ac deinceps Romaricus, quia fidem[c] servaverit, a persequentium nequitia fugatus, Mettis[d] petiit. Erat denique tunc temporis in[e] palacio unus episcopus nomine Aridius[1], qui Brunichilde reginae sedulo famulabatur alloquio; illiusque supradictus vir[f] pedibus prostratus, supplicat, ut res[g] apud reginam suo interventu recipere potuisset, illeque ira sauciatus, os viri pede excusso impie verberavit. Statimque surgens vir Dei Romaricus, ad basilicam[h] sancti Martyni[i] perrexit, atque in pavimento proiectus, mox tali voce affatur: 'O beate Martyne, commendavi me tibi. Ubi es, quid agis? Affer opem misero, ut[k] nullus deinceps[l] tuis patrociniis mancipetur'. Et, his[m] dictis, regressus ad[n] civitatem, tamquam responso accepto, rei prestolabatur eventum. Sed, inlucescente die crastina, vulgatum[o] est, regem Theodericum mortis sententia perculsum[p] fuisse; ac deinceps accitus a[q] regina vel ab[r] episcopo Aridio Romaricus, reddito patrimonio, supplicatur, ut saltim[s] per ipsum eisdem[t] de urbe Mettensi[u] fugiendi darentur spatia. Ille diligens inimicos[v] suos, auxilium ipsis, ut tempus patuit, non negavit[w, 2].

(4). Post haec denique tempus evenit, ut in Lotharii[a] regis palatio inter ceteros electus haberetur. Sed ineffabilis Deus videns militem suum sub tenebrosis huius saeculi rebus[b] fortiter belligerantem, voluit illum ad lucidos producere campos; actumque est, ut ex heremi secretis beatus educeretur Amatus[3]. Quid plura? Inveniens hominem hortatur, ut, detonso capite rebusque[c] in pauperibus[d] dispersis, tamquam sibi thesauro in celis posito, iam ad perfectiora pergeret. Quibus ille auditis, ut erat totus sancto desiderio repletus, cum multarum rerum substantia monasterium Luxovium[e] petiit, multis videlicet prius ex[f] servitio libertatem adeptis, ibique sanctam humilitatem et obedientiam propter Christum sectandam accepit. Illos denique servulos, quos[g] dudum ministros[h] habuerat, sotios sibi detondens, plerosque[i] adiunxit, et effectus est illorum subditus, quorum prius dominus prepotens fuerat. Nam in tantae humilitatis[k] et[l] penitentiae iugo sese submisit, ut quicquid despicabile in monasterio ad agendum esset, ipse assumeret. Hortorum tamen frequentius pre ceteris fratribus operator existens, psalmos iugiter tradebat memoriae.

II. Capp. 3. 4. 1. 2. 3.

Cap. 3. a) Teod. 3. b) inter 3. c) fide 3. d) Metis 2. e) in p. *om.* 2. f) ut 2. g) rex 3. h) ecclesiam 2. i) *ita* 1; Martin. *semper rell.* k) *intellegas* ne *cum Mab.* l) deinceph 3. m) hiis 2. n) a 1. o) vulgatu 3. p) *ita* 1. 2; percussum 3. q) a. r. vel ab e. A. *in marg. add.* 1. r) *om.* (3). s) *ita* 1; saltem *rell.* t) isdem 3. u) Metensi 2. v) unicos 3. w) Incipit vita *add.* 2.

Cap. 4. a) Lotarii 3. b) belli 3. c) que *om.* 2. d) *ita* 1. 2; pauperes (3). e) Luovium 2, *a miniatore corr.* f) exervitio 1, *corr.* g) quod 2. h) *om.* 2. i) plerumque 3. k) humilitantis *pr. m.* 1. l) ex 3.

1) *Aridium episcopum Lugdunensem una cum Brunechilde in ruinam Desiderii episcopi Viennensis laborasse rettulit Fred. IV*, 24. 32; *cf. SS. R. Merov. III*, 621. *Ceterum ea quae supra enarrata sunt a.* 613. *gesta esse oportet, quo Brunechildis iussu Chlotharii crudeliter occisa est. Aridius vero evocante eodem rege concilio Parisiensi a.* 614. *intererat; cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 190. 2) *Cave haec mendacia credas.* 3) *Haec in V. Amati c.* 6. 7. *fusius relata sunt.*

(5). Nam cum adhuc ad bonum opus profuturum unam tantummodo reservasset villam[a], consilio deinceps inito, beatus Amatus[1] cum eodem ad monasterium puellarum aedificandum[b] pergit[2]. Multis namque adunatis puellis, in heremo properantes[c], sanctum instituunt opus, pauperes quidem[d] substantia in seculo, sed
5 fide divites in Christo, illud credentes quod dixit: *Omnis qui reliquerit[e] domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen[f] meum, centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit.* Haec deinceps, sicut nunc inpresentiarum cernitur, in eorum operibus suppleta monstrantur[3]. Matth. 19, 29.

(6). Post obitum namque beati socii sui Amati ipse gubernandam sanctam
10 congregationem suscepit, sicque prius et deinceps aluit et nutrivit, tanta caritate et pietate repletus, ut pro earundem requiem[b] seu oportunitatibus sublevandis in omnium iniuriarum[c] laboribus suum corpusculum tradidisset. Denique cum aliquid in ministrandis[d] vel necessariis rebus fortassis defuisset, haec illius erat consuetudo sancta, ut mox conversus ad Christum cum lacrimis diceret: 'Satis habes
15 tu[e], o domine Deus, et superhabundans es, adiuva famulum tuum, sicut nosti'. Non erat mora, et poscentem subsequebatur effectus. — — — —

(7). Puella quedam sanctimonialis infra monasterium a demone arrepta, sine mora, huius oratione intercedente, cernentibus multis, sanata[a] est. Denique, adunatis quibusdam puellis leprosis[b], infra monasterium seorsum non alia ex causa

20 *II. Capp.* 5—7. 1. 2. 3.

Cap. 5. a) nullam 2. b) perg. ed. 2. c) prophantes (= prophetantes?) 2. d) qui de 3. e) relinquerit 3. f) *om.* 2.

Cap. 6. a) ad *add. sed delet.* 1. b) *ita* 1. 2. c) iniuri : : : arum 2. d) minis | 2. e) tuc *pr. m.* 2.

25 *Cap.* 7. a) sanata : 2. b) *om.* 2.

1) *Romaricus,* Eustasio annuente, puellarum monasterium in propria instruxit *teste Iona, V. Columb. II,* 10. 2) Simul ergo properantes ad locum qui eatenus dictus fuerat Habendi castrum, divino freti adminiculo, iuxta loci situm venerabile condiderunt monasterium. Mons itaque ille, ne beati viri privaretur memoria, cuius opere semper solatur
30 et meritorum magnificentia, ab habitatoris et praecipui possessoris nomine memorando sortitus vocabulum, Mons-Romarici dictus, longe lateque per orbis terre propalatur spatium *add. Vita II.* 3) Vir denique memorandus *(scil. Romaricus),* ne domus Domini, quam de suo summa devotione construxerat, successionibus incongruis inepte disposita dominiove tirannico, quod absit, calcata detrimentum pateretur, Romane sedis antistiti sub-
35 dendam censuit eiusque auctoritate ac privilegio regie defensionis ac custodie magisterio commendavit. Decrevit itaque ac immota stabilitate statuit, ut abbatissarum electionis sanctimonialibus inibi famulantibus, nullo contradicente, perpetualis maneat potestas, earumque iudicio, si quid forte negligenter commiserit, deprehendenda relinquatur et corripienda. Sin autem, quod nusquam, maiori culpe delicto extimas adierit aures de-
40 prehensio, apostolice sedis pape relinquatur arbitrio. — — — Nemini ergo provintialium liceat episcoporum sue temeritatis vires in praefatum locum extendere, nec iudiciarie potestatis vel dominationis aliquis in eo valescat appetitus, sed quicquid in eo quod maioribus conveniat adhibendum iudiciis evenerit, sub regii magistratus custodia apostolica relinquatur discutiendum sententia. Huius autem dispositionis summam gloriosus
45 apostolicae sedis papa Iohannes sub privilegii testamento petitione beatorum virorum, Amati scilicet ac Romarici, venerandis faventibus augustis, propria manu sigilli impressione signavit *add. Vita II.*

nisi propter earum refocilandam infirmitatem cellulam fecit; nam frequentare eas[a] vel habitare in medio[b] congregationis non prohibuit. Siquidem una ex ipsis sanctum adepta consilium, balneo quo vir Dei ablutus est furtim aquam[c] V. Arn. c. 11. rapiens, membra sua perfudit, ac deinde, subsequente medela, paulatim lepra ex corpore eius discessit, quae usque hodie[d] incolomis[e] famulatrix Christi in medio 5 sororum superstes cernitur. — — — — —

INCIPIT[a] TRANSITUS SANCTI ROMARICI.

(8). Beatus igitur Romaricus priusquam ad diem suppremum laudabilis pervenisset, ad principis palacium eatenus tamquam prescius properasset, ut regi seu proceribus eius[b] de periculo eorum vel casu venturo cavenda nuntiaret. Ubi cum 10 ventum fuisset, audito per internuntios vir magnificus Grimoaldus subregulus[1], quod noctis tempore ad[c] eum accedere voluisset, surgens cum facibus accensis intempestae noctis, medio itinere ei obvius fuit, aspiciensque[d] hominem Dei mirae magnitudinis, nescio quid tamquam angelicum seu caeleste signum se super eum vidisse contremuit. Cum multa utique[e] reverentia complexus, muneribusque[f] allatis, 15 se facturum esse quae dicebantur pollicitus est. Indeque remeans rura monasterii circuivit, ut valuit, adortans utique omnes eam doctrinam inlibatė tenere, quam dudum et iugiter ab ipso audierant, et ut pro[g] animae scilicet salutem[h] semper solliciti essent.

(9). Cumque ad monasterium pervenisset, non multo posito intervallo[a], mo- 20 dica febre tactus accubuit; sed sancta lingua illius iugiter ad laudem Dei vel ad V. Arn. c. 5. predicationem parata, nullis obstruitur vinculis. Nam et hoc ei spetiale Dominus tribuit munus, ut die qua ipse triumphans ex inferis ad superos victor remeavit[2], vir sanctus, solutis membris, ad premia capienda egressus fuisset. Cumque iam denique matutinis finitis et pene in ipso crepusculo[b] diei quidam e fratribus lec- 25 tulo illius adstitissent, rogatur, ut mutandi causa alium[c] verteretur in latus: mox animae suae cepit egressum. Sed, iam pene exuto corpore, quidam presbiter clamare cepit: 'Expecta, domine, expecta, communionis gratia viaticum accipe'. Ille tamquam regressus, dexteram manum levans ad caelum, supra se ceterisque adstantibus vexillum crucis iugiter depingebat. Multam namque moram faciens, vix 30 tandem adest qui ferebat, et accepto munere, labiis manu sua bene compositis, mox sancta anima illa, ut credimus, cum gaudio magno et exultatione angelorum est[d] egressa de corpore[3]. Nam cum inter lacrimas et singultus quereretur, qui

II. Capp. 7—9. 1. 2. 3.

Cap. 7. a) *m. al superscr.* 1. b) (m. *om.*) congregatione 2. c) aqua 2. d) *om.* 2. 35 e) incolonis 2; incolumis *rell.*

Cap. 8. a) *ita* 4; Incipit *om.* 1; *praescr.* Incipiunt miracula sancti Romarici 2; *totum lemma om.* 3. b) suis 3. c) ad eum *om.* 2. d) que *om.* 2. e) *deest* 3. f) *ita* 1. 2; que *deest* 3. g) *bis scr. erat* 2; *om.* 3. h) *corr.* salute 1, *et sic rell.*

Cap. 9. a) *om.* 3. b) corpusculo 2. c) aliud 2. d) egr. est 2. 40

1) *Grimoaldus a.* 643. *maior domus creatus est; cf. Fredeg. IV,* 88. *Subreguli titulo, de quo v. Waitz, 'V. G.' II, 2, p.* 400[3], *biographus Arnulfi c.* 3. *usus est.* 2) *Nempe die dominica, quae passim a priscis auctoribus dies resurrectionis dominicae dicitur. Mab.* 3) Obiit autem idem pater plenus dierum in senectute bona VI[to] Idus Decembris, sceptrum quidem Austrasiorum tenente rege Sigiberto, Francorum vero Chlodoveo, imperante autem regum 45 rege domino nostro Iesu Christo — — Amen. Explicit vita sancti Romarici abbatis *capiti* 11. *subicit Vita II.*

os eius oculosque[a] claudere debuisset, ipse sibimet pulcherrime clausit, id quod poscebatur ab aliis, ita ut videretur potius somnum[b] quam letum cepisse.

(10). Celebrantur quippe deinceps exequiae eius cum magno apparatu et ingenti studio. Sepultus est igitur iuxta socium suum beatum Amatum, ut 5 cui fuit in vita karitate individua conexus, eius et lateri videretur sepultura asscitus[a]. — — — — —

(11). Sed nec illud reticere me libet, quod a quibusdam narrantibus agnovi. Quidam diaconus honoratus vir in eadem nocte dominica, instante transitu eius, in visione se[a] ductum fatebatur per loca amoena, ubi aspiciens pulcherrimas 10 gemmas auroque nitentes domos, inter quas unam eminentem ceteris vidit. Ductus itaque ad hostia aperta aspexit, sed introeundi eidem in eam licentia nequaquam dabatur. Cumque aspexisset, comperit iustorum animas albissimis indutas stolis inibi cum gaudio inestimabili cursitare, statimque qui ducebat eum ait ei: 'Cernis haec omnia?' Respondit[b]: 'Video, domne[c]'. Rursusque: 'Quem', inquit, 'inter eos 15 istic agnoscis?' 'Video', ait, 'beatum Arnulfum pontificem[d] et agnosco sanctum successorem illius Abbonem[e, 1] eundemque episcopum. Sed vellem nosse, quae sit ista gaudiorum sollempnitas et tantae claritatis apparatus inmensus, et quid sibi velint haec[f] splendidae[g] quas video mensae'. Tunc, audiente illo, unus intrinsecus albatorum tamquam conversus ad sanctum Abbonem[h] episcopum ait: 'Quid 20 moraris, o domne Abbo? Cur non disponis sedentes per mensas has quas parasti?' Nam illius dicebatur esse haec multa apparatio. Tunc ait: 'Sustinete, domini mi, paululum, donec frater noster veniat domnus Romaricus; illum enim expecto, nam hodie nobiscum erit'. Haec se vidisse et alia nonnulla praefatus vir ille diaconus testabatur; cuius de nomine ideo reticemus, quia adhuc superest in hoc lubrico 25 et pendulo itinere. Nos itaque fatemur veram esse illius sollempnitatis laetitiam, de qua dicitur: *Quia nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus diligentibus se*, cui gloria[i] est et honor et[k] potestas et regnum sine fine in secula seculorum. Amen. 1. Cor. 2, 9

EXPLICIT VITA SANCTI ROMARICI CONFESSORIS[l].

30 INCIPIT[a] VITA SANCTI ADELPHI[b] ABBATIS.

(1[c]). Ineffabilis et clementissimus deus Iesus Christus, cum fidelibus suis[d] normam vivendi traderet, quodam loco ait: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona*[d] *et glorificent patrem vestrum, qui in celis est.* Quam ob rem ille glorificandus est, qui, ut operetur bonum, tribuit effectum. Et idcirco 35 non silenda esse censuimus opera bona et laudabilia, quae modernis[e] temporibus erga suppremum diem[f] obitus sui laudabiliter pater noster pius atque dulcissimus domnus[g] Adelphius abbas peregit, adiuvante Christo[h], qui dixit: *Nemo venit ad* Matth. 5, 16. Ioh. 6, 44.

II. Capp. 9—11. 1. 2. 3. *III. Cap.* 1. 1. 2. 3.

Cap. 9. a) et oculos 2. b) somnium 2.

40 *Cap.* 10. a) assotius 2.

Cap. 11. a) subductum 3. b) *om.* 2. c) domine 3, *ut infra.* d) episcopum 2. e) Albonem 2, *constanter.* f) *ita* 1. 3; hee 2. g) splendidissime 3. h) *ita* 1. 3; ep. Albonem 2. i) est gl. 2. k) et — fine *om.* 3. l) *ita* 2; abbatis 1; *subscr. om.* 3.

III. Cap. 1. a) *praescr.* Incipit prologus in vitam sancti Adelfi abbatis 2. b) Adelfi 3. 45 c) *numeri des. codd.* d) *om.* 2. e) moderno tempore 3. f) *om.* 3. g) dn̄s 2. h) Domino.

1) *V. Arnulfi c.* 19: sanctus Goericus cognomento Abbo huius *(scil. Arnulfi)* successor eligitur.

2. Tim. 2, 25. *me, nisi quem pater meus caelestis adtraxerit,* et beatus Paulus dicit: *Ne forte det illis Deus*[a] *penitentiam,* et cetera. Quibus verbis perspicue patet, quoniam penitentiae bonum a Deo poscentibus clementer tribuitur. Iam igitur nunc ipsius V. Arn. c. 9. Adelphi[b] abbatis narranda aggrediar acta[c].

(2). Fuit enim lenis in verbis, hilaris in aspectu, dulcissimus hominibus, bonis 5 mitis et affabilis cunctis, officiorum[a] Dei[b] in omnibus promptissime intentus, alienarum[c] rerum non cupidus, servientibus Deo innixe[d] et dulciter subiectus, patientiae et modestiae sectator, omnibus hominibus laudabiliter aptus. Denique ante hos, nisi fallor, triennii annos, illo videlicet sciente qui solus hominum corda novit, per heremi vasta huc illucque locatim[1] divertens, ultrices flammarum globos uber- 10 tate fletuum secrete extinguere nitebatur. Et quoniam pietas inenarrabilis Dei crebro permittere solet, ut superveniens infirmitas corporis maculas animae misericorditer abstergens purificet, cum[e] gravi et infesto quateretur dolore, gemitibus et lacrimis multis animae suae[f] flagitabat medelam. Denique, accito sacerdote, si quid se[g] meminit deliquisse, prostratus humo[h] exomologisin[2] fecit, poscens 15 animae suae[i] medendae penitentiam impertire[k], atque supplex ait: 'Dulcissimus[l] meus, ab omnibus fratribus et sororibus commeato[m] accepto, volo et desidero Luxovium usque ad sanctos[n] fratres properare, quoniam illis similiter confessionem meam facere dispono; quibus orantibus, veniam et remissionem de peccatis meis adipisci non ambigo'. Nec mora destinationem illius secutus est effectus. 20

(3). Cum ergo coenobium fuisset ingressus, mox sanctus abbas Ingofredus[3] cultor Dei una cum fratribus suis velut ob conquirenda sibi[a] eternitatis premia, velut munus[b] de supernis destinatum, amplectentes illum susceperunt, ibique sancto fratri Emmoni monacho electo Dei commendatus, cum multo et grandi studio dilectus est. Nam illius tunc, id est[c] Emmoni, de hospitibus instabat cura[4]. 25 Erat vir ille sanctus opere et gratus in actu, qui cum summo studio famulabatur sancto Adelphio. Dumque per aliquod[d] spatium temporis fraterna invicem fruerentur[e] dilectione, adest extrema dies, ut effebum[5] Adelphium abbatem sui funerarentur dilecti.

(4). Denique iam aderat surgendi hora diei et ait: 'Qua hora vis, domne[a] 30 Emmo, ut surgamus et pergamus ad orationem?' Tum ille: 'Quiesce modicum, domne[b], donec signum agitetur et pergamus ad orationem'. Illico Emmo digressus

III. Capp. 1—4. 1. 2. 3.

Cap. 1. a) *om.* 3. b) Adelphil *pr. m. corr.* Adelphii 1. c) dicta(?) *pr. m. corr.* acta 1; Incipit vita eiusdem confessoris et abbatis *add.* 2. 35

Cap. 2. a) *ita pr. m.* 1; officiis *rell.* b) Dei *om.* 2; in o. *om.* 3. c) alienorum *pr. m.* 1. d) *ita pr. m.* 1 *(pro* enixe; *cf. infra p.* 227, 35*)*; obnixe *rell.* e) cum : : : : 1. f) *om.* 3. g) m. se 2. h) humi 3. i) *om.* 2. k) impertiri 3. l) *ita pr. m.* 1; Dulcissime *rell.* m) comeato 3. n) f. s. 3.

Cap. 3. a) *om.* 3. b) de s. m. 3. c) idē 1; idem 2. d) *om.* 2. e) d. fruentur 2. 40

Cap. 4. a) domine 2. 3. b) dn̄e 2, *ut infra.*

1) *I. e. hinc inde, diversis locis; cf. Ducange h. v.* 2) *I. e. peccatorum confessio; cf. Ducange h. v.* 3) *Ingofredus Waldeberto abbati Luxoviensi successit defuncto a.* 670; *cf. Miracula Waldeberti auct. Adsone, SS. XIII, p.* 1173. 4) *Id quod regula Benedicti c.* 53. *sanctum erat:* Item et cellam hospitum habeat adsignatam frater, cuius animam 45 timor Dei possidet. 5) Effebus *pro* clarus, lucidus *accipitur in Gloss. Provinc. Lat.; cf. Ducange h. v.*

foras, et puer officialis inibi remansit cum illo, et ecce! subito brachium illius dolor ingens perculit, statimque prepeti verbo ait: 'Surge, accede huc, frater, quia sevissimus dolor percussit[a] brachium meum'. Et vexillum crucis supra frontem et corpus suum conabatur facere et dicebat: 'Christe adiuva, Christe ad-
5 iuva'. Et hac voce emissa atque signum[b] crucis ab eodem factum, illius sancta egressa est anima. Tunc procul dubio in eodem suppletum reor prophetae monitum, quo ait: *Omnis enim*[c] *quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit*, et illud: *Sapientia viri in exitu canitur*. Ioel 2, 32.

(5). Statim ergo ad monasterium Habendensi[a] pernix nuntius venit. Moxque
10 vir illustris domnus Garichramnus[b] abbas[1] de nocte consurgens, cum non parva et promiscua turba populi atque monachorum turbis Luxovium usque perrexit, acceptoque corpus[c] sancti viri cum sanctorum reliquiis, cereis et crucibus ingentique triumpho in castello Habendenso[d] ad urnam[2] usque suam mirabiliter transvexit. V. Arn. c. 26.

15 (6). Nam cum alveum Mosellae iam[a] gestantes transmeassent[b], ecce! veniens sancta Tetta[c], quae et Cebedrudis[d, 3], abbatissa occurrit obviam una cum sanctis sororibus, gestantibus sanctorum reliquias cum cereis et crucibus, divisusque est populus turmatim in tres cuneos. Pergebant namque et chori monachorum, sancti viri corpusculum ferentes, preibantque omnibus; et illico eminus sequebatur almi-
20 fica Tetta abbatissa, precedens chorum sanctarum virginum, vulgusque populi post tergum capiebat iter. Resonabant namque in excelsum voces psallentium passim in laudem Dei. Omnis namque illic repleta est terra vocibus et cantibus antiphonarum et psalmodiae. Sic namque, disponente Deo, factum est, ut in die illo, quo festivitas sancti Amati agebatur[4], filiolus[5] ipsius sanctus Adelphius in eadem
25 basilica[e] cum magno ornatu sepeliretur.

(7). Postquam autem sepultus est, quae vel quales visiones de eodem quibusdam fidelibus apparuerunt[a], saltim[b] aliquae silendae non sunt. Nam antequam sepultus esset, in basilica sancti Petri gestatus est, ibique a pernoctantibus vigiliarum excubiae celebratae sunt. Sed quam grande miraculum et virtus ibidem[c]
30 audita fuisset, sub silentio reticendum non est. Et quoniam gemina sancti Amati, sicut iam prefati sumus, atque Adelphii festiva aderat dies, peractisque[d] matutinis, ymnum beati Amati cantare[e] ceperunt, quem[f] Adelphius a primo versu usque ad finem alta voce iugiter cantavit cum illis, atque levata dextera manu, signaculum crucis facere conabatur. Vir quippe religiosus erat, qui iuxta illius corpus[g]
35 innixius[h] vigilabat. Hic illum cantantem solus audivit atque cum lacrimis, testificans Deum et domnum Petrum, istud miraculum nobis narravit.

III. Capp. 4—7. 1. 2. 3.

Cap. 4. a) perculsit 2. b) signo — facto 3. c) *om.* 3.

Cap. 5. a) Habendense 2. b) Garithamnus 2. c) corpore 3. d) *ita* 1. 3; Habenso 2.

40 *Cap.* 6. a) g. i. 3. b) transmeantes 2. c) *ita* 1; Tecta 3; Tetra 2: *item infra*. d) Cebedrius 2. e) basilicam 2.

Cap. 7. a) apparuerint 3. b) saltem 3. c) *om.* 2. d) que *eras.* 1; *om. rell.* e) canere 3. f) quoniam 2. g) *om.* 2. h) innixus 2.

1) *Garichramnus abbas Adelphio praefecturam deserenti suffectus fuerat. Mab.* 2) *Urna*
45 *pro sarcophago accipitur; cf. V. Arnulfi c.* 29. 3) *Gebedrudis inter abbatissas Habendenses quarta enumeratur; cf. 'N. Arch.' XIX,* 71. 4) *Nempe* 13. *Septemb. Adelphius vero die* 11. *eiusdem mensis obiit, quo die eius festum in Martyrologio Benedictino et in Romaricensi ecclesia colitur. Mab.* 5) *I. e. filius spiritalis ex baptismo.*

(8). Post hec autem, viro Dei[a] Adelphio urne tradito, quidam diaconus procurator monasterii[1] ob quasdam utilitates dispensandas in platea sancti Petri advenit et ecce! in oratorio audivit psallentes, tamquam festivitatem celebrantes; (Ps. 118, 175.) canebant autem hunc versum: *Vivet anima mea et laudabit te,* Deus. Suspicatus denique est inibi famulas Christi cantare, sed[b] post pusillum[c] sciscitatus, nullum hominem ibidem repperit[d] adesse.

(9). Alia denique die cum quedam famula Dei in basilica sancti Petri innixa in[a] oracione iaceret, audivit in supradicto oratorio tamquam missas celebrantes (ib. 63, 11.) canere; psallebant autem: *Letabitur iustus in Domino.* Et accitis aliis famulabus Christi, utraeque audierunt voce alta canentes, suspicantes quippe fratres ibidem missarum sollempnia celebrari.

(V. Arn. c. 9.) (10). Igitur visiones illas quae de eodem visae sunt iam narrandas aggrediar[2], auctoritate[a] fultus de talibus scripta[b] beati Augustini et almifici Gregorii[c] papae, qui[d] quosdam monachos hostium incurrisse[e] falangas, moxque stipite interemptis, per totam noctem ibidem ad corpora animas ipsorum[f] psalmos canentes ab isdem[g] hostibus aliis narrantibus audisse fatetur[3]. Nam et beatus Augustinus refert[4], cum iustorum animae in locis amenis iustis fuerint sociatae, licentia adepta, quos in hac vita dilectos habuerunt revertuntur invisere per somniorum revelationes et consolationum ortamina; quod et crebro acta per sanctorum comperimus libros.

(11). Nam nec illud sub silentio reticendum est, quod de sancto Adelphio comperimus. Quedam namque sanctimonialis famula Christi, sancta repleta devocione, ad sepulchrum illius dum intente psalmos caneret, factum asseruit infra urnam illius tamquam murmur lene, in aliud latus vertendum. Moxque locus ille inenarrabili dulcedine atque odore suavitatis repletus enituit. Erant namque ibidem gaudentes et quasi exultantes leticia inenarrabili.

(ib. c. 30.) (12). Haec quippe pauca sunt narrata de multis, quae sancta atque almifica Tetta abbatissa ob memoriam beati viri Adelphii seu propter exemplum fidelium in processu temporis recolenda commentariolo indita stilo sulcari precepit, adiuvante omnipotenti[a] Deo, cui laus est et gloria et potestas per inmensa semper secula seculorum. Amen.

EXPLICIT VITA BEATI[b] ADELPHII[c] ABBATIS.

III. Cap. 8. 1. 2. 3. *Capp.* 9—12. 1. 3.

Cap. 8. a) Deo *pr. m. corr.* Dei 1. b) et 1. c) posillum 3. d) *ita* 1. 3; (i. *om.*) repperit est *desinit* 2, *dimidia pagina vacua relicta.*

Cap. 9. a) *om.* 3.

Cap. 10. a) autem *add., sed delet.* 1. b) *om.* 3. c) p. G. 3. d) *m. al. suppl.* 1. e) f. i. 3. f) eorum a. 3. g) hisdem 3.

Cap. 12. a) omnipotente 3. b) sancti 3. c) Adelphi: 1.

1) *Cf. litteras visitatorum apostolicorum in Romarici monte a.* 1613. *datas:* In primo statu — — monialium curam in spiritualibus gerebant monachi, quorum unus syndici nomine rem familiarem administrabat *(Mabillon. Ann. ord. S. Bened. I,* 426*).* 2) *Verba V. Arnulfi c.* 9: Miracula autem aliqua saltim de multis quae gessit narranda acgrediar, *in V. Adelphii minus cohaerere videntur.* 3) *Miraculum in monasterio in Valeria provincia sito, irruentibus Langobardis, contigisse fertur; cf. Greg., Dialog. IV,* 22 *(SS. R. Langob. p.* 539*).* 4) *Augustinus in epistula ad Evodium (Migne, Patr.* 33, *col.* 699*) de quaestione tractavit,* utrum cum aliquo corpore egrediatur e conpage, quo possit ad corporalia loca ferri et locis corporalibus contineri.

VITA GALLI CONFESSORIS TRIPLEX.

Gallus e fratribus, quos ex Hibernia in Burgundiam adduxerat Columbanus, una cum ipso quondam per quinquaginta dies in solitudine quadam prope Luxovium constitutus erat, cum ei imperatum est, ut ad Bruscam iret rivum proximum ad pisces capiendos, — erat enim Scottorum illorum piscatu victum quaerere, licet carnem inter alimenta non haberent, — sed ille oboedire nolens ad Lignonem amnem longius progressus, e magna quam aspexerat piscium multitudine ne unum quidem capere poterat, quamvis per totum diem laborasset: frustra igitur rediens a Columbano increpatus est, iterumque ad locum constitutum remissus, in tantam iam piscium copiam incidit, ut rete vix trahi potuisset. Ionas[1]*:* haec, *inquit,* nobis supradictus Gallus saepe narravit. *Cum e Britannicis arvis magistrum secutus esset, ipsum sine dubio in exilium comitari a custodibus regiis a.* 610. *permissus est*[2], *ita ut idem quod ille iter fecerit per Rheni alveum Brigantiam usque; Columbano autem in Italiam discedente, apud Suevos a.* 612. *eum ipsum restitisse verisimile est. Die* 16. *Octobris, quo defunctus esse creditur, in breviariis Helveticis Martyrologii Hieronymiani memoria eius colitur*[3]*:*

Richenov. Et depositio sancti Galli confessoris,

Einsidl. In Altimania sancti Galli confessoris,

dum dies 20. *Februari apud Adonem ei sacer est:* Item in Alemania beati Galli abbatis mirae sanctitatis viri, discipuli sancti Columbani abbatis, *ab Usuardo more solito expilatum.*

Cum Columbanum ad gentes vicinas fide christiana imbuendas Brigantiam adiisse constet, cumque non solum baptizatos ad sinum ecclesiae praedicatione sua reduxerit, sed etiam paganos converterit atque baptizaverit[4], *eundem probabile est praecavisse, ne quae laborasset ea se ipso recedente cito corruerent, consiliumque illud postea adiuvabat quae ad Steinach rivum haud procul ab urbe quam dixi constructa erat* e c c l e s i a *Galli vel potius Gallonis*[5], *in provincia Durgauensi et in Arbonensis castri pago sita. Ei saec. VIII. in. presbyter et pastor praeerat, isque sine dubio iura paroeci tenebat curamque animarum exercebat per regionem illam. Magulfus 'presbyter et pastor sancti Galluni'*

1) *V. Columb. I,* 11. 2) *Ib. I,* 20. 3) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [132]. 4) *V. Columb. I,* 27. 5) *Nominis scriptura in chartis vetustioribus quam maxime variat:* Gallonis, Gallunis, Galloni, Galluni *frequenter,* Callo, Calo, (Chelleh *MG. Ep. V,* 574), Gilianus, Gillianus, Calianus *rarius reperiuntur. Galli autem nomen a Iona adhibitum in chartis non ante a.* 745. *primum legitur demumque post Ludowici Pii regnum usitatissimum factum est. Cf. Wartmann, 'Die urkundlichen Formen des Namens Gallus' ('Anzeiger f. Schweizerische Gesch.'* 1863, *p.* 33 *sq.).*

Godafridum ducem Alamanniae a. 708. *defunctum*[1] *adiit, petiturus, ut ad luminaria ecclesiae suae sibi aliquid concedere dignaretur, ducisque charta inter celeberrimas traditiones Sangallenses primum locum nunc obtinet*[2]. *Monasterium autem 'sancti Gallonis' regnante demum Theuderico IV (a.* 721—737*) primum commemoratur*[3], *dicatum cum aliis sanctis, tum Desiderio martyri, quem apud Sangallenses eximio honore et postea floruisse constat*[4], *primusque abbas Audemarus vel Otmarus eidem praeerat. Maiora incrementa inde ex a.* 744. *res monasterii S. Galli cepere, ex quo munera fidelium effusius affluebant, chartaeque traditionum exinde additamentum exhibent notabile:* ubi corpus eius *(scil. Galli)* requiescit[5], *vel* ubi ipse requiescit in corpore. *Corpus patroni pro thesauro pretiosissimo a monachis habebatur, cuius praesentia et miracula multiplicabantur et divitiae, ideoque si ipsius mentio non fit in chartis vetustioribus, concludi licet, sicut de Dionysio conclusum est a J. Havet b. m.*[6], *illud antea non adfuisse. Itaque inventio vel translatio quaedam corporis Galli statuenda videtur esse, facta a.* 744. *vel paulo ante. Eodem fere tempore regula S. Benedicti a monachis suscepta videtur esse, nam in charta a.* 745, *d.* 10. *Sept., data Audemarus abbas Deo deservire dicitur secundum religionem 'et sub normam regularem confirmatam'*[7].

Monasterium S. Galli, sicut ex privilegio Caroli M. a. 780. *intellegitur, 'ad ecclesiam S. Mariae urbis Constantiae aspiciebat', ideoque episcopo Constantiensi et dominium terrae conveniebat et ius exactiones immoderatas monachis imponendi. Officium tributo annuo fixo in modum redactum est, cum Audemaro abbati successor a Sidonio episcopo constituebatur Iohannes. Tunc enim, ne monachi amplius inquietarentur, inter episcopum abbatemque pactum salubre compositum est, ut census unciae auri equique valentis libram unam S. Mariae ecclesiae episcopisque ab abbatibus e rebus monasterii quotannis persolvendus esset, reliquos autem monasterii fructus ad sustentandos monachos abbates ex integro potestatem haberent distribuendi. Pactum a Carolo M. a.* 780. *et a Ludowico Pio a.* 816. *ratum habitum est, quae confirmationis chartae solae supersunt*[8].

Nomina monachorum inde ex Audemari temporibus receptorum codex qui adhuc superest promissionum vel confessionum S. Galli complectitur, ex quo intellegitur 3 *et* 2 *presbyteros, diaconum unum, monachos* 47 *sedente primo abbate monasterio adscriptos esse*[9]. *Monachis in congregationem receptis oboedientia stabilitasque 'coram Deo et sanctis eius' promittenda erat. Officia coenobialia sub Iohanne creari coepta sunt, primumque decanatus*[10] *occurrit, cumque idem abbas Sidonio defuncto et episcopus Constantiensis creatus esset, ita ut iam utrique sedi unus praeesset, cumque curis episcopalibus Constantiae plerumque retineretur, de rebus monasterii disponendi potestatem monachis commisit, praepositum ordinans, qui a.* 761. *primum commemoratur*[11], *neque praesens episcopus de rebus mo-*

1) *SS. XIII, p.* 724; *cf. Stälin, 'Wirtemberg. Gesch.' I,* 179. 2) *Hermann Wartmann, 'UB. der Abtei St. Gallen', Turici* 1863, *I, p.* 1. 3) *Wartmann, 'UB.' I, p.* 4. 4) *SS. R. Merov. III, p.* 628. 5) *Cf. chartam a.* 744, *d.* 9. *Nov. datam, Wartmann, 'UB.' I, p.* 11. 6) *'Origines de Saint Denis' p.* 18. 7) *Wartmann I, p.* 14. *Cf. chartas a.* 761 *(Wartmann I, p.* 33*):* monahi sancti Galloni confessore, qui ad cella sua sub usu reculare deservimus, *et a.* 779 *(Wartmann I, p.* 85*):* cum monachis suis sub norma sanctae regule beati Benedicti constitutione degentibus. 8) *Wartmann I, p.* 87. 208. 9) *Piper, Libri confraternitatum S. Galli, Augiensis, Fabariensis (Mon. Germ.) p.* 111. 10) *Waldo decanus a.* 759/60. *primum commemoratur; cf. Wartmann II, p.* 382. *De officiis Sangallensibus diligenter atque perite disputavit Henricus Reimer, De crescente in ecclesia auctoritate monachorum (dissert. Bonn* 1870*), post quem eandem quaestionem retractavit Meyer v. Knonau, 'Die St. Gallenschen Officialen' ('Mitth. zur Vaterl. Gesch.', apud S. Gallum* 1872, *p.* 64 *sqq.).* 11) *Wartmann I, p.* 33.

nasterii disponere ausus est, nisi consentientibus fratribus. Praeterea 'cellenarii, camararii, portarii, sigiristi' (= sacratarii) officia inde ex a. 779. distincta sunt[1], *ita ut monasterium sedente Iohanne prospero successu efflorescens multiplici ministrorum apparatu gubernaretur. Post ipsius mortem dignitas utraque et episcopatus et abbatiae iterum* 5 *separata est. Egino vero licet solum episcopatum sortitus esset, tamen una cum Werdone abbate iura monasterii exercere rebusque eiusdem providere non cessabat. Quae cum muneribus fidelium ita adauctae essent, ut ad eas defendendas alienatasque vindicandas minister peculiaris posceretur, vicedominus*[2] *seu advocatus a. 787. institutus est, qui ut erat iuris peritus abbati fratribusque in negotiis forensibus tractandis assistebat. S. Maria* 10 *patronis monasterii inde ex a. 797. adnumerabatur. Denique per paucos annos iterum episcopus Constantiensis locum abbatis occupabat*[3].

Tunc demum Gozbertus ex decano abbas a. 816. creatus liberator monasterii surrexit, 'quod subiectum fuerat episcopatui sanctae ecclesiae Constantiae'. 'Inter coenobia regi pertinentia' iam anno ante illud numeratum est[4], *quam defensionem regiam immunita-* 15 *temque idem abbas a Ludowico Pio a. 818. impetravit*[5], *atque etiam ius eligendi abbatis liberum ab eodem imperatore monachis concessum esse ex charta a. 833. intellegitur*[6], *qua privilegia anteriora Ludowicus rex confirmavit. Tributum, de quo inter Sidonium episcopum Constantiensem et Iohannem abbatem olim conventum erat, tunc quidem confirmatum est, sed mox partibus inter se litigantibus, cum ad eundem regem provocatum* 20 *esset, rem a. 854. ita decidit*[7], *ut monasterium datis praediis quibusdam omni censu et omni servitio absolveretur neque episcopo deinceps subiectum esset nisi sola canonica auctoritate: erat autem tunc abbas monasterii S. Galli Grimaldus archicapellanus regis. Simul et privilegia priora monachis denuo confirmata sunt, excepta ea quae iam cessabat charta Karoli M., donaque fisco regio quotannis inferenda monasterio exempto tunc demum* 25 *imposita sunt, scilicet equi duo cum scutis et lanceis*[8].

Ex chartis igitur Sangallensibus colligi licet, ecclesiam 'sancti Galluni' primo ibi extitisse, ubi celeberrimum monasterium postea situm erat, officioque divino presbyterum et pastorem in ipsa vacasse, neque monasterium ibi surrexisse ante Audemarum primum abbatem, idemque ecclesiae Constantiensi non solum auctoritate canonica, sed etiam iure 30 *proprietatis subiectum esse, donec a. 818. immunitas regia impetrata ultimumque servitutis illius vestigium a. 854. extinctum est.*

Attamen monasterii S. Galli primordia in Vitis patroni longe aliter enarrata sunt. De necessitudine quae inter eas intercedit iam multo rectius iudicari licet, postquam ante paucos annos vitae vetustissimae fragmenta pretiosissima felici casu e tenebris eruta 35 *sunt. Cum enim antea creditum esset*[9], *Wettinum primum auctorem eumque a Walahfrido retractatum esse, id quod probis argumentis reprehensum erat*[10], *utrumque e biographo vetustissimo pendere nunc luce clarius patet. Is materiam ita disposuit, ut vitam in parte priore describeret, in posteriore autem signa et virtutes post Galli obitum facta adderet. Prioris (c. 1—4) nihil superest nisi finis a Columbani morte incipiens atque*

40 1) *Wartmann I, p.* 86. 2) *Vicedominus non occurrit nisi in vetustissima charta a.* 787, *Febr.* 15, *data* (Signum Munhing vecedomno teste *Wartmann I, p.* 105), *deinde vero ex die* 15. *Iunii eiusdem anni* (Rihperto advocato nostro *ib. I, p.* 106) *constanter advocatus neque unus solus suffecit sed plures in una charta commemorantur. De eorum primordiis negotioque diligenter disseruit Meyer v. Knonau ('Mitth. zur vaterl. Gesch.'* 1870, *p.* 140 *sqq.).* 3) *Wolfleoz* 45 *nomine, cuius charta a.* 815. *mense Maio data meminit; cf. Wartmann I, p.* 203. 4) *Wartmann I, p.* 220. 5) *Idem I, p.* 226. 6) *Idem I, p.* 318. 7) *Idem II, p.* 50. 8) *Idem II, p.* 52. 9) *Ildephonsus ab Arx, SS. II, p.* 1 *sqq.* 10) *Scherrer, 'Verz. d. Hss. von St. Gallen' p.* 172 *sqq.*

ad patronum defunctum perveniens. Posterior ad exequias magna ex parte pertinens foliisque duobus deperditis hians primo miracula vetustiora continet, orationisque ad sepulchrum factae enarrata vi, qua vota hominum piorum statim ad effectum adduci creditum est, in doxologiam quandam desinere videtur (c. 5—8); sed mox nova subsequuntur miracula (c. 9—11), cum praetermissis aliquot quae audivisset vel vidisset se ad alia iam festinare auctor praefatus sit, quae et ipse oculis suis vidisset. Posterior igitur pars ipsa bipartita videtur esse et quaeritur, utrum ab uno eodemque composita sit annon. Cum miracula priora foliis deficientibus integra ad nos minime pervenerint, ad expilatores recurrendum est, atque Walahfridus ea quae exciderunt c. I, 32 — II, 5. comprehendens aevum Pippini maioris domus (a. 709—712) attigit (II, 3), antequam de Stephano diacono eoque custode ecclesiae S. Galli miracula duo enarravit. Posteriora autem quae auctor ipse vidisse vult a temporibus Carlomanni maioris domus (a. 741/7) vel potius Audemari abbatis († 759) incipientia, quo sedente signum quoddam virtutis patroni diu superarat, aevo Pippini regis (a. 751—768) et quarto Carlomanni regis anno (a. 771, Oct. 9 — Dec. 4) gesta sunt neque vero statim conscripta, cum 'usque in hodiernum diem' lapidem quendam in ipsa S. Galli ecclesia conservari auctor in calce totius opusculi testatus sit. Haec igitur post a. 771. et saec. VIII. exeunte litteris mandata esse patet. Auctor autem primigenius non ultra doxologiam pervenisse creditus est, unde vitam cum miraculis prioribus usque in saec. VIII. in. promoveri licuit. Etsi miracula utraque manifesto inter se distincta sunt, tamen is qui posteriora adiecit materiam ipse ita disposuit, ut auditis visa, scilicet vetustioribus recentiora, opponeret, cumque ex illis nonnulla se praetermisisse confessus sit (c. 9), certe et praecedentia sibi ipsi attribuit. Sermone autem utraque miracula composita sunt omnino eodem eaedemque elocutiones ante doxologiam et post eam occurrunt:

c. 1—8.	c. 9—11.
c. 2. Et ipsa axis usque in hodiernum diem ad dentium |	c. 11. Ipse lapis usque in hodiernum diem in ipsa ecclesia perspicue videtur.
c. 3. vir unus	= c. 9. 10.
c. 7. Fertur et aliud miraculum	= c. 10.

Itaque miraculorum omnium vitaeque unus solus auctor statuendus est, isque vetustissimus Galli biographus saec. VIII. demum exeunte librum edidit, quo posteri omnes nituntur. Vita 'a Scottis semilatinis corruptius scripta' esse Sangallensibus postea visa est [1], neque vero ullum latinitatis illius vestigium deprehendere mihi contigit, immo sermo simplex potius auctori Germanico attribuendus videtur esse. Denique quod miracula posteriora consueta peroratione carent, ea fortasse imperfecta relicta sunt, quia plura adhuc expectabantur, sicut Virtutes S. Martini non concluserat Gregorius. Certe nihil desideratur, nam quibus auctores subsequentes usi sunt codices ad eundem finem pervenerunt neque ultra.

Librorum autem tunc maxima penuria in monasterio S. Galli erat usque ad tempora Gozberti abbatis, qui tantam eorum copiam comparavit, ut locus inde non parum excresceret [2]. Idem cum immunitatis privilegium apud imperatorem ambiret, vitam patroni non sine bono fructu consuluerit oportet, sed novis incrementis florescenti monasterio simplicitas libri illius minime par erat. Itaque scriptor idoneus ad retractandum librum quaerendus erat nullusque doctior Sangallensibus visus est quam Wettinus ille magister

1) Cf. Praef. in metricam (vitam) S. Galli, quae Notkeri nomine edita est (Weidmann, 'Gesch. d. Bibliothek von St. Gallen' p. 485). 2) Ratpertus c. 6, SS. II, p. 66.

scholae exterioris[1] *Augiae vicinae. Is Waldoni abbati Sangallensi consanguinitate proximus atque Grimaldi capellani propinquus vitam quidem monasticam non duxerat nisi mediocriter*[2], *quippe qui adultus suo arbitrio vivere maluisset, sed in extremis paenitentiam agens angelis iterum placebat, sicut ei ipsi die, antequam a.* 824, *II. Non. Nov.*[3] *obiit, in visione illa celeberrima revelatum esse fertur. In illecebris huius mundi studium discendi, utut decebat magistrum, non plane neglexisse videtur atque scientiam disciplinarum et divinarum et liberalium prae ceteris tunc ibi commorantibus consecutus esse dicitur, id quod fortasse pro haud ita magno laudis cumulo habendum est. Ipsae camenae incunabulis eius adstiterant, sed prologus metricus qui Vitae Galli in codice unico praecedit ex versibus hexametris constat, quorum barbariem viri docti haud satis mirati sunt. Cum primae singulorum versuum litterae monente Francisco Bücheler*[4] *sententiam hanc exprimant:* COZBERTO PATRI WETTINUS VERBA SALUTIS, *neque de auctore neque de tempore amplius dubitandum esset, — nam cum Gozberto abbate Wettinus per annos tantum* 816—824. *auras vitales carpsit, — si certo certius constaret a biographo ipso carmen Vitae praemissum esse, sed alio atramento illud in codice exaratum est, licet manus eadem sit. Attamen poeta et ipse S. Galli acta 'stilo volante* r e c i t a r e' *voluit, quae 'cuncta* r e c i t a r e' *non valebat biographus (c.* 41), *idemque sermone eodem usus est, qui huius proprius erat:*

Prologus.	*V. Galli II.*
v. 2. g y r a t haec terrestria regna,	*c.* 39. cum priores sedes g y r a r e n t u r (*V. Galli vet. c.* 9. veniebant),
v. 6. r i m a n s,	*c.* 39. fratribusque res gesta r i m a b a t u r (= *V. Galli vet. c.* 9. narraverunt omnia fratribus),
v. 7. r e g n u m a e t h r a l e (= *aetherium*),	*c.* 29. in a e t h r a l i r e g n o,

unde prologum vitamque uni attribuendum esse Wettino pro certo habetur. Ipsius autem sermo tumidus multisque teutonismis refertus neque mendis grammaticis vacuus[5] *in praeceptore aevi Caroli M. vix ferendus videtur esse, etsi Sangallensibus tunc forte urbanior visus est, praesertim cum passim melo rhythmico conderetur. Orationem ubique amplificans atque adornans, causas rerum indagabat miraculorumque naturam mirabilem eo clarius exponere atque etiam exaggerare studebat, quo pluris merita sancti aestimarentur, neque contemplationibus piis virtutes concludens parcebat. Ut expositionis gradus acceleraretur lectorque eo avidius gesta patroni hauriret, festinationis persaepe addidit adverbia:* celerrime, cito, confestim, haud mora, statim. *Vitam vetustiorem suo arbitrio moreque scholastico retractavit, licet verba haud raro servaverit; fontem vero non solum non commemoravit, sed etiam c.* 28. *ad 'veridicorum virorum testimonium' provocavit, eosque Maginaldum et Theodorum comites Galli aliosque innumerabiles fuisset voluit c.* 34, *qui sancti vitam consideravissent aut a veridicis testibus ipsius gesta didicissent. Cum igitur testes oculatos produxisset, pro auctore primigenio habitus est, licet Alaman-*

1) *Visio Wettini auct. Walahfrido v.* 178 (*ed. Dümmler, Poetae II, p.* 309):
Cui fortuna dedit scolis adnectier illis,
Quis gaudere solet nitida et lasciva iuventus.

2) *Visio Wettini auct. Heitone (ed. Dümmler l. l. p.* 267). 3) *Feriam quintam diei attribuit loco sextae reliquasque quas adiecit ferias haud recte computavit Heito l. l., quia bissexti rationem non habuit.* 4) *M. G. Poetae II, p.* 701. 5) *Neque in declinatione (c.* 35. pratae = *prata, c.* 33. lippes = *lippi, c.* 29. communis precibus) *neque in coniugatione (c.* 34. didicebant = *discebant) grammaticae legibus satisfecit.*

norum patriam ab hoc Altimaniam[1] *nominatam esse constet, dum ipse de Alta Germania*[2] *loquitur. Galli vitam sicut decessor a miraculis postumis distinxit, duobus libris institutis, signaque mortificationis post sancti transitum reperta (c. 34), quae exequiis inserta erant, suo loco mota post eas (c. 32. 33) transposuit. Denique cum multa aut neglegenter praeteriit aut consulto suppressit, quae sibi haud necessaria aut parum utilia visa essent, tum alterum Stephani diaconi miraculum post c. 38. una cum epilogo praetermisit, quo audita auctor primigenius concluserat.*

Si pompam fucatam semidocti illius magistri Augiensis cum simplicitate biographi vetustioris comparaveris, fortasse dubitabis, quin sancti vita per illum in meliorem statum redacta esset, nam ne grammaticae quidem peritia decessorem suum semper superavit, qui c. 40. contigit, quod *scripserit, licet* contigit, ut *in fonte (c. 10) repperisset. Tam manifesta novi auctoris mediocritas ipsos Sangallenses fugisse nequit, iique praeterea capitum distinctionem desiderabant, cum ne eas quidem incisiones quas apud auctorem suum reppererat Wettinus semper servasset. Itaque Gozbertus abbas cum monachis suis de tertia vitae editione cogitare coepit, iterumque Augiam oculos rettulit, neque vero magistro iam negotium commisit, sed iuveni integritate vitae conspicuo atque eruditissimo, qui non solum seniores sed etiam aequales ingenio doctrinaque longe praestabat, Walahfrido scilicet Straboni. Is, si poetae credi fas est, qui ipsius nomine neque vero arte Galli gesta versibus heroicis a. 850. celebravit*[3], *vitam oratione pedestri 16 annis ante conscripserat, eo tempore quo Ludowicus Pius honore privatus erat:*

Tunc Caesar Hludowicus erat nudatus honore,

scilicet a. 833/4. Re vera id haud multo post contigisse potest, cum a. 837. Gozbertus monasterio gubernando renuntiaverit[4], *neque haud multo ante, cum Walahfridus c. a. 808/9. natus*[5] *in V. Otmari abbatis, quam iisdem fratribus Sangallensibus iubentibus V. Galli subiecit, ecclesiam ipsius sancti 'nuper' reaedificandi causa destructam esse scripserit, id quod ad celeberrimam monasterii aedificationem a. 830. spectat*[6]. *Erat igitur ei mandatum, ut 'vitam patroni sensu nobilem, scripto degenerem lumine rectae locutionis ornaret et seriem confusam capitulorum distingueret limitibus'*[7], *praeceptisque oboediens auctor Gozbertum cunctosque fratres obsecravit, ut se ipsum orationibus adiuvarent. Quaeritur autem, qua de causa Augiensem iuvenem Sangallenses elegerint neque scriptorem domesticum. Posteri non negabant Walahfridum 'in litterarum scientia apud suos illustrem ante alios habitum esse'*[8], *sed rationis aptam conclusionem evitantes, ut famae monasterii proprii parcerent, statuerunt, Gozbertum id egisse, 'ne si sui quidem, quos habebat facundissimos, magnatem suum elatius scribendo extollerent, adulatorie eum laudasse putarentur et linguis sic detrahentium roderentur'*[9]. *Hanc eis ultimam spem eripere nolim, sed meminisse oportet eadem religione eundem abbatem in nepote proprio et ipso Gozberto appellato minime tentum esse, qui historiae domesticae scribendae et ipse ante Walahfridum operam dederit, ea vero quae ille ediderat, scilicet Galli miracula et Otmari abbatis vitam, eidem Walahfrido retractanda commissa esse, ideoque studium domesticum Sangallenses non tam formidasse quam sermonis rusticitatem. Walahfridus autem vitam vetustam perlegens, in nomen Altimaniae inciderat, cumque a scriptore nullo ipsius mentionem fieri videret, de eius origine in prologo altius inquirens, per Orosium Solinumque demonstravit, terram antiquitus*

1) *Walahfridi Prologus.* 2) *Cap.* 24. 37. 3) *Ed. Dümmler, Poetae II, p.* 428 *sqq.; cf. p.* 266. 4) *Ratpertus c.* 7. 5) *Cf. Dümmler, Poetae II, p.* 260. 6) *Cf. Meyer v. Knonau, 'Mitth. z. Vaterl. Gesch. St. Gallen'* 1870, *p.* 110. *Ichnographia adhuc superest, edita a F. Keller, 'Bauriss des Klosters St. Gallen vom J. 820', Turici* 1844. 7) *Prologus Walahfridi.* 8) *Praefatio Isonis, ed. Meyer v. Knonau l. l. p.* 114. 9) *Praef. in metricam (vitam) S. Galli, ed. Weidmann l. l. p.* 485.

Raetiam potius appellatam, vocabulum autem quod dixi 'ab alto situ provinciae a modernis confictum' esse. Et quia provinciarum descriptiones attigerat, mox ad Galli patriam transiens Hiberniae situm ad eosdem auctores descripsit. A decessoribus suis eo discrepat, quod librum priorem ultra sancti obitum usque ad sepulturam perduxit, c. 30—34, eidem attribuens: insequenti autem miracula posteriora reservavit, primo 'ea quae priorum ad ipsum scripto perlata erant', scilicet biographi vetusti (ad II, 8), deinde quae ipsius aetate Gozbertum[1] iuniorem litteris mandasse modo dixi, insertis iis, quae veracium virorum relatione ipse compererat[2]. Libros non solum in capita distinxit, sed etiam utrique laterculum praescriptionum praemisit. Sanctum, ut apud Deum pro se ipso intercederet, et in fine prologi versibus lepidis imploravit et toto opere finito 'Orationem Walahfridi' addens. Wettini, quem patronum et fortasse magistrum coluerat[3], cuiusque visionem versibus heroicis ipse descripserat, ne verbo quidem mentionem fecit, ideoque oblivioni dandam esse censuit editionem eius parum accuratam neque elegantem. Bono igitur usus iudicio ad fontem ipsum progressus est, etsi ex locis nonnullis[4] concludi licet, etiam Wettini editionem novo auctori praesto fuisse. Cum autem uterque priscum sermonem suo more retractaverit, modo hic modo ille cum vita vetustiore convenit, modo neuter neque utroque collato textu priscus restitui potest. Attamen Walahfridus vestigia decessoris religiosius secutus est Wettino neque ea quae tradita erant aut neglegenter praetermisit aut consulto immutavit sicut ille[5]. Cum sermonis elegantiam affectaret, poetarum aut rhetorum more locos nonnullos exornavit[6] aut orationes amplificavit[7], licet adhuc multo plura ipsi imputata essent, quam par erat. Quaestio enim, utrum hoc vel illud Wettinus omisisset an Walahfridus addidisset, nunc demum rectius decidi potest, vitae vetustioris repertis reliquiis. Cum Walahfridus graecae quoque linguae elementa quaedam monente E. Dümmler[8] didicisset, iis satis inepto loco usus est, nomen lacus Potamici e Graeco derivans[9]. Facundia[10] vir praestantissimus ingenua florebat, sed doctiores post illum extitere, qui 'disertissimum illum passim barbarico modo et more latina dixisse' contenderent[11]. Certe sermo ipsius licet satis elegans sit, tamen aevi Merovingici naevis non omnino caret, veluti persaepe infra pro 'intra' vel iis locis, quibus recta lectio apud Ionam tradita est, iubere ut aliaque apud ipsum leguntur parum latina.

1) V. Galli auct. Walahfrido I, 34. 2) Ib. II, 9. 3) Cf. Dümmler, Poetae II, p. 259. 334. 4) Eadem apud Wettinum c. 27. et Walahfridum I, 27 leguntur: longiorem mensura pedis dimidii (d. p. Walahfr.), dum Vita vet. c. 2. haec exhibet: longior quantum dimidium pedem. Cum Wettino c. 30. et Walahfridus I, 30. earum rerum meminit, quae exequiis aptae sunt aut exhibentur, neque vero biographus vetustior c. 5. Uterque l. l. huiuscemodi addit et pro provintiam scribit patriam; paulo infra (Wett. c. 40, Walahfr. II, 7) substitit exhibet pro verbis non potuit longius ire et (Wett. c. 41, Walahfr. II, 8) perculsus pro conpulsus. Attamen in schedis vitae vetustioris quae supersunt vocabula excidisse possunt, fortasse etiam lectiones nonnullae discrepabant ab exemplari, quod Wettino et Walahfrido praesto fuerat. 5) Wettinus (c. 9) Gallum a Columbano 'retinendi causa cum hilaritate' a missa celebranda prohibitum esse scripsit studio patroni manifesto, cum Walahfridus I, 9. eidem non pepercerit, enarrans, ipsum 'amore loci detentum viae longioris detrectare laborem' visum esse, ideoque inoboedientem inertemque a magistro punitum. 6) Legas sis poeticas ortus solis descriptiones I, 11. 18, quas nimium acerbe castigavit Rettberg, Observationes ad vitam S. Galli spectantes, Marpurgi 1842 (Progr. prorectoratus). 7) Conferas e. gr. querelas Willimari presbyteri (I, 29) et Iohannis episcopi (I, 30). Introitum c. 31. libri I. Walahfridus praemisit. 8) Poetae II, p. 259. 9) Walahfridi Prologus V. S. Galli. 10) Cf. epitaphium, Poetae II, p. 239. 11) Praef. in metricam (vitam) S. Galli, ed. Weidmann l. l.

Vita Galli oratione pedestri conscripta si fratribus Sangallensibus accepta foret, carmen de eadem re se fusurum esse Walahfridus promiserat[1], *sed hymnum solum de patrono suo composuit*[2], *qui in codicibus aliquot Vitam subsequitur, negotium amplius posteris perficiendum relinquens. Ipse autem legatus a rege in Galliam missus morte repentina iuvenis a.* 849. *ereptus est*[3]. *Tunc ab Ermenrico eius discipulo Sangallenses et inprimis Gozbertus nepos abbatis petiverunt, ut quod magister non impleverat ipse perficeret, sed ultra primos conatus ille non progressus est*[4]. *Paulo autem post, scilicet a.* 850, *poeta Sangallensis, cuius supra memini*[5], *librum V. Galli primum in orationem poeticam vertit Walahfridique nomine edidit, eidem Gozberto carmen nuncupans. Quod vix latius publicatum vel ipsos Sangallenses posteriores latuisse videtur, ita ut laborem pro infecto haberent. Unde Notkero in dialogo*[6] *mirabili eodem recentiore, qui ipsi et Hartmanno iuniori attribuitur, vel potius in Praefatione quam citari in metricam (vitam) sancti Galli consilium eandem rem poetice tractandi suppositum est, librosque tres vitae metricae ab eodem relictos esse hodie communis opinio est*[7].

Ea autem quae de vita S. Galli ab auctoribus diversis tradita sunt inter se fere ad amussim consonant, quippe quae omnia e biographo illo vetustiore pendeant. Is saec. VIII. ex. vitam patroni enarrans, arduum opus sibi eo levius effecit, quod Columbano sanctum a parentibus commendatum esse affirmavit. Iam enim discipuli historiam per vitam magistri describere poterat fontemque et ipse attulit[8]. *Ea quae in c.* 1—3. *utriusque Galli Vitae de patria Hibernica, itinere Gallico, sedibus in Vosago constitutis, exilio, adventu in Austrasiam tradita sunt partim ad verbum cum Iona conveniunt, apud quem easdem res multo fusius multoque accuratius depictas reperies. Demum a c.* 4. *biographus duce relicto viam propriam ingredi coepit. Nam postquam Columbano a Theudeberto rege optionem datam esse asseruit, ut ubicumque locum aptum invenisset, eum sibi eligeret, non cum Iona Brigantiam urbem inquisitam eoque perventum esse voluit, sed primo ad Lindimacum fluvium, deinde ad Turecum castellum, tum ad Tucconiam villam, ibique peregrinos consedisse, cum loci situs placuisset, postea autem Arbonam castrum eosdem adiisse, ubi Willimarum presbyterum repperissent, eumque ipsum demum oculos eorum in Brigantiam convertisse. Gallus autem postquam invitus sacerdotii, i. e. presbyteratus, gradum adeptus fere in oblivionem auctoris venit, inde a c.* 4. *iam in medio positus est, quaerentique, ubi interim fuisset, a Wettino responsum datur:* Gallus, *inquit,* ad cuius miracula rimanda Christo propitio figimus opera, virum Dei Columbanum, ut iam dictum est, ab initio conversionis sequendo eiusque laboribus conpatiendo coepit — — incendere *et q. s. Paganorum superstitionibus fere impensius magistro obstitisse fertur, ita ut eum interficere incolae nisi essent, ipseque a Columbano verbum divinum praedicare iussus est non solum Arbonae in domo Willimari, sed etiam inter paganos Brigantiae constitutus: utriusque enim sermonis peritus fuisse dicitur et latini et barbari gentis Alamannorum (c. 6). Operibus Scottorum non solum daemones invidebant, quorum altercationem Gallus piscatui more suo deditus auscultabat (c. 7), sed etiam populi pars infesta erat, qui*

1) *Walahfridi Prologus V. S. Galli.* 2) *Ed. E. Dümmler, Poetae II, p.* 411. 3) *Cf. Dümmler l. l. p.* 261. 4) *Ermenrici epistulam ad Grimoldum archicapellanum ed. E. Dümmler, Halis Saxonum* 1873; *MG. Ep. V,* 536—579. *Cf. 'St. Gallische Denkmale' ('Mitth. der antiqu. Gesellsch. in Zürich'* 1859, *p.* 249) *auctore eodem.* 5) *Supra p.* 234. 6) *Ed. Weidmann l. l. p.* 482 *sqq. Cf. Canisius, Lect. antiq. V, p.* 790 *sqq.; Wattenbach, 'GQ.' I,* 270[6]. 7) *SS. II, p.* 4. 8) *Vitam Columbani auctore Iona his verbis citaverunt Wettinus c.* 3: sicut in gestis eius legitur, *Walahfridus I,* 1: liber gestorum ipsius pleniter indicat, *I,* 3: ut scriptura sanctae conversationis eius testatur.

peregrinos apud Cunzonem regionis illius ducem detulerunt, tamquam venatio publica per eos turbaretur, unde iam e finibus illis discedere iussi sunt; cumque et alia adversa haud pauca ibi passi essent, consilium Italiam petendi ceperunt (c. 8). Ab eo itinere Gallus vi febrium vexatus impeditus est, quare Columbanus abbas ei facultatem missam 5 celebrandi se vivo abrogavit. Tunc ad Willimarum se contulit, qui Magnoaldo et Theodoro clericis curandum eum commisit (c. 9). Sanus autem factus duce Hiltibodo eiusdem presbyteri diacono in eremo locum illum aquis abundantem puris salubribusque, sed bestiis occupatum saevissimis adiit, ad Steinaham fluviolum situm, ubi monasterium celeberrimum postea florebat (c. 10. 11).

10 *Erat autem Cunzoni duci Fridiburga filia, quae Sigiberto regi Francorum desponsa erat. Quae cum daemonio admodum torqueretur neque per episcopos duos praecelsos a rege missos sanari potuisset, quippe quos propter incestam vitam daemon graviter increpuisset, cumque idem confiteretur, se ad Gallum vindicandum puellam intrasse, quia pater eum Brigantia expulisset, dux sancto episcopatum Constantiensem Gaudentii morte 15 vacantem promisit, si filiam sanasset, sed ille, daemone expulso, episcopatum sibi traditum respondit se non suscepturum esse, nisi interdicto altaris a Columbano absolutus esset. Sigibertus autem rex cum a sponsa audisset, Gallum in silva pago Arbonensi adiacentem habitare eamque publici iuris esse possessionem, 'epistulam' vel 'conscriptionem firmitatis' fieri iussit, 'ut per regiam auctoritatem deinceps obtinuisset vir Dei cellulam suam' 20 (c. 21). Interim Cunzo dux episcopos Augustidunensem Spirensemque cum clericis et laicis Alamanniae ad episcopum eligendum Constantiam convocavit, ipsoque praesidente, Gallus electus est, sed ille canonicam iam auctoritatem opponens, qua peregrinus ordinandus non esset episcopus, indigenam quendam, scilicet Iohannem diaconum vici qui Quaradaves dicitur, commendavit, qui mox et electus et consecratus est. Novus episcopus 25 Constantiensis quae assecutus erat omnia Gallo nostro debuit, cui honorem debitum officiosissime praestare numquam intermisit. In Raetia Curiensi natus a Gallo in eremum fugiente in vico quem dixi inventus erat, ipsique in domo sua commoranti per septem dies ministraverat (c. 15), mox panes azymos, vinum oleumve et butyrum cum melle piscibusque assis pro benedictione obtulerat (c. 17). Postquam episcopatus Gallo a duce oblatus 30 est, per litteras quam citissime arcessitus, iterum cum eulogiis perrexit, cumque audisset se ipsum ad dignitatem eandem praeparandum esse, genibus patroni provolutus gratias egit, eiusque magisterio se tradens, divina lege imbutus est (c. 20). Triennium quod apud eum habitabat pro discipulo habitus varias disciplinas didicit, non solum interpretationes librorum divinorum, sed etiam opera manuum assueta magistro (c. 23). Is 35 pro ipso respondit, cum in concilio a duce interrogaretur, utrum facultas ecclesiae regendae sibi esset annon, is alumnum consecratum manu tenens sermonem apud populum habuit neque episcopus alio munere functus est nisi interpretis 'ad utilitatem barbarorum' (c. 25). Postea Gallus 'electus Dei' iterum septem dies apud discipulum commorabatur, semina consolationis divinae ei infundens, regressumque episcopus 'cum 40 servitio' prosecutus est. Idem etiam aegrotantem visitaturus erat, cumque eum iam defunctum audisset, dolore impulsus in aquam se immersit, appulsum litoris non expectans, corpusque exanime ubi aspexit, amare flere coepit, orphanum desolatum relictum se esse affirmans*[1]*. Hactenus de ratione quae inter Gallum et episcopum Constantiensem intercedebat.*

45 *De primordiis autem loci illius vitaeque coenobialis haec ex sancti vita colligi licet. Loco reperto ad cellam aedificandam apto (c. 13), Gallus ad cellam vel cellulam saepe revertebatur (c. 15), ut fratres visitaret (c. 17), locumque a Sigiberto rege ei concessum*

1) *V. Galli vet.* c. 5.

esse (c. 21) iam monui. Praecipiebatur autem primo a duce tribuno Arbonensi (c. 19), deinde a rege duci (c. 21), ut ad cellam aedificandam manibus rusticorum sanctus adiuvaretur; denique episcopus Constantiensis actores suos cum plebe eidem aedificio certatim insistere iussit (c. 25). Eo solatio fretus Gallus oratorium officinamque fratribus convenientem inchoavit, eosque duodecim congregaverat, qui vitam ad regulae normam instituerent (c. 26). Quadraginta autem annis post sancti mortem soli Magnoaldus et Theodorus ibi supererant, a quibus sanctum post discessum Columbani curatum esse biographus contenderat, cumque hostibus incurrentibus sepulchrum violatum esset, Boso episcopus Constantiensis 'ad servitium' sancti devotus adveniens memoriam dignam aedificari iussit (Wett. c. 36 = Walahfr. II, 2). Galli igitur cellam iam inde ab origine fratres sub ipsius regimine vitam coenobialem degentes occupabant, monasterioque in fisco regio condito chartaque regia confirmato servitia operaria praestita sunt per officia non solum publica, sed etiam episcopalia.

Nemo est qui non videat, quantopere haec loci condicio a chartis authenticis differat, totusque fere rerum status in contrarium mutatus videtur esse. Nam monasterii conventusque monachorum loco ecclesia saec. VIII. in. ibi extitit, quam presbyter et pastor administrabat, atque possessio quae publici iuris iam dicitur potius ecclesiae Constantiensis propria fuerat regiique monasterii auctoritatem privilegio meruerat non Sigiberti regis Francorum sed Ludowici Pii. Denique si Gallus episcopus Constantiensis electus dignitatem refutasset futurumque episcopum non solum proposuisset, sed etiam praeparavisset, illeque servitia ipsi praestitisset non solum ante electionem, sed etiam postea, ita ut abbas magister atque patronus, episcopus autem discipulus atque cliens factus esset, multo magis statuendum esset episcopatum monasterii servitio subiectum esse quam vice versa.

Interim de iure proprietatis monasterii auctores Sangallenses sibi ipsi minime constant. Gozbertus enim iunior, cuius librum Walahfridus, suppressis testium nominibus, ne 'latini sermonis inficerent honorem', inde a c. 10. libri II. retractavit, praeter sancti miracula vitae regularis primordia in eiusdem monasterio instituta exponens, regionem illam, in qua Gallus consederat, ad possessionem paternam Waltramni tribuni Arbonensis, ut videtur, pagi pertinuisse asseruit, neque ad fiscum regium, sicut biographus (II, 10), cellamque ab eodem Waltramno commissam esse contendit Otmaro presbytero a comite Curiensium impetrato. Regiam autem possessionem illam factam esse voluit hoc modo: Waltramnum ad Carolum principem se contulisse eique cellam 'proprietatis iure' tradidisse; deinde Otmaro a principe et locum commendatum et praeceptum esse, ut regularem vitam ibi institueret. Eandem postea fabulam in V. Otmari retractans, quam idem Walahfridus duobus de V. Galli libris sermone emendato subiecit, principem loco regis temere se elegisse intellexit, statimque ad sanitatem reversus, omnia quae de Carolo enarraverat ad Pippinum regem rettulit, ita ut iam 'r e g i a auctoritate ex integro Otmarus abba eidem praeficeretur loco'; sed iterum in laqueos cecidit, nam Caroli tempore Otmarum abbatem creatum esse inter omnes constat. Cetera autem quae monasterio contigisse feruntur munera regia Pippino etiam in Miraculis Galli attribuit, scilicet donationem exemplaris regulae S. Benedicti ad regularem ordinem instituendum atque, ut alia praetermittam, privilegium immunitatis. Epistula enim diuturnae firmitatis data monasterium per regiam auctoritatem Otmaro abbati eiusque successoribus concessum esse voluit, ita ut deinceps 'solis rerum principibus subiaceret'. Ad sancti miracula transiens, de invidia episcoporum comitumque primo rettulit (II, 11—17), qua monachorum libertatem pessumdatam esse statuit: Warinum enim et Ruadhardum comites, raptis monasterii rebus, auctores fuisse contendit et Otmari in exilium pulsi et Iohannis abbatis instituti, immo Sidonium episcopum Constantiensem ab ipsis instigatum, ut monasterium

episcopatui subiceret privilegiumque avaritia violaret (II, 15), quam noxam iusta poena mox ille luisset. Ultima autem miracula duplici consilio posteris tradita sunt, ut colligeretur, quanto praesidio sanctus res suas defenderet, quaque auctoritate invocantibus se succurreret (II, 18).

5 *Denique quod fisco regio locum attribuerat biographus, stirpi autem Waltramni Gozbertus, utramque opinionem Ratpertus historiam domesticam postea retractans inter se ita conciliavit, ut contenderet eremum illam ex parte ad regiam potestatem pertinuisse, ex alia vero ad possessionem nobilium virorum*[1], *idemque privilegium immunitatis, quod monasterio a Pippino rege concessum esse apud Walahfridum legerat, amplificans, iure novo* 10 *addito, monachos non solum regibus subiectos esse statuit, sed etiam abbatem eligendi deinceps habuisse potestatem eam, quam Ludowico demum Pio imperante acquisitam esse supra dixi.*

Fidem historiae Galli primus quoad sciam in dubium vocavit G. Rettberg in programmate quod dixi. Argumenta colligens haec, primo Sigibertum regem eodem a. 613. et regem creatum et interfectum puerum undecim annorum[2], *licet aetas consuetudini stirpis* 15 *Merowingicae suppetisset, tamen otium de nuptiis cogitandi eaque omnia faciendi vix habuisse, quae in V. Galli ipsi attributa sunt, deinde episcopi Arelatensis (c. 22), cuius consilio rex sponsam suam Christo tradidisset, Cypriani nomen confictum esse, cum Florianus tunc sedi illi praefuisset, — Cyprianus autem e biographis Arelatensis episcopi erat Caesarii — occultum quoque biographi consilium recte perspiciens, iusto iure conclusit, narrationem* 20 *illam de sanata ducis filia, regis sponsa, ad eum finem esse fictam, ut testimonium haberent Sangallenses, quo possessionem cellae sancti Galli manifesta regis Austrasiorum donatione in manus fundatoris venisse evincerent. Praeterea alia quoque dubia movit, num dux Alamannorum episcopos longinque positos in urbem suam convocandi episcopumque instituendi ius habuisset, neque contradictio ipsum fugit, quae inter Gallum utriusque linguae* 25 *peritum eundemque vertitur, qui Iohanne interprete eguisse dicitur. Examen autem, quod vir rei diplomaticae peritissimus Theodorus de Sickel*[3] *chartas perscrutatus de statu monasterii S. Galli publico instituit, historiam domesticam ictu letali percussit. Nam cum monasterium chartarum testimoniis convictum episcopale demonstretur neque regium factum sit nisi saec. IX, de necessitudine inter illud episcoposque Constantienses intercedente in* 30 *fontibus domesticis falsa relata esse ipsosque fide omnino carere idem recte iudicavit. Huius opinionis etiam Meyer v. Knonau*[4] *acerrimus defensor extitit atque utriusque argumenta B. Simson nuper approbavit*[5].

Verum quo sedi episcopali monasterium cohaerebat necessitudinis vinculum monachis Sangallensibus minus gratum acceptumque fuisse vel inde intellegitur, quod quem una 35 *cum Werdone abbate iura monasterii exercuisse supra dixi, Eginonis episcopi nomen in libro promissionum vel confessionum iam oblitum est*[6]. *Falsa autem illa confictaque historia, quae in fontibus Sangallensibus deprehenditur, mox totum rerum statum in gratiam monasterii immutavit, ita ut in privilegio Ludowici regis a. 854. episcopi Constantienses pro oppressoribus, monachi autem pro oppressis haberentur.*

40 *Monasteriis non paucis de proprietate fundi cum episcopis litigandum erat, liteque pendente monachi non solum privilegia falsa protulerunt, sed etiam historias patroni*

1) *SS. II, p.* 62. 2) *Fredeg. IV, c.* 39. 40. 3) *'St. Gallen unter den ersten Karolingern' (Mittheilungen zur Vaterländischen Gesch.', apud S. Gallum* 1865, *p.* 1—21). 4) *Meyer v. Knonau, 'Die urkundlichen Beweise, betr. die Stellung St. Gallens als königl.* 45 *Kloster' ('Mitth. zur Vaterl. Gesch.'* 1872, *p.* 239 *sqq. Cf. ibid.* 1877, *p.* 470 *sq.).* 5) *'Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl d. Gr.' I, p.* 340 [2]. *Cf. E. Mühlbacher, 'Regesten unter den Karolingern' n.* 228 [2]. 6) *MG. Libri confraternitatum p.* 114: (Egino eps. *eras.*) et Werdo abb.

fictas, ut loci sui origines ad reges Francorum referrent falsamque temporis praeteriti imaginem propagarent[1]. *E sanctis, quorum vitas ea ratione confictas esse in tomo praecedente demonstravi, nonnulli cum Gallo nostro comparandi sunt: Eptadius sicut ille episcopus electus erat neque vero servitio episcopi Augustodunensis ipsius monasterium evadere licuit; Fridolino, Carileffo, Leonardo sicut illi locus, ubi monasterium situm erat, a regibus Francorum, testantibus biographis, dono datus erat, e quibus Carileffus vel ipsam venationem regiam ita perturbaverat, sicut Gallus Scottique (c. 8). Chartae vero, e quibus causa ipsa veraque loci condicio cognosci possent, non supererant nisi in uno Carileffo, cuius vitam ad fraudes hagiographicas discernendas maximi momenti esse dixi*[2]. *Huic nunc alterum exemplum nobilissimum accedit, quod fortasse multo gravius aestimandum est: Galli enim Vita cum chartis quae supersunt genuinis ad veram rerum naturam explorandam ante me collata discrepansque ab illis biographus mendacii fraudisque convictus est longe ante quam meum subiret iudicium negativum.*

Vitae Galli vetustissimae *fragmenta in archivis* Turicensis *rei publicae Paulus Schweizer eis quondam praefectus ex antiquis librorum tegumentis eruta repperit, quae Aemilio Egli recensenda atque edenda commisit*[3]. *Sunt duo folia duplicia formae quadratae, saec. XI, quae complicata dimidium efficiunt quaternionem, absentibus duobus foliis intimis. Folia singula 26 versus occupant, e quibus quinque foliis exterioribus ab ima parte abscisi sunt. Interiora cultro quidem haud mutilata, sed scriptura p. 3. et 6. passim detrita est, ita ut loci nonnulli difficiles lectu sint. Capita versu ineunte incipiunt neque vero numeris distincta sunt. Quos cum ipse addiderim, vitae vetustissimae c. 1—11. iam cum Wettino Walahfridoque ita conveniunt:*

Vita I.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
Wettinus	26	27	28	29	30	31	34	*deest*	39	40	41
Walahfridus	*I*, 26	*I*, 27	*I*, 28	*I*, 29	*I*, 30	*I*, 31	*I*, 32	*II*, 5	*II*, 6	*II*, 7	*II*, 8.

Nemo est qui non videat duobus foliis deficientibus textum inter c. 7. et 8. hiare, sed V. Galli finis integer adest, quam XV. Kl. Novb. passio sancti Lucae euangelistae. LXXVIIII. *et p.* 8. V. K. Nov. passio apostolorum Simonis et Iudae LXXX. *subsequuntur. Gallus igitur locum septuagesimum octavum in legendario illo occupabat per circulum anni ordinato, fragmentisque quae supersunt ad mensem Octobrem pertinentibus, adhuc cernuntur litterae* OCT *vel* OCTB *in capite foliorum exteriorum positae.*

Schedas pretiosissimas Hannoveram liberalissime missas cum editione principe non sine bono fructu contuli; ea vero quae aut coniectura aut ex Walahfrido supplenda erant uncinis inclusi.

Item Wettini *opus codex unicus servavit, scilicet* Sangallensis *n.* 553, *formae octavae, saec.* X. *in. a pluribus librariis exaratus. Prior libri pars, de qua supra egi*[4], *Columbano eiusque discipulis dicata est, posteriori autem, quae tota ad Gallum nostrum spectat, insunt haec:*

1) *De hoc pseudohagiographiae Sangallensis fine recte iudicavit Meyer v. Knonau, 'Anzeiger für Schweiz. Gesch.'* 1889, *p.* 379: *'Nicht etwa durch Fälschung von Diplomen, sondern durch Schönfärberei und Erfindung der klösterlichen Geschichtsschreibung hat St. Gallen sich eine mit den fränkischen Königen in engem Zusammenhang stehende ältere Vergangenheit künstlich zurecht gemacht. — — Alle diese Dinge aber vollzogen sich auf historiographischem Boden, nicht auf dem der Urkundenfälschung'.* 2) *SS. R. Meroving. III, p.* 388. 3) *Egli, 'Eine neue Recension der Vita s. Galli' ('N. Archiv' XXI, p.* 361—371). 4) *P.* 36.

p. 151—162. Hom. lec. eiusdem dicenda in festivitate sancti Galli confessoris (*incip.* Audiens a Domino Petrus, quia dives).

p. 163. *Genealogiae Galli et Brigidae manu alia neque vero multo recentiore folio vacuo relicto ascriptae, quas post editionem Arxianam (SS. II, 34) iterandas esse duxi, collatas cum codice Erlangensi (E), de qua infra egi. Fabulosa earum indoles decessorem meum non fugit, dum Greithius*[1] *defensor fidei ipsarum existit temerarius:*

ISTA SUNT ERGO NOMINA VENERABILIUM VIRORUM[a], QUOS ALIQUI VENERABILES SCOTTI NOBIS LEGENDO CONPROBAVERUNT ATQUE FIRMAVERUNT.

Fuit ergo in Scottia[b] vir venerabilis nomine Unuchun rex, qui filium[c] generans, nomen illi indidit Kethérnach; qui Kethernach regnum patris accipiens, multa bonitate fulcitus est. Erat namque pauperibus in amminiculum, orfanis in adiutorium, viduis in subsidium[d]. His ergo principalibus virtutibus fulgens in regno, procurante sua optima bonitate, genuit filium, nimia bonitate pollentem, qui Callech[e] nuncupatus[f] fuerat in eorum lingua et apud Latinos Gallus vocitatus. Qui Callech[g] patris divitias[h] regnumque[h] refugiens, peregrinationem suscipiens, in patria Galliarum multas virtutes faciens[i], ad ultimum in Germaniam veniens, nimia sanctitate defunctus est. Si autem alias virtutes eius scire vis, lege gesta eius et omnia recognoscis.

DE BRIGIDAE GENERATIONE.

Fuit namque in ipsa eadem gente rex nomine Temeri, qui multo tempore obtinens[k] regnum in senectute defunctus est. Cuius[l] filius nomine Tûbthac[m] ei succedens in regno, accepit uxorem[l] nomine Brocsach[n], generantesque filiam nomine Brigidam magna sanctitate degentem. Que licet parva fuerit[o], tamen valde erat spetiosa. Ipsa namque et sanctus Gallus de una genealogia regum fuerant[p].

p. 164. *Stemma Patricii (praescr.* Item de sancto Patricio) *eadem manu exaratum, cuius loco Goldastus, Rerum Alamann. scriptores, Francofurti* 1730, *I,* 2, *p.* 249, *Galli genealogiam maternam subiecit praecedentibus multo recentiorem, quae in codice minime extat.*

p. 166. 167. *Wettini prologus metricus ad Gozbertum abbatem, quem qui V. Galli scripserat librarius idem alio atramento postea adiecit.*

p. 169—227. *V. Galli auct. Wettino libri duo.*

V. Galli textus primigenius haud facile discernendus erat, cum menda crassiora passim a librariis sublata essent, locusque unus c. 19. *consulto detritus, quia paupertatis exemplum aevo luxuriosiori minime placebat, omnino non restitui poterat, etsi collato textu Walahfridiano de sententia dubitatio accidere nequibat. In conferendo codice sermonis rustici vestigia religiose adnotari atque in recensenda vita lectiones primigenias, quantum fieri poterat, in textum admisi neque correctas. Vocabula a librariis alia recte*

a) vi|rum *c.* b) Scotia *c.* c) filius *corr.* filium *c.* d) subsididium *c.* e) Callehc *c.*; Calech *E.* f) nunpatus *c.* g) Gallech *corr.* Callech *c.*; Calech *E.* h) divitias *et* que *postea suppl. c.* i) faciæns *c.* k) obiciens *E.* l) Cuius — uxorem *m. al. in ras. c.* m) Tûbtach *E.* n) Brosach *E.* o) fuerat *pr. m. E.* p) fuerat *E.*

1) *Greith, 'Altirische Kirche' p.* 244. 245.

suppleta videntur esse, quae per Walahfridum partim confirmantur, alia autem certe interpolata sunt, veluti haec:

c. 15. [Cui sacerdos *m. aequali superscr.*]: Nequaquam [inquit *m. al. superscr.*],

c. 31. Inter quos repperit paraliticum quendam nomine [Maurus *m. al. superscr.*].

Verba Cui sacerdos *et* Maurus *prima manu omissa etiam apud Walahfridum desiderantur, e quibus* Maurus *sine dubio ex V. Galli vet.*[1] *depromptus ne casu quidem cum reliquo textu concordat. Editores priores eodem quidem codice usi correctorum vestigia persequi maluerunt:*

*Ildephonsus ab Arx, MG., Scriptorum tom. II (*1829*), p.* 1—21, *cuius editionem I. van Hecke, AA. SS. Oct. VII, II (*1869*), p.* 884—908, *iteravit,*

Meyer v. Knonau, 'Mittheilungen zur Vaterländischen Geschichte, herausgg. vom historischen Verein in St. Gallen, Neue Folge, 2. *Heft, St. Gallen* 1870', *p.* 1—61.

*Prologus metricus praeterea inter Poetas aevi Carolini II (*1884*), p.* 476, *extat, editus ab E. Dümmler ad codices et Sangallensem et Erlangensem, olim Heilsbronnensem, n.* 237, *saec. XII, fol.* 94'. 95 *(E). Hunc Hannoveram missum et ipse contuli, cumque genealogias quoque contineat carmen subsequentes, discrepantiam lectionum editioni meae addidi.*

Vitam Galli auctore Wettino in linguam Germanicam versam ab A. Potthast denuo recognovit atque concinna ut solebat praefatione instruxit W. Wattenbach b. m., 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' saec. VIII, pars I, Lipsiae 1888. *Elocutionem rhythmicam Wettino familiarem in vita transferenda imitari conatus est Ernestus Götzinger, 'Das Leben des heiligen Gallus, St. Gallen* 1896'.

Capita quae primus Meyer v. Knonau distinxerat ita denuo distinguenda curavi, ut novae distinctiones cum Walahfrido omnino convenirent, quem intervalla biographi vetustissimi servasse iam constat. Numeri autem non iidem sunt nisi ad c. 31, *quia c.* 32—34. *Wettinus transposuerat, iisque absolutis liber II. apud Walahfridum incipit, incipiens apud Wettinum a c.* 30.

Tertia denique Galli Vita auctore Walahfrido et compositionis et elocutionis arte consuetudini posteriorum omnino congruebat, ita ut per medium aevum passim lectitaretur codicesque ad nos pervenerint fere innumeri. E quibus hos evolvere nobis licuit.

1*a) Codex Einsidlensis n.* 257, *saec. X, de quo v. SS. R. Merov. III, p.* 629,
p. 297—371. *V. Galli,*
p. 372—385. *V. Otmari continet neque vero Isonis libros.*

1*a*) Codex Einsidlensis n.* 9, *saec. XII, fol.* 210—211', *V. Galli capita tantum* 1—3. *libri I. ad* oportuna *servavit, quae V. Otmari excipit.*

1*a*[1]*) Codex Londiniensis Musei Britannici inter Addit. n.* 21170, *saec. X, de Gallo Otmaroque a Walahfrido Isoneque scripta continet, scilicet fol.* 1'—94. *V. Galli una cum hymno Walahfridiano (fol.* 94—95*) et antiphonis responsoriisque (fol.* 95—99*), fol.* 99—116. *V. Otmari, fol.* 116—139'. *Miracula auctore Isone, quae hymnus de Otmaro* (Rector aeterni) *excipit mutilus. Ea vero quae praeterea insunt codici multo post addita sunt.*

Laterculus capitum libri secundi non pervenit nisi ad c. 33.

1*b) Codex Sangallensis n.* 560, *saec. XI, litteris maioribus auro pictis, pulcherrime scriptus ab Herimanno, sicut ipse p.* 6. *testatus est versibus his:*

Servum, Galle, tuum libri decus hoc Herimannum
Divite cum voto tibi perfecisse memento,

1) *V. Galli vet. c.* 6: Erat autem unus paraliticus nomine Maurus.

p. 8—259. *V. Galli exhibet, quam paginis duabus vacuis relictis V. Otmari (p.* 262—305*) cum Isonis Miraculis (p.* 306—371*) subsequuntur.*

1*b*) Codex Sangallensis n.* 564, *saec. XII, eadem quae praecedens continet, ex quo descriptus est; cf. Prologi locum hunc:*

5 Galliam Belgicam] *rell.;* G. bellicam 1*b. b**.

1*c*[1]*) Codex Guelferbytanus* 17. 5. *Aug.* 4[0], *saec. X. exaratus, litteris auro argentoque pulcherrime pictis*[1], *V. Galli auctore Walahfrido ordine foliorum turbato (fol.* 1′—8′. 25—40′. 9—24′. 41—76′. 92—99′. 85. 86*) continet, quam ipsius* Ymnus in festivitate sancti Galli *(fol.* 86′—87′*) cum antiphonis et responsoriis (fol.* 87′—91*),*
10 *denique V. Otmari eodem auctore cum Miraculis Isonis et hymno subsequuntur.*

Insunt igitur fere eadem atque libro A 1*a*[1].

1*c*[2]*) Codex Bernensis n.* 477, *saec. X/XI, manu quidem crassiore scriptus, etsi litterae initiales coloribus variis eleganter pictae sunt, olim S. Pauli Virdunensis, sicut m. saec. XV. fol.* 1. *adnotavit, ad solum Gallum pertinet, praeter vitam eiusdem*
15 *(fol.* 1′—92′*) responsoria (fol.* 92′—95. *inc.* A Venerabilis Gallus diaconum qui omnes heremi semitas notas habebat aggressus) *continens: versus vero in fine prologi desiderantur.*

1*d) Codex Berolinensis Ms. lat. Quart.* 505, *saec. X, olim monasterii Werdensis, de cuius indole H. Usener vir doctissimus perite disputavit*[2], *fol.* 1—78. *V. Galli*
20 *continet non integram, cum foliis singulis excisis et exordium (incip. a verbis prologi:* nec audita devote*) et locus hic I,* 10. 11. (val)ibus flexuosa — sola(ris) *desint. Praeterea V. Otmari (fol.* 78—91*) et Isonis Miracula (fol.* 91—111′*) libro insunt.*

2*a) Codex Romanus bibliothecae Vaticanae inter Palatinos n.* 846, *saec. X, fol.* 25 *sqq., deficiente prologo a verbis* Cum praeclara *incipit*[3].

25 2*b) Codex Monacensis n.* 22243 *(Windberg.* 43*), saec. XII, fol.* 148—172′. *V. Galli absque oratione auctoris continet, fol.* 172′—176′. *V. Otmari.*

2*b*) Codex Monacensis n.* 9506 *(Ober-Alt.* 6*), saec. XII, fol.* 28—40, *textum similem atque liber praecedens exhibet (cf. II,* 6. Perahtoltespara] Perahtoltespra 2*b. b*), cui item oratio Walahfridi deest, sed praeterea multo plura desiderantur, quae in* 2*b*
30 *adsunt, scilicet versus in fine prologi, uterque laterculus capitum, c.* 14—31. *libri II, alia.*

2*c) Codex Wirziburgensis bibliothecae universitatis Mp. th. f.* 139, *saec. XII. in., e duabus partibus compactus est ab uno Lamberto*[4] *exaratis. Posteriori sicut priori versus praemissi sunt, quibus quae insunt sanctorum vitae enumerantur, scilicet hi (fol.* 128*):*

35 A praescriptorum solida compage librorum
Hos tres divisos placuit compingere libros,
Tam prestans munus quoniam vir tradidit unus.
Quod vult iure sibi, proprio sub nomine scribit.
Sed iam pandatur, quid in eisdem contineatur.
40 Gallus habet primus, quae gessit corpore vivus;
Cuius defuncti dat textus signa secundi;
Tertius Othmari complectitur acta beati.
[Eiusdem quarto miracula plura coarto
In duo diviso, cui scriptor praesidet Iso.]

45 1) *Cf. Schönemann,* '100 *Merkwürdigkeiten der Herz. Bibl. zu Wolfenbüttel*' 1849 *p.* 33. 2) *A. Birlinger, Alemannia XV, p.* 93—96. 3) *Bibliotheca apostolica Vaticana, Codices Palatini Latini tom. I, p.* 298. 4) *Cf. supra p.* 40.

Versus igitur primitus ad duos V. Galli libros (fol. 128'—172') tertiumque Otmari (fol. 172'—179') spectabant duoque extremi, quibus Isonis de virtutibus Otmari libri duo (fol. 179'—190) pro quarto accesserunt, postea additi sunt. Laterculus capitum libri I. Vitae Galli desideratur.

2d) Codex Trevericus *bibliothecae ecclesiae cathedralis n.* 93 *(antea* 102*), saec. XII, olim SS. Petri et Pauli Paderbornensis, sicut ex inscriptione vetusta colligi licet, quae quamvis erasa sit, tamen adhuc fere discerni potest:*

Liber (iste pertinet ad?) Petr(um?) et Paul(um?) (in?) Patherbrune.
Pax servanti, maledictio tollenti. Amen,

deinde Christophori comitis de Kesselstatt decani Paderbornensis (a. 1803*), fol.* 152—165. *V. Galli librum priorem absque laterculo capitum ad verba* a populis *exhibet, cui epilogi loco oratio auctoris (l. II. ex.) subiuncta est. Inest quoque V. Otmari (fol.* 165'—168'*).*

2e) Codex Trevericus *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. loc.* 456 *(antea n.* 965*), saec. XIII, legendarii S. Maximini volumen mensem Octobrem comprehendens, fol.* 78. *V. Galli continet, sed haud pauca desiderantur, scilicet laterculus capitum uterque et libri II. capita haec:* 8. 9. 11. 12. 15—20. 24. 26. 28—36. 38—45. *cum oratione auctoris.*

2f) Codex Berolinensis *Ms. theol. lat. Fol.* 267, *saec. XII, olim monasterii Springirsbacensis dioecesis Trevericae, fol.* 114'—127', *V. Galli librum priorem absque prologo et laterculo capitum ad verba ultimi capitis haec:* relatione perducat *servavit.*

2g) Codex Coloniensis *archivi urbani n.* 171, *antea bibliothecae Wallrafianae VI,* 13, *saec. XV, volumen tertium magni cuiusdam passionalis dies XVIII. Kl. Oct. — IV. Id. Nov. comprehendens, fol.* 121—135, *eadem quae praecedens continet, sed paulo ante in verbis* a populis *desinit.*

2g) Codex* Hagensis *L* 29 *(Weesp* 14*), olim 'Sanctae Katerinae Muden', chartaceus saec. XV, fol.* 242—251', *in iisdem verbis* a populo *desinit atque 2g.*

2h) Codex bibliothecae comitis de Leicester *in Holkham Hall (Norfolk) asservatae n.* 129, *saec. XI/XII, monasterio S. Iohannis in Viridiario Paduano a Baptista de Lignamme episcopo Concordiensi a.* 1455. *dono datus, fol.* 66'—69'. *V. Galli capita* 1—7. *libri primi continet.*

2i) Codex Namurcensis *bibliothecae publicae n.* 15, *saec. XIII, librum priorem in verbis* a populis *desinentem continet, quem capitis II,* 5, *pars altera subsequitur: cf. Anal. Boll. I,* 497.

3a) Codex Taurinensis *bibliothecae nationalis F IV,* 26 *(antea n.* 20*) saec. X. in., olim S. Columbani Bobiensis (n.* 151*), fol.* 72—125. *solam V. Galli continet, cui versus subscripti sunt hi:*

Aeterni genitrix regis tibi, virgo Maria,
Hunc Amalfredus librum sanctoque Columbae
Offert, salvari deprecans munere vestro.

3a) Codex* Taurinensis *bibliothecae nationalis F. IV,* 24, *saec. XI, olim S. Columbani Bobiensis, fol.* 1—60, *item V. Galli auctore Walahfrido librum utrumque exhibet*[1].

3b) Codex Bruxellensis *n.* 8518—20, *saec. X, olim Molsheimensis, deinde Musei Bollandiani* († *ms.* 86), *fol.* 84—151'. *V. Galli exhibet, quam V. Otmari (fol.* 151'—154*) subsequitur, in verbis c.* 4. perturbare contendit *desinens, reliquis foliis deperditis. Textus libri V. Galli prioris magna neglegentia scriptus est multisque vocabulis praetermissis hiat; hiatus autem nonnullos m. al. exemplari nullo adhibito explevit: posterior non eandem incuriam sustinuit. Librarius artis grammaticae minus peritus* dilienter, eliere *aliaque scripsit more rustico.*

1) *Cf. Ottino l. l. p.* 34.

3b) Codex Caroliruhanus n. XXXVII, saec. XI, olim 'Augiae maioris' i. e. divitis, fol.* 175—177′, *lemmate praescripto:* Incipit vita sancti Galli edita a Walahfredo Augiensi abbate, *initium vitae solum exhibet, scilicet c. I,* 1 — *I,* 4. finibus proturbare, *quae sermo Augustini de sancta trinitate excipit. Lectiones I,* 2. Franchorum, *I,* 4. ad locum *pro* in locum *cum libro praecedente conveniunt.*

3c) Codex Vindobonensis n. 357, *olim Hist. eccl.* 14, *saec. X, fol.* 244′—271, *prologo praetermisso, a laterculo capitum libri I. incipit mancusque in verbo* effundere *II,* 23. *desinit, quaternione deperdito.*

3d) Codex Admontensis n. 2, *saec. XI, litteris primariis pulcherrime pictis, magna cum diligentia neque vero eadem fide scriptus, fol.* 171′—176. *capita tantum I,* 1—11. *exhibet.*

3e) Codex Monacensis n. 332, *saec. XII, fol.* 300′—315, *non solum prologo sed etiam laterculo carens magnis hiatibus laborat, cum et I,* 34. Quia igitur — *II,* 13. *desint, addito de miraculis sancti loco parvo:* Tanta autem est miraculorum copia — dona laetatur, *et II,* 42—46. conversatur.

3f) Codex Parisiensis n. 5308, *saec. XII, olim Chesnianus, deinde Colberti* 18, *tum Regius C.* 3593^{2}, *fol.* 172′—189′. *V. Galli absque laterculis capitum continet.*

4) Codex Bernensis n. 168, *saec. XI, olim S. Symphoriani Mettensis, fol.* 149′—185′. *V. Galli exhibet, cui locus I,* 21. (pro)tomartyris — *I,* 24. (denun)tiaretur *deest, folio exciso. Praeterea in hoc libro hymnus de Gallo (fol.* 185′—186*) legitur, sicut in* $1a^1$. c^1. 5a, *quem V. Otmari (fol.* 186—193*) una cum Miraculis auctore Isone (fol.* 193—203*) subsequuntur.*

5a) Codex Sangallensis n. 562, *saec. X. pulcherrime atque elegantissime scriptus, litteris primariis auro variisque coloribus artificiosissime pictis*[1], *cum post dissipatam celeberrimam bibliothecam aliquamdiu exulasset, a.* 1653. *Constantiae redemptus est, id quod manus aequalis in inferiore margine p.* 2. *adnotavit:* Liber SS. Galli et Othmari, Constantiae precio redemptus anno a Christi Nativitate 1653, *curaque Pii abbatis in pristinum statum redactus, cuius sollicitudinem libros colligendi abstractos in folio praefixo ita celebravit I. ab Arx:* Constantiae, quo abbatem Casparum multos ex Bibliotheca S. Galli libros abstraxisse acta produnt, haesisse creditur, usque dum ab abbate Pio, illo multorum Manuscriptorum reemptore, redimeretur[2]. *Insunt autem:*

p. 2—93. *V. Galli libri duo, sed in capite libri I. prologus laterculusque capitum desiderantur, dum in calce posterioris hymnus Walahfridi de eodem sancto legitur,*

p. 95—113. *V. Otmari,*

p. 113—139. *Isonis libri de miraculis Otmari, quibus absolutis praescriptiones capitum* 14—19. *suppletae sunt.*

5b) Codex Sangallensis n. 572, *saec. XI, quaternionibus sex deperditis, a septimo incipiens continet*

p. 1—108. *V. Galli libros duos, praetermisso laterculo capitum secundi,*

p. 109—126. *V. Otmari,*

p. 126—140. *Isonis Miracula (praescr.* Incipit secundus liber, *inc.* Cum beati viri corpusculum*), quae in c.* 10. *his verbis desinunt:* panem eatenus sibi denegatum, *reliquis quaternionibus deperditis.*

P. 103. 104. *ante p.* 97. *transponendae sunt.*

5c) Codex Monacensis [1087] 4628 *(Ben.* 128*), saec. XI, exhibet fol.* 114—167′. *V. Galli, quam V. Otmari una cum Isonis Miraculis (fol.* 168—189′*) subsequuntur.*

1) *Scripturae specimen extat SS. II, tab. II.* 2) *Cf. Weidmann l. l. p.* 70.

6) *Codex Vindobonensis n. 520, antea Hist. eccl. n. 109 (olim 32), saec. XI, olim S. Blasii Admünti, V. Galli fol. 1'—77. exhibet a pluribus librariis exaratam. Laterculi capitum in utroque libro desiderantur textusque frequenter hians satis licenter immutatus est.*

7) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n. 2802, saec. XIII, legendarii monasterii Arinsteinensis (dioec. Trevericae) tomus tertius, fol. 50—61'. Vitam Galli absque prologo et laterculis capitum continet.*

Graviores lectionum discrepantiae, quibus in vitis aevi Merowingici recensio critica impeditur, in codicibus Walahfridi vix occurrunt, cum librarii perpauca tantum in hoc auctore reprehendenda reppererint. In praescriptione librorum aliquot (1a. a^1. b. b^*. $c^{1.2}$. 2b. c. d) *auctoris nomini verba* Augensis coenobii abbatis (a. A. c. 1b. b^*) *addita sunt, etsi Walahfridus dignitatem illam multo post Galli vitam conscriptam nactus est. Codex praestantissimus* 1a *tam accurate exaratus est, ut lectio ipsius per totum opus perraro notis attribuenda esset, atque idem fere de* $1a^1$ *iudicandum est. Is in praescriptione laterculi libri primi cum* 1a *ad amussim convenit:*

Haec (Hac 1*a*. a^1) continentur in sequenti opusculo,
dum alterius laterculi praescriptionem ita immutat sicut $1c^{1.2}$. *d:*

Haec habentur in sequenti libello] Incipiunt capitula sequentis operis $1a^1$. $c^{1.2}$. *d*,
neque praeterea lectiones ipsi insunt cum aliis libris concordantes nisi perpaucae:

I, 34. qua] quia $1a^1$ *cum* 1*b*. 2*a*. 3*b*;
I, 12. ad capiendos accipitres] acc. ad cap. $1a^1$ *cum* 2*d*;
I, 30. iam] *om.* $1a^1$ *cum* 2*d*. *e*;
I, 6. arbores pomiferas] a. pomiferos $1a^1$ *cum* 3*a*;
I, 16. torquebantur] torquebatur $1a^1$ *cum* 3*a*;
I, 28. Eustasius] Estasius $1a^1$ *cum* 3*c*.

Affinitatis, qua codices $1c^{1.2}$. *d inter se coniuncti sunt, exempla colligi licuit haec:*
lat. cap. I, 4. ibidem] ibi $1c^{1.2}$. *d*;
ib. *I*, 15. commearit] commeaverit $1c^{1.2}$. *d*;
I, 34. emanarunt] amanarunt $1c^{1.2}$. *d* (*pr. m.*);
II, 16. per totius] protinus $1c^{1.2}$. *d*.

Inter duos gemellos $1c^{1.2}$, *quibus unus tantum calculus accedit:*
I, 5. oportuna] oportunum $1c^{1.2}$;
II, 16. ducis] dicis $1c^1$ (*pr. m.*). c^2,
id differt, quod prior altero accuratius exemplar reddere videtur:
I, 11. processu] Ꝑocessu $1c^1$ (*litteris* p *et* r *ligatis, ita ut* rocessu *facile legi potuisset*); r:cessu *pr. m.*, recessu *m. al.* $1c^2$,
unde plura in $1c^2$ *deprehenduntur menda:*
I, 6. et nos] *om.* $1c^2$ (*non* $1c^1$);
lat. II, 26. sancto loco] loco sancto loco $1c^2$ (*non* $1c^1$).

De codicibus alterius classis difficilius indicatu est, cum menda communia in uno alterove, raro in pluribus, nulla in omnibus deprehendantur; collato autem codice 2a, necessitudo qua inter se illi coniuncti sunt melius iam perspici potest. Is enim liber vetustissimus, qui cum classe 1 *vinculo nullo cohaerere videtur, lectiones multas exhibet, quas praeterea non adnotaveram nisi ex reliquis eiusdem classis codicibus et inprimis ex* 2*f*. g^*. *h*:

I, 1. primo] primae 2*a*. *e*. g^*;
I, 3. ad incolendum] ad colendum 2*a*. *f*. *h*;

I, 33. **concurrit**] cucurrit *2a*; cucurrat *(!)* *2f*;
I, 21. **Rhenum**] heremum *2a. g**; *I*, 22. limen] lumen *2a. g**.

Hi autem multo pluribus mendis inquinati sunt, servante codice 2a textum primigenium, atque modo unus cum altero, modo alter cum tertio facit, ita ut singuli in varias societates discedant hoc modo:

I, 10. **faceret**] fecit *2b. c. g**;
II, 22. **fidelem**] infidelem *2b. c*;
II, 24. **eius**] *om. 2b. c (pr. m.)*;
I, 9. **indeptus**] adeptus *2b. e*;
I, 28. **ex his**] *om. 2b (pr. m.). e. f*;
I, 30. **tanti esset causa**] t. c. e. *2b. b*. f*;
I, 6. **in honore**] *om. 2b (pr. m.), transposuit 2g**;
I, 11. **straverunt sibi**] str. se *2b. g**;
I, 32. **cognoscere**] agnoscere *2b. g**;
I, 3. **sui regni**] r. sui *2c. e. f*;
I, 28. **immisso**] immissoque *2c. e*;
I, 30. **cadaver inspiciens**] i. c. *2c. e*;
I, 4. **proturbare**] perturbare *2c. e. g**;
I, 29. **viri sancti**] viri Dei *2c. g**;
I, 16. **iubebatur**] videbatur *2d (pr. m.). e. f*;
I, 22. **voluntatem eius**] v. tuam *2d. f*; verbum tuum *2e*;
Prol. **scimus similiter**] sim. scim. *2d. e*;
I, 4. **illorum**] ipsorum *2d. e*;
I, 11. **propinquabat**] appropinquabat *2d. e*;
I, 30. **iam**] *om. 2d. e*;
I, 11. **assumens**] sumens *2d. f*;
I, 15. **praecipientis**] praecipiens *2d. f*;
I, 1. **praecibus Dominum**] D. pr. *2e. f*;
I, 28. **Igitur illi**] Illi ig. *2e. f*;
I, 9. **sociorum**] s. eius *2e. g**;
I, 16. **rogaret**] rogavit *2e. g**;
I, 31. **secum**] *om. 2e. g**;
I, 32. **inspicientes**] aspicientes *2e. g**;
I, 15. **Domino**] Deo *2f. g**;
I, 17. **de h. colloquium rebus**] de h. r. coll. *2f. g**.

His igitur locis codici 2a potior fides attribuenda erat, aliis vero et ipse erravit, veluti vocabula nonnumquam transposuit.

Classis 3 cum altera arta necessitudine coniuncta est, sicut ex locis colligi licet his:

I, 6. **unigenitum eius filium**] u. f. e. *2a. f. h. 3a. b. c. d. f*;
I, 8. **eos**] *om. 2a. f. 3a. b. c. d. e*;
I, 12. **Dominus nos**] n. D. *2a. f. 3a. b. c. e*;
I, 19. **sacrificium offerre salutis**] sacr. sal. o. *2a. f. g*. 3a. b. c. e. f.*

Verba igitur in utrisque libris in ordinem trivialem redacta sunt, quae eleganter ordinata exhibent reliqui. Singulorum quoque codicum 3 lectiones nonnullae in singulis alterius classis redeunt:

I, 11. **superiores orbis plagas**] superioris o. pl. *3a cum 2a. f*;
I, 28. **lutros**] lutres *3a cum 2g**;
I, 29. **abiectionem**] obiectionem *3a cum 2e*;

I, 32. cottidieque] que *om.* 3*a cum* 2*b (pr. m.)*. *g**;
I, 33. communita] commonita 3*a cum* 2*a*. *g**;
I, 15. Quaradaves] Quadraves 3*b cum* 2*e*;
I, 30. multipliciter] multipliter 3*b cum* 2*a (pr. m.)*;
lib. II. praescr. secundus] s. qui est 3*b cum* 2*a*; 5
II, 22. suspectos] suspectus 3*b cum* 2*a*;
I, 6. inibi] ibi 3*c cum* 2*a. e. f. h*;
I, 15. cuipiam] quip(p)iam 3*c cum* 2*c. e. f*;
I, 26. frequentarunt] frequentaverunt 3*c cum* 2*a*;
I, 28. tantam multitudinem] tantum m. 3*c cum* 2*a*; 10
I, 6. lustrassent] perlustrassent 3*d cum* 2*g*. *g**;
I, 11. autem] *om.* 3*d cum* 2*b*.

Cum autem codices 3*a. b. c propius inter se coniuncti sint, hi et inter se et cum singulis libris* 2 *conveniunt:*

I, 16. interficere] *rell. cum Wettino*: occidere 3*a. b*; 15
I, 21. ingentia] magnifica 3*a. b*;
lat. cap. II, 5. multiplicitate] multiplicate 3*a. b (pr. m.)*;
II, 21. possessione] possione 3*a. c*;
I, 17. persecutus] prosecutus 3*a. b cum* 2*f. g**;
I, 25. commendabatur amore] 3*e. f cum reliquis (deest* 3*d)*; c. honore 3*a. b. c cum* 2*f* 20
(cf. supra crescebat honore*)*;
II, 6. eaedem res] eadem res 3*a. b cum* 2*a*.

Quomodo libri 3 *inter se differant, ex hoc loco intellegi potest:*

I, 8. abolitionem] abolutionem 3*b (pr. m.)*; obolitionem 3*a*; oblationem 3*c*
(pr. m.). *d (non* 3*e)*. 25

Librario 3*a permulta quidem menda crimini danda sunt, sed cognomen* Strabonis *in lemmate solus servavit. Eiusdem libri lectiones nonnullae peculiares nescio quo casu in codicem* 1c[2] *irrepserunt: II*, 7. sub voto] subito 3*a cum* 1*c*[2] *(non* 1*c*[1]. *d)*.

Unicus quem quartae classi attribui codex raro cum aliis libris convenit:

I, 12. auditu] audito 4 *cum* 2*a*. 3*c*; 30
II, 10. unum campanum] unam campanam 4 *cum* 2*c*. 3*b*;
I, 30. corpus eius] eius *om.* 4 *cum* 2*d (pr. m.)*;
I, 34. disiungatur] disiungantur 4 *cum* 2*e*;
I, 25. Dominum] Deum 4 *cum* 3*c*;
II, 8. venerabilis] beati 4 *cum* 3*c*; 35
II, 11. concurrerunt] cucurrerunt 4 *cum* 3*c*; cucurrentes 3*b*;
I, 34. fratre] patre 4 *cum* 5*a. b*.

Paucis igitur locis quibus affinitatis vestigia prae se fert codex modo cum libris 2 *facit, modo cum* 3*c*.

Qui quintam classem occupant libri lectiones peculiares continent nonnullas: 40

I, 3. vitans] devitans 5*a. b. c*;
I, 4. insectabantur] persequebantur 5*a. b. c*;
I, 7. his sedibus] s. h. 5*a. b. c*;
I, 18. reddi(ta est ma *in litura* 5*a*)tri] redditur m. 5*b. c*;
I, 30. tanti esset causa ploratus] c. e. t. pl. 5*a. b*, 45

ex exemplari pendentes, quod haud ita longe post Walahfridum propriam viam ingressum videtur esse. Inter ipsos enim et reliquos libros inprimis primae classis nulla fere aut certe perrara necessitudo intercedit:

II, 1. **loculum**] locum *5a. b cum* 1*a (pr. m.)*. 2*e (*arcam *Wettin.)*:
II, 42. **horribilius**] horribilibus *5a. c (pr. m.) cum* 1*a*. 2*b. b**. *c*.
Libri 5b. c propius inter se quam cum 5a coniuncti sunt, qui crebrius illis ab universitate recedit. Neque peculiaribus totius classis lectionibus auctoritatem quandam tribui velim, cum in ea vulgaria vocabula legantur loco rariorum (occiderunt *pro* **conciderunt**, fluvium *pro* **fluenta**) *atque verbum* reductus fuisset *(II, 26) pro* venisset *certe ex praecedentibus:* Is a suis reductus *iteratum sit.*

Codex 6 *initio quidem cum aliis libris facit inprimis alterius classis, sed libro primo exeunte et per totum secundum lectiones* 5 *exhibet, pendens sine dubio ex duobus exemplaribus:*

I, 34. *II*, 9. **fratre**] patre 6 *cum 5a. b*:
II, 1. **Dei**] sancti 6 *cum 5a. b*;
ib. **conciderunt**] occiderunt 6 *cum 5a. b*:
II, 25. **fluenta**] fluvium 6 *cum 5a. b*:
II, 26. **venisset**] *in rasura 5a*: reductus fuisset 6 *cum 5b*:
II, 27. **prorumperet**] procumberet 6 *cum 5a. b*.

Omnium autem classium lectiones in uno qui ultimum locum occupat codice 7 *deprehenduntur, isque praeterea tantam librariorum licentiam passus est, ut discrepantia ipsius maxima libro nullo confirmetur. Etsi codex indignus erat, qui tenebris eriperetur, cum tamen collatus fere totus penes nos sit, locos nonnullos afferre libet, e quibus quomodo cum reliquis classibus cohaereat, intellegatur.*

i. e. cum 1*c*[1. 2]:
I, 14. **primae**] pristinae 7 *cum* 1*c*[2] *(non* 1*c*[1]*)*; *I*, 19. **cum pace**] in pace 7 *cum* 1*c*[1. 2]. *d*:
cum 2*a. b. c. d. e. g**:
I, 9. **enim**] *om.* 7 *cum* 2*b*. 4:
I, 10. **hostibus**] bestiis 7 *cum* 2*g**:
I, 13. **lustrarent**] lustrassent 7 *cum* 2*g**:
I, 15. **illorum**] eorum 7 *cum* 2*d*:
I, 21. **vellet**] esse *add.* 7 *cum* 2*g**:
I, 23. **venerandum**] venerabilem 7 *cum* 2*c*:
I, 24. **praecepit**] fecit 7 *cum* 2*e*:
I, 31. **secum**] *om.* 7 *cum* 2*e. g**;
II, 11. **cari**] clari 7 *cum* 2*a*:
II, 22. **fidelem**] infidelem 7 *cum* 2*b. e*:
II, 37. **spectaculum**] miraculum 7 *cum* 2*a*:
II, 46. **pastibus**] partibus 7 *cum* 2*b*:
cum 3*a*:
II, 1. **exilire**] exire 7 *cum* 3*a*:
II, 11. **superimminet**] supereminet 7 *cum* 3*a*:
cum 4:
II, 1. **solitudini**] solitudinis 7 *cum* 4:
II, 6. **contextam**] *om.* 7 *et pr. m.* 4:
II, 25. **venisset**] pervenisset 7 *cum* 4:
cum 5:
I, 3. **vitans**] devitans 7 *cum 5a. b. c*;
I, 4. **insectabantur**] persequebantur 7 *cum 5a. b. c*.

Cum autem codex quam maxime cum altera classe faciat et inprimis cum libro deteriore 2g, ad ipsam exemplar unde pendet pertinuisse videtur, postea sine dubio cum aliis libris collatum.*

Codices Walahfridianos in classes distribuendi arduum opus erat, cum graviores dissensiones inter ipsos vix volvantur textusque fere idem in omnibus legatur. In tanta librorum concordia mutuae necessitudinis indicia quot colligi poterant tot fere afferri par erat neque ex ipsis stemma satis certum componi licet. Apparatum vero tam uberem congessi, ut loci dubii vix relinquantur. Codices $1a. b. c^2. d.$ *3a. b. c.* 4. *5a totos contuli, libros autem 5b. c locis selectis inspicere satis habui; reliquos ab aliis collatos adhibui, scilicet* $1a^1. c^1.$ *2b. c. d. e. f.* g^*. *h a W. Levison socio nostro, Palatinum autem (2a) a Tschiedl et I. Graeven vv. cc. Lectiones peculiares codicum 2b. c. d. e. f non admisi et e duobus gemellis 2g.* g^* *(cf. I,* 3. timore] tempore *2g.* g^**) posterior solus adhibitus est, licet plura menda contineat altero:*

I, 3. rex] *om.* $2g^*$ *(non 2g);*

I, 33. posuerunt] deposuerunt $2g^*$ *(non 2g);*

ib. fossam] sepulchrum $2g^*$ *(non 2g).*

In codice 2a litterae ae *et* e, e *et* i, o *et* u, s *et* ss *nonnumquam permutatae sunt atque cum 1a. 3c elisionem admittit in* postergum *(I,* 30*) more antiquo. Sermonis Merowingici reliquiae complures in classi 3 supersunt:* coenubio *3a (I,* 28*),* caenubio *3a (II,* 9*),* frustra *pro* frusta *3a. b. d (I,* 6*), dat.* nomine *3a. b (Prol.),* occasu *3a. d (I,* 11*),* portu *3a (I,* 30*), acc.* discessu *3a. d (I,* 3*),* ob infirmitate *3a. c (lat. cap. I,* 9*),* monasterium, qui *3a (I,* 26*),* per hunc pignus *3a (I,* 26*). Barbara scribendi ratio compluribus libris diversarum classium haud raro confirmata est, inprimis litterarum* a *et* e *permutatio, cuius vestigia vetustissima saec. VII. apud Fredegarium Burgundionem nuper collegit O. Haag*[1]*:*

I, 9. detrectare] detractare *2a. c. 3a;*

II, 2. alerentur] alarentur *2a. 5a. b;*

II, 12. fraudarentur] frauderentur $1c^2$. *2b;*

II, 25. transvadare] transvadere $1a^1. b. c^{1.2}. d.$ *2a. b. c,*

neque desunt exempla coniugationis Walahfrido multo vetustioris[2]*:*

II, 12. aufereretur *3a;* auferetur *2a. 3c;*

II, 35. fererentur *2c;* deferrerentur *2b;*

II, 42. deferreretur *3a.*

Hos soloecismos si librariis imputare mavis quam eleganti aevi Carolingici auctori, tamen ex ipsis colligitur, vel Ludowici Pii tempora superasse barbariem antiquam, id quod hodie fortasse non satis notum habetur. Sublatis autem locis dubiis alii restant, quibus lectio rustica libris aut omnibus aut optimis comprobata est:

II, 11. emunitatis *codd.; ib.* margareti $1a. a^1.$ *2a. 5a;*

II, 27. utpute *pro* utpote $1a. a^1. b. c^1. d.$ *2a. b. c.* 4. *5a; II,* 33. utpute *1d. 2a. 5a, eaque vel his locis in textum admittenda erat.*

Vitae Galli auctore Walahfrido textum quamvis decurtatum princeps edidit Mombritius, Sanctuarium, Mediolani 1475, *I, p.* 311—312', *sed librum primum tantum curavit, quem praetermissis prologo, laterculo, capitibus* 4—28, *in verbis c.* 34. a populis *conclusit.*

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1574, *tom. V, p.* 807—839. *in hoc auctore nihil reprehendendum repperit, quare sermonem more solito non expoliens primigenium servavit, codice usus simili nostris 2d. e:*

Prol. Scimus similiter] sim. scimus *cum 2d. e;*

I, 11. propinquabat] appropinquabat *cum 2d. e;*

1) *'Die Latinität Fredegars' ('Romanische Forschungen' X, p.* 839 *sqq.).* 2) *Cf. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p.* 434.

I, 15. praecipientis] praecipiens *cum 2d. f;*
I, 29. ad castrum] in castrum *cum 2d.*

Eius editio iterata est a Thoma Messinghamo, Florilegium insulae sanctorum seu vitae et acta sanctorum Hiberniae, Parisiis 1624, *p.* 255—294.

Melchior Haiminsfeldius Goldastus, Alamannicarum rerum scriptores aliquot vetusti, Francofurti 1606, *I*, 2, *p.* 233—276, *codicem bonae indolis adhibuit nobis ignotum.*

I. Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti. Saeculum II, Parisiis 1669, *p.* 228—268, *'ex Melchiore Goldasto et Surio' pendens editionem Goldastianam exprimere maluit, sed haud pauca immutavit eaque plerumque non recte. Ipsius editio iterata est in Patrologia latina Mignii tom. CXIV, col.* 975—1030.

Eam solam operis Walahfridiani partem, in qua absoluta V. Galli vetustiore Gozberti iunioris conscriptionem deperditam auctor secutus erat, scilicet II, 9—46, *et Ildephonsus ab Arx, SS. I, p.* 21—31, *(praeser.* Gozberti diaconi continuatio libri de miraculis S. Galli per Walafridum emendata*) et G. Meyer v. Knonau, 'Mittheilungen zur vaterländischen Geschichte, St. Gallen'* 1869, *p.* 62—93 *(praeser.* Libellus de miraculis sancti Galli confessoris*) recensuerunt, ita ut ille editionem Goldastianam, quam permagni habuit, ad codices Sangallenses paucis locis neque semper recte immutaret, hic solum codicem 5a ducem sequeretur, praetermissis miraculis quae historiae scribendae fructum nullum ferunt. Uterque de vita melius intellegenda optime meritus doctrinam magnam in adnotatis congessit.*

Denique Robertus Thuli, 'Mittheilungen zur vaterländischen Geschichte, St. Gallen' 1890, *p.* 1—74, *utrumque Walahfridi de V. Galli librum ad codicem 5a recensuit, quem cum 1a. b. 5b contulit, sed praestantia codicis, quem optimum esse credidit, nimium confisus, lectiones non solum quintae classis, sed etiam peculiares ipsius libri 5a religiose servavit, reliquorum discrepantiam notis semper attribuens: neque enim criticam huius auctoris editionem praestare voluit, metis angustioribus contentus.*

Inter versiones fontium ad historiam Germanicam vetustiorem spectantium una cum Wettini libris, de quibus supra dixi, etiam operis Walahfridiani capita nonnulla inde a II, 9. *admissa sunt.*

B. Krusch.

I.

VITAE GALLI VETUSTISSIMAE FRAGMENTUM.

(1).[a] . . . *usque[1] dum venies ad Bobium monasterium, et exquire omnia diligenter, quae acta sunt erga abbatem meum, si vivit an transivit, sicut mihi revelatum est[b] per visionem. Nota diem et horam, et veniens[c] indicabis mihi omnia'. Diaconus cecidit ad pedes eius, dicens: 'Domine, quo vadam, quia nescio viam?' At ille dixit ei: 'Vade, frater, noli timere, sed perge, sicut dixi; Dominus en[i]m diriget gressus[d] tuos'. Ille autem, petita benedictione, abiit viam suam cum festinatione et pervenit ad supranominatum locum et invenit omnia, sicut revelatum fuit magistro suo per visionem, et permansit apud fratres noctem unam et recepit ab eis epistolam, omnia quae gesta erant de abbate Columbano. Et cambuttam[2] ipsius quam in manibus tenebat transmiserunt viro D[ei], d[i]c[en]tes: 'Dominus noster iussit nobis adhuc vivens, ut per istum baculum Gallus fuisset absolutus

*p. 1. — cf. Prov. 3, 6.

I. Cap. 1. *c.*

Cap. 1. a) *numeros addidi.* b) s. m. r. est *iterata, sed postea deleta sunt c.* c) venies indicau :: (*corr.* indicabis) *c.*; regressus nuntiabis *Walahfr.*; renuntia *Wettinus.* d) gresus *c.*

1) *Sunt verba Galli ad Magnoaldum diaconum.* 2) *Baculum incurvatum episcoporum, quod et Columbanus et Gallus gessisse fertur, eorumque cambutta celebrabatur multarum virtutum operatrix; cf. SS. II*, 98.

ab excommunicatione'[1], et dimiserunt eum. Et ille coepit iter agere die noctu-q[ue]: adfuit misericordia Dei, quod in octabo die pervenit ad sanctum Gallum, et dedit illi epistolam, quam portaverat de fratribus, et cambuttam cum absolutione. Cumque legisset epistolam, flevit amare et intravit oratorium cum fratribus; coepit missam agere et offerre sacrificium pro eo. 5

(2). Contigit autem una die, dum operaretur cum fratribus et plebe in oratorium, ut unam axem ex pariete decortaretur, et brevior[a] apparuit[2] aliis IIII palmarum, et magistri volebant eum eicere. Vir Dei dixit illis: 'Sustinete modicum; eamus in domum et sumamus cybum, quem nobis praeparavit Deus'. Et fecerunt sic. Ille autem benedixit panem et dedit eis benedictionem. Post sumpto 10 cybo surrexerunt omnes pariter ad operam. Invenerunt axem, quae erat n[i]mia longior aliis quantum[b] dimidium pedem, et glorificav[erunt] D[eum][c] et conlocaverunt axem in locum suum, ubi prius fuerat. Et ipsa axis usque in hodiernum diem ad dentium[d, 3] . . . .

*p. 2. (3). . . . . *ut[4] eum abbatem super se habere voluissent. Illi vero perrexerunt 15 recto itinere usque ad cellam [v]iri Dei. Cumque pervenissent ad locum, pulsantes ianuam, egressus est unus ex fratribus, [indicavit[a]] viro Dei, dicens: 'Sunt namque hic sex fratres, volentes tecum loqui'. Et ille ius[s]it eos [intro]ducere in oratorium. [Qui, e]xpleta oratione, ingressi sunt domum, ostende[r]unt ei epistolam. Cumque legisset vir D[ei, dixit] eis: 'Ego fugebam omnes notos et propinquos meos in 20 hanc[b] solitudinem, sequ[ens] prophetica verba, dicente David: *Extraneus factus* Ps. 68, 9. *s[um] fratribus meis et peregrinus filiis matris meae*. Ego urbem et pontificatum contempsi et omnes divitias terrenas dispexi, propter Christum parentes et praedia dereliqui: et iterum post renuntiationem saeculi s[u]scipiam divitias, sicut ille homo, de quo dominus Iesus praedixerat, qui manum suam ponebat in a[ratr]um 25 cf. Luc. 9, 62. et respexit retro, forsitan[c] velut canes reversus ad vomitum? Vos scitis, quia cf. 2. Petr. 2, 22. semper subditus vester fui; modo abbatem et principem vellitis me habere?' Cumque haec verba et alia plurima dixisset, et repressit animos eorum. [Dei]nde[d] autem vocavit unum ex discipulis suis, interrogavit eum, quid essent sumpturi ad reficiendum. Cumque respondisset, se nullum[e] rem habere nisi sextarium tantum fari- 30 nole, ille autem iussit fieri panes, dicens: 'Potens est Dominus praeparare mensam cf. Ps. 77, 19. in deserto', et iussit collegere[f] holera de horto et introducere domum. Vir autem Dei surgens, sumens[g] retiola sua secum et unum ex discipulis suis et fratres qui supervenerunt, [dixit[h]] eis: 'Surgamus ad gurgitem et videamus, si Dominus nobis voluerit donare aliquos pisciculos'. Cum autem venissent ad gurgitem, viderunt 35

I. Capp. 1—3. *c.*

Cap. 2. a) previor *c., corr.* b) *ita ego;* quartum *c.*; mensura dimidii pedis *Walahfr. cum Wettino.* c) d(m̄ *evanuit*) *c.* d) 5 *versus paginae inferioris abscisi sunt c.*

Cap. 3. a) *ita scripsi; circiter* 9 *litterae legi nequeunt c.* b) hac *c.* c) forsita *corr.* forsitan *c.* d) *(dei evanuit)*n *c.* e) *ita c.* f) collegera holera *c.* g) sumen *c.* h) (d. *om.*) 40 ei *c.*; ivit ad gurgitem, dicens: Videamus *Walahfr.*

1) *Columbanus Gallo ius missas celebrandi abrogaverat, cum febre vexatus cum ipso in Italiam proficisci nequivisset; cf. c.* 9. *Wettini et Walahfridi.* 2) *Simile miraculum de ecclesia S. Laurentii Brionensis rettulit Gregorius, Gl. Mart. c.* 41. 3) *Hiatum Walahfridus ita supplet:* dentium doloribus efficaciter medebatur, *atque etiam ligno Brionensi dentium dolorem* 45 *sanatum esse Gregorius l. l. asseruit.* 4) *Eustasio defuncto, Gallus a fratribus Luxoviensibus abbas optabatur, quare ex eis qui ex Hibernia venerant sex fratres ad ipsum missi sunt, epistulam ferentes, qua desiderium eorum continebatur.*

piscem magnum natantem per fluvium et duas luteras sequentes[a] illum, quasi capere eum voluissent. Illi autem, extenso rete, adprehenderunt eum et duxerunt ad litos. Habebat enim in longitudinem XII palmarum et in latitudinem quattuor. Lutere autem[1] . . . .[b]
5 *haec praeparavit nobis'. Haec invicem inter se referentes, perrexerunt domum. *p. 3.
Cumque venisset [vi]r Dei [ad] cellulam, apparuit vir unus et ob[tu]lit ei duos utres plenos vini [cum] tribus [mo]dios farine pro benedictione. Ille autem iu[ss]it introducere domum, et coeperunt epulare. Postea vero habuerunt inter se conloquia de sanctis scripturis. Retenuit eos [vir] Dei aliquantos dies propter cari-
10 tatis causam [et] repausavit[2] eos et narravit eis omnia, quae de viro Dei Columbano gesta erant. Et postea osculantes se in osculo sancto, et dimisit eos vir Dei, et reversi sunt ad propriam.

(4). Post aliquot vero temporis veniens p[res]biter Willimarus ad cel[lu]lam viri[a] Dei, r[o]gavit eum, ut simul cum illo discenderet [a]d castrum[3], et dixit ad
15 eum: 'Pater, c[u]r me dereliquisti desolatum de doctrina tua? A[n] ego peccavi al[i]quid contra te? Veni, ut doceas nos viam veritatis, sicut soleba[s, qui]a nobis valde necessarium est et oportunum doctrin[a t]ua'. Et abierunt pariter ad castrum, et [v]ocata plebe, coepit eos predicare et docere, et mansit ibi duobus diebus. Tercia vero d[i]e percus[sit] eum febris, et infirmabatur valde, ita ut cybos capere
20 non poterit [n]ec ad cellulam revertere. [Et iace]bat in lectum [in]validus languore per dies XIIII [et] die sexto decimo mensis Octob[ris de]migravit de hac vita. Oct. 16.
Erant dies et anni eius nonaginta et quinque.

INCIPIUNT SIGNA ET VIRTUTES EIUS, QUAS DEUS POST TRANSETUM EIUS MANIF[ESTA DE]CLA[RAV]IT[a].

25 (5). Audiens autem Iohannes pontifex urbis Cons[ta]nt[iae], quod Gallus, frate[r e]ius, [infirmabatur] in castro Arbona in domum presbiteri, ascendens [na]vicula[m], ...[4] [tulit[b]], qu[o]s ille pres[ci]ebat eum commediturum, et . . . . . .[5] ad visitati[onem] . . . . [perve]niss[et] ad por[tum, audi]vit in domo presbiteri planctum magnum super[esse] e[t inter-
30 ro]gavit, [qu]idna[m esset], et [di]xerunt ei, quia: 'Gallus amicus noster migra[vit d]e hac vita'. B[eatus pontifex misit se] in aqu[am] et non potuit se contineri propter dolorem, usque d[um na]vicula ad litus pervenisset, et des[cendentes cu]m illo, qui cum eo veniebant, et in[tr]aver[unt d]o[m]um, flentes et lugentes, et i[nv]enerunt [il]lum

I. Capp. 3—5. *c.*
35 *Cap.* 3. a) sequente *c.* b) *iterum* 5 *versus abscisi sunt c.*
Cap. 4. a) D. v. *pr. m. corr.* v. D. *c.*
Cap. 5. a) (DE *evanuit*)CLA(RAV)IT, *hoc versu consumpto, librarius praecedenti apposuit c.* b) *apices* l *et* t *soli supersunt.*

1) *Lutrae profundo se immergentes, iterum apparuerunt magnamque piscium multitu-*
40 *dinem in rete propulerunt rursus immissum. Sanctus autem fratribus dixit: 'Hodie propter adventum vestrum Dominus h. p. nobis', ut supra.* 2) *I. q. reficere (cf. Ducange h. v.);* fovit *Walahfr.* 3) *Arbona castrum Vindeliciae, olim Arbor felix appellatum, in australi lacus Brigantini parte situm est, hodie Arbon. Cf. Keller, 'Die römischen Ansiedelungen in der Ostschweiz' ('Mitth. der antiquar. Gesellsch. zu Zürich' XII, p. 314).* 4) *Suppleas ex*
45 *Walahfrido I,* 30: potuum et ciborum ea secum genera. 5) *Hiatus ex Walahfrido ita supplendus est:* ut videlicet sua visitatione fidissimum refoveret amicum. Cumque.

in vasculo[1] involutum . . . .[2] Iohannes vero pontifex aperiens arcam, cumque *vidisset eum, coepit flere amare et dixit: 'Eu, eu, mi pater! Cur me eduxisti de domo patris mei huc et iam modo dereliquisti me orfanum dissolatum, quia tota civitas[a] in te fuit posita?' Presbiter autem ipsius castri levavit eum, dicens: 'Surge, domine, et oremus pro ipsum'. Et cum dedissent finem verborum, intraverunt in ęcclesiam, et coepit ępiscopus missam agere pro eo, et cum acta [e]ssent, respiciens postergum suum, vidit foveam factam, ubi eum volebant sepelire. Adsumpta cruce in ęcclesia[3], intraverunt in domum presbiteri cum psallentio, volentes eum adduci ad defossum, et imposuerunt arcam ipsius in feretro, ut deportarentur eum in ęcclesiam, et nusquam praevalebant eum commovere. Cumque de hac re conloquium inter se habuissent, quod eum ex ipso loco omnino elevare non potuissent, Iohannes pontifex ait: 'Vere modo scio, quia domino meo Gallo ista sepultura non est acceptabilis'. Et iussit presbitero, ut introduceret duos equos indomitos de ipsius iumentę[b]. Et factum est ita, et straverunt eos cum magno labore cum straturis et adferebant eos, ubi corpus viri Dei iacebat. Pontifex autem cum clero[c] et populo[d] orabat Dominum, dicens: 'Deus omnipotens et Iesus Christus, filius eius, in cuius amore et honore iste vir Dei dereliquid provintiam suam et secutus est praecepta tua, introduc corpusculum eius cum ęquis istis indomitis, ubicumque tua voluntas fuerit, ut requiescat'. Expleta autem oratione, respondit omnis populus: Amen.

*p. 4. — cf. Apoc. c. 21.

(6). Erat autem unus paraliticus nomine Maurus, qui sic erat contractus, ut ipse gressibus suis incedere non possit. Cumque presbiter ille supranominatus[a] erogaret vestimenta viri Dei per pauperes, dedit ipso paralitico calligas[b] viri Dei cum calciamentis. Cumque ille propter gaudium induit se, exsolutae sunt iuncturas conpaginum ipsius; exclamavit voce magna atque exiliens benedicebat Deum et virum Dei, qui eum sanaverat. Aspiciens autem pontifex et universus populus, videntes eum sanum, glorificaverunt Deum et dixerunt: 'Manifestam virtutem dignatus est Deus hodie ostendere pro servo suo', et dederunt cerium ei[c] qui fuerat paraliticus, et perrexit cum cetero populo. Haec fuit primum signum post transitum eius.

(7). Fertur et aliud miraculum. Habuit vir Dei capsellam unam cutineam[4] sub suam custo[diam][a, 5] . . . .

*p. 5. (8). . . . . . . *sancti[6] Galli et adorantibus ad sepulchrum ipsius sancti: quidquid ibidem postulaverunt dominum nostrum Iesum Christum in honore ipsius

I. Capp. 5—8. *c.*

Cap. 5. a) fiducia *Wettinus;* confidentiam *Walahfr.* b) iumentae, iumentarum *declinavit Arbeo, V. Corbin. c.* 16. c) *ita Wettinus;* cleros *c.* d) huiuscemodi *add. Wettinus cum Walahfrido.*

Cap. 6. a) supnominatus *c.* b) galligas *c., corr.* c) eius *c.*

Cap. 7. a) *post* custo *duo folia perierunt c.*

1) *Vas est arca continendis corporibus defunctorum apta; cf. Forcellini h. v.* 2) *Walahfr. addit:* et in loculo repositum. 3) *Wettinus cum Walahfrido eadem fere addit, alter (c. 38):* cum omnibus exsequiis aptis, *alter (I, 30):* et his quae exequiis exhibentur. 4) *Walahfr.:* de corio factam, *Wettinus male:* ligneam. 5) *Capsula post sancti mortem aperta cilicium modicum invenerunt catenamque aeream sanguine aspersam, quae mortificationis signa iuxta tumulum ad caput eius suspenderunt.* 6) *Perierunt ea, quae Walahfridus I, 33—II, 5. enarraverat, scilicet sepulturae descriptio, quomodo corpus ab equis indomitis ad cellam sancti delatum atque in oratorio sepultum esset (I, 33), miraculumque in ipsis exequiis patratum (I, 34), denique ex miraculis posterioribus ea quae auctor ipse oculis non viderat (II, 1—5). In epilogo eorum, in quo Vita I. redit, de morbis ad sepulchrum sancti sanatis affirmatur, quicumque animae vel

sancti, qui fidem habuerunt in devotione sancta, et si ita postulaverunt, quod oportunum fuerat, sine ulla dilatione reciperunt ipsam postulationem, prestante domino nostro Iesu Christo, qui cum aeterno Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

5 (9). Etiamnunc pretermittimus aliquanta, quae audivimus vel vidimus, dum ad alia festinamus, quae et ipsi oculis nostris vidimus. Temporibus vero Carlmanni maioridomo fuit vir unus pauperculus in pago qui vocatur Bertoltespara[1], qui ex summa devotione cum uxore sua ad ęcclesiam sancti Galli pergere cupiebat. Hoc autem eo cogitante, coepit uxor eius pallam texere pro devotione, et cum ea 10 perfecisset, involvit in ipsam pallulam modicam tortam ceram[2] et posuit in arcam[a] suam inter alia linteamina. Contigit autem, dum de ipso iter cogitarent, ut ipsa domus eorum igne cremaretur, et non remansit eis nihil, quod in domo habebant, et insuper ipsa arca, ubi supramemorata pallula reposita fuit, cum cera igni consumpta est. Cum autem cessasset ignis, veniebant, ut inquirerent, si aliquid ibi- 15 dem reperissent ex utensilibus ferramentorum. Adfuit autem misericordia Domini: invenerunt ipsam pallulam cum ipsa cera involutam in favillam cineris inconbustam, neque tetigit eos ignis [o]mnino, sed inlesa reperta[b] sunt. Illi autem, miraculo viso, benedixerunt Deum, perrexerunt recto itinere usque ad locum praedistinatum, ubi prius devotionem habuerunt venire, ad monasterium sancti Galli, et 20 narraverunt omnia fratribus, quae gesta erant, et obtulerunt pallulam super altare, et fuit ibi in signum multis temporibus, sub temporibus, quando domnus Audemarus abba ipsum monasterium regebat.

741/747.

720/759.

(10). Fertur et aliud miraculum, quae in ipso supranominato pago contigebat[a] temporibus Pippini regis. Infirmabatur vir unus nomine Willimarus valida 25 languore et votum vovit Deo, si Dominus illum sanare [volu]isset, quod unum ęquum et duobus bubus ad ęcclesiam sancti Galli donare deb[eret], et ex illo iam die coepit confortare et sanus factus est. Contigit autem, ut ipsius dominus nomine Birhtilone[3] pro causam orationis ad ęcclesiam sancti Galli confessoris festinasset, et ipse supranominatus vir *ivit cum ipso, quia sub dominatione ipsius 30 presidis fuisset. Cum autem pervenissent ad monasterium, et intrantibus eis in ęcclesiam sancti Galli, oratione facta et benedictione petita, voluerunt reverti ad propria. Recedentibus eis, cum non longe esset ab ęcclesia, ipse ęquus, qui prius devotatus fuer[a]t ad ipsam ecclesiam, super quem ipse sedebat qui eum voverat, non potuit longius ire; ille autem qui desuper sedebat coepit calcaribus cruentari[4], 35 et nec sic omnino movebatur. Vidente autem presid[e] et qui cum eo erant, coeperunt inqu[ir]ere, quidnam esset. At ille pro[t]inus cum confu[s]ione prodens eis delictum, quia deliquisset propter votum quod vove[ra]t, et reversum[b] se esse fate-

751/768.

*p. 6.

I. Capp. 8—10. *c.*

Cap. 9. a) *ita Wettinus;* arca *Walahfr.;* aream (?) *c.* b) *ita Wettinus;* aperta *pr. m. corr.* rep. *c.*
40 *Cap.* 10. a) *ita c.* b) reverse ee (*i. e.* esse) *c.*

corporis necessitate coactus 'apud sepulchrum beati Galli instantiam orationis executus esset', ipsum fructum precum suarum statim cepisse. 1) *Bertoltespara (*Perahtoltespara *Wettinus cum Walahfrido) est terra saepta Bertholdi, quem ducem Alamanniae fuisse ferunt. Pagus, cuius fines Stälin, 'Wirtembergische Gesch.' I,* 284, *accurate circumscripsit, silvam* 45 *nigram maxima ex parte occupabat, i. e. territorium Wirtembergense confiniumque Badense.* 2) *Intellege ceram tortae panis specie formatam.* 3) *Pirahtilo comes in chartis Sangallensibus ex a.* 770. *commemoratur; cf. Wartmann I, p.* 55; *Stälin I, p.* 243. 4) *Wettinus addit:* diversis ictibus punitus, *Walahfridus:* ac verberibus fatigaret.

batur pro ipso voto. Statim reversi sunt omnes ad ecclesiam et offereba[n]t ipsum ęquum ad hostium ęcclesiae et cum benedictione reversi sunt ad propria.

771. 9. Oct. – 4. Dec. (11). Tercium vero miraculum adhuc gestum est in ipso supradicto pag[o], regnante domno Carlmanno in ann[o] quarto regni sui. Fuit et aliquis [h]o[mo] pauperculus de vicinatu Rotuvilla[1] fisco publico. Quia ex summa devotione ad ęcclesiam sancti Galli vellebat pervenire, et non habenti illi ad altare offerre aliquid potuisset, suadente diabolo, intempesta noctis intravit in atrium presidis, furavit vasculum unum cum apibus et melle et introduxit in domum suam et extinxit ap[e]s, tollens mellem, et fecit ex ea ceram. Post haec vero una cum vicinis et cognatis suis perrexit ad ęcclesia sancti Galli confessoris. Cum autem pervenissent ad supradictam ęcclesiam et pervenerunt ad sepulchrum, obtulerunt ibidem, quicq[ui]d adportabantur, et ipse supranominatus pauperculus vellens inponere ceram, q[uam adpor]tabat, cum [autem perr]exisset, in m[anu eius] app[aruit ip]sa cera la[p]is durissi[mus. Ille] timor[e c]onpulsus[2], confitebat[ur re]atum suum uni ex eis qui[cum e]od[em venerant; qui] autem [cu]stodi[bus ape]ru[it] ęcclesię; q[u]i et ipsi etiam devulgaverunt co[r]am [o]mnibus. Magnum [v]alde a[tque] mirand[um . . . . inau]d[it]um h[o]m[ini]bus, quod [mat]er[ia] liquide creature petra durissi[ma redd]ita est et [e]l[e]men[tum] mutatum, qui deest l[egi]. Fieri posse aliud credendum est, nisi quod Deo omnipotenti munera ex furto[a] vel rapina non est acceptabilis, et placuit ei ad declarandam virtutem suam in honore ipsius sancti, sicut omnibus no[tum est]. *Ipse lapis usque in hodihernum diem in ipsa ęcclesia perspicue videtur. *p. 7.

II.
VITA GALLI AUCTORE WETTINO CUM PROLOGO METRICO AD GOZBERTUM.

*p. 166.

*Cum[a] mundus per inania vertatur volitando,
Oceanus ut gyrat haec terrestria regna,
Zelo humano erectis super astra poetis,
Bellis Laurentum prout Virgilius faleratus
5 **E**ximii vatis meruit per saecla triumphum,
Ratus et Argolicum rimans figmentum Homerus,
Tali ut captasset regnum aethrale labore:
Omissis fictis et cautum stilum habendo,
Patronos veros cur non debeo venerari,
10 **A**ctu qui iusto freti superare malignum
Tartareasque minas calcarunt recta operando,
Rebus dispecti, meritis sed magnificati?
Inter[b] quos sanctus Gallus, mundo venerandus,
Vera sub ipso principio vitae capiebat,

I. Capp. 10. 11. *c.* *II. Prolog. c. E.*
Cap. 11. a) furtu *c., corr.*
Prolog. a) *prologum eadem manus quae Vitam exaravit alio atramento adscripsit c.* b) Iter *E.*

1) Actum in villa Rotunvilla puplici *legitur in charta Sangallensi a.* 789 *(Wartmann I, p.* 115*), qua res in pago Perahtoldespara sitae monasterio venditae sunt. Est Rotweil oppidum ad Neckar fl. situm. Vicinatus autem pro conventu iuridico (Germ. 'Gerichtssprengel') ipsius villae accipi videtur.* 2) *Wettinus cum Walahfrido:* perculsus.

15 Vertendo[a] multos exemplo ad moenia vitae[b]:
Exin praeclaris signis effulsit in orbe
Tantis mirandis, quanta vix lingua proferre[c]
Tota per arva valet aut sensus mente tenere.
Innumerae[d] populi versae sunt rite catervae,
20 Sanctis miris signis, Christo rege donante.
Unca manus nervos plenos protendere gaudet,
Sanctorum regem populo laudante[e] canoro;
Vere et contractorum prosiliente caterva,
*Exiles gressus temptantur cetu puerorum. *p. 167.
25 Reor et, ut nequeam stilo transscribere umquam,
Buccis in quantis ibi lingua nova renovatur,
Ac membris in cunctis quae miracula aguntur;
Sed peto te, quicumque cupis haec figere menti
Acta, prout creduntur, Christo rege donante[f],
30 Largifluis precibus Dominum mecum ut depreceris[g],
Vasto in mundo terrigenis qui talia dedit,
Tetro ut procul pulso a me crimine nigro,
In laude Christi[h], exhilarato iubare cordis,
Sancti acta stilo merear recitare volante[i].

*INCIPIT LIBER PRIMUS DE VITA ATQUE VIRTUTIBUS BEATI GALLI CONFESSORIS. *p. 169.

(1)[a]. Fuit vir nobilitate pollens magisque bona conversatione fulgens, quem reverentia paternalis nobis tradidit Gallum nuncupante[b]. Hic primaevum florem in insula Hybernia ducens, cum ab ipsa pueritia sua Deo adhesisset studiisque liberalium artium mancipasset, parentum nutu commendabatur viro venerando Columbano; qui vitae normam exemplis patrum tenens vestigiumque humilitatis cunctis praetendens, mellifluam doctrinam secum degentibus oportune tradidit. Inter quos praedictus puer humilitate ac strenuitate pollebat, magistrum suum in studiis[1] divinis sectans[c], caduca iam mundi respuendo ac fratribus ubique aditum[2] aeterni regni ostendendo. Christo nempe propitio ad aetatem veniens, exortationibus spiritalium fratrum, praefato patre eum conpellente, humiliter rennuens, adtamen Christi exemplo oboediens, sacerdotii gradum adiit. In quo provectibus pollebat, *cum assiduum sacrificium Christo flagrabat; in quibus et initiis feruntur liquida miracula. *p. 170.

(2). Igitur cum de remotis partibus mundi arbiter orbis lumen nostratibus refulgere disposuisset, praedictus vir, terrena dispiciens ac caelestia quaerens, cum praefatis fratribus, qui electio quaedam Scoticae gentis erant, relictis habitis[3] cunctis, Christum secutus est patrisque ac matris seu parentillae cum possessio- cf. Matth. 19, 29.

II. Prolog. c. E. Capp. 1. 2. *c.*

Prolog. a) Vestendo *pr. m. E.* b) vitte *E.* c) profess *pr. m. E.* d) In munere *E.* e) laudanto *E.* f) tonante *c. cum E; cf. versum* 20. g) *in ras. c.* h) XPO xhilarato *E.* i) *p.* 167. *dimidia et* 168. *tota vacant c.*

Cap. 1. a) *numeri des. c.* b) nuncupa::: *pr. m.*, nuncupare *m. al. c.* c) *ita pr. m.*, sequens *m. al. c.*

1) *Galli studia et saecularia, scilicet 'grammaticae regulas metrorumque subtilitates', et divina Walahfridus fusius persecutus est.* 2) *I. e. adytum.* 3) *Melius Walahfr.:* omnibus quae habebat relictis.

nibus diversis inmemor, ut mereretur in aethris premio centuplici potiri. Aestimatione[1] etenim coepta, portum Hybernicum linquebant, prosperisque succedentibus auris, sinus[a] Brittanicos tangebant. Quibus peragratis, tandem optata arva Galliae introierunt, ubi gubernacula regni Sigiberti diversas gentes[b] tunc domuerunt; statimque confidentes in Christi amore aulam regiminis eius adierunt. Quos benigne suscepit aptaque omnia cum diligentia illis praeparari iussit. Coepitque causam itineris eorum inquirere animumque[c] suum mellifluis doctrinis eorum delectare[d]. Qua per ordinem *exposita atque diligenter consuetudine erga peregrinos peracta, regalis clementiae allocutione[d*] vocantur. Ibi ergo inquiruntur de originis seu conversationis eorum ordine; quo cognito, regalis petitio eos adiit, ut in terminis Galliae conversationis eorum locum eligerent nec diutius se itineris longitudine fatigarent, regalem tunc clementiam[e] in omnibus voluntati eorum deinceps obtemperaturam. Vir ergo Dei[f] respondit: 'Omnia, quaecumque habui, propter nomen Domini dereliqui, et si nunc aliorum divitias cupio, forsan praevaricator euangelii existo, cuius desiderio actenus militavi; non enim convenit nobis lucris caducae huius vitae anhelare, sed toto mentis affectu Christi praeceptum desiderare, in quo ait: *Qui vult venire post me, abneget semet ipsum, tollat*[g] *crucem suam et sequatur me*[g]. Quomodo nos ergo nosmet ipsos abnegamus, si exteriora nostra pro Christo non laxamus, aut quomodo crucem eius tollimus, *si terrestrem curam quaerendo inhiamus?' Cui talia obicienti responsum regale obviavit: 'Si Christum sequendo crucem eius sumere desideras, heremi secreta elige, in quibus et augmentum tui premii et oportuna provideas nostrae saluti, tantum ne, nostra dicione relicta, ad alias gentes pertranseas'. Regis ergo petitio praevaluit ac cuneus ille fratrum heremi abdita elegit. Quo difinito, ingressi sunt heremum, quem vulgalis opinio nuncupat Vosagum, scrutando servorum Dei habitationibus aptum locum. Tandem ergo reppererunt antiquitus habitationem dirutam, aquarum calore adventantium animos delectantem, quam murorum aedificia antiqua circumdabant incolaeque regionis illius Luxovium eum vocabant. Illic nempe fraternalis manus oratorium[2] in honore sancti Petri principis apostolici culminis ac officina habitationi apta sibi construxerat. Igitur cum per aliquod [tempus[h]] illic habitassent aptaque coenobialibus praeparassent, multi Burgundiorum gentis necnon et Francorum *veniebant ad eos propter desiderium aeterni regni, ibique mirum in modum crescebat regularis vitae origo.

(3). Cum fluctivagum [mundum[a]] linquebat nobilium multitudo, — Christo laus! — creverat passim opinio eorum in finibus Galliae vel Germaniae. Nam et maturitas vitae eorum Theodorichum regem non latuit, qui saepe ad eos venit ac orationis eorum amminicula postulavit. Cui sanctus vir Columbanus dulcifluam doctrinam suam inpendebat necnon et pro concubinis, quibus indiscrete adherebat, vehementer arguebat, ortando eum, potius legitimo coniugio uti, quatenus spes regni incautela eius non distitueretur, sed utilitati populi in posterum servaretur. Multa ergo ammonitionibus eius agebat,

V. Columb. I, 4. — ib. I, 6. — *p. 171. — *p. 172. — ib. I, 10. — *p. 173. — ib. I, 18.

II. Capp. 2. 3. *c.*

Cap. 2. a) *in ras. maiore c.* b) gentes *pr. m. suppl. c.* c) *corr.* ac animo suo *c.* d) : : : tar : *corr.* delectari *c.* d*) allocutioni *c.* e) *post* cl. 8 *litt. ras. c.* f) Columbanus *m. al. superscr. c.; om. Walahfr.* g) tollat — me *in ras. maiore c.* h) *in mg. suppl. c.*

Cap. 3. a) *atramento alio suppl. c.*

1) Aestimare *pro* destinare *auctor accepit infra c.* 3 (aestimatum iter), *ideoque* aestimatio *est* destinatio. 2) *Ionas:* monasterium.

sed instigante inimico humani generis mentem Brunnihildae, aviae suae, in [V. Columb. I, 18.] prostitutionis amissione viri Dei consilium utile rennuebat. Nam sicut Zezabel regnum Ahab perdidit, ita et haec istum decoepit, avertendo eum a [cf. 3. Reg. 21.] legitimo coniugio ac vitam *eius lupanaribus damnando. Tantum timore [*p. 174.] honoris ac dignitatis suae[1] in palacio regali, si legitima coniunx versaretur sub sceptro nobili, invidia contra virum Dei augebatur, in tantum, ut [cf. V. Columb. I, 19.] praedicta filia diaboli a rege inpetrasset, ne amplius sub dicione regiminis eius vir Dei habitasset. Nam et legatio mittebatur, quatenus de [ib. c. 20.] regno expelleretur. Ille vero movens inde, sicut in gestis eius[2] legitur, per- [ib. c. 24.] venit ad Clotharium regem, cumque ab eo benigne susciperetur eumque divinitus instruxisset, expetivit, ut fultus comitibus ad Theodobertum regem [ib. c. 25.] Austrasiorum venisset. Consentitur demum petitioni viri Dei atque una cum cunctis sibi aptis transmittitur Austrasiorum regi; a quo suscipitur cum [ib. c. 27.] magnis gaudiis, eumque divinitus docendo ibi manet diebus non paucis. Tunc itaque viam seu defensionem[3] per Altam Germaniam[4] ad Italiam petiit, in qua [ib. c. 30. ib. c. 27.] eodem tempore Egilolfus regnavit; sed praedictus rex obsecrabat *virum [*p. 175.] Dei manere in regno eius, promittens se repperire loca venusta et congrua servis Dei, in quibus si habitare coepisset, lucrum animarum inde adferri potuisset. In quibus promissis vir Dei lancem moderaminis tenuit dicendo, se petitioni eius velle obtemperare, sed tamen firmiter habendo aestimatum iter nulla ratione velle dimittere.

(4). Igitur optio ei a rege dabatur, si alicubi aptum locum experiretur. [ib. c. 27.] In qua inquisitione venerunt ad fluvium Lindimacum[5], quem sequendo adierunt castellum Turegum[6] vocatum. Inde etenim adierunt villam[a] vulgo vocatam Tuccinia, quae in capite ipsius laci Tureginensis est sita[7]. Placuit ille locus[8], sed [ib. c. 27.] incolarum displicuit pravus usus. Crudelitas et malicia in illis regnabant; namque et superstitioni gentilium inhiabant. Servi ergo Dei cum coepissent inter illos habitare, docebant eos Patrem et Filium et Spiritum sanctum adorare. Nam Gallus, ad cuius miracula rimanda[9] Christo propitio *figimus opera, [*p. 176.] virum Dei Columbanum, ut iam dictum est, ab initio conversionis sequendo eiusque laboribus conpatiendo, coepit illic gentilium fana incendere diisque consecrata in lacum dimergere. Cum ergo vidissent fana sua conbusta, adsumpserunt contra eos invidiae arma, quae in tantum corda eorum arripuit, ut, consilio acto, virum Dei Gallum voluissent interficere atque Columbanum cum contumeliis de finibus eorum expellere. Sanctus vero Columbanus haec audiens orabat: 'Deus rector poli, in cuius arbitrio totus mundus decurrit, fac generationem istam in

II. Capp. 3. 4. *c.*

Cap. 4. a) *post* villam 4 *litt. ras. c.*

1) *Suppleas* amputandae *ex V. Columbani.* 2) *V. Columb. I,* 24. 3) *I. e. commeatum. Arx.* 4) *Terram quam Alamanni vel Suevi incolunt in vetustissima Galli Vita* Altimaniam *saepius nominatam fuisse Walahfridus in prologo testatus est.* 5) *Limmat fl.* 6) *Zürich.* 7) *Tuggen vicus, qui hodie prope caput lacus Turicini neque in ipso situs est, olim lacui adiacebat ex ipso nominato 'Tuggenersee'; cf. 'Anzeiger für Schweiz. Gesch.'* 1889, *p.* 311 *sq.* 358 *sqq. Lacus igitur Turicinus olim usque ad Tucconiam pertinuisse videtur, id quod etiam ex Walahfrido I,* 4. *concludi licet, quo teste Scotti per litus ambulantes ad caput lacus ipsius venerant in locum qui Tucconia dicitur.* 8) *Iona teste* ad destinatum perveniunt locum, *i. e. Brigantiam, quam, optione accepta, Columbanus elegerat, etsi ei locus postea minime placebat.* 9) *I. q. narrare; cf. infra c.* 39.

inproperium, ut quae inprobe excogitant servis tuis, sentiant in capitibus suis. Fiant nati eorum in interitum; ergo cum ad mediam aetatem perveniant, stupor ac dementia eos adprehendant, ita ut alieno aere[1] oppressi, ignominiam suam agnoscant conversi, impleaturque in eis prophetia psalmigraphi dicentis: *Convertetur dolor eius in caput eius, et in verticem ipsius iniquitas eius descendet'*.

(5). Post haec ergo secedendo apostolicum implevit praeceptum, in quo ait: *Date locum irae*, atque cum alumnis ad Christi laudem festinantibus pervenit in castrum *Arbonam, ubi reppererunt Willimarum quendam sacerdotem. Quibus ille visis fertur prae gaudio dixisse: *Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus dominus et inluxit nobis*, eique responsum obviasse: *De regionibus congregavit nos Dominus*. Ipse confestim, adprehensa manu eius, duxit eos ad orationem. Nam cum pariter orassent domumque intrassent ac in convivio spiritalis laetitiae recubuissent, fertur electus Dei Gallus iussu magistri divina eloquia recitasse audientiumque animos ad amorem caelestis patriae provocasse; quorum auditor praefatus presbyter obstupuit, umectans vultum lacrimis. Erant ergo ibi ad laudem Christi VII diebus laeti in divinis conlationibus[2]. Quibus peractis, didicerunt ab eodem presbytero, civitatem quandam esse dirutam vicinam illis locis Pergentiam[a], cuius terrae pinguedo marisque vicinitas[3] potuissent fieri servis Dei oportunitas. Quo audito, optabant eum toto animo.

(6). Nam vir Dei Columbanus una cum Gallo aptissimo discipulo seu alio diacono ascendens navem, explorandi causa adiit urbem. Igitur fraternalis manus[4] domicilia sibi illic praeparavit ac strenue Christum pro illo loco supplicavit. Tres ergo imagines[5] aereas et deauratas superstitiosa gentilitas ibi colebat, quibus magis quam *creatori mundi vota reddendo credebat[6]. Nempe desiderio destruendi eorum superstitionem vir Dei Columbanus iussit Gallo ad populum recitare sermonem, quia ille inter alios eminebat lepore Latinitatis nec non et idioma illius gentis; nam conventio facta est populi ad solitam festivitatem templi, magis spectaculo advenarum perculsi, quam reverentia divini cultus devoti. Quibus congregatis, electus Dei Gallus rigabat corda eorum mellifluis verbis, ortando eos ad creatorem suum converti Iesum Christum, filium Dei, qui humano generi in sordibus tepescenti reseravit aditum[a] caelestis regni. Igitur, videntibus cunctis, sublatas imagines comminuit petris atque in profundum deiecit maris. Tunc ergo pars populi confitendo peccata sua credidit, parsque irata et indignata cum furore abscessit. Nam et vir Dei Columbanus aquam benedixit atque sanctificando loca contaminata ecclesiae sanctae Aureliae[7] honorem pristinum restituit[8]. Ibique egregius athleta Christi cum clientibus sibi alumnis mansit triennio. Qui in morem parvissimae matris apis ingenium exercebant in artibus diversis[9], inter quos electus

Ps. 7, 17. — Rom. 12, 19. — *p. 177. — Ps. 117, 26. 27. — ib. 106, 2. — V. Columb. I, 27. — p. 178.

II. Capp. 4—6. *c.*
Cap. 5. a) Pergentiam, *ras.* er *c.*
Cap. 6. a) *ita recte c.*

1) *Walahfr.*: dura potentium dominatione. 2) *I. e. colloquiis. Arx.* 3) *Vicinitatem maris Walahfridus minime commemoravit, etsi situm loci per multa extulit.* 4) *Walahfrido teste oratorium S. Aureliae primo adierunt, quod Columbanus restituisse infra dicitur.* 5) *De his imaginibus egit J. Grimm, 'Deutsche Mythologie' I,* 89[4]. 6) *Verba quibus simulacra illa pagani adorabant apud Walahfridum subsequuntur.* 7) *De Aurelia virgine Argentoratensi v. AA. SS. Oct. VII, 1, p.* 27 — 31. 8) *I. e. ecclesiam dedicavit, altare unxit reliquiasque beatae Aureliae in eo collocavit, sicut fusius rettulit Walahfridus.* 9) *Walahfr.*: aedificata inibi cellula, alii hortum laboraverunt, alii arbores pomiferas excoluerunt.

Dei Gallus squamigero gregi insidias conponens, *fratres saepe, Christo largiente, laetificabat, cum illis apta diligenter prebebat. *p. 179.

(7). Volvente deinceps cursu temporis, electus Dei Gallus retia lymphae laxabat in silentio noctis; sed interea audivit demonem de culmine montis pari suo clamantem, qui erat in abditis maris. Quo respondente: 'Adsum!' montanus econtra: 'Surge', inquit, 'in adiutorium mihi! Ecce! peregrini venerunt, qui me de templo eiecerunt. Nam deos conterebant, quos incolae isti colebant; insuper et eos ad se convertebant. Veni, veni, adiuva nobis[a] expellere eos de terris!' Marinus demon respondit: 'En, unus illorum est in pelago, cui numquam nocere potero. Volui enim retia sua ledere; sed me victum proba lugere. Signo orationis est semper clausus nec unquam somno oppressus'. Electus vero Gallus haec audiens, munivit[b] se undique signaculo crucis dixitque ad eos: 'In nomine Iesu Christi praecipio vobis, ut de locis istis recedatis nec aliquem hic ledere praesumatis'. Et cum festinatione ad litus rediit atque abbati suo quae audierat recitavit. *Quod vir Dei Columbanus audiens, convocavit fratres in eclesiam, solitum signum[1] tangens. O mira dementia diaboli! Voces servorum Dei praeripuit[2] vox fantasmatica, cum heiulatus atque ululatus dirae vocis audiebatur per culmina. Livor ergo demonis dolens abscessit, cum oratio fratrum ad Dominum suppliciter ascendit. Laude colendus Christus tunc magis ac magis laudabatur, cum expellere ab eis terrorem demonum dignabatur. *p. 180.

(8). Illi vero, qui contempserunt eorum praedicationes, conati sunt adfligere eos propter deorum suorum contritiones. Nempe adierunt Cunzonem ducem partium ipsarum, accusatorias fallacias ferentes, coniuncto spiritu deceptionum, ac dicentes, propter illos advenas venationes publicas illis in locis fuisse desolatas. Qui ad eos nuntium mittere dicitur, a quo eis discedere precipitur. Nam ut adderetur ad iniurias servorum Dei, vacca eorum furto ablata ducta est in abdita heremi. Cuius requirendi gratia pergentes duo fratres, venerunt usque ad ipsos latrones; ubi tunc furto homicidium coniungitur, cum ab eis famuli Christi occiduntur, praedaque eorum *diripitur. Peracto ergo scelere, diu quaeruntur in solitudine; adtamen, quandoque exanimes inventi, lamentabiliter ad cellam sunt reducti[3]. Deinde sanctus Columbanus assiduitate expellentium coactus ac dolore fraternalium funerum perculsus, dixit fratribus: 'Invenimus hic concam auream, sed serpentibus plenam. Vos autem nolite contristari; Deus enim, cui servimus, angelum suum mittet, qui nos ad regem Italiae perducet eumque placabilem faciet, ut locum nobis pacificum tribuat'. *p. 181. cf. 2. Esdr. 8, 10.

(9). Ex quo itinere athletarum Christi febrium vexatio electum Dei Gallum retinuit. Nam in ipso profectionis articulo abbatis sui pedibus provolutus professus est, quod nequivit infirmitate conpulsus. Sed vir sanctus [causa[a]] retinendi eum secum cum hilaritate[4] animi dixit: 'Si laborum meorum particeps fieri non

II. Capp. 6—9. *c.*
Cap. 7. a) bi *eras. c.* b) *post* munivit 2 *litt.* (&?) *eras. c.*
Cap. 9. a) causa *m. al. superscr. c.*

1) *I. e. tintinnabulum.* 2) *I. e. suffocavit in ipso edendo seu ut Walahfr.:* Prius autem quam initium psallendi fecissent, *scilicet fratres.* 3) *Interim nuntius ducis advenit, arteque diaboli expulsi, consilium Italiam petendi ceperunt testante Walahfrido.* 4) *Serio ipsum Walahfrido teste Columbanus castigaverat, loci amore detentum eum ratus viae longioris detrectare laborem, id quod sancti gratia Wettinus immutasse videtur.*

vis, diebus meis missam non celebrabis'[1]. Ergo arbitrio proprio tunc relictus est, qui diu sub magisterio aliorum eruditus est. Quod credimus divina providentia *p. 182. actum, ut electus Dei Gallus servaretur genti illi ad lucrum sempiternum. *Sequestratione namque peracta, praefatus hospes Willimarus presbyter visitatur a servo Dei Gallo una cum retibus et navi. Ibique meroris anxietas innovatur, cum 5 separationis ordo rimatur; inter quae hospitii sustentationes ac infirmitatis sublevationes ibidem flagitantur[a]. Quo suscepto cum gaudio pietatisque studio adimpleto, iussum est duobus clericis Maginoldo[2] et Theodoro, ut sollicitudinem eius habuissent ac in locis propinquis ecclesiae ei ministrassent. Quibus diligenter patratis, ad maius exercitium Christo propitio sanus factus est. 10

(10). Post haec Hiltibodus quidam diaconus, praefati sacerdotis fidus socius, cum ante alios cognitione illius heremi polleret[3], aditus est ab electo Dei Gallo his verbis: 'Fili, invenisti umquam in abditis istius heremi aptum locum ad con- cf. Luc. 22, 15. struendum oraculum[4] habitaculumque congruum? Desiderio desideravit anima mea permanere diebus meis in solitudine, admonente nos psalmista ac dicente: 15 Ps. 54, 8. 9. *Ecce! elongavi fugiens et mansi in solitudine*[a]. *Expectabam eum, qui me salvum faceret*'. Respondens diaconus, dixit illi: 'Pater mi, est heremus iste asper et aquosus, *p. 183. habens montes excelsos et angustas valles et bestias diversas, ursos *plurimos et luporum greges atque porcorum. Timeo, si induxero te illuc, ne forte inruant Rom. 8, 31. super te'. Vir autem Dei respondit: '*Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Dani-* 20 Dan. 6, 27. *helem de lacu leonum liberavit*, ipse potens est me liberare de manu bestiarum'. Videns autem praefatus levites constantiam eius, ait[5]: 'Crastina secreta silvarum penetremus, si forte locum aptum inveniamus. Nam confido in creatoris nostri cf. Tob. 5. clementia, ut dignetur nobis praevium Tobiae dirigere'. Solito ergo more vir Dei in oratione eodem die perstetit sine cibi perceptione. 25

(11). Facto igitur mane captabant viam cum oratione. Peracta nempe ter terna hora diei, levites sciscitatur, si voluisset reficere vir Dei. A quo audivit non se gustaturum, antequam Christo propitio locus ei ostenderetur ad habitandum[6]. Agitantur igitur membra iam lassa, ac demum pervenitur ad fluviolum nominatum Petrosa[7]. Ibi ergo noctis quies demonstratur, cum squamigeri gregis 30 turba conspicitur. Nam pervenitur ad cursum fluvioli[a] de monte, ubi cavatur[8] locus eius in rupe; adportatum rete[9] inmittitur ac pisciculi non pauci captantur.

II. Capp. 9—11. *c.*
Cap. 9. a) fla : gitantur, *ras.* n *c.*
Cap. 10. a) et *pr. m. superscr. c.* 35
Cap. 11. a) fluv | (oli *in mg. pr. m. suppl.*) *c.*

1) *Poena suspensionis Columbanus punit Gallum. Arx.* 2) *Infra c.* 19. Maginaldus; *Walahfridus:* Magnoaldo. 3) *Quomodo piscibus accipitribusque capiundis cognitionem hanc ille sibi comparavisset, addidit Walahfridus.* 4) *Aedes sacra, in qua oratur. Cangius.* 5) *Walahfridus addit:* Mitte in peram tuam cibaria et rete parvissimum. 6) *Praecedentia* 40 *oratione fusiore exposuit Walahfridus.* 7) *Walahfr.:* ad quendam fluviolum, qui Steinaha nominatur; *cf. chartam a.* 757. *datam (Wartmann I, p.* 25*):* ecclesia que est constructa in honore sancti Gallonis, ubi ipse requiescit in corpore, super fluviolum Stainhaha, in solitudine in pago Durgaugense. *Est Steinach rivus lacum Brigantinum influens, qui Petrosa vertitur in chartis a.* 792—838. *datis (Wartmann I, p.* 125. 345*).* 8) *Haec excavatio* 45 *adhuc ante portam urbis visitur. Arx.* 9) *Gallum rete secum tulisse Walahfridus solus rettulit.*

Ignis a levita de silice excutitur *ac refectio praeparatur. Consuetam interea vir *p. 184. Dei orationem quaerens, corruit in vepre, pedem suum[a] offendens; quem diaconus[b] nitens sublevare, audivit: 'Sine me! *Haec requies mea in saeculum saeculi; hic habitabo, quoniam elegi eam*'. Ps. 131, 14. Et cum surrexisset ab oratione, fecit de virga coleria[1] 5 crucem, in quam appendit capsellam, in qua erant reliquiae sanctae virginis virginum et sancti Desiderii[2] almique ducis Mauricii; ubi denuo preces amborum innovantur. Nempe vir Dei supplex ait: 'Domine Iesus Christe, creator mundi, qui crucis tropheo subvenisti humano generi, da in honore electorum tuorum locum istum ad laudem tuam habitabilem'. Oratio ad occasum protrahitur cibusque cum 10 gratiarum actione percipitur. Nam cum membra quieti dedissent, virque Dei silenter levando in precibus se ante eandem capsam exercuisset, conviator[3] eius occulte intendebat. Interea ursus de monte adiit ac fragmenta[4] decerpsit; cui ab electo Dei Gallo dictum est: 'Bestia, in nomine domini nostri Iesu Christi praecipio tibi: Sume lignum et proice in ignem'. Ille autem continuo reversus, ad- 15 tulit validissimum lignum et inposuit[c] in ignem. Cui ob mercedem operis offertur a viro Dei panis, sed tamen hoc modo et praecipitur: 'In nomine domini mei Iesu Christi recede ab hac valle. Sint tibi *montes et colles communes, nec tamen *p. 185. hic[d] pecus ledas aut homines'. Quibus inspectis, conviator eius surgens ac genibus se provolvens, ait: 'Nunc scio, quia Dominus est tecum, eo quod bestiae heremi 20 oboediunt tibi'. Qui statim audivit: 'Cave, ne alicui hoc dicas, donec gloriam Dei videas'.

(12). Mane autem facto dixit diaconus ad eum: 'Pater, quid vis, ut faciamus hodie?' At ille dixit: 'Obsecro te, fili, ne irascaris in sermonibus meis; maneamus hic adhuc istum diem. Sume retia et perge ad gurgitem; ego veniam post te 25 cito. Forte Dominus consuetam misericordiam suam nobis ostendet, ut habeamus aliquid[a] ad porrigendum hospiti[5] nostro pro huius loci benedictione'. Cui levites ait: 'Placent quae dicis', statimque surrexit et ad gurgitem perrexit. Ubi cum niteretur rete laxare, apparuerunt ei duo demonia in mulierum specie, nudae ad litus stantes, quasi ad balneum ingredi volentes, turpitudinemque corporis sui ei 30 demonstrantes, insuper et lapides contra eum iactantes, dicebant: 'Tu induxisti virum istum in hunc heremum, virum iniquum et invidiosum, qui semper nobis in malis praevalet'. Quibus auditis vicino[b] pene, regreditur, resque gesta viro Dei nuntiatur. Quo audito, oratio amborum funditur Christo. Sanctus nempe ait: *'Domine Iesus Christe, fili Dei, ne existimes[6] meritis meis; sed iube has de- *p. 186. 35 mones recedere ab hoc loco, ut sit sanctificatus in honore nominis tui'. Cumque se ab oratione erexissent et ad gurgitem venissent, demones in fugam versae sunt per decursum fluminis usque ad verticem montis. Vir autem Dei dixit: 'Fantasmata, praecipio vobis per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ut de hoc loco in deserta recedatis nec amplius huc introeatis'. Tunc namque rete inmittentes, 40 coeperunt squamigeros greges; ubi iterum innovatur dolus hostis antiqui. Dum adhuc pisces ad se trahebant, voces quasi duarum mulierum flentium super mor-

II. Capp. 11. 12. *c.*

Cap. 11. a) suū(?) *eras. c.* b) *in ras. maiore c.* c) in *pr. m. suppl. c.* d) his (*corr.* hic) *pr. m. superscr. c.*

45 *Cap.* 12. a) quid *pr. m. in mg. suppl. c.* b) festino *coni. Arx, sed intellegere malim* e vicino paene.

1) Colurna *rectius a Walahfrido appellatur.* 2) *Desiderium apud Sangallenses eximio honore cultum esse supra p.* 230. *dixi.* 3) *I. e. comes itineris. Cangius.* 4) *Walahfr. add.:* quae convivantibus deciderunt. 5) *Walahfr.:* patri nostro presbytero. 6) De *desideratur.*

tuos suos de vertice montis audiebant, quae haec verba rimabant: 'Quid agimus vel quo pergimus? Non licet nobis propter istum [peregrinum[a]] neque inter homines neque in heremis habitare'. Postea vero tribus vicibus ipse diaconus, cum laborasset desiderio capiendorum accipitrum, audivit de monte qui dicitur Himilinberc[1] demones cum clamore interrogare, si adhuc Gallus in heremo esset 5 an recedisset.

(13). His actis, lustraverunt vallem ac montem, viderunt inter duos rivos[a, 2] *p. 187. silvam[3] planiciemque desiderabilem *ac locum ad cellam aedificandam delectabilem. Exemplo sancti Iacob futurae habitationis praescius electus Dei Gallus dixit: Gen. 28, 16. *[Vere[b] Dominus est in loco isto[b]]*. Ibi et tunc miraculum innovabatur: cum ser- 10 pentium multitudo illic scatebat, ex illa die non conparebat[4].

(14). Creator angelicae virtutis magis ac magis adoratur, eique gratiarum actiones aguntur. Conlocutio namque inter illos egredi de heremo agebatur; sed a viro Dei exire levita supplicabatur[a], eique induciae usque in diem tertium[5] flagitabantur. Quod conviator eius dure accepit repetendo, se non ausurum videre 15 faciem hospitis eorum sine illius presentia[6]; sed sermo viri Dei praevaluit ac levita repedavit. Sanctus igitur tunc se exercuit hisque ternis solibus absque corporali sustentatione continuit[7]. Quarto ergo die egreditur. Arbonensisque sacerdos ab eo cum gratiarum actione visitatur, a quo cum gaudio suscipitur, eique omnis humanitas praeparatur. Christo laudem referebant ac reficiendi gratia consede- 20 bant; ubi inter cetera laetitiae genera levites ait: 'Si ursus adesset, forsitan Gallus illi benedictionem porrexisset'. Cum ergo sermonis[b] origo a[c] sacerdote inqui- *p. 188. situm est, a levita *recitabatur, ut gestum est. Exinde habitus est ab eis sicut unus ex patribus antiquis; erat enim vita eius dura atque nimia ariditate consumpta. Dum ibi adessent, simul venit nuntius ad Willimarum presbyterum, 25 dicens migrasse Gaudentium Constantiae urbis episcopum; pro cuius requie ambo laborabant in oratione.

(15). Post haec die septima missa est praefato sacerdoti epistola, in qua continebatur, adesse eum cum viro Dei super duodecim noctes[8] ad Cunzonem ducem in villa nuncupata Iburninga[9]. Hoc ideo agebatur, quia filia eius unica Fridi- 30 burga disperabatur, quam ingressus spiritus nequam torquebat passionibus incredibilibus cuiquam. Cibos modicos[a] capiebat, volutans in terra spumabat, nec eam continere nisi quattuor poterant. Quod genus demonis erat mutum usque ad diem

II. Capp. 12–15. *c.*

Cap. 12. a) peregrinum *m. al. superscr. c.*; peregrinus *Walahfr.*

Cap. 13. a) *post* rivos 2 *litt. ras. c.* b) Vere — isto *superscr. c.*; *habet Walahfr.* 35

Cap. 14. a) supplicatur *corr.* supplicabatur *c.* b) *post* sermonis 3 *litt. ras. c.* c) a — levita *in ras. c.*

Cap. 15. a) *pr. m. superscr. c.*

1) *Locus hodie incertus'; cf. Meyer v. Knonau l. l. p.* 18. 2) *Inter Steinach et Iram* 40 *rivulum. Arx.* 3) *Walahfridus addit:* speciosam, montes per girum. 4) *Miraculum Walahfridus cum prioribus comparavit.* 5) *Gallus:* Ego, *inquit,* post triduum Deo duce te subsequar *teste Walahfrido.* 6) *Ea quae illi sanctum deserenti obici poterant legas apud Walahfridum.* 7) *Walahfridus addit:* ut videlicet locum, quem spiritali militiae providebat, parsimoniae consecraret initiis. 8) *Intervallum Langobardorum iuris proprium fuisse* 45 *videtur; cf. Edictum Rothari (MG. LL. IV, p.* 83*); Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer p.* 217[3]. Super *pro* post *accipitur.* 9) *Hodie Ueberlingen in ducatu Badensi.* Actum Iburinga in villa publica *in charta traditionis Rotberti comitis a.* 770. *legitur; cf. Wartmann I, p.* 56.

tricesimum; exinde coepit loqui. Nam eadem Sigiberto[1], filio Theodorichi, disponsata fuit. Cui pater eius per nuntios haec cum festinatione innotuit; pro quo amminiculo duo praecelsi pontifices missi sunt. Igitur Willimarus, volens ad difinitum placitum venire, ortatus est virum Dei secum ire. A quo responsum tale
5 accepit: 'Istud iter non est meum, sed tuum. Tu perge *pater! Quid mihi cum principe istius saeculi? Sed revertar ad cellam meam[a]' 'Nequaquam[b] ita fiat; sed perge mecum ob consolationem tristitiae iudicis, et ne forte invitus ad eum ducaris'. Sed conatus eius praevalebat, qui honorem mundanum fugiebat. Concitus cellulam revisebat, nempe ut magis se ab humana inquisitione occultaret.
10 Mane dixit fratribus[2], ut nullus certum locum eum requirendi demonstraret; sed si obnixius cogerentur, abbatis sui Columbani epistolam ei venisse testificarentur[c], quo ad eum citius[d] Italiam venisset[e]. Commisit se cum duobus alumnis abditis heremi. Ergo, transgresso Alpe, venit in silvam vocatam Sennius, ubi et adfuit Quaradaves[f. 3] vicus proximus. In quo invenerunt diaconum Iohannem
15 nomine servientem Domino in iustitia et timore. Qui eos domum introduxit nec non et septem diebus quasi longinquis peregrinis ministravit, illis se fingentibus de longinquo esse.

*p. 189.

(16). Ut secessum viri Dei sacerdos conperit, ad ducem navigavit atque eventum fugae recitavit. Ad quem dux[a] dixit: 'Cito pro eo legationem dirige et ei
20 venire ad me suade. Si ergo per illum Deus[b] liberaverit filiam meam, ditabo eum muneribus et dabo ei *urbis Constantiae episcopiam[4]'. In quo conatu presbyter reversus est. Igitur, advenientibus pontificibus a regia dignitate directis, ingens tristitia parentum agebatur[5]. Qui tamen munera regia puellae praesentabant[6]; sed illa se excutiens, tenenti eam gladium abstulit atque eos interficere
25 voluit. A qua et demon locutus est uni ex eis: 'Tu promisisti regi, ut eiceres me de vasculo isto. Cur non adduxisti filiam tuam, quam fecisti in illa sanctaemoniali[7]?'. Alteri quoque dixit: 'Et tu fornicatus es cum tribus mulieribus alienis'. 'Per vestrum imperium ego[c] numquam egrediar. Sed est vir nomine Gallus, qui excussit me de Tuccinia, ubi multum tempus habitavi, et destruxit ibi omnes
30 domos meas et iterum invenit me in Pergentia et inde similiter me eiecit, quem dux iste de eo loco expulit, pro qua vindicta ego intravi in puellam istam. Nisi ipse venerit, non egrediar hinc'. Unus autem ex pontificibus dedit ei alapam dicens: 'Obmutesce, sathanas!' Qui audiens Gallum nominari, autumabat de pullo dici; sed iniuria contra missos regios non cessabat, cum verborum garrulitas se
35 elevabat. Tres dies ibi manebant et ad palatium remeabant nec non et regi ordinem rei recitabant.

*p. 190.

II. Capp. 15. 16. *c.*

Cap. 15. a) Cui sacerdos *m. aequali superscr. c., delenda, quae etiam apud Walahfridum desiderentur.* b) inquit *m. aequali superscr. c.;* ait *Walahfr.* c) testificaretur *pr. m. c.* d) ad *m. aequali*
40 *add. c.* e) et sic *m. aequali add. c.* f) Qua : radaves, *ras.* d? *c.*

Cap. 16. a) dux : : , *ras.* it *c.* b) *ita recte Arx;* Dominus *Meyer v. K. cum Walahfr.* c) *ita recte Arx; om. Meyer v. K.*

1) *Sigibertus puer a.* 601/2. *natus iussu Chlotharii a.* 613. *interfectus est; cf. Fredeg. IV,* 42. 2) *Walahfr. addit:* qui secum erant. 3) *Superato monte Sentis ad locum*
45 *Grabs pervenit haud procul a Rheno fl. distantem, prope quem situs est qui Sennii silvae adhuc servavit nomen Sennwald vicus.* 4) *Walahfridus:* pontificatum. 5) *Insaniam puellae tristitiamque totius domus fusius descripsit Walahfridus.* 6) *Walahfridus addit:* praeces in conspectu puellae fuderunt ad Dominum. 7) *Walahfridus:* nonna.

*p. 191. (17). *Presbyter vero iussum conplens[a], inveniens virum Dei in spelunca legentem, consolatoria verba ait ei: 'Ne timeas, pater, venire ad ducem, quia iureiurando iuravit[b] mihi, ne ageret tibi ullum malum, sed ut tantum orando ponas manum super caput puellae. Nam si ei Christus subvenerit per te, dabit tibi sedem Constantiae'. Adhuc loquebantur[c], ecce! Iohannis[d] diaconus adfuit, qui 5 panes azymos et langunculam[e] vini oleumve et butyrum cum melle et piscibus assis pro benedictione[1] ei obtulit. Christo gratiae aguntur atque epulae[f] incipiuntur. Igitur vir Dei crastina se profecturum promisit, cui praefatus levites mulum suum cum stratorio[2] vehendi eum gratia adferre voluit. Sed ille, ut solebat, omnem pompam[g] fugiens, necesse se habere in cella visitare fratres adfirmavit et 10 sic quantocius ad castrum[3] venire; quem tamen pro condicto[4] sacerdos sacramento constrinxit. Iohannes cum benedictione regressus est, et vir Dei via qua venerat cellam ingressus est. Ubi, transacto spatio[h] noctis, adiit castrum cum duobus alumnis, ubi et missum alium a duce directum cum sacerdote repperit. Qui illos festinare conpulit dicendo, iam triduo esse puellam sine cibo. Navis in- 15 *p. 192. greditur et nocte *illa ad ducem pervenitur.

(18). Mane facto, dux cum eis cubiculum ingressus est, ubi mater filiam clausis oculis[5] quasi mortuam tenuit. De cuius ore ceu[a] sulphureus odor exivit, ubi et domesticorum[a] multitudo aderat expectando, quod futurum erat. Sanctus ergo se in orationem stravit atque cum lacrimis dixit: 'Domine Iesus Christe, qui 20 cf. Matth. 8, 26. in hunc mundum veniens ex virgine dignatus es nasci, quique ventis et mari impe- cf. Marc. 8, 33. rasti et sathanan retro redire iussisti nec non et per passionem tuam humanum genus redemisti, iube [istum[b]] inmundissimum spiritum de hac puella egredi'. Et cum surrexisset ab oratione, adprehensa manu eius dextera, elevavit eam; spiritus enim nequam discerpsit eam. Ille vero, inposita manu capiti eius, dixit: 'Impero 25 tibi in nomine Iesu Christi, spiritus inmunde, ut exeas et recedas ab hac plasma Dei'[6]. Cum haec dixisset, illa apertis oculis aspexit in eum, spiritusque inmundus locutus est ad eum: 'Tune es Gallus, qui prius proiecisti me? Sed ego huc intravi, quia pater[7] meus cum sociis tuis eiecit te. Si me nunc eicis, ubi vadam?' cf. Apoc. 20, 3. Vir Dei respondit: 'Ubi Dominus te dimersit, in abyssum'. Statim enim, viden- 30 tibus illis, exivit de ore eius quasi turpissima avis nigra et horribilis. Confestim *p. 193. salva facta puella surrexit, *quam vir Dei matri reddidit.

(19). Pater vero laetificatur cum amicis obtulitque ei munera transmissa puellae a dignitate regis. Nam praefatum episcopatum ei tradidit, quem vir Dei his verbis rennuit: 'Vivente praeceptore meo Columbano, ego missam non cele- 35 brabo[8]. Si ergo me vis ad hoc sublevare, sine apices meos praeceptori meo[9] venire;

II. Capp. 17—19. *c.*

Cap. 17. a) ac *m. aequali superscr. c.* b) iure iuravit *pr. m. corr.* iure iurando iuravit *c.* c) et *m. aequali superscr. c.* d) *ita pr. m. c.* e) *ita etiam cod. 3a Walahfridi pro* lagunculam. f) *in litura c.* g) *pr. m. superscr. c.* h) : : spatio, *ras.* noc *c.* 40
Cap. 18. a) *in ras. c.* b) *superscr. c.;* hunc *Walahfr.*

1) *Voces* benedictio *et* eulogium *denotant munusculum. Arx.* 2) *Stramentum sellae equestris; cf. Ducange h. v.* 3) *Scil. Arbonense.* 4) *I. e. promissum, Germ. 'Zusage'.* 5) *Walahfridus:* oculis clausis, ore hianti; membra quoque eius ita erant disiecta, ut quasi mortua videretur. 6) *Haec formula adiurationis in exorcismo catechumenorum baptizandorum* 45 *reperitur. Arx.* 7) *Walahfridus:* dux iste. 8) *Walahfridus addit:* nisi ab illo permissus; quare huius regiminis pondus quod offers subire non possum. 9) *Walahfr.:* mittam epistolam ad abbatem meum.

a quo si absolvar, obtemperans tibi inveniar'. Ad quem dux: 'Fiat', inquit, 'secundum verbum tuum'. Electus Dei reversus est cum donis, quibus honoratus est. Praecipiebatur tamen a duce tribuno[1] Arbonensi, ut ad aedificium cellae cum cunctis pagensibus illis adiuvasset ei[a]. Vir Dei Arbonense castrum ingreditur, pauperumque et egenorum multitudo congregatur, quibus dona a duce data penitus distribuebantur. Sed Maginaldus[2] minister eius volens servare vasculum unum[b] argenteum celaturis pretiosum ob industriam sacerdotalis ministerii, interrogans pro hoc magistrum, audivit exemplum clavigeri poli: *'Argentum et aurum non est mihi.* Tu vero eroga eum[c], ... (Act. 3, 6.)

. . . .

. . . .

His actis, dilectae solitudini rediit nec non in caelestis regis militia semet ipsum mirum in modum exercuit.

(20). *Deinde nempe Iohanni diacono epistola a viro Dei dirigitur, in qua ei quantotius venire ad eum demandatur. Quam relegens[a], iussum implere cupiens, perrexit cum eologiis, festinans cellam eius adiit, quem fraternalis manus honorifice collegit[3]. Quique a viro Dei humanitus susceptus, investigans prosperitatem itineris, audivit ab eo honorem susceptionis principis. Ergo et additum est de ereptione puellae ac muneribus datis nec non et porrectione episcopiae. 'Quam', vir Dei inquit, 'nolui ante praeceptum abbatis mei; sed tu, fili, capax consilii mei, incipe mecum intentionem dare divinae legi, quam secretis cordis colligens, eris forsan plurioribus adiuvans'. Quod levita audiens, genibus provolvitur, gratias agens, et agiliter comites remisit eiusque se magisterio tradidit, cum quo fontem matris philosophiae adiebat, cum enucleatim cognitionem divinae legis carpebat. Nec dissimilis fere[b] effectus est euangelico scribae, cum vetera novaque rimabat de corde. (*p. 194.) (cf. Matth. 8, 19.)

(21). Rex vero Sigibertus cum audisset, quod reddita esset sanitas puelle, iussit patri, eam transmitti[a] ad se. Qui eam cum omni apparatu usque ad Renum perduxit et inde per comites cum honore magno regi transmisit. *Quae gratulanter suscepta, interrogata est pro recuperatione sanitatis, quam nequiverant conferre praesules aulae regalis. A qua responsum est, esse ibi Scottum nomine Gallum in heremo, per quem virtutes operarentur a Domino: 'Hic, cum iam esset', inquit, 'ancilla tua in extremis, rogante patre meo, advenit atque, inposita mihi manu, signo crucis me munivit nec non et demoni, ut recederet, imperavit. Quo iussu obtemperante, videntibus illis qui mecum erant in domo, exivit de ore meo quasi corvus niger et horribilis. Deinceps corpus Domini incolomis accepi'. His dictis, provoluta est pedibus regis, dicens: 'Hoc solum inpetrasse me, clementissime rex, sinito, ut[b] gratia tua pro me adveniat eidem Dei viro'. Rex autem (*p. 195.)

II. Capp. 19—21. *c.*

Cap. 19. a) ei *m. al. in ras. c.* b) *pr. m. superscr. c.* c) *tres versus ita detriti sunt, ut frustula tantum litterarum appareant, neque liquore chimico adhibito, scriptura magis perspicua effecta est. c. Hiatus ex Walahfrido c.* 19. *fere expleri potest:* ne contrarius exemplo inveniaris salubri, vas quod possides pauperibus conferre curato Nam praeceptor meus beatissimus Columbanus in vasis aeneis Domino solet sacrificium offerre salutis, quia fertur et salvator noster clavis aereis cruci confixus.

Cap. 20. a) ac *m. al. superscr. c.* b) *ita scripsi;* fore *c. (cf. infra c.* 29*).*

Cap. 21. a) transmitti *corr.* transmittere *c.* b) *post* ut *eras.* est *c.*

1) *Walahfridus:* praefecto. 2) Magnoaldus *Walahfr.* 3) *Pro* suscepit. *Arx.*

interrogavit eam, dicens: 'In quo[a] heremo[b] est[c] habitatio illius?' Puella dixit: 'In silva[d] coniuncta[1] Arbonensi[e] pago, qui est inter lacum et Alpem[f]'. Rex vero iussit scribere epistolam firmitatis, ut per regiam auctoritatem deinceps obtinuisset vir Dei cellulam suam. Quae viro Dei transmittebatur cum duabus[g] libris auri ac binis talentis argenti, missis humiliter venientibus ac regiam dignitatem in eius orationem plenius commendantibus. Cunzoni ergo duci[h] praeceptum est a rege, ut viro Dei *ad aedificium cellae adiuvasset cum multitudine. *p. 196.

(22). Fecit ergo rex nuptiale convivium, vocata non modica turba[2] principum. Qui cum iussisset virginem domum introduci, prostrata est, dicens regi: 'Domine[a] mi rex, ancilla tua est adhuc flebilis propter egritudinem corporis; insuper et actus[a*] membrorum meorum est vilis. Sine me adhuc septem dies, usque dum recipiam vires'. Ad quam rex: 'Fiat', inquit, 'secundum voluntatem tuam'. Rex palatium ingressus est; illa cubiculum reversa est. Inter convivium igitur mirati sunt multi, quia regina non aderat regis lateri. Quae namque celabat animi decretum usque ad diem septimum. Quo inlucescente, ingressa est[3] [ecclesiam[b]] Stephani[4] martyris, clausis post tergum hostiis; ubi se exuit regiis vestibus indutaque est sanctimonialibus[5]. Nempe cornu altaris adprehendit et his verbis oravit: 'Sancte Stephane, qui sanguinem tuum propter Christum fudisti, sis pro me indigna hodie intercessor, ut convertatur cor regis secundum voluntatem meam, ne auferatur velamen istud de capite meo'. Quod videntes viri, qui eam fuerant secuti, regredientes[d] cum festinatione nuntiaverunt regi. Qui convocans sacerdotes ac principes, inquisivit inde consilium; *inter quos Cyprianus[6] Arlatensis praesul dixit: 'Haec puella, cum esset stricta[7] a demoniis, voto se obligaverat, ne averteretur a sanctitate. Cave, ne eam inde abstrahas et, ea peiora prioribus patiente, in peccatum incurras'. Quod rex iustus et timens Deum[e] audiens et consilium plurimorum sacerdotum sumens, ingressus ecclesiam, ubi ipsa erat, iussit adferri[f] vestem regalem et coronam, quae ei praeparata fuerat, dixitque ad illam: 'Accede ad me!' Quae putans se abstrahi debuisse de ecclesia, obnixius cornu altaris tenuit. Cui rex hilarius[g] dixit: 'Ne timeas venire ad me! Omnia fient hodie secundum voluntatem tuam'. Illa tunc inponens caput altari, dixit: 'Ecce ancilla Christi! Fiat mihi secundum voluntatem eius'. Quam rex Sigibertus sacerdotibus iussit amovere et ad se deducere, praecepitque eam indui veste regali cum velamine et corona[8], et his verbis eam Domino commendabat: 'Sicut mihi fuisti praeparata cum ornamentis, sic te *p. 197. cf. Luc. 1, 38.

II. Capp. 21. 22. *c.*

Cap. 21. a) *m. al. corr.* qua *c.* b) mo *m. al. in ras. c.* c) *eras. c.* d) a coniuncta *in ras. c.* e) Arbonense in p. *pr. m. c.* f) Alpes *e corr.* Alpem? *c*; *cf. supra c.* 15. g) *ita recte Arx;* duobus *Meyer v. K.* h) *superscr. c.*

Cap. 22. a) dñe *c.* a*) *ita scripsi;* tactus *c.*; officia *Walahfr.* b) eccl. *om. pr. m.*, ecclesiam protomartyris *m. al. c.* d) *eras. c.* e) *ita recte Arx;* Domini *Meyer v. K.* f) *ita pr. m. c.* g) *corr.* clarius *c.*

1) *Walahfr.:* In saltu, qui Arbonensi territorio adiacet, *condicionemque terrae palam atque aperte declarans addit:* et est publici possessio iuris. 2) *Walahfridus addit:* sacerdotum et. 3) *Walahfridus addit:* cum duobus viris totidemque puellis. 4) Ecclesiam beati Stephani protomartyris *Walahfr., scilicet Mettensem.* 5) *Walahfridus addit:* nescientibus hoc viris qui pariter cum illa advenerunt, *et q. s.* 6) *Cyprianus inter auctores V. Caesarii Arelatensis princeps erat (SS. R. Merov. III,* 451*); sedi autem Arelatensi a.* 613, *quo ea quae supra enarrantur contigisse oportet, Florianus episcopus praeerat; cf. MG. Ep. III,* 453; *Conc. ed. Maassen I,* 190. 7) *Walahfridus:* cum a daemonio erueretur, hoc se voto, quod perfecisse videtur, constrinxit. 8) *Walahfridus:* et sancto velamine coronata.

dabo ad sponsam domino meo Iesu Christo'. Et adprehensam manum eius dexteram inposuit super altare, ob quod fertur egressus flere. Sed eam venire iussit post se *et in palatio fecit discumbere apud se; quam muneribus multis honoravit, et monasterium puellarum constructum in honore sancti Petri in Mettis civitate[a], ubi haec[b] facta sunt, commendavit. Haec autem omnia quae fecerat puella per consilium viri Dei Galli facta fuerant, qui eam a demonibus, Domino auxiliante, liberaverat. *p. 198.

(23). Iohannes igitur praefatus alumnus viri Dei cum eo perseveravit atque prudentiam multifariam didicit, interpretationes divinorum librorum et opera manuum a viro Dei usitata. Qui in multis disciplinis ibi pro discipulo habebatur, cum Christus in eo donum gratiae suae operabatur, ita ut, quae vidisset aut audisset, statim corde percepisset. Ubi mansit triennio, crescens mansuetudine et humilitate in Domino.

(24). Misit deinceps praefatus dux Cunzo viro Dei epistolam, ut in Constantiam venisset, quatenus apud illum pontificem dignum elegisset. Vocavitque Augustudensem[1] praesulem cum clero et populo nec non et Spirensem[2] *electionis gratia accersivit pleniterque ex tota Alta Germania[3] presbiteros et[a] diacones, clericos et laicos[4] ad eandem urbem convocavit, quatenus dignus pontifex eligeretur. Ipso nempe duce cum principibus Saevorum[b] mediante, protracta est tribus[c] diebus synodus cum infinita populi multitudine. Vir Dei Iohannem et Maginaldum adsumpsit et ad urbem perrexit. Qui cum introisset concilium, dux praevenit eum, dicens: 'Deus, qui per sanctam Mariam incarnari[5] voluit, in cuius honore haec ecclesia dedicata est, dignetur effundere Spiritum sanctum super nos et det nobis pontificem ad regendam plebem et gubernandam ecclesiam suam'. Et rogavit pontifices, ut per eorum canones eligerent, quem voluissent. Ubi totus clerus adunatus est, simul cum eis populo proclamante: 'Quia iste Gallus vir Dei est, habens famam bonam per universam regionem istam, instructus de scripturis ac plenus sapientia, iustus et castus corpore, mansuetus et humilis, largitor elymosinarum, continens et patiens, pater *orfanorum et viduarum, talem decet habere pontificatum'. Dux autem dixit ad eum: 'Audis, quid isti locuntur[d]?' Cui vir Dei respondit: 'Bene dixerunt; utinam verum fuisset! Isti qui hoc dicunt non intellegunt ex canonica[6] auctoritate peregrinum episcopum non debere ordinari. Nam *p. 199. *p. 200.

II. Capp. 22—24. *c.*

Cap. 22. a) civitate :::: ubi *c.* b) *in ras. c.*

Cap. 24. a) diacones et *pr. m. corr.* et d. *c.* b) *m. al. corr.* Suaev. *c.* c) *in ras. c.* d) *ita pr. m. c.*

1) *Augustudensis ad Augustam Rauracorum (hodie Augst) referri nequit, quippe quae adiectivum faciat* Augustanus *(V. Columb. II, 8), sed nomen corruptum emendandum est* Augustudunensem *atque* Augustidunensem *apud Walahfridum legitur isque alterum addit episcopum* Veridunensem *a Wettino omissum. Biographus autem quibus de causis ex episcopis Francogallicis hos una cum Spirensi elegerit neque alios propius positos, quaestio otiosa est, neque enim, si alios elegisset, fides adderetur his fabulis.* 2) *Hildericus Spirensis episcopus a.* 614. *concilio Parisiensi subscripsit; cf. Concilia ed. Maassen I,* 192. 3) Alamanniae *Walahfridus.* 4) *Walahfridus addit:* die denominata, id est proxima paschae dominica. 5) *I. q. carne indui; cf. Ducange h. v.* 6) *Cf. synodum Clippiacensem a.* 626/7. *celebratam c.* 28: Ut decedente episcopo in loco eius non alius subrogetur, nisi loci illius indegena *(Concilia ed. Maassen I,* 200*). Peregrinum Caelestinus papa non admisit, nisi inter clericos civitatis dignior reperiri nequivisset (Leonis opp. ed. Ballerinii III, p.* 274*).*

tuos suos de vertice montis audiebant, quae haec verba rimabant: 'Quid agimus vel quo pergimus? Non licet nobis propter istum [peregrinum[a]] neque inter homines neque in heremis habitare'. Postea vero tribus vicibus ipse diaconus, cum laborasset desiderio capiendorum accipitrum, audivit de monte qui dicitur Himilinberc[1] demones cum clamore interrogare, si adhuc Gallus in heremo esset an recedisset. 5

(13). His actis, lustraverunt vallem ac montem, viderunt inter duos rivos[a, 2] silvam[3] planiciemque desiderabilem *ac locum ad cellam aedificandam delectabilem. Exemplo sancti Iacob futurae habitationis praescius electus Dei Gallus dixit: *[Vere[b] Dominus est in loco isto[b]]*. Ibi et tunc miraculum innovabatur: cum serpentium multitudo illic scatebat, ex illa die non conparebat[4]. 10

*p. 187. Gen. 28, 16.

(14). Creator angelicae virtutis magis ac magis adoratur, eique gratiarum actiones aguntur. Conlocutio namque inter illos egredi de heremo agebatur; sed a viro Dei exire levita supplicabatur[a], eique induciae usque in diem tertium[5] flagitabantur. Quod conviator eius dure accepit repetendo, se non ausurum videre faciem hospitis eorum sine illius presentia[6]; sed sermo viri Dei praevaluit ac levita repedavit. Sanctus igitur tunc se exercuit hisque ternis solibus absque corporali sustentatione continuit[7]. Quarto ergo die egreditur. Arbonensisque sacerdos ab eo cum gratiarum actione visitatur, a quo cum gaudio suscipitur, eique omnis humanitas praeparatur. Christo laudem referebant ac reficiendi gratia consedebant; ubi inter cetera laetitiae genera levites ait: 'Si ursus adesset, forsitan Gallus illi benedictionem porrrexisset'. Cum ergo sermonis[b] origo a[c] sacerdote inquisitum est, a levita *recitabatur, ut gestum est. Exinde habitus est ab eis sicut unus ex patribus antiquis; erat enim vita eius dura atque nimia ariditate consumpta. Dum ibi adessent, simul venit nuntius ad Willimarum presbyterum, dicens migrasse Gaudentium Constantiae urbis episcopum; pro cuius requie ambo laborabant in oratione. 15 20 25

*p. 188.

(15). Post haec die septima missa est praefato sacerdoti epistola, in qua continebatur, adesse eum cum viro Dei super duodecim noctes[8] ad Cunzonem ducem in villa nuncupata Iburninga[9]. Hoc ideo agebatur, quia filia eius unica Fridiburga disperabatur, quam ingressus spiritus nequam torquebat passionibus incredibilibus cuiquam. Cibos modicos[a] capiebat, volutans in terra spumabat, nec eam continere nisi quattuor poterant. Quod genus demonis erat mutum usque ad diem 30

II. Capp. 12–15. *c.*

Cap. 12. a) peregrinum *m. al. superscr. c.*; peregrinus *Walahfr.* 35
Cap. 13. a) *post* rivos 2 *litt. ras. c.* b) Vere — isto *superscr. c.*; *habet Walahfr.*
Cap. 14. a) supplicatur *corr.* supplicabatur *c.* b) *post* sermonis 3 *litt. ras. c.* c) a — levita *in ras. c.*
Cap. 15. a) *pr. m. superscr. c.*

1) *Locus hodie incertus; cf. Meyer v. Knonau l. l. p.* 18. 2) *Inter Steinach et Iram rivulum. Arx.* 3) *Walahfridus addit:* speciosam, montes per girum. 4) *Miraculum Walahfridus cum prioribus comparavit.* 5) *Gallus:* Ego, *inquit,* post triduum Deo duce te subsequar *teste Walahfrido.* 6) *Ea quae illi sanctum deserenti obici poterant legas apud Walahfridum.* 7) *Walahfridus addit:* ut videlicet locum, quem spiritali militiae providebat, parsimoniae consecraret initiis. 8) *Intervallum Langobardorum iuris proprium fuisse videtur; cf. Edictum Rothari (MG. LL. IV, p.* 83*); Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer p.* 217[3]. Super *pro* post *accipitur.* 9) *Hodie Ueberlingen in ducatu Badensi.* Actum Iburinga in villa publica *in charta traditionis Rotberti comitis a.* 770. *legitur; cf. Wartmann I, p.* 56. 40 45

tricesimum; exinde coepit loqui. Nam eadem Sigiberto[1], filio Theodorichi, disponsata fuit. Cui pater eius per nuntios haec cum festinatione innotuit; pro quo amminiculo duo praecelsi pontifices missi sunt. Igitur Willimarus, volens ad difinitum placitum venire, ortatus est virum Dei secum ire. A quo responsum tale
5 accepit: 'Istud iter non est meum, sed tuum. Tu perge *pater! Quid mihi cum principe istius saeculi? Sed revertar ad cellam meam[a]' 'Nequaquam[b] ita fiat; sed perge mecum ob consolationem tristitiae iudicis, et ne forte invitus ad eum ducaris'. Sed conatus eius praevalebat, qui honorem mundanum fugiebat. Concitus cellulam revisebat, nempe ut magis se ab humana inquisitione occultaret.
10 Mane dixit fratribus[2], ut nullus certum locum eum requirendi demonstraret; sed si obnixius cogerentur, abbatis sui Columbani epistolam ei venisse testificarentur[c], quo ad eum citius[d] Italiam venisset[e]. Commisit se cum duobus alumnis abditis heremi. Ergo, transgresso Alpe, venit in silvam vocatam Sennius, ubi et adfuit Quaradaves[f, 3] vicus proximus. In quo invenerunt diaconum Iohannem
15 nomine servientem Domino in iustitia et timore. Qui eos domum introduxit nec non et septem diebus quasi longinquis peregrinis ministravit, illis se fingentibus de longinquo esse.

*p. 189.

(16). Ut secessum viri Dei sacerdos conperit, ad ducem navigavit atque eventum fugae recitavit. Ad quem dux[a] dixit: 'Cito pro eo legationem dirige et ei
20 venire ad me suade. Si ergo per illum Deus[b] liberaverit filiam meam, ditabo eum muneribus et dabo ei *urbis Constantiae episcopiam[4]'. In quo conatu presbyter reversus est. Igitur, advenientibus pontificibus a regia dignitate directis, ingens tristitia parentum agebatur[5]. Qui tamen munera regia puellae praesentabant[6]; sed illa se excutiens, tenenti eam gladium abstulit atque eos interficere
25 voluit. A qua et demon locutus est uni ex eis: 'Tu promisisti regi, ut eiceres me de vasculo isto. Cur non adduxisti filiam tuam, quam fecisti in illa sanctaemoniali[7]?'. Alteri quoque dixit: 'Et tu fornicatus es cum tribus mulieribus alienis'. 'Per vestrum imperium ego[c] numquam egrediar. Sed est vir nomine Gallus, qui excussit me de Tuccinia, ubi multum tempus habitavi, et destruxit ibi omnes
30 domos meas et iterum invenit me in Pergentia et inde similiter me eiecit, quem dux iste de eo loco expulit, pro qua vindicta ego intravi in puellam istam. Nisi ipse venerit, non egrediar hinc'. Unus autem ex pontificibus dedit ei alapam dicens: 'Obmutesce, sathanas!' Qui audiens Gallum nominari, autumabat de pullo dici; sed iniuria contra missos regios non cessabat, cum verborum garrulitas se
35 elevabat. Tres dies ibi manebant et ad palatium remeabant nec non et regi ordinem rei recitabant.

*p. 190.

II. Capp. 15. 16. *c.*

Cap. 15. a) Cui sacerdos *m. aequali superscr. c., delenda, quae etiam apud Walahfridum desiderentur.* b) inquit *m. aequali superscr. c.*; ait *Walahfr.* c) testificaretur *pr. m. c.* d) ad *m. aequali*
40 *add. c.* e) et sic *m. aequali add. c.* f) Qua : radaves, *ras.* d? *c.*

Cap. 16. a) dux : :, *ras.* it *c.* b) *ita recte Arx;* Dominus *Meyer v. K. cum Walahfr.* c) *ita recte Arx; om. Meyer v. K.*

1) *Sigibertus puer a.* 601/2. *natus iussu Chlotharii a.* 613. *interfectus est; cf. Fredeg. IV,* 42. 2) *Walahfr. addit*: qui secum erant. 3) *Superato monte Sentis ad locum*
45 *Grabs pervenit haud procul a Rheno fl. distantem, prope quem situs est qui Sennii silvae adhuc servavit nomen Sennwald vicus.* 4) *Walahfridus:* pontificatum. 5) *Insaniam puellae tristitiamque totius domus fusius descripsit Walahfridus.* 6) *Walahfridus addit:* praeces in conspectu puellae fuderunt ad Dominum. 7) *Walahfridus:* nonna.

*p. 191. (17). *Presbyter vero iussum conplens[a], inveniens virum Dei in spelunca legentem, consolatoria verba ait ei: 'Ne timeas, pater, venire ad ducem, quia iureiurando iuravit[b] mihi, ne ageret tibi ullum malum, sed ut tantum orando ponas manum super caput puellae. Nam si ei Christus subvenerit per te, dabit tibi sedem Constantiae'. Adhuc loquebantur[c], ecce! Iohannis[d] diaconus adfuit, qui panes azymos et langunculam[e] vini oleumve et butyrum cum melle et piscibus assis pro benedictione[1] ei obtulit. Christo gratiae aguntur atque epulae[f] incipiuntur. Igitur vir Dei crastina se profecturum promisit, cui praefatus levites mulum suum cum stratorio[2] vehendi eum gratia adferre voluit. Sed ille, ut solebat, omnem pompam[g] fugiens, necesse se habere in cella visitare fratres adfirmavit et sic quantocius ad castrum[3] venire; quem tamen pro condicto[4] sacerdos sacramento constrinxit. Iohannes cum benedictione regressus est, et vir Dei via qua venerat cellam ingressus est. Ubi, transacto spatio[h] noctis, adiit castrum cum duobus alumnis, ubi et missum alium a duce directum cum sacerdote repperit. Qui illos festinare conpulit dicendo, iam triduo esse puellam sine cibo. Navis in- *p. 192. greditur et nocte *illa ad ducem pervenitur.

(18). Mane facto, dux cum eis cubiculum ingressus est, ubi mater filiam clausis oculis[5] quasi mortuam tenuit. De cuius ore ceu[a] sulphureus odor exivit, ubi et domesticorum[a] multitudo aderat expectando, quod futurum erat. Sanctus ergo se in orationem stravit atque cum lacrimis dixit: 'Domine Iesus Christe, qui in hunc mundum veniens ex virgine dignatus es nasci, quique ventis et mari imperasti et sathanan retro redire iussisti nec non et per passionem tuam humanum genus redemisti, iube [istum[b]] inmundissimum spiritum de hac puella egredi'. Et cum surrexisset ab oratione, adprehensa manu eius dextera, elevavit eam; spiritus enim nequam discerpsit eam. Ille vero, inposita manu capiti eius, dixit: 'Impero tibi in nomine Iesu Christi, spiritus inmunde, ut exeas et recedas ab hac plasma Dei'[6]. Cum haec dixisset, illa apertis oculis aspexit in eum, spiritusque inmundus locutus est ad eum: 'Tune es Gallus, qui prius proiecisti me? Sed ego huc intravi, quia pater[7] meus cum sociis tuis eiecit te. Si me nunc eicis, ubi vadam?' Vir Dei respondit: 'Ubi Dominus te dimersit, in abyssum'. Statim enim, videntibus illis, exivit de ore eius quasi turpissima avis nigra et horribilis. Confestim *p. 193. salva facta puella surrexit, *quam vir Dei matri reddidit.

(cf. Matth. 8, 26. cf. Marc. 8, 33. cf. Apoc. 20, 3.)

(19). Pater vero laetificatur cum amicis obtulitque ei munera transmissa puellae a dignitate regis. Nam praefatum episcopatum ei tradidit, quem vir Dei his verbis rennuit: 'Vivente praeceptore meo Columbano, ego missam non celebrabo[8]. Si ergo me vis ad hoc sublevare, sine apices meos praeceptori meo[9] venire;

II. Capp. 17—19. *c.*

Cap. 17. a) ac *m. aequali superscr. c.* b) iure iuravit *pr. m. corr.* iure iurando iuravit *c.* c) et *m. aequali superscr. c.* d) *ita pr. m. c.* e) *ita etiam cod. 3a Walahfridi pro* lagunculam. f) *in litura c.* g) *pr. m. superscr. c.* h) : : spatio, *ras.* noc *c.*
Cap. 18. a) *in ras. c.* b) *superscr. c.;* hunc *Walahfr.*

1) *Voces* benedictio *et* eulogium *denotant munusculum. Arx.* 2) *Stramentum sellae equestris; cf. Ducange h. v.* 3) *Scil. Arbonense.* 4) *I. e. promissum, Germ. 'Zusage'.* 5) *Walahfridus:* oculis clausis, ore hianti; membra quoque eius ita erant disiecta, ut quasi mortua videretur. 6) *Haec formula adiurationis in exorcismo catechumenorum baptizandorum reperitur. Arx.* 7) *Walahfridus:* dux iste. 8) *Walahfridus addit:* nisi ab illo permissus; quare huius regiminis pondus quod offers subire non possum. 9) *Walahfr.:* mittam epistolam ad abbatem meum.

a quo si absolvar, obtemperans tibi inveniar'. Ad quem dux: 'Fiat', inquit, 'secundum verbum tuum'. Electus Dei reversus est cum donis, quibus honoratus est. Praecipiebatur tamen a duce tribuno[1] Arbonensi, ut ad aedificium cellae cum cunctis pagensibus illis adiuvasset ei[a]. Vir Dei Arbonense castrum ingreditur, pauperumque et egenorum multitudo congregatur, quibus dona a duce data penitus distribuebantur. Sed Maginaldus[2] minister eius volens servare vasculum unum[b] argenteum celaturis pretiosum ob industriam sacerdotalis ministerii, interrogans pro hoc magistrum, audivit exemplum clavigeri poli: *'Argentum et aurum non est mihi.* Tu vero eroga eum[c], ...

Act. 3, 6.

. . . .

. . . .

His actis, dilectae solitudini rediit nec non in caelestis regis militia semet ipsum mirum in modum exercuit.

(20). *Deinde nempe Iohanni diacono epistola a viro Dei dirigitur, in qua ei quantotius venire ad eum demandatur. Quam relegens[a], iussum implere cupiens, perrexit cum eologiis, festinans cellam eius adiit, quem fraternalis manus honorifice collegit[3]. Quique a viro Dei humanitus susceptus, investigans prosperitatem itineris, audivit ab eo honorem susceptionis principis. Ergo et additum est de ereptione puellae ac muneribus datis nec non et porrectione episcopiae. 'Quam', vir Dei inquit, 'nolui ante praeceptum abbatis mei; sed tu, fili, capax consilii mei, incipe mecum intentionem dare divinae legi, quam secretis cordis colligens, eris forsan plurioribus adiuvans'. Quod levita audiens, genibus provolvitur, gratias agens, et agiliter comites remisit eiusque se magisterio tradidit, cum quo fontem matris philosophiae adiebat, cum enucleatim cognitionem divinae legis carpebat. Nec dissimilis fere[b] effectus est euangelico scribae, cum vetera novaque rimabat de corde.

*p. 194. — cf. Matth. 8, 19.

(21). Rex vero Sigibertus cum audisset, quod reddita esset sanitas puelle, iussit patri, eam transmitti[a] ad se. Qui eam cum omni apparatu usque ad Renum perduxit et inde per comites cum honore magno regi transmisit. *Quae gratulanter suscepta, interrogata est pro recuperatione sanitatis, quam nequiverant conferre praesules aulae regalis. A qua responsum est, esse ibi Scottum nomine Gallum in heremo, per quem virtutes operarentur a Domino: 'Hic, cum iam esset', inquit, 'ancilla tua in extremis, rogante patre meo, advenit atque, inposita mihi manu, signo crucis me munivit nec non et demoni, ut recederet, imperavit. Quo iussu obtemperante, videntibus illis qui mecum erant in domo, exivit de ore meo quasi corvus niger et horribilis. Deinceps corpus Domini incolomis accepi'. His dictis, provoluta est pedibus regis, dicens: 'Hoc solum inpetrasse me, clementissime rex, sinito, ut[b] gratia tua pro me adveniat eidem Dei viro'. Rex autem

*p. 195.

II. Capp. 19—21. *c.*

Cap. 19. a) ei *m. al. in ras. c.* b) *pr. m. superscr. c.* c) *tres versus ita detriti sunt, ut frustula tantum litterarum appareant, neque liquore chimico adhibito, scriptura magis perspicua effecta est. c. Hiatus ex Walahfrido c.* 19. *fere expleri potest:* ne contrarius exemplo inveniaris salubri, vas quod possides pauperibus conferre curato Nam praeceptor meus beatissimus Columbanus in vasis aeneis Domino solet sacrificium offerre salutis, quia fertur et salvator noster clavis aereis cruci confixus.

Cap. 20. a) ac *m. al. superscr. c.* b) *ita scripsi;* fore *c. (cf. infra c.* 29*).*

Cap. 21. a) transmitti *corr.* transmittere *c.* b) *post* ut *eras.* est *c.*

1) *Walahfridus:* praefecto. 2) Magnoaldus *Walahfr.* 3) *Pro* suscepit. *Arx.*

interrogavit eam, dicens: 'In quo[a] heremo[b] est[c] habitatio illius?' Puella dixit: 'In silva[d] coniuncta[1] Arbonensi[e] pago, qui est inter lacum et Alpem[f]'. Rex vero iussit scribere epistolam firmitatis, ut per regiam auctoritatem deinceps obtinuisset vir Dei cellulam suam. Quae viro Dei transmittebatur cum duabus[g] libris auri ac binis talentis argenti, missis humiliter venientibus ac regiam dignitatem in eius orationem plenius commendantibus. Cunzoni ergo duci[h] praeceptum est a rege, ut viro Dei *ad aedificium cellae adiuvasset cum multitudine. *p. 196.

(22). Fecit ergo rex nuptiale convivium, vocata non modica turba[2] principum. Qui cum iussisset virginem domum introduci, prostrata est, dicens regi: 'Domine[a] mi rex, ancilla tua est adhuc flebilis propter egritudinem corporis; insuper et actus[a*] membrorum meorum est vilis. Sine me adhuc septem dies, usque dum recipiam vires'. Ad quam rex: 'Fiat', inquit, 'secundum voluntatem tuam'. Rex palatium ingressus est; illa cubiculum reversa est. Inter convivium igitur mirati sunt multi, quia regina non aderat regis lateri. Quae namque celabat animi decretum usque ad diem septimum. Quo inlucescente, ingressa est[3] [ecclesiam[b]] Stephani[4] martyris, clausis post tergum hostiis; ubi se exuit regiis vestibus indutaque est sanctimonialibus[5]. Nempe cornu altaris adprehendit et his verbis oravit: 'Sancte Stephane, qui sanguinem tuum propter Christum fudisti, sis pro me indigna hodie intercessor, ut convertatur cor regis secundum voluntatem meam, ne auferatur velamen istud de capite meo'. Quod videntes viri, qui eam fuerant secuti, regredientes[d] cum festinatione nuntiaverunt regi. Qui convocans sacerdotes ac principes, inquisivit inde consilium; *inter quos Cyprianus[6] Arlatensis praesul dixit: 'Haec puella, cum esset stricta[7] a demoniis, voto se obligaverat, ne averteretur a sanctitate. Cave, ne eam inde abstrahas et, ea peiora prioribus patiente, in peccatum incurras'. Quod rex iustus et timens Deum[e] audiens et consilium plurimorum sacerdotum sumens, ingressus ecclesiam, ubi ipsa erat, iussit adferri[f] vestem regalem et coronam, quae ei praeparata fuerat, dixitque ad illam: 'Accede ad me!' Quae putans se abstrahi debuisse de ecclesia, obnixius cornu altaris tenuit. Cui rex hilarius[g] dixit: 'Ne timeas venire ad me! Omnia fient hodie secundum voluntatem tuam'. Illa tunc inponens caput altari, dixit: 'Ecce ancilla Christi! Fiat mihi secundum voluntatem eius'. Quam rex Sigibertus sacerdotibus iussit amovere et ad se deducere, praecepitque eam indui veste regali cum velamine et corona[8], et his verbis eam Domino commendabat: 'Sicut mihi fuisti praeparata cum ornamentis, sic te *p. 197. cf. Luc. 1, 38.

II. Capp. 21. 22. *c.*

Cap. 21. a) *m. al. corr.* qua *c.* b) mo *m. al. in ras. c.* c) *eras. c.* d) a coniuncta *in ras. c.* e) Arbonense in p. *pr. m. c.* f) Alpes *e corr.* Alpem? *c*; *cf. supra c.* 15. g) *ita recte Arx;* duobus *Meyer v. K.* h) *superscr. c.*

Cap. 22. a) dñe *c.* a*) *ita scripsi;* tactus *c.*; officia *Walahfr.* b) eccl. *om. pr. m.*, ecclesiam protomartyris *m. al. c.* d) *eras. c.* e) *ita recte Arx;* Domini *Meyer v. K.* f) *ita pr. m. c.* g) *corr.* clarius *c.*

1) *Walahfr.:* In saltu, qui Arbonensi territorio adiacet, *condicionemque terrae palam atque aperte declarans addit*: et est publici possessio iuris. 2) *Walahfridus addit:* sacerdotum et. 3) *Walahfridus addit:* cum duobus viris totidemque puellis. 4) Ecclesiam beati Stephani protomartyris *Walahfr., scilicet Mettensem.* 5) *Walahfridus addit:* nescientibus hoc viris qui pariter cum illa advenerunt, *et q. s.* 6) *Cyprianus inter auctores V. Caesarii Arelatensis princeps erat (SS. R. Merov. III, 451); sedi autem Arelatensi a.* 613, *quo ea quae supra enarrantur contigisse oportet, Florianus episcopus praeerat; cf. MG. Ep. III,* 453; *Conc. ed. Maassen I,* 190. 7) *Walahfridus:* cum a daemonio erueretur, hoc se voto, quod perfecisse videtur, constrinxit. 8) *Walahfridus:* et sancto velamine coronata.

dabo ad sponsam domino meo Iesu Christo'. Et adprehensam manum eius dexteram inposuit super altare, ob quod fertur egressus flere. Sed eam venire iussit post se *et in palatio fecit discumbere apud se; quam muneribus multis honoravit, *p. 198. et monasterium puellarum constructum in honore sancti Petri in Mettis civitate[a], 5 ubi haec[b] facta sunt, commendavit. Haec autem omnia quae fecerat puella per consilium viri Dei Galli facta fuerant, qui eam a demonibus, Domino auxiliante, liberaverat.

(23). Iohannes igitur praefatus alumnus viri Dei cum eo perseveravit atque prudentiam multifariam didicit, interpretationes divinorum librorum et opera 10 manuum a viro Dei usitata. Qui in multis disciplinis ibi pro discipulo habebatur, cum Christus in eo donum gratiae suae operabatur, ita ut, quae vidisset aut audisset, statim corde percepisset. Ubi mansit triennio, crescens mansuetudine et humilitate in Domino.

(24). Misit deinceps praefatus dux Cunzo viro Dei epistolam, ut in Constan- 15 tiam venisset, quatenus apud illum pontificem dignum elegisset. Vocavitque Augustudensem[1] praesulem cum clero et populo nec non et Spirensem[2] *electionis gratia *p. 199. accersivit pleniterque ex tota Alta Germania[3] presbiteros et[a] diacones, clericos et laicos[4] ad eandem urbem convocavit, quatenus dignus pontifex eligeretur. Ipso nempe duce cum principibus Saevorum[b] mediante, protracta est tribus[c] diebus 20 synodus cum infinita populi multitudine. Vir Dei Iohannem et Maginaldum adsumpsit et ad urbem perrexit. Qui cum introisset concilium, dux praevenit eum, dicens: 'Deus, qui per sanctam Mariam incarnari[5] voluit, in cuius honore haec ecclesia dedicata est, dignetur effundere Spiritum sanctum super nos et det nobis pontificem ad regendam plebem et gubernandam ecclesiam suam'. Et rogavit 25 pontifices, ut per eorum canones eligerent, quem voluissent. Ubi totus clerus adunatus est, simul cum eis populo proclamante: 'Quia iste Gallus vir Dei est, habens famam bonam per universam regionem istam, instructus de scripturis ac plenus sapientia, iustus et castus corpore, mansuetus et humilis, largitor elymosinarum, continens et patiens, pater *orfanorum et viduarum, talem decet habere pontifica- *p. 200. 30 tum'. Dux autem dixit ad eum: 'Audis, quid isti locuntur[d]?' Cui vir Dei respondit: 'Bene dixerunt; utinam verum fuisset! Isti qui hoc dicunt non intellegunt ex canonica[6] auctoritate peregrinum episcopum non debere ordinari. Nam

II. Capp. 22—24. *c.*

Cap. 22. a) civitate :::: ubi *c.* b) *in ras. c.*

35 *Cap.* 24. a) diacones et *pr. m. corr.* et d. *c.* b) *m. al. corr.* Suaev. *c.* c) *in ras. c.* d) *ita pr. m. c.*

1) *Augustudensis ad Augustam Rauracorum (hodie Augst) referri nequit, quippe quae adiectivum faciat* Augustanus *(V. Columb. II, 8), sed nomen corruptum emendandum est* Augustudunensem *atque* Augustidunensem *apud Walahfridum legitur isque alterum addit* 40 *episcopum* Veridunensem *a Wettino omissum. Biographus autem quibus de causis ex episcopis Francogallicis hos una cum Spirensi elegerit neque alios propius positos, quaestio otiosa est, neque enim, si alios elegisset, fides adderetur his fabulis.* 2) *Hildericus Spirensis episcopus a.* 614. *concilio Parisiensi subscripsit; cf. Concilia ed. Maassen I,* 192. 3) Alamanniae *Walahfridus.* 4) *Walahfridus addit:* die denominata, id est proxima paschae dominica. 45 5) *I. q. carne indui; cf. Ducange h. v.* 6) *Cf. synodum Clippiacensem a.* 626/7. *celebratam c.* 28: Ut decedente episcopo in loco eius non alius subrogetur, nisi loci illius indegena *(Concilia ed. Maassen I,* 200*). Peregrinum Caelestinus papa non admisit, nisi inter clericos civitatis dignior reperiri nequivisset (Leonis opp. ed. Ballerinii III, p.* 274*).*

hic est mecum Iohannes diaconus de plebe vestra, qui hoc testimonio in omnibus Christo propitio praeditus est, cui pondus regiminis apte iniungi congruum est'.

(25). Igitur celeriter in medium synodi vocatus est et a duce, de[a] qua progenie esset[a], interrogatus est. Quo respondente, in Retia[1] parentum[b] habere originem, dux dixit ei: 'Est tibi vis regimen ecclesiae suscipiendum?' Ad quod electus Dei Gallus[b*] se in respondendo praetulit, laudando maturitatem vitae eius. Dum haec et alia multa pro electione eius cum viro Dei loquerentur, humiliter se retraxit atque extra civitatem in ecclesiam sancti Stephani fugit. Quem sacerdotum et plebis turba prosequebatur, invitusque et lugens reducebatur. Vox multitudinis elevabatur, cum Iohannes antistes, *concordante populo, eligebatur. Electione nempe peracta, consecratus est ab episcopis praefatis; quem statim omnes missarum sollemnia agere et virum Dei dulcifluis dogmatibus suis populum instruere flagitabant. Qui ob riganda corda fonte divino cupidus, alumnum manu tenens, eminentiorem locum adiit, et, antistite preceptoris sui verba interpretante[2], origo fabricae caeli et terrae ac expulsio primi terrigenae cum ortationibus caelestis hereditatis requirendae rimabantur. Nam continentia Noe et fides Abrahae cum exemplis patriarcharum nec non et Mosaicis signis recitabantur, legalibus illis gestis ad animarum medellam cunctis redactis. Regum fortitudo fortissimis athletis tyrocinii christiani conparabatur, qui indesinens bellum cum virtutibus contra vicia exercent. Prophetarum visio ad morum correctionem atque ad stabilitatem rectae fidei pleniter ab eis convertebatur, transactisque mysteriis veteris testamenti, tandem ad novum gaudium Christi[c] clementiae perventum est, ubi tanto subtilius disputabatur, quanto ibi salubriora repperiuntur. *Euangelicis ergo miraculis passionisque ac resurrectionis sacramentis recitatis, fertur auditores qui ibi aderant propter caeleste desiderium lacrimis vultum rigasse[3]; sicque laeti ex conpunctione divina remeabant ad propria. Electus igitur Dei Gallus apud alumnum septem diebus commorans ceu[d] semina consolationis divinae ei tanto uberius[e] infudit, quanto eum in capessendis exemplis divinis obligatiorem esse conspexit. Iamque, sui antistitis benedictione suscepta, revisit cognita heremi secreta; quem[f] pontifex prosequebatur cum servitio ac inter cetera humanitatis genera actoribus[4] suis cum plebe iussit aedificio cellae certatim insistere[5].

(26). Tunc nempe sanctus solacio fretus oratorium atque officina fratribus apta inchoavit. Ergo bis senis tantum[a] sodalibus secum habitantibus contentus erat, quibus aliquid extra regulae tramitem deviare omnimodo indignum fuerat. Nam quodam dominico die, finitis matutinalibus orationibus, cum repedassent requiescendi gratia, prima luce diei vocavit vir Dei Maginaldum diaconem, dicens:

*p. 201. *p. 202.

II. Capp. 24—26. *c.*

Cap. 25. a) de — esset *in rasura c.* b) se *superscr. c.* b*) Ga|lus *c.* c) Chr. cl. *in ras. c.* d) *eras. c.* e) *in ras. c.* f) cui pontifice (?) *corr.* quem pontifex *c.*

Cap. 26. a) *pr. m. in mg. suppl. c.;* iam *Walahfr.*

1) *Walahfridus addit:* Curiensi mediocri natalium dignitate. 2) *Ea videlicet causa, ut Gallus maior videretur episcopo Constantiensi, nam et ipsum 'idioma illius gentis', scilicet Alamannicae, novisse, biographus supra c.* 6. *testatus est.* 3) *Sermonem Galli nomine a Canisio, Lectiones antiquae V, 2, p.* 896—910, *editum post aevum Goteschalci speciminis causa ab erudito quodam monacho Sangallensi ipsa vita adhibita compositum esse demonstravit F. G. Rettberg, Observationes ad Vitam S. Galli spectantes p.* 31*; cf. 'Kirchengesch.' II,* 775. 4) *Walahfr.:* his qui rebus episcopii praeerant. 5) *Locus de caritate mutua utriusque apud Walahfridum sequitur.*

'Surge velociter et praepara mihi ad missam celebrandam'. Qui[a] respondit: 'Quid est hoc domine? *Numquid tu missam celebrabis?'[1] Cui ille: 'Post nocturnam[2] huius noctis', inquit, 'revelatum est mihi, migrasse praeceptorem meum Columbanum, pro cuius requie offeram sacrificium'. Statim signum tangitur[b], fratribusque[c] congregatis, oratio multiplicabatur, cum pro anima Columbani agenda[3] missarum celebrabatur. Quibus peractis, praefato diacono vir Dei ait: 'Fili, non sit tibi grave! Festinans ad Italiam[d], visita[4] in ea monasterium vocatum Bobium. Ubi diligenter investigans de his quae acta sunt erga abbatem meum, notato die et hora, renuntia mihi sine mora'. Quo iusso, levita obstupuit, cum nescire se viam autumavit. Sed electus Dei: 'Vade', inquit, 'frater, noli timere! Dominus diriget gressus tuos'. Benedictio petitur et via celeriter carpitur. Superno duce ei auxiliante, tandem adiit coenobium Bobiense, ubi iuxta revelationem magistri cuncta repperit et apud fratres illos noctem unam mansit. Qui electo Dei Gallo epistolam de gestis sancti Columbani plenam et cambuttam ipsius transmiserunt, dicentes: 'Praeceptor noster iussit nobis adhuc vivens, ut *per istum baculum Gallus absolveretur'. Christo nempe propitio octava die rediens, epistolam cum cambutta praesentavit. Rebus igitur recitatis, divina clementia obnixius pro requie Columbani flagitabatur, cum in commune missarum sollemnia ac psalmodiae dulcedo rimabantur.

*p. 203. — V. Galli vet. c. 1. — *p. 204.

(27). Contigit autem una die, dum operaretur cum fratribus et plebe in oratorio, ut una axis ex pariete decurtata brevior aliis palmarum quattuor apparuisset, quam carpentarii[5] aestimabant proicere. Vir autem Dei in divinum auxilium confidens ait: 'Cessate paulisper ab opere vestro, reficientes corpora cum alimento praeparato'. Ad tempus namque labori induciae dabantur atque iussis electi Dei obtemperabatur. Tum[a] domum unanimes introibant nec non et cum benedictione cibum percipiebant. Prandio ergo auctore Deo peracto, operis gratia avidi redeuntes, invenerunt axem praefatam longiorem aliis mensura pedis dimidii. O mirabilis Deus in sanctis suis! Quod crementum naturale negaverat, fides in absciso iam germine donaverat. Dulciflua laus redemptori mundi rependebatur, cum elementum contra naturam tractum, ad locum suum restituebatur.

ib. c. 2.

*Nec digne tacendum reor, quid miraculi ibidem postea dominus Iesus ostenderit. Nam qui perverso humore fatigati dentium[6] dolore quatiuntur, ex eadem axe usque in hodiernum diem Christo propitio medicinam capessunt, eius meritis adiuvantibus, quem Dominus in tali signo honorare dignatus est.

*p. 205.

(28). Post haec autem contigit, quod vir Dei Eustasius hoc aerumnosum exilium dereliquit, qui venerabili Columbano in regimine Luxoviensis coenobii successit. Sed fraternalis societas prioris conversationis non inmemor ob adqui-

II. Capp. 26—28. *c.*

Cap. 26. a) cui *corr.* qui *c.* b) *corr.* tangebatur *c.* c) fratibusque *c.* d) Italiam :: (*ras.* quia?) *c.*

Cap. 27. a) um *in ras. c.*

1) *Ipsi enim Columbanus interdixerat, ne se vivo missam celebraret; cf. supra c.* 9. 2) Post huius vigilias noctis *Walahfridus.* 3) *I. q. officium divinum; cf. Ducange h. v.* 4) *Cum inde ab hoc loco Vita vetustissima a Wettino expilata adhuc supersit, ea quae cum ipsa conveniunt litteris minutioribus exprimi iussi, ut facilius discerni liceret, quibus locis ille aut immutasset aut ampliasset textum primigenium.* 5) Magistri *V. Galli vet.* 6) *Inde hiat V. Galli vet.*

rendum magisterium electi Dei Galli tractabat atque consono consilio sex fratres ex Hiberniensibus comitibus eius cum epistola electionem[1] nuntiante ad eum dirigebant. Qui divina clementia ductrice ad cellam venerunt, atque humaniter suscepti[2], epistolam ei ostenderunt. In qua cum legationis eorum ordo intenderetur, ad consuetum refugium secreti sui revertebatur: 'Ego', inquit, 'notos et predia propter Christum dereliqui; et iterum capiam divitias saeculi? Decreveram, relictis fratribus et extraneus filiis matris factus, fieri propheticus filius; et nunc fiam arator euangelicus, qui retro respiciens non est regno Dei aptus? *Iam[3], dicione regiminis vestri moderante, libens obtemperabam[a]; sed modo hac solitudine contentus dies meos absque ambiguitate ducam'. His aliisque dulcifluis verbis repressi sunt, qui eum fore pastorem sibi suspicati sunt. Inter quae conlationum genera vocavit ad se alumnum, a quo inquisivit, quid habuissent ad reficiendum. Quo respondente, se habere tantum sextarium farinae, cito iussum est, panem et holera accelerare, viro Dei[b] memoriam agente miraculorum Christi, quibus pascebat populos in solitudine. Sed interea propinquus gurges visitatur ab illo cum retibus, uno discipulo suo cum praefatis hospitibus secum comitantibus. Ubi Christi ad laudem miraculum innovatur, cum inmanis[4] piscis territus a duabus bestiis, quae luderes[5] nuncupantur, quasi eis avidis preda conspicitur. Haud igitur mora extenditur rete et refectio servis Dei trahitur ab amne. Mirum in modum longitudo eius XII palmarum et latitudo IIII inventa est, cum ibi nisi brevis pisciculus antea umquam captus est[6]. Bestiolae ergo praefatae[7] quasi subtrahendo se expectabant, quatenus servis Dei in obsequio iterum obtemperarent. *Iterum rete inmittebatur, et eisdem bestiis magnitudinem squamigerum minantibus, ex aquis iam rete ruptum extrahebatur[c]. Quod electus athleta Christi conspiciens, partem ex eis natalibus aquis reddidit partemque dilectis hospitibus praeparare iussit et addidit: 'Ecce', inquit, 'merita vestra apparuerunt, quia propter adventum vestrum Christi[8] miracula fulserunt'. Illi econtra referebant, non se conscios talis meriti esse, sed ad eius gloriam creatorem mundi haec praeparasse. Ubi arbiter humilitas exstitit, cum utraque pars viliorem se alteri libens egit. Sanctus ergo cum sociis ad cellulam regressus est, cui quidam vir adferens duas utres vini et III modios farinae in ipsis hostiis[d.9] obviam factus est. Quae cum Christi gratia collegebantur, atque convivium divina conlatione permixtum, simul dulcedine dilectionis mediante, inchoabatur. Aliquantos exinde dies ob fatigationem itineris, quietis temperamento iniuncto, secum illos retinuit, in quibus assidue inter diversas inquisitiones legis divinae gesta eis venerandi Columbani recitavit. Sed, haustis pleniter miraculorum eius insignibus ac inter cetera humanitatis genera utrisque *in osculum sanctum ruentibus, dimissi sunt merentes et gaudentes: merentes, quia talis patroni non adepti sunt magisterium, adtamen gaudentes, quia tantum eius a Domino cognoverunt adiutorium. Beatus igitur eo magis divinam clementiam placavit, quo

V. Galli vet. c. 3. — *p. 206. — *p. 207. — *p. 208.

II. Cap. 28. *c.*

Cap. 28. a) *versu exeunte suppl. c.* b) *post* Dei 3 *litt. ras. c.* c) ex *eras. c.* d) hostibus *c., corr.*

1) *Redit V. Galli vet.* 2) *Quomodo suscepti sint, fusius descripsit biographus vet.* 3) *I. e. quondam. Arx.* 4) Piscem magnum *moderatius V. Galli vet.* 5) Duas luteras *V. Galli vet., rectius* lutras. 6) *Haec Wettinus motu proprio addidit, miraculi exaggerans virtutem.* 7) *V. Galli vet. iterum hiat.* 8) *Redit V. Galli vet.* 9) Iuxta introitum cellulae *Walahfr.*

securiorem se a mundanis negotiis conspexit. Vigiliae innovabantur ieiuniaque velut in primo tyrocinio arripiebantur. Ergo si velim rigoris eius discretionem, districtioribus secum semper retentis, rimare, dies, ut opinor, lingua fatigata videtur mihi ante deficere. Sed tantum acta eius audire cupientibus, quomodo 5 beatum cursum expleverit, dicam, precum eius solamina implorando, ut ea, quae veredicorum virorum[1] testimonio conprobata sunt, mei miserrimi viciis non reprobentur.

(29). Igitur cum plasmator saeculorum merita eius iam ostendere voluisset, et multi propter desiderium visus eius anhelassent, contigit, Willimarum praefatum Arbonensem sacerdotem ad cellulam eius venisse propter priorem familiaritatem. 10 Qui iuxta morem benigne susceptus, nisus[a] est virum Dei obnixis precibus flagitare, quatenus *visitationis gratia domum eius dignaretur adire. Quod electus Dei penitus rennuit adfirmando, se usum iam non habere de cella egredi, sed magis solito labore deinceps instantissime debere perfrui. Sed ille iterum obnixis precibus supplicabat autumando, se a paternali eius providentia tunc esse 15 derelictum, si doctrinae eius non mereretur iam habere solacium. 'An ego', inquit, 'peccavi in te, electe Dei, quod non dignaris visitare habitaculum famuli tui? Per eum, cuius ope per tuam doctrinam actenus instruebamur[b], precor, ut aedificationis gratia venias plebemque mellifluis dogmatibus tuis doceas, ut gregis anhelantis instrui de labore tuo fructum inmarciscibilem capias in 20 aethrali regno'. Vir ergo Dei fixum habens iam nullo modo egredi in popularem conventum, adtamen, ut semper solebat, tractans utilitatem plurimorum, in semet ipso frangebat[2], quod diebus suis firmum se habere posse sperabat, apostolo dicente: *Caritas non quaerit, quae sua sunt.* Non ut transitoriarum rerum cupidus raptor, sed ut multorum devotus adiutor ad castrum cum sacerdote se con-25 tulit, sancta nimirum et Deo nostro *grata societas, inter quos nihil regnabat nisi perfecta karitas. Igitur in adventu optato servi Dei conventus popularis agitur mellifluaeque doctrinae eius instantissime audiuntur. Tametsi ergo absens esset a cella, non minus tamen solito labori insistebat, cum ex divino semine fructifera corda non pauca Christo regi suo coniungebat. Ubi in opere 30 Dei mansit biduo, vi coactus a sacerdote nec non et a populo. Sed tertia die cupiens alumnos revisere, impeditus est febrium vexatione, quarum acredo tantum in eo crassata est, ut nec minimum quod solebat alimentum cibi sumeret. Quod haud secus credo divina dispositione actum, nisi ut merita eius citius declararentur, quatenus, si ad horam ei temporale iter denegaretur, cum 35 quanta gloria electus Dei ad locum suum veniret, fere[c] cunctis saeculis manifestaretur[3]. Ergo XIIII diebus infirmitas corporis crescebat, in quibus athleta clarus Christi conspectibus se praeparabat. Iamque quarto decimo dię veniente, in quo credimus ei laborum suorum mercedem restitutam, inbecillibus[d] membris consumatis et absque *cute et ossibus penitus defectis, ab opere tamen Dei non 40 cessans, sed aut caelo solamina precum dirigens aut eloquia aedificationum eructuans, indefessus in servitio Christi, quod coeperat, nonagesimo quinto aetatis anno, XVI. die mensis Octobris beatam animam caelo reddidit. Cuius diei anni-

V. Galli vet. c. 4. — *p. 209. — 1. Cor. 13, 5. — *p. 210. cf. 1. Ioh. 4, 18. — *p. 211.

II. Capp. 28. 29. *c.*

Cap. 29. a) ni *m. recens superlivit c.* b) *pr. m. superscr. c.* c) *ita scripsi;* fore *c.* 45 d) inbecilibus *c., corr.*

1) *Veridicorum virorum testimonium minus sincere attulit is qui V. Galli vet. solam exscripsit; cf. infra c.* 34. 2) *Teutonismus pro* transgressus propositum. *Arx.* 3) *V. corporis translationem infra c.* 32.

versarium poene iam montes et colles omniaque ligna silvarum cum diversis creaturis resonant, cum nec signorum in eo ostensorum nec populi catervatim confluentis numerus repperitur.

Iam te ex parte non latet, quicumque haec legendo tetigeris, quomodo devotus in bono et cautus in mundo provectam aetatem ducebat. Nunc, si placet, 5 ad ea quae post eius transitum ob meritorum suorum declarationem ostensa sunt veniamus, communis[a] precibus Christum, qui est mirabilis in sanctis suis, supplicando, ut pauca quae ex eis conperimus suo sensu dicantur, qui dixit: *Ego ero in ore tuo.* (Exod. 4, 15.)

FINIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIBER SECUNDUS DE MIRACULIS, QUAE POST EIUS OBITUM PER MERITA IPSIUS DOMINUS DECLARAVIT. 10

(*p. 212. V. Galli vet. c. 5.) (30). *Fama nempe aures multorum sublevans Iohanni praefato Constanciensi praesuli eius infirmitatem detulit; qui non contentus, nisi ut magistrum visitasset, quasi ex cuius ope atque doctrina caelestes terrenasque divitias habuisset, eologia digna in navem sumuntur et ad Arbonense castrum 15 properatur. Cum ergo perventum esset ad portum, audita est confusa vox virum Dei plangentium, statimque a praesule, quid esset, inquisitum est; cuius cor ex timore desolationis magistri iam perculsum est. Audito igitur transitus eventu, claviger poli imitabatur, cum pontifex se prae dolore ac dilectione non continuit in navi, sed desiderio magistri misit se in aquam. Scio, 20 (cf. Matth. 14, 29. V. Gall. vet. c. 5.) quia cum velocitate venit ad corpus, qui in tale se periculum pro eo dedit devotus. Ubi tunc luctus et meror innovabantur, cum gemitus sacerdotis sociorumque eius ad caelum usque levabatur. Sancti namque corpus iam tunc in loculo erat; quod inconsideratum pontifex non sustinens, arcam aperuit ac flere his verbis coepit: 'Eu, eu, mi pater! Cur me de domo patris mei duxisti et iam modo 25 orfanum et desolatum reliquisti, cum tota fiducia mea in te *fuit?' (*p. 213.) Diu flendo super eum incubuit, cuius visione satiare se numquam credidit; sed tandem eum presbyter ceterique circumstantes levaverunt ac orare pro eo potius debere monuerunt. Iam denique, amicalibus membris relictis[a], praesul cum clero ecclesiam ingressus est nec non et missarum sollemnia pro eo agere conatus 30 est, ceteris omnibus in psalmodia morantibus. Iamque, tam pio labore finito, vexillum crucis cum omnibus exsequiis aptis tollebatur, atque melodiis caelestem chorum imitantibus, domus repedabatur, quatenus corpus electi Dei ibidem terrae conderetur. Sed cum tractatur, quid ibi divinum consilium egerit, non dubitatur, nisi eum statim requies aeterna susceperit. Igitur 35 cum episcopus cum clero ad corpus venit, multorum manus loculum levare coepit; sed divina providentia mansit inmobilis, ita ut, quantum obnixius evehi niteretur, tantum humana virtus in elevatione eius infirmaretur. Ubi miraculum innovabatur, cum mira inquisitio omnium inde oriebatur. Sed inter ceteros praesul ait: 'Vere scio, quia domino meo Gallo ista sepultura non est acceptabilis. 40 (*p. 214.) Ecce! inquirendus est nutus altithroni regis'. *Confestim equi indomiti adduci iussi sunt, quos ministri celerrime adtrahere conati sunt. Sed cum nimio labore sunt praesentati; cum maiore tamen luctamine parati, ad corpus

II. Capp. 29. 30. *c.*

Cap. 29. a) communia *pr. m. corr.* communis *c.* 45

Cap. 30. a) *pr. m. superscr. c.*

sunt adducti. Ubi praesul cum clero et populo huiuscemodi orabat: 'Domine Iesu Christe, in cuius amore et honore iste vir Dei reliquit patriam suam, sequens praecepta tua, operare humano generi stupidum miraculum, vehente corpus eius animali indomito, quocumque tibi placeat sub aethrali regno!' — V. Galli vet. c. 5.

5 (31). Cumque omnes respondissent: 'Amen', Willimarus electi Dei fidus socius peragrabat pauperes vestimenta eius distribuendo. Inter quos repperit paraliticum quendam nomine ....[a], qui sic erat conpage membrorum ac nervis contractus, ut gressus proprius ei denegaretur. Cui caligae viri Dei cum calciamentis porrectae sunt. Quae cum propter gaudium statim induisset, 10 resolutae sunt iuncturae conpagum eius; qui laetus exilivit, clamans voce magna in laude Christi, qui pro meritis viri Dei hoc agere dignabatur. Quod cernens episcopus, cum infinita caterva plebis magnificabat nomen domini Iesu facientis mirabilia, qui ad honorem servi sui tam manifestam *virtutem ostendere dignatus est. Cereus ergo illi confestim datus est, qui cum aliis fere- 15 trum usque ad locum sepulturae secutus est. Perpende[1], queso, o lector, qualis meriti vir iste fuerit, ad cuius exsequium tam insolitus pedestris ordinis conviator factus est! — Ib. c. 6. — *p. 215.

(32)[2]. Elevato igitur a pontifice nec non et a sacerdote feretro et equis superposito, ait episcopus: 'Tollite frena de capitibus eorum, et pergant, ubi Do- 20 minus voluerit'. Vexillum ergo crucis cum luminaribus adsumebatur, et psallentes, equis praecedentibus, via incipiebatur. Mira res et praesenti aevo inusitata! Equi non declinaverunt ad dexteram neque ad sinistram, quoadusque recto tramite pervenissent ad viri Dei cellam. Quo cum subsisterent, occurrit agmen discipulorum, levans viri Dei loculum, et humeris sublatum portarunt in oratorium. Ante 25 altare ergo ponebatur et a pontifice sive a clero oratio pro eo innovabatur. Sepulchrum deinceps inter aram et parietem peractum est, ac melodiis caelestibus resonantibus, corpus terrae conditum est. Sicque pontifex, data benedictione, reversus est[3] inmenso tripudio, gratulante plebe.

(33). *In duabus ergo candelis, qui[a] per totum exsequium viri Dei lumen 30 suum non dimittebant, non tacendam reor Iesu Christi virtutem. Una ad caput et altera ad pedes ponebatur; sed per XXX dies flamma in eis rutilans experiebatur, ut vere claresceret lumen inextinguibile, quod Gallus diligebat absque mundiali amore. Quibus ardentibus, dentium dolores ex eiusdem cęrae inpressione fugati sunt; lippes[b], ablata acredine, gavisi sunt; surdi[c], auditu adveniente, laetati sunt, 35 diversisque aliis languoribus expulsis, plures gratulati sunt. Nam ad sepulchrum eius quicumque postea languens aut febricitans sive ex quacumque valitudine detentus veniebat, si ex credulitate orabat, per intercessionem sancti Dei sanus redibat. Virtutes etenim Christi ibi factae quamvis non possint humana lingua conprehendi, tamen per multa spatia arvarum[4] ad laudem Christi resonant, qui 40 per electi sui merita tam mira populis ostendit. — *p. 216.

II. Capp. 30—33. *c.*

Cap. 31. a) *nomen etiam Walahfr. om.;* Maurus *V. Galli vet. et m. al. superscr., nominativum accusativo addens, c.*

Cap. 33. a) *m. al. corr.* quę *c.* b) *ita c.* c) surdo *corr.* surdi *c.*

45 1) *Hanc contemplationem Wettinus adiecit.* 2) *Capita* 32. 33. *ante c.* 34. *Wettinus transposuit, dum et in V. Galli vet. et apud Walahfridum hoc praecedit. Ceterum c.* 32. 33. *in V. Galli vet. perierunt, duobus foliis deficientibus.* 3) *Walahfridus:* multitudo, episcopi benedictione communita, ad propria remeavit. 4) Arva *est ager arvus; cf. Forcellini h. v.*

V. Gall. vet. c. 7.

(34). His etenim, qui tanti patris vitam imitari desiderant, intimandum autumo, quibus indiciis asperitas vitae eius experta est. Sanctus igitur Dei capsellam ligneam[1] habuit, quam sub clavis custodia[2], discipulis interiora eius ignorantibus, usque ad finem vitae observavit[3]. *Post transitum ergo electi Dei praesul cum alumnis eam aperuit, scire cupiens secretum, quod in ea tam diu latuit. Ubi repertum est parvum cilicium et aenea catena infusa sanguine. Anhelantes tunc ex re certi fieri, prospexerunt ad corpus sancti Dei, in quo cernebant per tracturam cinctorii carnem vulneratam per quattuor loca, in modum cinguli corpus gyrante vulnere usque ad interiora ossa, ut conprobaretur, quam occulte se electus Dei Christo regi suo mactavisset, cum nec eis qui per omnem vitam suam cum illo erant hoc umquam apparuisset. Sed si in minimis vis maiora pensare, innumeris cruciatibus se sanctum Dei diu adflixisse poteris tractare. Capsella igitur cum cilicio ad caput viri Dei in feretro suspensa est, sicque in praefato exsequio usque ad cellam deportata est. Rite demum sepultura peracta, suspenderunt eam ad caput in parietem cum catenis et cilicio, ubi, cum petentium fides exigebat, praeclaris virtutibus merita sancti Galli fulgebant.

*p. 217.

5

10

15

Haec[4] omnia conprobata sunt testimonio Meginaldi[a] et Theodori diaconorum electi Dei, qui eius obsequio, quoadusque beatum cursum explevit, meruerunt perfrui, sed et aliorum innumerabilium, qui aut vitam eius considerabant aut ex *veridicis testibus gesta sancti didicebant.

*p. 218.

20

(35). Postquam vero XL[5] annos fuit sepultus, veniens Otwinus praeses[a] cum exercitu magno, crudelitate succensus, devastavit aliquam partem pagi Durgaugensis. Constantiam et Arbonam succendit igne[b]; satellitibus eius multitudinem virorum iugulantibus mucronis in ore, mulieres cum parvulis duxere captivas; pecora vero et fruges devastavere innumeras. Quo metu ex Arbonensi pago rerum copia sublevata est et in territorio cellae viri Dei sub terram posita est. Quam cupientes ab hostium incursione latere, ne spes requirendi ea haberetur, superseminaverunt diversa fruge[6]. Vastatione demum per pagos patrata, veniens hostis persequendo populi fugientis vestigia, promiscui sexus turbam non modicam repperunt in viri Dei cella. Adprehensi ligabantur, vincti in habitacula sibi non optata trahebantur, ac iuventus eorum miserabiliter in captivitatem ducebatur.

25

30

II. Capp. 34. 35. *c.*

Cap. 34. a) *ita h. l. c. pro* Maginaldi.

Cap. 35. a) p̄se : s, *ras.* n *c.* b) *pr. m. superscr. c.*

1) Cutineam *V. Gall. vet.* 2) *V. Galli vet. iterum hiat.* 3) *I. e. asservavit. Arx.* 4) *Locus ad Maginaldi Theodorique diaconorum aliorumque testimonium spectans, 'qui aut vitam Galli consideraverant aut ex veridicis testibus gesta didicerant', apud Walahfridum desideratur, creditumque usque adhuc est, testium nomina 'propter sui barbariem, ne Latini sermonis inficerent honorem', ab ipso praetermissa esse (V. Galli auct. Walahfr. II, 9), sed ita Gozberti potius scriptum auctor tractavit neque vitam vetustissimam, tantumque aberat, ut Maginaldi Theodorique nomina abhorruisset, ut contra ea haud semel attulisset (etiam infra II, 2), atque Theodori nomen inter barbara referri certe non potest. Sin vero vitae vetustissimae fragmentum cum utroque biographo recentiore contuleris, certo certius intellegitur, ea quae apud Walahfridum non leguntur ab ipso Wettino addita esse, cumque is veridicorum virorum testimonium supra (c. 28) iam confinxerit, de origine huius loci minime dubitandum est.* 5) *Cum* 40 *annos post Galli mortem Magnoaldum Theodorumque vixisse biographus voluerit, numerus stare nequit, immutatus ab omnibus fere, qui sancti vitam examinaverunt.* 6) *Walahfridus:* lini semen.

35

40

45

Quae per diligentiam Erchanoldi[1] cuiusdam tribuni sunt prodita, cui propter vicinitatem omnia ipsius heremi fuerunt nota. Qui sciens ostensa ibidem miracula Domini, non dedit honorem nomini salvatoris Iesu Christi; sed perversa mente *oratorium intravit, ubi paraliticum quendam cognitum sibi repperit, cui minas ac *p. 219. 5 blandimenta inferebat aiendo: 'Dic mihi, ubi habent isti Arbonenses vestimenta sua et aurum argentumque plurimum, quam habebant, quia, cum eos invenimus, poene nihil secum retinebant'. Cui ille: 'Si ego', inquit, 'proditor eorum exsisto, quam remunerationem sperare debeo?' Ad quem cupiditate deceptus dixit: 'Si vere cuncta manifestabis, consortio nostro frui mereberis'. Absque mora perducti 10 sunt ad locum, ubi reppererunt subterraneum latibulum, ubi diversi generis pecuniam experti sunt, quam gratulando inter se partiti sunt, et, ut mos est, cum cupita repperiuntur, sollicitius inquiruntur, silvae et pratae[a] atque agri pervagabantur. Ipse vero Erchanoldus cum VII iuvenibus oratorium ingressus est, ubi, hostiis clausis, pulsando pavimentum investigare thesaurum conatus est; qui quam 15 praeclarus ibi ex dono Dei habitus est, absque dilatione, plasmatore mundi operante, monstratum est. Ergo cum unus ex eis super sepulchrum sancti Dei pulsasset atque sarcofagum ex vi impetus resonuisset, gaudendo exclamavit: *'Hic est, quod quaeritis'. Qui coeperunt fodere conciti ac venerunt usque ad *p. 220. arcam viri Dei. Quam sublevaverunt, dicentes: 'Isti Romani[2] ingeniosi sunt; ideo 20 sub loculum bona sua absconderunt'. Scrutari itaque conati sunt; sed divino nutu velociter repressi sunt. Nam pavor nimius super eos inruit, ex quo unusquisque remedium sibi fugam decrevit. Ostia ergo oratorii occupaverunt, ubi mutua cede se in invicem interfecerunt. Sed ipse Erchanoldus evadendi cupidus volens exsilire, caput inlisit in superliminare, unde amens cecidit, cum dignam 25 poenam pertulit. Ergo ad propria ducebatur; sed inmensis doloribus[b] corripiebatur, ita ut ipsum annum totum poenam suam lueret, cum capillos et cutem ungulasque dimitteret, nec in omni vita sua deformitatem dimittere potuit, quam ex offensa electi Dei arripuit.

(36). Auditum est igitur a Bosone Constanciensi praesule, sepulturam viri 30 Dei destructam esse ab hoste nec in cella eius praeter Maginaldum et Theodorum remansisse, quorum raritas[3] corpus terrae non quivisset recondere. Tali miseria episcopus commotus, advenit cum sacerdotibus et clero ad servitium sancti devotus. Considerabatur ergo ab eo corpus sanctum digna sepultura non conditum ac arae nudae, cernentibus *prebentes lamentabile aspectum, nec non et praedic- *p. 221. 35 torum fratrum iacentium in oratorii loco intolerabilis planctus. Consolationis solamen inferebatur ab eo dicente: *In tribulatione invocavi Dominum, et exaudivit* Ps. 117, 5. 6. *me in latitudine Dominus. Dominus mihi adiutor est; non timebo, quid faciat mihi homo.* His aliisque exortationibus finitis, sancti corporis gleba in sarcofago digno inter aram et parietem sepulturae tradebatur atque super illud memoria[4] meritis 40 electi Dei congruens aedificabatur. Ubi innovabatur opus pietatis, cum praesul victum et tegumentum distribuit ibi manentibus viris timoratis. Sicque peractis quae Dei sunt, gratulando ob talis patroni meritum ad propria reversi sunt.

II. Cap. 35. 36. *c.*

Cap. 35. a) *ita c.* b) *in ras. c.*

45 1) *Notus est Erchinoaldus, a.* 641. *Neustrasiorum maior domus creatus.* 2) Rhetiani *Walahfr.* 3) *Germ. 'Wenigkeit'.* 4) *Walahfridus:* arcam altiorem construxit.

(37). Post multum vero temporis misit Pippinus[1] maior domus exercitum suum cum omni furore et iracundia ad Altam Germaniam[2] devastandam[3], quam circumdederunt angustiis magnis, ita ut iam non rimaretur exuberantia cruoris[a] generis humani nec multitudo ex ea populi captivi ducti. Sub quo excidio caterva fugientium in Arbonensem pagum congregata est, ex quibus plurimi ad cellam sancti Dei festinabant, ubi sibi suffragium de misericordia atque veneratione electi Christi *sperabant. Hostis igitur agiliter eos persequebatur, quos in territorio praefatae cellae experiebatur. Quorum investigatione subtilius cepta, quinque ex eis oratorium intraverunt, ubi quasdam feminas cum parvulis suis reppererunt. Quas cum interrogarent, unde essent, illae se dicebant famulas[4] sancti illius esse. Qui econtra: 'Egredimini', inquiunt[b], 'nescimus sanctum vestrum, cuius patrocinio vos adiuvari creditis'. Sub tali igitur contemptu meritorum venerandi patris duxerunt eas captivas in Franciam. Sed divina ultio eos in praesentia hominum inpunitos non dimisit, quos amentia in tam reprobum sensum seduxit. Ergo anno, quo haec acta sunt, ab antiquo hoste adprehensi sunt, cuius inpulsione per civitates ac vicos erraverunt atque continuis vocibus clamaverunt: 'Gallus abbas habet nos ligatos'. Sic probari poterit, quam graviter deliquerunt, cum in hoc finem vitae miserabiliter consummaverunt.

*p. 222.

(38). Isdem igitur temporibus erat ibi quidam diaconus nomine Stephanus custos ecclesiae die ac nocte continuus. Qui quodam vespere intulit in basilicam cereum, eum collocans in candelabro iuxta sancti sepulchrum. Sed ut eo magis merita Galli fulsissent, quo miracula sua *Christus ibi innovasset, res inserta experta est. Candela super pallam sepulchri cecidit, quam ignis usque ad medietatem consumpsit; ex quo incendio ceterae pallae sepulchri intactae remanserunt, neque ignes lectum aut cambuttam in eo pendentem tetigerunt. Quod eadem nocte sequentique die ita omnibus visum est. Sed cum tempore alterius noctis fraternalis cuneus ad opus divinum se praeparasset atque oratorium ex more ingressus fuisset, candelae iuxta sepulchrum inventae sunt ardere et duo iuvenes quasi ad servitium ibi stare, quorum unus ad caput et alter ad pedes illam exustam pallam tenuit, ex qua sepulchrum sancti Dei devote cooperuit. Timor nimius considerantes invasit, quos et praepeti gressu ad disposita lecta remisit. Quibus ingressis, cum nec prae pavore somnus carperetur nec exercitium vigiliarum ageretur, signum basilicae resonans audiebant, quod caelesti tactu factum non difidebant. Sed ut certius adfirmaretur, divinam[a] virtutem ibi claruisse, duo chori psallentium confestim auditi sunt aethrales melodias resonuisse. Eodem igitur die pavor eos ab introitu ecclesiae conpescuit. Sed die altera ad ianuam oratorii congregati sunt, ubi diutissime in oratione prostrati sunt. *Qua completa, trepidi ingressi sunt inveneruntque pallam integram, quam ante dolebant igne consumptam. Et ut certius crederetur divinitus actum, longitudo ac latitudo eius tribus digitis maior apparuit. Salvator saeculorum devotis mentibus laudabatur, qui per merita servi sui talia ostendere dignabatur[5].

*p. 223. *p. 224.

II. Capp. 37. 38. *c.*
Cap. 37. a) *superscr. c.* b) inquit *c., corr.*
Cap. 38. a) divinam :: *c.*

1) *Annis* 709—712. *Pippinus contra Willeharium ducem Alamannorum bellum movit.* 2) Alamannorum provinciam *Walahfr.* 3) *Walahfridus addit:* et iterato Francorum ditioni subiugandam. 4) *Walahfridus:* de familia ipsius sancti. 5) *Alterum Stephani*

(39). Multa etiam audita praetermissa sunt, dum ad ea festinatur, quae visu conprobata sunt. Tempore ergo Carlomanni maioris domus homo fuit in Perahtoltespara rebus pauperculus. Qui cum orationis causa ad coenobium sancti Galli una cum coniuge venire desiderasset, illa pallulam ordita est, ne vacui apparuissent. Quam pro expectatione itineris circa tortellam[a] cerae involvit atque in arcam suam posuit. Sed interea non secundis eventibus domus eius exarsit, in qua omnia cum eadem arca ignis devoravit. Sed miro arbitris poli iudicio, igne extincto, cum priores sedes gyrarentur[1], pallula una cum cera in cineribus inlesa reperta est, in quibus nec minimum quid ignis obsorbere ausus est, inaudito modo resistente cera incendio, quousque cremaretur in sancti Galli servitio. Miraculum multis notum est, cum laus Christi in populis dilatata est. *Illi igitur iuxta votum adierunt electi Dei coenobium, ferentes munus de excidio servatum. In quorum ore merita electi Christi opinabantur[2], cum venerando viro Audomaro abbati fratribusque res gesta rimabatur[3], iam tot testibus miraculi exsistentibus, ad quot haec pervenire poterant in locis circumquaque iacentibus.

V. Galli vet. c. 9. — *p. 225.

(40). Fertur et aliud miraculum tempore Pippini gloriosi regis actum. Willimarus quidam valido languore vexabatur, qui vovit se ad ecclesiam electi Christi unum equum ac duos boves daturum, si ex misericordia Dei recepisset sanitatis remedium. Recuperatio eum ex illo die subsecuta est; sed votum, quod, clade cogente[a], actum est, sospitate veniente, dilatum est. Nam post haec contigit, quod[b] temporalis dominus eius Pirhtilo causa orationis ad ecclesiam electi Christi perrexit, cum quo et idem Willimar, eidem devotato insidens, militiae obtentu advenit. Suffragia sanctorum supplice dextra flagitabantur atque susceptiones digne a fraternali manu exercebantur. Redeundi demum definita sententia, cum non longe essent ab ecclesia, Willimari equus substitit nec sessori suo eundi consensum praebuit; calcaribus diutius cruentabatur nec diversis ictibus[4] *punitus de loco movebatur. Quod praecelsus vir Pirhtilo videns et qui cum eo erant mirantes, quid causae esset, ab eo investigare coeperant. Qui non valens delictum abscondere, conpulsus est cum confusione, prout actum erat, prodere confitendo peccatum, quia pro equo non implevit votum. Cum celeritate igitur rediebant atque ad venerationem sancti Dei promissum equum offerebant. Sicque, accepta benedictione, reversi sunt cum Dei glorificatione.

ib. c. 10. — *p. 226.

(41). Ergo et, quod nunc inserendum est, quarto anno regni Carlomanni actum est. Fuit in eodem pago vocato Perahtoltespara vir quidam in fisco regali[a] Rotundavilla, qui intercessionem sancti Dei[b] quaerere cupiebat, sed, quid ferret, prae paupertate non habebat. Deliberatione etenim acta, ut aliquid ad offerendum Deo adquireret, ex instinctu diaboli debitum sibi cumulaverat. Nam perversa mente atrium dominicum[5] intravit atque examen apium furto abs-

ib. c. 11.

II. Capp. 39—41. *c.*

Cap. 39. a) tortam ceram *V. Galli vet.;* formellam cerae *Walahfr.*
Cap. 40. a) agente *corr.* cogente *c.* b) ut *V. Galli vet.*
Cap. 41. a) publico Rotuvilla *V. Galli vet.* b) *pr. m. superscr. c.*

miraculum epilogumque, quo biographus vetustissimus ea conclusit quae ipse oculis non viderat, scilicet Walahfridi c. 5. *libri II, Wettinus praetermisit.* 1) *I. q. visitare.* 2) *I. q. celebrabantur.* 3) *V. Galli vet.:* narraverunt omnia fratribus. 4) *Walahfridus:* ac verberibus fatigaret. 5) *V. Galli vet.:* atrium presidis.

V. Galli vet. c. 11. tulit. Quo domi recluso, apes extinxerat, nec non et melle separato, tortam cerae fecerat, quam cum vicinorum caterva comitatus perrexit aditibus[1] sancti[a] Galli delaturus. Sed rex regum, cui electus Christi servivit, in *p. 227. hoc virtutem suam exhibuit nec non et fraudolentiam seducti *hominis prodivit[2]. Cum aliis igitur orantibus intravit[b] ecclesiam, et quasi oblaturus, extraxit 5 ceram; sed in manu eius tam durus lapis apparuit, ut in naturalibus petris vix ei aequalis in duritia reperiri potuisset. Qui reatus sui timore perculsus, adsistenti sibi confessus est, cuius sceleris vindictam perpessus est. Ille custodi ecclesiae innotuit, quod absque mora plurimis claruit. Laus creatoris inmenso tripudio levabatur, qui elementa ibi mutare dignabatur. Nam in ho- 10 nore salvatoris ipse lapis ibi usque in hodiernum servatur, quatenus ex visione eius fraudulentis metus nec non et devotis aedificatio generetur. Innumerabilia enim per electum suum Christus ibi ostendebat in praesentique aevo, cum petentium fides exigerit; quae si quisque cuncta recitare coeperit, dies, ut opinor, ei ante quam sermo cessabit. In his tantum paucis salvator saeculorum laudetur, 15 adoretur, regnans cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

III.
PROLOGUS WALAHFRIDI STRABONIS DE VITA SANCTI GALLI CONFESSORIS[a].

Nisi me sanctarum auctoritas scripturarum et praecipue illa veridici prophetae 20 cf. 1. Reg. 15, 22. sententia, qua sacrificio oboedientia praefertur, ad necessitatem oboediendi constringeret, praeceptis vestris, o sanctissimi patres[3], apologiae huiusmodi genus cf. Ierem. 1, 5sqq. opponerem: Si propheta, qui[b] antequam formaretur in utero a Domino electus est, et priusquam exiret de ventre, sanctificatus est, dum eum Dominus spiritu suo inlustrans, verbi officio manciparet, de aetatis infirmitate et ignorantia con- 25 questus est; quid ego peccator acturus sum, qui in[c] iniquitate conceptus et in cf. Ierem. 9, 26. 6, 10. delicto[d] profusus, propter sordes vitae incircumcisus sum corde et[e] auribus, quia videlicet nec scienda digne percipio nec[f] audita devote conservo? Quomodo cf. Ps. 49, 16. iustitias Domini enarrabo et assumam testamentum[g] eius per os meum, cuius aetatem nec tempus adhuc implevit nec scientia commendavit, cuius dicta nec 30 doctrina corroborat nec vita confirmat? Praesertim cum ea scribere iubeatis et ordinare, quorum dignitatem vix animo torpente[h] conicio. Tres tamen ob causas audendi[i] talia viam invenio: scilicet quod credo me a Domino sublevandum, ob

II. Cap. 41. *c.* *III. Prolog.* 1*a*. *a*¹. *b*. *c*¹·². *d* *(cf. n.* f*)*. 2*b*. *c*. *d*. *e*. 3*a*. *b*. 4. 5*b*. *c*.

Cap. 41. a) Dei *add., sed eras. c.* b) *litterae* tra *perierunt c.* 35

Prolog. a) *ita 3a;* Prologus Walahfridi abbatis de vita sancti Galli confessoris 3*b*; Incipit prologus Walfridi de vita sancti Galli 4; Incipit prologus in vitam beati Galli abbatis 2*e*; Praefatio Walahfridi (Wallahfridi 2*b*) Augensis coenobii abbatis (a. A. c. 1*b*) de vita beati Galli confessoris (Christi *add.* 1*b*. 2*b*) 1*a*. *a*¹. *b*. *c*¹·². 2*b*. *d*; Prefatio Walafridi A. c. a. in vitam s. G. 2*c*; Incipit praefatio de vita beati Galli confessoris 5*b*; Incipit prologus sancti Galli confessoris *m. s. XII. praescr.* 5*c*. — 40 *Prologum om.* 2*a*. 3*c*, *una cum laterculo capitum om.* 2*f*. *g*. *g**. *h*. 5*a*. b) qui ante *bis scr. erant* 3*a*. c) *m. al. suppl.* 3*b*. d) delictus *pr. m.* 3*b*. e) et a. *in mg. suppl.* 5*b*. f) *a* nec *incipit* 1*d*. g) te::amo::: *corr.* testimonium 3*b*. h) torpenti 1*c*¹·². *d*. i) audiendi 2*e*. 3*b*. 5*c*.

1) *I. q. liminibus.* 2) *I. e. prodidit. Arx.* 3) *Scilicet Gozbertus abbas fratresque monasterii S. Galli, quos in calce prologi auctor obsecravit.* 45

cuius iussa[a] pariter et promissa[b], quod virium consideratione[c] exhorrui, oboediendi cupiditate[d] suscepi; deinde quod me confido beati Galli intercessione vestrisque praecibus adiuvari, pro quorum veneratione et amore grande onus humeris aptavi debilibus; postremo quod alienis insisto vestigiis veritatisque tenendae lineam novis tantummodo cogor passibus dimetiri[e]. Vitam igitur sancti confessoris Christi Galli, patroni[f] nostri, cuius corporis thesaurum fidelibus servatis excubiis, sensu nobilem, scripto degenerem vultis[g] a me lumine rectae locutionis ornari et seriem confusam capitulorum distingui limitibus. Ego cum me non possim ab hoc excusare[h] negotio, eligo potius pro ignavia lacerari, quam pro inoboedientia condemnari.

Porro dum pridem ipsum opus perlegerem, inveni ab auctore eiusdem conscriptionis terram, quam nos Alamanni vel Suevi incolimus, Altimaniam sepius nominari; sed ipsius nominis originem quaerens, apud nullum scriptorum, quorum adhuc notitia nos respersit, eius repperi mentionem: nisi[i] fallor enim, ab alto situ provinciae idem vocabulum a modernis confictum est. Nam iuxta scriptores authenticos pars Alamanniae vel Sueviae inter Alpes Penninas et meridianum litus Danubii sita Rhetia[k] dicitur; porro quod est ad septentrionalem plagam Histri, Germaniae deputatur. Et ut non nostra dicere existimemur[l], aliquos ipsius rei testes assciscimus[m]. Paulus Orosius, in cuius dictis fides omnium concordat, de situ terrae scribens, haec inter cetera ponit: *Pannonia, Noricus et Rhetia habent ab*[n] *oriente Moesiam*[o], *a meridie Histriam, ab africo*[p] *Alpes Penninas, ab occasu Galliam*[q] *Belgicam*[r], *a circio Danubii fontem*[1], *a septentrione*[s] *Danubium et Germaniam.* Cum Noricus regio sit Baioariorum[t] et eius septentrionalis terminus Danubius et Germania, necesse est Rhetiam[u], quae simul ponitur, eisdem[v] finibus aquilonem versus terminari. Solinus quoque in Polyhistore[w, 2], ubi Galliae facit[x] mentionem, has provincias uno terrarum tractu positas his verbis designat: *Ex isto sinu,* videlicet Galliae, *quaqua*[y] *parte orbis*[z] *velis exeas: si*[a] *Tracia*[b] *sit petenda, excipit ager Rheticus, bonus*[c] *frugibus, Brigantino lacu nobilis, inde Noricus frigidus, partius*[d] *fructuosus, qua subducitur a iugis Alpium, admodum*[e] *laetus*[f]. *Dehinc*[g] *Pannoniae viro fortes, solo plano ubertoque, Dravo Savoque inclytis amnibus circumfluae.* Si Rhetia[h] solummodo infra[i] Alpes est, ut multi volunt, quae consequentia est, ut Noricum a Gallia pergentes, asperitatem Alpium transcendamus[k] et non potius per maiorem Rhetiam[l] recto itinere Noricum usque tendamus[m]?

III. Prolog. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*b*. *c*. *d*. *e*. 3*a*. *b*. 4. 5*b*. *c*.

Prolog. a) iussis(?) *pr. m.* 3*b*. b) promi(ssa *in litura*) 3*b*. c) considerationem 3*a*. d) cupiditatem 3*a*. e) dem. 1$c^{1.2}$. *d*. 4; detineri 3*a*. f) patronis 3*a et pr. m.* 4. g) vultus(?) *pr. m.* 3*b*. h) excurare 3*a*, *corr.* i) Ni(si *superscr., sed eras.*) 3*a*. k) Retia 1a^1 *(pr. m.)*. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*e*. 3*b (ut infra);* Rhena 2*d*, *corr.* l) existememus 3*b*. m) asscissimus 3*a*. n) ad 3*a*. o) Męsiam 1c^1. 2*c*. 4; Mesiam 1c^2. p) affrico 2*b*. *d*. *e (ut infra)*. q) Gallicam *pr. m.* 3*b*. r) Bellicam 1*b*; B(elgicam *m. al. in litura*) 3*b*. s) septētrionē 3*a*; septentrionē *pr. m.* 4. t) Baioriorum *pr. m. corr.* Baioariorum 4. 5*b*; Bawariorum 2*e*. 3*b*. u) Rehtiam 2*d*; Rethiam 2*e (ut infra);* Rhetia 3*a*. v) eiusdem 3*a*. w) poli historе 1*a*. *b*. c^2. *d*. 2*b*. *d*. *e*. 3*b*; poli istore *m. al. corr.* poli histore 3*a*; poli hystore 1a^1. c^1. 4. 5*b*. *c* (*e corr.* poli histore); polistore 2*c*. x) fecit 2*b et pr. m.* 1*d*. y) quaque 3*a*; qua 2*e*. z) v. e. o. 3*b*. a) Sa *pr. m.* 3*a*. b) Tratia 2*d*. 5*b*. *c*; Thracia 2*c*. c) bonis 1*a*, *corr.* d) parcius 3*b*. 5*c*. e) ammodum 3*a*. f) Si Rhetia solummodo infra Alpes est *add., sed eras.* 4. g) Dein 3*a*; Dein:, *ras.* c 3*b*. h) r̃tia 2*d*; ẽtia 4. i) intra 3*a*. k) trascend. 1*a*. l) Hretiam 1c^2. m) tendimus 1*d*, *corr.*

1) *Orosius I, 2, § 60, addit:* et limitem qui Germaniam a Gallia inter Danuvium Galliamque secernit. 2) *Solinus c.* 21. 22. *Codicem, quem Walahfridus adhibuit, libro Angelomontano similem fuisse, Mommsenius in editione altera demonstravit, recensionem ad quam pertinet interpolatam a monacho quodam Scotto paratam esse coniciens.*

In qua etiam Rhetia secundum supradictam sententiam Brigantium[a] oppidum, iam vetustate collapsum, lacui qui Rheno interfluente efficitur nomen dedit, qui alio nomine iuxta Grecam ethimologiam[b] Potamicus[1] appellatur. Igitur quia mixti Alamannis[c] Suevi partem Germaniae ultra Danubium[d], partem Rhetiae inter Alpes et Histrum[e] partemque Galliae circa Ararim[2] obsederunt, antiquorum vocabulorum veritate servata[f], ab incolis nomen patriae dirivemus[g] et Alamanniam[h] vel Sueviam nominemus. Nam cum duo sint vocabula, unam gentem significantia, priori nomine[i] nos appellant circumpositae gentes, quae Latinum habent[k] sermonem; sequenti usus nos nuncupat[l] barbarorum. Scimus[m] similiter Francos partes Germaniae vel Galliae non solum potestati, sed etiam suo nomini[n] subiugasse.

Et quia provinciarum descriptiones attigimus, liceat[o] paucis Hiberniae[p] insulae, de qua nobis tantum decus emicuit, iuxta eosdem auctores situm commemorare. *Hibernia insula*, ut scribit Orosius[3], *inter Brittanniam*[q] *et Hispaniam sita, longiore ab africo in boream spatio*[r] *porrigitur. Haec propior*[s] *Brittanniae*[t], *spatio terrarum angustior, sed caeli solisque temperie magis utilis*[4], et ut supradictus Solinus[5] testatur[u], *ita pabulosa*[v], *ut pecua*[w] *ibi, nisi interdum aestate a pastibus*[x] *arceantur, in periculum agat saties. Illic nullus*[y] *anguis, avis rara.* Quam[z] horrenda vero ipse vel alii de moribus incolarum eius testentur[6], fide[a] Christi iam lucente, supersedendum est: quia ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia; et *a solis ortu,* Indis vel Aethiopibus[b], *usque ad occasum,* Brittannis[c] vel Scottis[d], iam *laudabile* est *nomen Domini. Excelsus* enim *est super omnes gentes Dominus, et super caelos gloria eius.*

cf. Rom. 5, 20. Ps. 112, 3. — ib. v. 4.

Obsecro itaque[e] te, Gozberte[f] carissime[g], abba monasterii Sancti Galli, cunctosque fratres, qui sub te militiae deserviunt spiritali, ut me orationibus adiuvetis, quatenus et hoc opus et alia deinceps digne Deo[h] merear explicare. Nam si gratanter recte a nobis posita susceperitis, clementer vero titubantia correxeritis, et si Dominus permiserit, huius operis agreste pulmentum postmodum aliquibus metrorum condimentis infundam. Dignum quippe est, ut nostris[i] laudibus per orbem celebretur, quem de[k] extremis orbis[l] finibus ad nostram salutem Do-

III. Prolog. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*b*. *c*. *d*. *e*. 3*a*. *b*. 4. 5*b*. *c*.

Prolog. a) Brigantiam 1a^1, *corr.* b) aethim. 1a^1. $c^{1.2}$. 2*c*. 5*b*. *c*. c) Alemannis 4. d) Danuvium 3*a*. e) Hystrum 4. f) observata 4. g) deriv. 1a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*c*. *d*. h) Alem. 4. i) *in mg. suppl.* 5*b*; *om.* 1c^2. k) *in mg. suppl.* 4. l) nuncupant 3*a*. m) Sim. scimus 2*d*. *e*. n) nomine 3*a*. *b (pr. m.)*. o) licet 2*c*. *e*. p) Hyb. 4. q) *ita* 1a^1. $c^{1.2}$. 2*b*. *c*. *d*. *e*. 4; Brittaniam 1*a*. 3*a*; Britanniam 1*b*. *d*; Britaniam 3*b*. r) spatio — Brittanniae *om.* 3*b*. s) proprior 1*d (pr. m.)*. 5*b*. *c cum codd. nonnullis Orosii.* t) *ita* 1c^2. 2*b*. *d*. *e*. 4; Britanniae 1a^1. *b*. c^1. *d*; Brittaniae 2*c*. 3*a*; Britaniae 1*a*. 5*b*. *c*. u) testa : : tur, *ras.* ba(?) 1*a*. v) populosa 4. w) *m. al. corr.* pecora 1*a et sic* 2*c*; pecu : : a *m. rec. corr.* peculia 4. x) partibus 1c^2, *corr.* y) nulla 4, *corr.* z) quia 3*b*. a) Et de *pro* fide 3*b*. b) Aethyopibus 1*b*. c^1; Aetyopibus 1*d*; Eth. 3*a*. 4. c) Brittan : is *corr.* Brittannis 1*a*, *et sic* 1a^1. *b*. $c^{1.2}$. 2*d*. *e*. 3*a*. 4; Brittannis *corr.* Britannis 2*c et sic* 1*d*. 2*b*; Brittanis 5*b*. *c*.. d) Scotis 2*e*. 3*a*. e) i. *om.* 1c^2; te i. 5*b*, *corr.* f) *ita* 1*a*. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*b*. *c*. *e*. 3*a*. *b*. 4; Gozperte 5*b*; Cozperte 1a^1. 2*d*. 5*c*. g) kar. 2*c*. *d*. 3*a*. 4. 5*b*. *c*. h) m. D. 1*d*. i) l. n. 5*b*, *corr.* k) dextremis *pr. m.* 3*b*. l) f. o. 5*b*. *c*; o. *om.* 2*e*.

1) *Immo ex Potamico palatio regio (hodie Bodmann) ad lacum Iburningensem sito lacus nomen Potamici (hodie Bodensee) traxit.* 2) *Intellege Arulam, hodie Aare, fluvium Rhenum influentem, neque Sauconnam.* 3) *Orosius I, 2, § 80. 81.* 4) *Orosius addit:* a Scottorum gentibus colitur. 5) *Solinus c. 22.* 6) *Solinus ita pergit:* gens inhospita et bellicosa. Sanguine interemptorum hausto, prius victores vultus suos oblinunt. Fas ac nefas eodem loco ducunt *et q. s.*

minus destinavit. Bene valentem et nostri memorem paternitatem vestram in aeternum sancta Trinitas conservare dignetur. Amen[a].

O[b.1] pater, o patris proles, o spiritus alme,
Une et trine Deus, nos[c] miserate rege.
Me tua iussa ligant, tua me promissa[d] gubernent;
Luceat in dictis lux tua, quaeso, meis.
5 In te, Galle, Deum, in Domino te, Galle, fatebor;
Tu pro me sacras funde praeces Domino,
Ut veniam noxis, dictis moderamina praestet,
Quod nocet, evellat[e], quod iuvat[f], amplificet[g].

INCIPIUNT CAPITULA.
HAEC[a] CONTINENTUR IN SEQUENTI OPUSCULO.

III. Prolog. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*b*. *c*. *d*. *e*. 3*a*. *b*. 4. 5*b*. *c*. *Index.* 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *e* *(cf. n.* e*)*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*b*. *c*.

Prolog. a) Explicit prologus *subscr.* 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*b*. *c*. 4. b) *versus om.* $1c^2$ *(non* $1c^1$*)*. c) *om.* 3*a*. d) *pr. m. in mg. suppl.* 3*b*. e) evellet *pr. m.* 3*b*; vellat 2*b*. 4. f) iuvat *in mg. suppl.* 3*b*; iuvet 3*a*. 5*b*. *c*. g) Explicit prologus *subscr.* 3*b*. 5*b*.

Index. a) *ita* 1*b*. 2*a*. 3*a*. *b*. 5*b* *(cf. praescriptionem libri II)*; hac c. in s. o. 1*a*. a^1; de his quae c. 2*b*; *pro* haec — opusculo *(haec om.* 4*) habent* sequentis operis $1c^{1.2}$. *d*, et miracula de vita sancti Galli confessoris, quae fecit in vita sua 3*c*; *praescriptione carent* 2*e*. 5*c* *(spatio relicto)*; *laterculum capitum om.* 2*c*. *d*. *f*. *g*. g^*. 5*a*. b) profectibus 3*b*. c) in 3*c*. d) a 5*b*. *c*. e) *tituli insequentes desunt* 2*e*. f) Sigeb. 3*a*; Sigipertum 5*b*. *c*. g) habitare 1*a*. h) Theodoricum 1*b*. 3*b*; Teoderichum 3*a*. i) et *add., sed exp.* 4. k) eum — indeque *post* ad — pervenerit *transposita* 1*d*. l) *ita* 1*a*. 2*b*. 3*a*; Brunnihildis 1a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. 3*b*. *c*; Brunhildis 4; Brunnildis 5*b*. *c*. m) eicerit 3*c*. n) ideoque 3*c*. o) *ita* 2*a*. 3*c*. 5*b*; Tuconiam 1a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*b*. 3*a*. 4; Tucconia 3*b*; Tucuniam 1*a*. p) quod 3*c*; qd 5*c*. q) ibi $1c^{1.2}$. *d*. r) ad Willim *eras.* 4. s) humanitati 3*a*. t) restaraverit *pr. m. corr.* restauraverit 4, *et sic* 3*c*; restauraverant 3*b*, *corr.* u) terror abscesserit et *add.* 4 *(v. tit. 7)*. v) abscesserint 5*b*. *c*; discesserit 3*a*. *b*. w) infirmitate 3*a*. *c*. x) aut 3*a*. y) recreatus 5*b*. *c*.

1) *Carmen edidit E. Dümmler, Poetae II, p.* 417.

10. Insinuatio Hiltibodi[a] diaconi de loco solitariae habitationis, quam vir[b] Domini desiderabat.

11. Quomodo cum diacono desertum[c] penetrans[d] optatum reppererit[e] locum[f] sibique praelegerit[g], et oboedientia ursi.

12. Ut daemonum fantasmata, in specie mulierum ostensa, eodem loco sanctus pater depulerit.

13. Loci ipsius electio et serpentium[h] discessio.

14. Qualiter locum eundem ieiunio dedicaverit, et ad castrum regressus, mortem episcopi cognoverit.

15. Quomodo ad ducem cum presbytero sit evocatus, et illuc[i] ire nolens, Rhetiam[k] commearit[l] et a[m] Iohanne diacono susceptus sit.

16[n]. Qualiter, misso post virum Dei presbytero, episcopi a rege directi, filiam[o] ducis liberare non valentes, ad regem[p] cum confusione redierint[q], confesso[r] daemone[s] beati Galli virtutem.

17. Ut vir[t] Dei per[u] presbyterum revocatus ad ducem venerit.

18. Qualiter oratione et verbo filiam ducis a daemonio[v] liberarit[w].

19. Qua ratione oblatum episcopatus honorem respuerit, et quomodo pauperibus dona ducis distribuens[x], discipulum ad elemosinam[y] hortatus sit.

20. Quo[z] caritatis fervore Iohannem diaconum[a] litteris evocatum instituerit.

21. Quibus verbis[b] ducis filia[c] vitam beati Galli et virtutes enarrans Sigiberti regis illi gratiam et solatia impetraverit.

22. Quo consilio eadem puella thalamos regis evadens, divinae se subdiderit[d] servituti.

23. Quantum ex viri Dei doctrina et exemplis supradictus Iohannes[e] triennio profecerit[f].

24. Quomodo beatus Gallus ab[g] episcopali se promotione excusaverit in concilio principali.

25. Promotio et consecratio Iohannis[h] supradicti[i] et cura[k], quam postmodum sibi invicem exhibuerunt[l].

26. Ut transitum beati Columbani sanctus[m] Gallus, sicut[n] prius per[o] visionem[p] cognoverat, ita post discipuli legationem factum compererit.

27. Miraculum tabulae incremento[q] monstratum.

28. Qua ratione fratribus Luxovio venientibus satisfecerit[r] et quam[s] mirabili eos doni[t] caelestis ubertate refoverit.

29[u]. Quomodo sanctissimus pater inter aedificationis studia apud Arbonam migrarit ad[v] Dominum.

III. Index. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*b*. *c*.

Index. a) *ita* 1*a*. 2*a*. 3*c*; Hiltipodi 3*a*; Hiltiboldi 1a^1. *b*. c^1. 3*b*. 4; Hilteboldi 2*b*; Hildiboldi 1c^2. *d*; Hiltipoldi 5*b*; Hiltipolti 5*c*. b) *om* 3*c*. c) desertim 3*c*. d) petens 3*a*. e) *ita* 1a^1. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. 5*b*. *c*; repererit 1*b*. 3*b*. *c*; repperit *rell.* f) *om.* 5*b*. *c*. g) praeelegerit 5*b*. *c*. h) serpentum 5*b*. *c*. i) illic *pr. m.* 3*b*. 5*b*. k) Rethiam 4. l) commeaverit 1$c^{1.2}$. *d*. m) sancto *add.* 3*b*. n) *numeri inde ab h. c. desunt* 5*b*. o) regis *add., sed delet.* 4. p) rege 3*b*. q) redierunt 3*a*. *b*; redimerint 3*c*. r) confessio 3*a*. *b* *(pr. m.)*. s) (demone virtutem *m. rec. in litura*) b. G. 1*d*. t) virum 3*c*. u) *bis scr.* 4. v) d(o)emone 1*b*. c^2. 2*b* *(non* 1c^1. *d)*. w) liberavit 1*b*; liberaret 1c^2 *(non* 1c^1*)*. x) tribuens 1c^2. y) elym. 3*a*; helem. 3*c*. z) Quod 1c^2 *(non* 1c^1*)*. a) diaconem 1$c^{1.2}$. *d*. 4. b) verbus 4, *corr.; om.* 5*b*. *c*. c) filiam 5*b*. *c*. d) subderit 4. e) Iohannis 3*b* *(ut infra)*. f) proficerit 3*a*. *b*. g) ad 5*b*. *c*. h) Iohanni 3*a*. *c*. i) supdicti 3*c*. k) curam 4. l) exibuerunt 2*a*; exhiberunt 3*a*; exibuerint 4; exhibuerit 1*b*. m) s. G. *om.* 1c^2 *(non* 1c^1*)*. n) sic pius 1*d*. o) *om.* 5*b*. *c*; pro 3*c*. p) visione 3*b*. q) incrementa 3*a*; incrementum 3*b*. r) satisfaceret 3*c*. s) qua 1c^2; ꝗ 1c^1. t) eos deoni c. 3*b*; eosdem c. 3*a*; d. c. *om.* 1*a*. u) XXVIII. *et sic deinceps* 4. v) *pr. m. superscr.* 4.

30[a]. Ut funeri eius Iohannes[b] episcopus interfuerit, et quemadmodum[c] cognoverit, non ibi[d] eum debere recondi.
31. Debilis per vestimentorum sancti viri munus acceptum sanatus[e].
32. Signa mortificationis eius post transitum deprehensa.
5 33[f]. Quomodo ab equis indomitis ad locum sepulturae corpus eius delatum sit.
34[g]. Miraculum in cereis ostensum et conclusio libelli[h].

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI INCIPIT VITA BEATI GALLI CONFESSORIS[a].

10 1[b]. Cum praeclara sanctissimi viri Columbani, qui[c] et Columba, conversatio per omnem Hiberniam celebris haberetur, et veluti splendidum ignei solis iubar singulari decore omnium in se provocaret amorem, sicuti de eo, priusquam nasceretur, provisum esse liber gestorum[1] ipsius pleniter indicat, inter ceteros, quos fama virtutum eius attraxerat[d], parentes beati Galli, secundum Deum religiosi, 15 secundum saeculum[e] nobiles, filium suum primo[f] aetatis flore nitentem cum oblatione Domino offerentes, illius magisterio commendaverunt[g], ut in[h] regularis vitae proficeret disciplina et inter[i] plurimos spiritalis[k] militiae sectatores oboedientiae et artioris propositi imitaretur exempla. Dumque bonae indolis vir caro nutriretur affectu, magno virtutum crevit augmento. Superna quoque gratia se praeveniente, 20 tanto studio divinas epotavit scripturas, ut de thesauro suo nova proferre[l] posset et vetera, grammaticae etiam[m] regulas metrorumque subtilitates capaci consequeretur ingenio. Obscura autem scripturarum tam sapienter[n] scire volentibus reseravit, ut cuncti, qui eius prudentiam et sermones audierant, admiratione eum et laude dignissimum iudicarent. Qua[o] sapientiae maturitate factum est, ut univer- 25 sorum communi consilio et iussione[p] Columbani abbatis per singulos sacrae promotionis[q] gradus ascendens, invitus sacerdotii susciperet dignitatem. Ergo dum sacris instaret officiis, die noctuque praecibus[r] Dominum placavit[s] et lacrimis, et superni inspectoris[t] oculis[u] placere desiderans, pro virtutum et vitae meritis amabatur ab omnibus, placuit universis.

V. Columb. I, 2.

30 *III. Index.* 1*a.a*[1]*.b.c*[1.2]*.d.* 2*a.b.* 3*a.b.c.* 4. 5*b.c.* *Cap.* 1. 1*a.a*[1]*.b.c*[1.2]*.d.* 2*a.b.c.d.e.f.g***.h.* 3*a.b.c.* 4. 5*a.*

Index. a) XXXI. *et sic deinceps* 3*b.* b) Iohannis 2*a.* 3*b.* c) quemammodum 3*c*; quem omni modum 3*a.* d) eum ibi 1*a.* e) sanitati 3*a.* f) *om.* 3*b.* g) XXXIII. 3*b.* h) *subscr.* Expliciunt capitula 1*a.c*[1]. 4; Finiunt capitula libelli prioris 2*a*; Finit cap̄ 3*c.*

Cap. 1. a) *ita* 1*b* (*ubi* Christi *add.*). *c*[1.2]*.d.* 2*b.* 5*a*; *praescr.* In n. D. n. I. Chr. i. v. beatissimi 35 G. c. 1*a*[1]; In n. D. i. v. b. G. c. 1*a*; Incipit vita sancti G. c. Christi 2*a.d.* 3*a.b*; Incipit vita sancti Galli abbatis et confessoris 2*c*; Incipit vita beati (sancti 2*h*) Galli abbatis 2*e.h*; Incipit vita sancti Galli confessoris 2*f*; Vita sancti Galli abbatis, quod est (cuius memoria agitur *pro* q. est 2*g*) XVII. kl. Novembris 2*g.g**; Incipit vita et miracula eius 3*c*; Incipit textus de vita et fine atque translatione sancti Galli confessoris 4; *praescriptione carent* 5*b.c.* b) *ita* 2*b.c.* 3*a*; *om. rell.* c) qui et C. *pr. m. om.* 3*c.* 40 d) extraxerat *pr. m.* 3*c.* e) *bis scr. erat* 4. f) prim(a)e 2*a.e.g** *et e corr. m. rec.* 3*c.* g) commendarunt 2*f.h et pr. m.* 2*a.* 3*c.* h) inter — disciplinam 1*c*[1.2]*.d.* i) sanctos *add.* 3*b.* k) spiritales *pr. m.* 1*a*[1]. 3*c*; spirituales *corr.* spiritualis 4. l) proferret et v. 2*h.* 4. m) etias(?) *pr. m.* 3*a*; etam *corr.* etiam 3*b.* n) sapientibus(?) *m. rec. corr.* sapienter 4. o) Qui 3*a.* p) beati *add.* 3*a.* q) commotionis 3*b.* r) D. pr. 2*e.f.* s) placuit *pr. m.* 3*c.* t) inspectoribus 2*f*, *corr.*; inspecta- 45 toris *m. al. corr.* aspectatoris 2*e.* u) *pr. m. post* desiderans *suppl.* 1*c*[2] (*non* 1*c*[1]).

1) *V. Columbani auctore Iona I,* 2.

2[a]. Dum[b] haec[c] agerentur, cottidie beatus Columbanus, euangelicam cupiens assequi perfectionem, ut videlicet, omnibus quae habebat relictis, crucem suam tolleret[d] et nudus Dominum sequeretur[e], consilio suo egit cum fratribus, quorum animos idem fervor accenderat, ut, spreta propinquorum et praediorum dulcedine, mentis[f] ardorem opere comprobarent. (V. Columb. I, 4.) Ascendentes igitur navem[g], venerunt Brittanniam[h] et inde ad[i] Gallias transfretarunt[k, 1]. (ib. I, 6.) Cumque vir Dei ad Sigibertum[l] regem cum suis pervenisset[m], rogavit eum rex, ut infra Gallias resideret, nec eis relictis, ad gentes alias commigraret; se vero spopondit[n] omnia, quae sanctus pater peteret, praebiturum. Ad haec vir Dei respondit: 'Qui nostra reliquimus[o], ut secundum euangelicam[p] iussionem Dominum sequeremur, non debemus alienas amplecti divitias, ne forte praevaricatores simus divini mandati'. Cuius obiectioni rex ita occurrens, ait: 'Si crucem tollere et Christum sequi desideras, vastae[q] heremi sectare quietem, tantum ne, solo nostrae ditionis relicto, ad vicinas transeas nationes. Poteris enim hoc consilio et tua praemia cumulare et nostrae saluti prospicere'. Itaque regis persuasioni[r] consensit, et accepta optione, heremum quae Vosegus[s] dicitur cum suis intravit. (ib. I, 10.) Invenerunt autem locum muris antiquitus septum, calidis aquis irriguum, sed iam vetustate collapsum, qui vulgo Luxovium vocabatur. Ibi oratorium[2] in[t] honorem beati Petri apostoli construentes, mansiunculas[u], in quibus commanerent, fecerunt[v]. Illisque ibi conversantibus et ipsum locum excolentibus, multi non solum de genere Burgundionum[w], sed etiam Francorum[x] amore vitae laudabilis ad ipsos confluxerunt, et monitis spiritalibus[y] instituti, tantam compunctionis gratiam ex verbis eorum adepti sunt, ut omnia sua ad ipsum locum nonnulli contraderent, et coma capitis[z] deposita, monasticae vitae habitum[a] voluntaria paupertate[b] susciperent.

3[a]. Cumque haec tam felix commanentium semper in melius proficeret disciplina, (ib. I, 18.) singularis beati Columbani[b] sanctitas miraculis frequentibus comprobata per totas coepit Galliae vel Germaniae diffamari provincias. Laudabatur ab omnibus, colebatur a cunctis, adeo ut Theodericus[c] rex, filius Hildiberti[d], nepos Sigiberti, qui eo tempore Burgundionibus regnabat[e], ad eum sepe veniret et praecum eius suffragia summa cum devotione deposceret. Quem cum pater sanctus increparet, cur concubinarum pollueretur[f] amplexibus et non potius legitimae coniugis conubio frueretur, monitis eius obtemperans, cuncta[g] huiusmodi inlicita se[h]

III. Capp. 2. 3. 1*a*. *a*^{1}. *b*. *c*$^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g**. *h*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 2. a) secundus (?) *m. al. corr.* secundum 3*b*, *et sic in tertio et quarto*; I. 1*a*^{1}; *om.* 1*b*. 5*b*. *c*; *numeros om.* 1*c*^{2}. *d*. 2*e*. *f*. *g**. b) Cum 2*b*. *d*. *e*. *f*. *g*. *g**. *h*. 4. 5*c*. c) igitur *add.* 4. d) tollere 3*a*. e) sequetur *pr. m.* 3*c*; consequeretur 2*e*. f) meritis 3*a*. g) navim 2*d*. *f*. *g**. 3*b*. 4. 5*a*. h) Brittaniam 1*a*; Britanniam 2*f*. (5*a*). i) ad *(om. 3b)* Galliam 2*d*. 3*b*. k) transfetarunt *pr. m.* 3*c*. 5*b*; transfetaverunt *pr. m.* 4. l) Sigeb. 3*b*. m) pervenisse: t 5*a*; advenisset 2*e*. n) *habent soli codd. B Ionae.* o) relinquimus 2*e*. *h*. p) *pr. m. in mg. suppl.* 1*c*^{2}. q) vasta 1*c*^{2}. 3*a* *(non 1c^{1})*. r) persuasione *pr. m.* 1*d*; persuasum 3*a*. s) Vosagus 3*a*. t) in honore 1*b*. 2*b* *(pr. m.)*. *f*. *g**. *h*; *haec om.* 1*c*^{2} *(non 1c^{1})*. u) las *versu exeunte m. al. suppl.* 4. v) fecerint *pr. m.* 3*c*. w) Burgundiorum 2*e*. *g**. x) Franchorum 3*b*. 5*a*. *b*. *c*. y) spiritual. 4. z) capita 3*a*, *corr.* a) habitu 3*a*. b) *pr. m. om.* 1*d*.

Cap. 3. a) *caput non distinctum* 2*h*. b) Columban: *pr. m.* 3*b*. c) Theodoricus 1*b*. d) Hiltiberti 2*b*. *c* *(pr. m.)*. 3*a*; Hiltideberti 2*h*; Hildeb. 2*g**. 4. e) regnavit 3*b*; regebat 4. f) pullueretur 1*c*^{1}, *corr.* g) cunctis *pr. m.* 3*c*. h) *om.* 2*e*; v. se 2*a*.

1) *Hanc transfretationem haudquaquam recte statuit Walahfridus, Britanniam accipiens non Gallicam sed magnam.* 2) *Ionas:* monasterium.

vitaturum promisit. Sed Brunihildis[a], avia regis, videns eum viri Dei consiliis[b] [V. Columb. I, 18.] oboedire, stimulo malitiae concitata, mentem serpentino furoris[c] armavit veneno. Verebatur enim, ne si, abiectis concubinis, regina in consortium regni assumeretur, dignitas sua, honore subtracto[d], vilesceret[e]. Quo timore laborans, invidiam contra virum Dei coepit habere et post multas iniurias, quas illi machinata est, ut scriptura[f] sanctae conversationis eius[g] testatur[1], consilio cum rege inito, ut [ib. I, 19.] eum regno suo deturbaret, misit[h] legatarios[i] suos cum epistola[2] ad sanctum [ib. I, 20.] virum, denuntians ei, ne deinceps in illo regno consisteret. Ille Zezabelis[k] [cf. ib. I, 18.] insidias vitans[l], iter cum suis aggressus, ad Lotharium regem pervenit. Apud [ib. I, 24.] quem cum aliquanto tempore moraretur[m], rogavit, ut illius solatio ad Theode- [ib. I, 25.] bertum Austrasiorum regem pervenire[n] potuisset. Ad[o] quem cum secundum peti- [cf. ib. I, 18. ib. I, 27.] tionem voluntatis suae venerabiliter missus esset, susceptus est[p] ab eo cum omni honore et gaudio[q] magno. Mansit itaque apud illum aliquot[r] diebus, sacras[s] scripturas aperiens et insinuans ei veritatem. Cumque et ipsum rogaret, ut ad Agilulfum[t] regem Langobardorum[u] eius iussu per Alamanniam[v] duceretur, [cf. ib. I, 30.] moleste ferens rex tantorum discessum[w] virorum, pollicitus est[x] eis, infra terminos[y] [ib. I, 27.] sui regni se reperturum[z] loca venusta, quae famulis[a] Dei et[b] ad[c] incolendum[d] essent[e] commoda et ad instruendas verbo veritatis circumpositas nationes oportuna. Vir Dei semen verbi in cordibus gentium plantare desiderans aliquantisper moraturum se promisit, si regia auctoritas factis dicta firmaret[f].

4. Accepta igitur a rege licentia[3] eligendi locum, ubicumque voluissent, dum loca plurima perlustrassent, venerunt infra partes Alamanniae ad fluvium qui Lindimacus[a] vocatur. Iuxta quem ad superiora tendentes, pervenerunt[b] ad lacum[c] Turicinum. Cumque per litus[d] ambulantes venissent ad caput[e] lacus[f] ipsius in[g] locum qui Tucconia[h] dicitur, placuit illis[i] loci qualitas ad inhabitandum. Porro homines ibidem[k] commanentes crudeles erant[l] et impii, simulacra colentes, idola sacrificiis[m] venerantes, observantes auguria et divinationes et multa quae contraria sunt cultui divino superstitiosa sectantes. Sancti igitur homines cum coepissent inter illos habitare, docebant eos adorare Patrem et Filium et Spiritum sanctum et custodire fidei veritatem. Beatus quoque Gallus[n] sancti viri discipulus, zelo pietatis armatus, fana, in quibus daemoniis[o] sacrificabant, igni

III. Capp. 3. 4. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. g^*. *h*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 3. a) *ita* 1*a*. 2*c*. *e*. *f*. g^*. 3*a*; Brunnihildis $1a^1$. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. 3*b*. *c*. 4. 5*a*; Brunhildis 2*b*. 5*b*; Brunichildis 2*h*. b) consilio $1c^2$. c) furore 3*a*. d) subtracta $1c^2$. $2g^*$ *(non* $1c^1$*)*. e) *m. al. in litura* 3*c*. f) scripture 3*c*. g) *pr. m. in mg. suppl.* 4. h) ergo *add.* 3*b*. i) legat : rios *corr.* legatarios 1*b*; legatorios 1*d*. 2*f et pr. m.* 2*d*. 3*b*. k) *corr.* Iezabelis $1a^1$ *et sic* 2*b*. *c*. *d*. *e*. g^*. 4 *et e corr.* 1*d*. 5*a*; tezabellis *corr.* tezabelis 2*a*; Gezabelis 2*f*. l) devitans 5*a*. *b*. *c*. m) moriretur *pr. m.* 3*c*. n) venire 3*b*. o) At *pr. m.* 3*c*. p) suscipiens eum cum 3*b*. q) m. g. 3*b*. r) aliquod 3*b (in litura)*. *c (pr. m.)*. s) scr. sacras 2*a*. t) *ita* 3*a*; Agillulfum $2g^*$; Agilolfum *rell.* u) Longob. 2*c*. *f*. 3*b*; Longab. *corr.* Longob. 2*e*; Largob. 2*b*; Longoberd. $2g^*$. v) Alem. 2*f*. g^*. *h*. 4, *ut infra.* w) discessu 3*a*; discessus 2*h*. x) *om.* 5*b*. *c*. y) t. r. sui 2*c*. *f*; r. sui t. 2*e*. z) reperiturum *pr. m.* 3*c*. a) famulus *pr. m.* 3*c*. b) *om.* 4 *et pr. m.* 2*b*. c) *m. al. suppl.* 3*c*. d) colendum 2*a*. *f*. *h*. e) esse 3*a*. f) *m. al. in litura* 3*c*.

Cap. 4. a) Lindimachus 2*h*. 4; Lindomachus 3*a*. b) venerunt 2*b*. 5*b*. *c*. c) locum 3*a*. d) litis 2*a*, *corr.* e) capud 2*a*. *b*. 3*c*. f) i. lacus *(m. al. corr.* laci*)* 3*b*; laci i. 3*e*. 5*b*. *c*. g) ad 3*b*; *om.* 3*c*. h) Tuconia 2*h*. 3*a*. *c*. i) eis $1c^2$ *(non* $1c^1$*)*. k) ibi 3*a*. l) erunt *pr. m.* 3*c*. m) sacrificii *pr. m.* 3*c*. n) *pr. m. in mg. suppl.* 4. o) doemonibus 3*a*.

1) *V. Columbani I,* 19. 2) *Epistulae neque Ionas neque Wettinus meminit.* 3) *Walahfridus in laterculo capitum:* optione data quaerendae habitationis, *quae verba cum Iona magis conveniunt.*

succendit, et quaecumque invenit oblata, dimersit[a] in lacum. Qua[b] causa permoti ira et[c] invidia, sanctos insectabantur[d] et communi consilio Gallum perimere voluerunt[e], Columbanum vero flagellis caesum et contumeliis affectum de suis finibus proturbare[f]. Beatus[g] pater, cognito consilio eorum, zelo[h] iustitiae imprecatus est eis, talia[i] dicens: 'Deus, cuius providentia mundus subsistit et cuncta reguntur[k], fac super caput[l] generationis[m] huius reverti contumelias, quas famulis tuis paraverunt. Nati eorum facile pereant, et antequam senescant, prae[n] subitaneo[o] stupore delirare[p] cogantur, ipsique[q] cum terra quam incolunt dura potentium dominatione[1] premantur, ut cunctis ignominia eorum pateat in aeternum, et sicut scriptum est: *Convertatur dolor eorum in caput ipsorum et in verticem illorum*[r] *iniquitas ab ipsis patrata*[2] *descendat*[s]'. (Ps. 7, 17.)

5. Post haec non timore persecutionis perterritus, sed amore spiritalis[a] lucri persuasus, contumacium sterilem turbam reliquit[b], ne inaniter arida corda diutius irrigaret, qui benivolis[c] mentibus quam plurimum prodesse interim potuisset. Pergens ergo[d] inde cum suis, pervenit in castrum quod Arbona vocatur et invenit ibi presbyterum bonitate conspicuum nomine Willimarum. Qui cum intuitus eum fuisset, dixit: *'Benedictus*[e]*, qui venit in nomine Domini,* et[f] reliqua'. (ib. 117, 26.) Cui vir Dei ita[g] respondit[e]: *'De regionibus congregavit nos Dominus'*. (ib. 106, 2.) Presbyter ergo, apprehensa dextera eius, duxit eum in oratorium, et postquam pariter oraverunt, introduxit eos[h] hospitium. Qui pacem domui imprecantes, deposuerunt sarcinulas suas. Postquam vero recubuerunt, iussione[i] abbatis Gallus divina recitavit eloquia, profunda reserans veritatis. Inter sancta doctrinae salutaris convivia prudentiam[k] viri sacerdos miratus[l] a fletu se continere non potuit. Toto autem septem[m] dierum circulo cum summo honore et diligentia illis ministravit, et quos carnalibus fovit[n] delitiis, ab ipsis cottidie pastus est dapibus scripturarum. Inter sacrae igitur aedificationis colloquia[o], Columbanus abba[p] presbyterum interrogavit, si sciret aliquem in solitudine locum, in quo cellula fieri[q] potuisset custodiis aliquantulum regularibus oportuna[r]. Hospes sanctorum huic inquisitioni respondit: 'In hac solitudine locus quidam[s] est antiquae[t] structurae, servans inter ruinas vestigia, ubi terra[u] pinguis et fructuariis proventibus apta, montes per girum excelsi, heremus vasta et imminens oppido, planities copiosa victum quaerentibus fructum[v] laboris non negat[w]'. (cf. V. Columb. 1, 27.) Et cum[x] loci ipsius situm per multa laudasset, indicavit nomen eius Brigantium[y].

III. Capp. 4. 5. 1*a*. *a*¹. *b*. *c*¹·². *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g**. *h*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 4. a) *ita* 1*a*. 2*a*. *b*. *d*. *f*. *h*. 3*a*. *b*. *c*. 5*a* *(pr. m.)*; dem. *corr.* dim. 1*a*¹; dem. *rell.* b) etenim *add.* 3*b*. c) e(t *m. al. in litura*) 3*a*. d) persequebantur 5*a*. *b*. *c*. e) sanctum *add.* 3*a*. f) perturbare 2*c*. *e*. *g**. g) autem *add., sed expunct.* 5*a* *(non 5b. c)*. h) z. i. *om.* 1*c*² *(non 1c¹)*. i) *om.* 3*b*. k) geruntur 2*a*. l) *om., sed m. al. post* g. h. *add.* filios 3*b*. m) h. g. 1*d*. n) per 3*a*. o) subitanea *pr. m. corr.* subitaneo 4. p) delilare *pr. m.* 1*a*¹; delerare 3*a*; delibrare (?) *pr. m.* 3*c*. q) Ipsi quoque cum 3*c*. r) ipsorum 2*d*.˙*e*. s) discendat 2*a*.

Cap. 5. a) spiritual. *constanter* 4. b) reliquid 2*a*. *b*. 3*c*; relinquit *pr. m.* 3*a*. c) benivoles 2*a*, *corr.* d) *om.* 3*a*. e) Qui respondit *praetermissis reliquis pr. m. exhibet*, B. — ita respondit *m. rec. in mg. suppl.* 3*c*. f) et Israhel 1*d*; et r. *om.* 2*e*. *f*. *g*. *g**. *h*. 3*c*. 4. g) *om.* 2*g**. *h*. h) eum 3*c*. i) i. a. *in mg. suppl.* 2*a*. k) prudenti 2*a*. l) est *add., sed eras.* 4. m) semptem *pr. m.* 1*a*¹. n) vovit *m. al. corr.* pavit 1*c*² *(non 1c¹)*. o) beatus *add.* 3*a*. p) abbas 2*c*. *d*. *e*. *f*. *g**. 4. q) *om., sed m. al. post* pot. *add.* construi 3*b*. r) oportunum 1*c*¹·². s) quidem 1*a*¹. 2*g**. t) antiq. 3*a*; antiqua 3*c*. u) etera *m. al. corr.* et tera 3*b*. v) fluctum 3*c*, *corr.* w) negant 3*b*. x) dum 2*c*. *e*. y) Bigrantium *pr. m.* 3*c*.

1) *Wettinus:* alieno aere. 2) *Locum Vulgatae Wettinus accuratius exscripsit.*

6. Illis igitur illuc ire cupientibus paravit presbyter naviculam et imposuit remiges. Venerabilis autem abba[a] comitibus Gallo et quodam[b] diacono navem[c] conscendens, invocato nomine Domini, ad locum desideratum via recta pervenit. Egressi de navicula, oratorium[d] in[e] honore sanctae Aureliae constructum adierunt, quod postmodum beatus[f] Columbanus in priscum renovavit honorem. Post orationem cum per[g] girum oculis cuncta[h] lustrassent, placuit illis qualitas et situs locorum. Deinde, oratione praemissa, circa oratorium mansiunculas sibi fecerunt. Repererunt[i] autem in templo tres imagines aereas[k] deauratas, parieti affixas, quas populus[l], dimisso[m] altaris[n] sacri cultu, adorabat[o], et oblatis sacrificiis, dicere[p] consuevit: 'Isti sunt dii veteres et antiqui huius loci tutores, quorum solatio et[q] nos et nostra perdurant usque in praesens[r]'. Columbanus itaque beato Gallo id[s] iniunxit[t] officii[u], ut populum ab errore idolatriae ad cultum Dei exhortatione salutari revocaret, quia ipse hanc a Domino gratiam meruit, ut non solum Latinae, sed etiam barbaricae locutionis cognitionem non parvam haberet. Cumque eiusdem templi sollemnitas ageretur, venit multitudo non minima promiscui sexus et[v] aetatis non tantum propter festivitatis honorem, verum[w] etiam ad videndos peregrinos, quos agnoverant advenisse. Ergo dum ad horam orationis concurrerent, iussu venerandi abbatis Gallus coepit viam veritatis ostendere populo, et[x] ut ad Dominum converterentur, admonere, utque[y], vanis abiectis, adorarent Deum patrem creatorem omnium rerum et unigenitum eius[z] filium, in quo est salus, vita et resurrectio mortuorum. Et in conspectu omnium arripiens simulacra et lapidibus in frusta[a] comminuens, proiecit in lacum. His visis, nonnulli[b] conversi sunt ad Dominum, et[c] confitentes peccata sua, laudes Domino pro sua inluminatione dederunt; alii propter imaginum comminutionem ira et furore commoti, gravi indignationis rabie[d] turbidi recesserunt. Beatus autem Columbanus iussit aquam afferri[e], et benedicens[f] illam, aspersit ea[g] templum, et dum circuirent[h] psallentes, dedicavit ecclesiam. Deinde, invocato nomine Domini, unxit altare et beatae Aureliae reliquias in eo collocavit, vestitoque[i] altari, missas legitime[k] compleverunt. Omnibus itaque[l] rite peractis, reversus est populus in sua cum gaudio magno. Post haec permansit ibi beatus[m] Columbanus cum commilitonibus suis tribus annis, et aedificata inibi[n] cellula, alii hortum[o] laboraverunt, alii arbores pomiferas[p] excoluerunt. Beatus vero Gallus texebat retia, et misericordia Dei cooperante, tantam piscium copiam coepit[q], ut numquam fratribus defuissent[r]; quin etiam adventantes peregrinos huiusmodi iuvit solatio et de eodem labore assiduas populo benedictiones exhibuit.

III. Cap. 6. $1a. a^1. b. c^{1,2}. d.$ *2a. b. c. d. e. f.* g^**. h. 3a. b. c.* 4. *5a.*

Cap. 6. a) abbas *2c. d. f.* g^**. h.* 4; cum *add.* 4, *postea add.* 1*d.* 3*a.* b) codam 3*c.* c) navim 1*b. d.* 2*a (pr. m.). f.* 3*b.* 4. d) horatorium erat constructum in h. s. A. adierunt 3*c.* e) in h. *m. al. superscr.* 2*b*; *post* s. A. *posuit* $2g^*$. f) b. C. *om.* 3*b.* g) *m. al. suppl.* 3*a.* h) l. c. *corr.* c. l. 5*a*; l. c. 4; c. lustrarent 3*b*; c. lustrasset 5*b. c*; c. perlustrassent 2*g.* g^*. 3*d.* i) reperierunt 2*h*; receperunt 2*e.* k) ahereas 3*c*; hereas 4. l) populi 1*a*, *corr.* m) (demis *pr. m. in litura*)so $1c^1$; dem. *pr. m.* 1*d.* n) s. a. $1c^{1,2}. d.$ o) *m. al. in mg. suppl.* 4. p) ducere *pr. m.* 3*c.* q) et nos *om.* $1c^2$ *(non* $1c^1$*).* r) Sanctus *add.* 3*a.* s) ad *pr. m.* 3*c*; *om.* 2*h.* t) iniussit *pr. m.* 4. u) officitii 2*b*; officium 3*b.* v) *m. rec. suppl.* 3*c.* w) *bis scr. erat* 3*c.* x) *pr. m. superscr.* $1c^2$. y) *super* que *m. al. scr.* libet 3*a.* z) f. e. 2*a. f. h.* 3*a. b. c.* a) frustra 2*h.* 3*a. b.* b) nonnullis 3*a.* c) *om.* 2*f.* g^*. d) rabiae 2*a.* e) afferri — illam *om.* 2*f.* f) benedices 2*a.* g) *eras.* $1c^1$; t. ea 2*e*; eam t. 2*h*; eam (illam $2g^*$) per t. 2*g.* g^*. h) circumirent 2*a. h.* 3*a. c.* i) vestimentoque *pr. m.* 3*c.* k) legit|timas 4. l) Omnibusque rite $1c^2$ *(non* $1c^1$*).* m) *om.* 1*d.* n) ibi 2*a. e. f. h.* 3*c.* o) ortum $1a^1$. 2*a. c. e. f.* g^**. h.* 3*b. c (pr. m.).* 4. p) pomiferos $1a^1$. 3*a*; pomiferes *corr.* pomiferas 3*b.* q) *ita constanter codd. meliores.* r) defuisset 2*h.* 3*a.*

7. Et[a] dum quodam tempore retia sua mitteret in pelagus, in silentio noctis audivit daemonem magno vocis strepitu de vertice montis proximi vocantem quendam alterum nominatim, quasi in pelago commorantem. Cumque et is[b] qui vocabatur praesto se esse quasi[c] de lacu responderet: 'Consurge', inquit ille, 'in adiutorium mihi, ut peregrinos istos eiciamus de his[d] sedibus; quia ipsi de longe venientes, me de templo meo expulerunt, simulacra mea contriverunt[e] et populum qui me sequebatur post se averterunt. Commoveat te iniuria quam patior, et hostes communes unitis viribus a nostris terminis arceamus'. Et ipse[f] respondit: 'Heu! quod de tuis calumniis narras ex meo contemptu[g] percipio. Nam unus ex illis me in pelago premit et mea[h] devastat, cuius nec retia umquam corrumpere possum nec ipsum decipere, quia invocatio divini nominis de ore eius numquam recedit, qua munitus continua vigilantia insidias nostras contemnit. Quapropter tam cautos bellatores nostrae non superabunt versutiae'. His auditis, vir Dei munivit se undique signo sanctae crucis et dixit illis[i]: 'In nomine domini nostri Iesu Christi adiuro vos, ut recedatis de loco isto et neminem[k] hic[l] laedere praesumatis'. Deinde cum ad litus festinanter redisset, abbati suo quae audierat nuntiavit. Ille haec auditu percipiens, ecclesiam petiit, et signo pulsato, fratres convenire fecit. Prius autem quam initium psallendi fecissent, auditae sunt dirae voces daemoniorum per montium summitates et quasi discedentium[m] heiulatus cum terrore confusus[n]. Haec audientes servi Dei, prostraverunt se in orationem, Domini postulantes protectionem illique laudes et gratias persolventes, quia[o] eos liberare dignatus est[p] de terroribus malignorum[q].

8. Interea nonnulli civium propter idolorum suorum abolitionem[a] praedicationis[b] eorum monita contemnentes, coeperunt contra eos odia concitare, insidias machinari. Qua etiam intentione locorum ipsorum ducem nomine Gunzonem adierunt et apud eum accusaverunt sanctos, dicentes, venationem publicam in eisdem locis propter illorum infestationem peregrinorum esse turbatam. Quo audito, dux furore succensus, missis nuntiis, famulos Dei de loco eodem discedere[c] iussit. Sed neque hoc sufficit satellitibus daemonum; quin etiam vaccam eorum furto[d] abstrahentes, in invia[e] ducunt silvarum. Quos cum duo de fratribus e vestigio insecuntur, consurgentes latrunculi, interficiunt[f] eos, et auferentes[g] spolia eorum, discedunt. Mirati autem fratres, cur tam diu differant redire, mittunt alios, qui eos requirant. Illi vestigia eorum secuti, occisos eos[h] inveniunt, et cadavera ipsorum[i] suis humeris imponentes, ad cellam reportant. Inter hos angustiarum et tristitiae fluctus[k] nuntius ducis adveniens, de illo eos loco commeare praecepit nec immerito, quia non est societas luci ad tenebras. (cf. 2. Cor. 6, 14.) Egit autem[l] hoc arte sua diabolus, ut populum, quem in praesentia lucis amittere coepit, discedente sanctitatis fulgore, tenebris occuparet antiquis. Sancti igitur viri moleste[m] ferentes, quod sede[n] pellerentur amabili, consilio communi Italiam petere decreverunt; et dum nimio tenerentur dolore, sanctus pater Columbanus his verbis coepit eos[o] consolari:

III. Capp. 7. 8. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1. 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g*[*]. *h* *(ad l. 22)*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 7. a) Ut *pr. m.* 3*c*. b) his 2*h* *et pr. m.* 3*c*. c) qua *pr. m.* 3*c*. d) s. his 5*a*. *b*. *c*. e) detriverunt 5*a* *(non* 5*b*. *c)*. f) ille 1*b*. 2*a*. g) contentu *pr. m.* 4. h) me[a] 1*c*[1]; me 1*d*. *(*5*b*. *c)*. i) *om* 3*c*. k) nominem 1*a*[1], *corr*. l) *om.* 3*a*. m) desc. 2*f*. *h*. n) perfusus 3*c*. o) qui 3*a*. p) *om.* 2*h*. 4. q) *desinit* 2*h*, *versibus* 7 *erasis*.

Cap. 8. a) obolitionem 3*a*; abolutionem *pr. m.* 3*b*; oblationem 3*c* *(pr. m)*. b) predicationes *pr. m.* 2*a*. c) discendere *pr. m.* 3*c*. d) fusto *pr. m.* 4. e) invi : : : a 2*a*. f) interfecerunt 3*a*. g) aufer : ntes *pr. m.* 3*a*. h) *om.* 2*a*. *f*. 3*a*. *b*. *c*; eorum 2*c*. i) eorum 2*b*. 4. k) fructus (?) *pr. m.* 3*a*; luctus 2*c*. l) *om.* 3*c*. m) mo : leste *m. rec. corr.* modeste 4. n) *in mg. suppl.* 3*b*. o) *om.* 3*a*.

'Invenimus quidem[a], fratres, his[b] in partibus auream concam, sed venenatis serpentibus plenam. Cedat tamen tristitiae languor exitialis, quia certa est fiducia de auxilio protectoris. Deus enim, cui servimus, angelum suum mittet nobiscum, qui nos perducat ad Agilulfum[c] Langobardorum[d] regem, ubi, eius clementia prae-5 parante, humanos affectus et pace plenum habitationis locum inveniemus'.

9. Post haec igitur cum proficiscendi tempus instaret, beatum Gallum repentina febris invasit. Unde abbatis sui pedibus advolutus, indicavit se infirmitate vehementi laborare et ideo iter propositum non posse perficere. Ille vero existimans, eum pro laboribus ibidem consummatis amore loci[a] detentum viae longioris 10 detrectare[b] laborem, dixit[c] ei[d]: 'Scio, frater, iam tibi onerosum esse tantis pro me laboribus fatigari; tamen hoc[e] discessurus denuntio, ne, me vivente in corpore, missam celebrare praesumas'. Et cum ei licentiam per se conversandi dedisset, viam ingressus est abeundi. Post discessum[f] magistri et sociorum[g] Gallus retia sua et sagenam[g*] navi imponens, ad Willimarum[h] presbyterum venit, et cum optu-15 lisset ei retia, inter lacrimas et suspiria retexuit[i] omnia quae gesta fuerant circa fratres suos. Deinde infirmitatis suae causas aperiens, rogavit eum, ut sui[k] curam dignaretur habere. Qui suscipiens eum cum omni caritatis obsequio, domum vicinam ecclesiae eius necesitati concessit et duobus clericis suis[l] Magnoaldo et[m] Theodoro hanc sollicitudinem commendavit, ut cum omni diligentia eius recuperationi[n] 20 servirent. Exactis aliquot[o] diebus, Domino, qui medicus est verus, medelam[p] impertiente, coepit sumere[q] cibos, et per incrementa temporum confortatus, perfectam indeptus[r] est sanitatem. O infirmitatem omni humano robore fortiorem[s]! O febrem[t] omni laude colendam! O languorem[u] sanitati et gaudiis asscribendum[v]! Exemplo enim[w] Domini pro[x] nobis Gallus doluit, ut animarum morbos 25 praedicatione sacra depelleret; ire cum magistro non potuit, ut nobis viam veritatis ostenderet. Vere patiens et misericors Dominus! In praedicatoribus suis iam pridem contemptus, dum conversionem peccatorum sustinet, doctorem, ne errantes deserat, retinet.

10. Diaconus itaque sepe dicti presbyteri nomine Hiltibodus[a] omnes heremi 30 semitas notas habebat et secessus. Solebat enim piscium et accipitrum causa[b] capiendorum[c] sepius solitudinem pervagari et secreta locorum usu cottidiano perdiscere. Huic cum vir[d] sanctus familiaritatis suae gratiam praestitisset, quaesivit ab eo, an invenisset umquam in solitudine locum aquis abundantem puris[e] et salubribus, planitiae stratum et humanis cultibus[f] oportunum: 'Desiderio', inquiens, 35 'animi ferventis exaestuo, cupiens in solitudine dies ducere huic vitae concessos[g], iuxta quod psalmista pronuntiat, dicens: *Ecce! elongavi fugiens et mansi in solitu-* Ps. 54, 8.

III. Capp. 8—10. 1*a. a*[1]. *b. c*[1. 2]. *d.* 2*a. b. c. d. e. f. g**. 3*a. b. c.* 4. 5*a.*

Cap. 8. a) fr. q. 4. b) in his 2*f.* 4. c) *ita* 3*a.* 5*a*; Agilolfum 1*a. a*[1]. *b. c*[1]. *d.* 2*a. b. c.* 3*c.* 5*b*; Agiolfum *m. al. corr.* Agilulfum 4; Agillulfum 2*g**; Agillolfum 2*e*; Adagilolfum 2*d*; Egilolfum 3*b.* 40 d) Longobard. 2*c. e*; Longoberd. 2*g**; Languob. 4.

Cap. 9. a) locis *pr. m.* 3*a.* b) detractare 2*a (pr. m.). c.* 3*a.* c) dicit 2*d cum edd.* d) *m. al. superscr.* 4. e) *om.* 3*a.* f) discessu 3*a.* g) eius *add.* 2*e. g**. g*) sagena 3*a.* h) Villimarum *pr. m.* 2*a.* i) retexit 3*b*; *post* retexuit 2 *litt. ras.* 5*a.* k) c. s. 1*d.* l) *om.* 3*b.* m) de *add.* 3*c.* n) recuperatio *pr. m.* 2*a*; recuperationem 3*c.* o) aliquod 3*c.* p) medellam 2*a (pr. m.).* 3*c.* 45 q) *om.* 3*b.* r) adeptus 2*b. e.* s) fortiore *pr. m.* 3*c.* t) frebem 3*b.* u) langor *pr. m.* 3*c.* v) asscribendam 2*a. g**; asscribendam 4, *corr.* w) *m. al. superscr.* 2*b*; *om.* 4. x) G. pro n. 4.

Cap. 10. a) *ita pr. m.* 2*g**. 3*c cum Wettino*; Hildibodus 2*f*; Hildibodus *corr.* Hildiboldus 2*a*, *et sic* 2*d. e*; Ehiltibodus 3*a*; Hiltebaldus 3*b*; Hiltiboldus *rell.* b) *in mg. suppl.* 4. c) accipiendorum 3*b.* d) s. v. 1*d.* e) s. et p. 4. f) sculptibus 4, *corr.* g) concessus *pr. m.* 3*a.*

Ps. 54, 9. *dine. Expectabam eum, qui salvum*[a] *me faceret*[b], et[c] reliqua. Diaconus respondit: 'Haec[d], o pater, solitudo aquis est[e] infusa frequentibus, asperitate terribilis, montibus plena[f] praecelsis, angustis vallibus[g] flexuosa[h], bestiis possessa saevissimis; nam praeter cervos et innocuorum greges animalium ursos gignit plurimos, apros innumerabiles, lupos numerum excedentes, rabie singulares. Timeo igitur, ne[i] si te illuc induxero, ab huiusmodi hostibus devoreris'. Ad haec vir sanctus: 'Apostoli', inquit, 'sententia est: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Et: *Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Qui Danihelem*[k] *liberavit de lacu leonum,* potest et me eripere de manu bestiarum'. Cui diaconus haec[l] respondit: 'Mitte in peram tuam cibaria et rete[m] parvissimum; cras[n] enim introducam[o] te in heremum. Et si inveneris locum tibi acceptabilem, age gratias Deo et praecepti dominici comple rigorem. Deus autem qui eduxit te de regione longinqua, ipse, sicut Tobiae famulo suo comitem caelitus dedit, ita angelum[p] suum mittet nobiscum et ostendet nobis locum desideriis salutaribus[q] aptum'. Igitur vir beatus die eodem ieiunus permansit et usque ad alterius diei diluculum in[r] orationibus pernoctavit. Dignum quippe erat, ut quod divino inchoabat amore, instantissima praece Domino commendaret.

(Rom. 8, 31. ib. v. 28. Dan. 6, 27. cf. Tob. 5.)

11. Cum autem lucifer suo[a] processu[b] noctis latibula detexisset, et sol[c] inferiora dimittens, cursu consueto superiores[d] orbis plagas inviseret igneumque iubar ab orientis axe mortalibus demonstraret, athleta Dei ea quae ductor suus dixerat secum assumens[e], cum orationis benedictione, illo praeeunte, viam aggressus est. Cumque per totum diem iter agerent, circa horam[f] nonam dixit[g] diaconus: 'Pater, hora[h] refectionis iam[i] instat. Sumamus paululum[k] panis et aquae, quia ita confortati viae quod restat melius consummare[l] poterimus'. Homo Dei[m] respondit: 'Tu iuxta necessitatem corporis refectionem percipe, fili; ego non gustabo quicquam, antequam Dominus mihi locum desideratae mansionis ostendat'. Et ille: 'Sicut', inquit[n], 'socii sumus passionis, sic erimus et consolationis'. His dictis, coeperunt iter agere festinato, quia dies[o] iam declinabat et solaris[p] fervor[q] propinquabat[r] occasui[s]. Venerunt autem ad quendam fluviolum qui Steinaha[t] nominatur; ambulantesque per decursum ipsius, dum venissent ad rupem[u], de qua idem cum impetu descendens gurgitem facit speciosum[v], viderunt[w] ibi plurimos pisces, et imponentes retia sua, coeperunt eos. Igni deinde succenso, diaconus pisces assavit et panem posuit super[x] peram. Beatus autem Gallus dum orandi gratia modicum ab illo divulsus esset, inter condensa veprium frutecta[y] ambulans et pede haerens, ad terram[z] corruit. Quod diaconus videns, accurrit[a], ut sublevaret prostratum. Sed

III. Capp. 10. 11. 1*a. a*[1]*. b. c*[1.2]*. d.* 2*a. b. c. d. e. f. g**. 3*a. b. c.* 4. 5*a.*

Cap. 10. a) me s. 3*a cum Wettino.* b) fecit 2*b. c. g**. c) et r. *om.* 2*f*; a pusillanimitate spiritus et tempestate *(ex Ps.* 54, 9*) pro* et r. 2*g**. d) Hae(c *m. al. add.)* 3*c.* e) *m. al. add.* 2*a.* f) pl : na *m. al. corr.* plena 1*a.* g) libus — sola *(l.* 28*) desunt, folio exciso,* 1*d.* h) fluxuosa *pr. m.* 4. i) *om.* 3*b.* k) Danielem l. 2*b. d. e.* 4; l. D. 2*f.* 3*a. b.* l) *om.* 5*a.* m) recte (?) *pr. m.* 2*a.* n) cras — heremum *om.* 2*b.* o) inducam 4. p) m. a. s. 4. q) *om.* 3*b.* r) *om.* 2*g**; in o. *om.* 2*f.*

Cap. 11. a) su(o *m. al. add.)* 3*c.* b) ROcessu *(ligatis litteris* P *et* R *facile* rocessu *legi poterat)* 1*c*[1]; r(e *m. al. in ras.)*cessu 1*c*[2]. c) sol in inferio(ra *m. al. add.)* 3*c.* d) superioris 2*a. f.* 3*a.* e) sumens 2*d. f.* f) horem 4, *corr.* g) diac. dixit 2*a.* h) horā *pr. m.* 3*a.* i) *om.* 3*c*; iam ref. 2*f.* k) paulolum 1*c*[1]. l) consumare 2*d.* 3*a.* m) *bis scr., sed corr.* 4. n) inquid *saepe* 2*a.* o) iam dies 3*a.* p) *in* ris *redit* 1*d.* q) fortior 3*a.* r) appropinquabat 2*d. e.* s) occasu 3*a.* t) Steimaha 3*a*; Steniaha 3*c*; Steinhaa 2*f*; Steina 1*b.* u) ad ripam 3*a*; de rupem, *sed* m *in litura* 2*f*; *haec om.* 2*d.* v) speciosum *pr. m., m. al. superscr.* spaciosum 2*b, et sic* 2*g**; spetiosum *corr.* spatiosum 3*a.* w) ibi v. 2*d cum edd.* x) supra 3*a.* y) frucecta 1*a*[1], *corr.;* fructecta 3*a. c.* 4 *(pr. m.).* z) terra *pr. m.* 3*c.* a) occurrit 3*c.*

vir Dei praescius futurorum: 'Sine me', ait, *'haec requies mea in saeculum saeculi; hic habitabo, quoniam elegi*[a] *eam'*. Et cum post orationem surrexisset, sumens virgam colurnam, fecit crucem et fixit in terram. Habebat autem[b] pendentem[c] collo capsellam, in qua continebantur reliquiae beatae Dei[d] genitricis[e] Mariae[f] et sanctorum martyrum Mauricii[g] et Desiderii. Quam cum in[h] ipsa cruce suspendisset, vocavit diaconum et prostraverunt se pariter in orationem. Tum[i] vir venerabilis[k] huiusmodi praeces emisit: 'Domine Iesu Christe, qui pro salute humani generis de virgine nasci et[l] mortem subire dignatus es, ne despicias desiderium meum pro peccatis meis; sed in honore sanctae[m] genitricis tuae et martyrum confessorumque tuorum praepara in hoc loco habitationem tuis aptam servitiis'. Finita oratione, sole occumbente, finitus est dies, et ipsi tandem cum gratiarum actione cibum[n] sumpserunt, rursumque Deo[o] gratias exhibentes, straverunt sibi[p] in terra, ut aliquantulum requiescerent. Sed vir sanctus cum comitem suum alto teneri sopore putaret, surgens prostravit se in figuram crucis ante capsellam et praeces Domino devotas effudit. Interea descendens ursus de monte, micas et fragmenta, quae convivantibus[q] deciderunt[r], caute[s] legebat[t]. Hoc factum ut[u] vidit homo Dei, dixit ad feram: 'Praecipio tibi, bestia, in nomine Domini, tolle lignum et mitte in ignem'. Ad cuius praeceptum belua conversa, validissimum[v] lignum attulit et igni[w] iniecit. At vir benignissimus ad peram accedens, de parvo cellario panem integrum[x] famulanti porrexit et accipienti ita praecepit: 'In nomine domini[y] mei[z] Iesu Christi ab hac valle discede et hoc pacto montes et colles circumpositos habeto communes[a], ut nullum hic[b] hominem, nil de pecoribus laedas'. Dum haec agerentur, diaconus[c] dormire[d] se simulans, quod vir Deo carus gessit cum bestia, considerabat, et surgens, prostravit se ad pedes eius et dixit: 'Nunc scio vere Dominum esse tecum, quoniam et bestiae heremi oboediunt tibi'. Ille autem dixit ei: 'Cave, ne omnino hoc alicui dixeris, donec videas gloriam Dei'.

Ps. 131, 14.

12. Nocte igitur exacta, cum lux aurea silvarum inlustraret opaca[a], diaconus ait: 'Pater mi[b], quid facturi sumus hodie?' At ille respondit. 'Obsecro te, fili, ne moleste feras quod dico. Quia Dominus nos[c] fecit quod quaesivimus invenire, hunc etiam diem in hoc loco ducamus. Tolle rete et ad gurgitem vade; ego quoque post[d] te quantocius[e] ibo. Forsan[f] Dominus solitam nobis largitatem ostendet, ut regredientes ad castrum offeramus[g] patri nostro presbytero de hoc loco benedictionem, quam Dominus[h] nos invenire donavit'. Diaconus respondit: 'Gratum habeo quod praecipis, pater'; et surgens cito cum invocatione nominis Domini, assumpto retiaculo, perrexit[i] ad fluvium. Cumque illud in gurgitem[k] mittere voluisset, duo daemones in effigie mulierum steterunt in litore, ita nudati, quasi

III. Cap. 11. 12. *1a. a*^{1}*. b. c*$^{1.2}$*. d. 2a. b. c. d. e. f. g***. 3a. b. c.* 4. *5a.*

Cap. 11. a) praeelegi 1*d*. b) *om.* 1*d*. c) *pr. m. in mg. suppl.* 1*c*^{2}; in *add.* 2*e. f.* d) *om.* 1*b*. e) ienetricis *pr. m.* 3*c*. f) *om.* 4. g) Mauritii 2*a*. 3*a*. h) *m. al. superscr.* 1*a*. i) *ita* 1*a. b. c*$^{1.2}$. 2*b. c. d. f. g**. 3*b*. 5*a. b*; Tunc *rell.* k) venerabis 1*a*^{1}, *corr.* l) *om.* 4. m) *om.* 2*b. f.* 4. n) s. c. 1*a*. o) Domino 3*a*. p) se 2*b. g**. q) conviventibus 1*a*^{1}, *pr. m. corr.* r) *m. rec. corr.* deciderant 4, *et sic* 2*b. e.* s) avite *corr.* caute 3*a*. t) legebant *pr. m.* 1*a*^{1}; lingebat 3*a*. u) : : *m. rec. corr.* ut 3*c*. v) vali : : dissimum, *ras.* si 4. w) et in igne *(m. al. corr.* ignem*)* 3*c*. x) integro 3*a*. y) dei 3*a. b.* z) nostri 4. a) comes 4. b) *om.* 3*c*. c) dorm. diac. 4. d) se d. 1*c*^{2}. 2*e. f (non* 1*c*^{1}*)*.

Cap. 12. a) opago 3*a*. b) me 4, *corr.* c) nobis *pr. m.* 3*a*. d) *pr. m. om.* 1*d*; poste *pro* p. te 2*a*. e) quamtocius *corr.* quantocius 2*a*; quantotius 1*b. c*^{2}. 3*a. b.* 4; quā totius 3*c*. f) Fors(an *in litura)* 3*b*; Forsitan 1*a*. 2*e. g**. 3*a. c.* 4 *(non* 1*b. d)*. g) offerentes 3*a*. h) nos D. 2*a. f.* 3*a. b. c.* i) ad fl. p. 3*c*. k) gurgite 3*a*.

balneum[a] intrare voluissent. Et cum turpitudinem sui corporis illi obicerent[b], tollentes lapides, iactaverunt contra eum et dixerunt: 'Tu induxisti virum istum in hanc heremum, virum iniquum et invidia plenum, qui suis maleficiis semper nos vincere consuevit'. Ille autem reversus ad virum Dei, indicavit illi quae viderat et audierat. Electus Dei bellator pariter cum diacono prostravit se et huiusmodi verbis Dominum depraecatus est: 'Deus omnipotens, ineffabilis bonitas, inaestimabilis maiestas, secundum misericordiam tuam, non secundum merita mea auditu[c] placido has suscipe praeces. Iube hos daemones hunc locum deserere, ut sit sanctificatus in honore[d] nominis tui'. Surgentes ab oratione, venerunt ad gurgitem, et[e] continuo daemones in fugam conversi, ierunt per decursum fluvioli contra proximum montem. Sanctus vero Gallus dixit illis: 'Praecipio vobis, fantasmata, per immensae potentiam trinitatis, ut hunc locum deserentes in[f] montes desertos eatis et huc revertendi ulterius non habeatis fiduciam'. Deinde mittentes in gurgitem[g] rete, coeperunt pisces, quantos[h] volebant; et dum pisces de maculis lini absolvunt, audiunt in summitate montis[i] voces[k] quasi duarum mulierum defunctos plangentium et dicebant ad invicem: 'Heu! quid faciemus, vel quo pergemus? Peregrinus hic inter homines nos habitare non sinit, in heremo quoque manere[l] non patitur'. Non solum autem tunc hae[m] voces auditae sunt, verum etiam postmodum tribus vicibus, dum ipse diaconus saltum[n] ad[o] capiendos accipitres intravisset, audivit daemonia de quodam[p] monte qui Himilinberc[q] dicitur clamantia, et utrum adhuc Gallus esset in[r] heremo, sciscitantia, vel si iam discessisset.

13. Igitur post discessum[a] daemonum, dum fideles illi heremi dilectores vallem lustrarent, videntes inter duos fluviolos multa desiderabilia, silvam speciosam, montes per girum, planitiem in medio, probaverunt locum ad aedificandam[b] cellam optimum esse. Et recordatus vir sanctus sententiae, quam Iacob post visionem scalae et angelorum ascendentium et descendentium per eam protulit, dixit[c]: '*Vere Dominus est in loco isto*'. (Gen. 28, 16.) Erat autem usque ad illud[d] tempus in eadem valle plurima serpentium multitudo. Porro ex[e] illa die tam pleniter abscesserunt[f], ut postea ibi non comparerent. Congruit hoc miraculum cum prioribus. Nam[g], diabolo inde expulso, dignum erat, ut animal, per quod[h] hominem deceperat, habitationi cederet[i] sanctitatis.

14. Cumque reversi fuissent ad locum primae[a] stationis, ubi pridem vir Dei cruciculam[b] defixerat, diaconus dixit ad eum: 'Sumentes peram et rete regrediamur ad castrum'. Et ille: 'Tu', inquit[c], 'fili, ut placet, ad propria revertere; ego vero his in[d] locis aliquantisper moratus, post triduum Deo duce te subsequar'. Diaconus dixit: 'Nequaquam te absente remeabo ad patrem nostrum, ne forte dicat te propter spolia a me interemptum; vel si homicidium negare voluero, haec

III. Capp. 12—14. $1a. a^1. b. c^{1.2}. d.$ $2a. b. c. d. e. f. g^*.$ $3a. b. c.$ 4. $5a.$

Cap. 12. a) ad lavandum *pro* b. 3*b*. b) obiceret $1a^1$, *corr.* c) audito *pr. m.* 2*a*. 3*c*. 4. d) honorem 5*a*. *b*. e) et — montem *m. al. in mg. suppl.* 1*a*. f) *superscr.* 1*a*. g) gurgite 3*c*. h) quantum 1*b*. i) montes *pr. m.* 2*a*. k) q. v. 3*c*. l) habitare $1c^2$ *(non* $1c^1$*)*. m) hęc *m. rec. corr.* hae 4. n) saltim 3*a*. o) acc. ad cap. $1a^1$. 2*d*. p) quadam 3*a*. q) Himilinberg 2*c*; Himilinberh 2*f*; Himilinbere 3*b*; Himilinberch 4; Himlinberch 3*a*; Himilberc 2*d*. r) in h. *om.* 4.

Cap. 13. a) decessum 4. b) aedificandum 3*a*. c) dicens $2g^*$ *cum edd.* d) illum $1a^1$. e) et *pr. m.* 3*c*. f) ab|cess. *in transitu versus* $1a^1$. g) *eras.* 3*c*. h) quot *pr. m.* 3*c*. i) cęd. $1a^1. c^1$. 5*a*; caederet 2*a*.

Cap. 14. a) pristinae $1c^2$ *(non* $1c^1$*)*. b) crucicolam $1c^2$. c) inquid 2*a*. 3*c*. d) in *m. al. suppl.* 2*a*; in his 2*f*; his in l. *om.* 3*b*.

mihi obiciat[a]: "Cur illum dimisisti in solitudine? Cito reversus educ eum ad[b] me". Et erunt mihi duo[c] pariter, labor duplicatus et manifesta confusio'. Ad haec vir sanctus[d] respondit: 'Vade fili, ego post vestigia tua quantocius[e] properabo'. Quo abeunte, athleta[f] Dei[g] toto triduo ab omni victus adiumento corporei ieiunus permansit, ut videlicet locum, quem spiritali militiae providebat, parsimoniae consecraret initiis. Quarto[h] itaque die heremo digrediens domum revisit presbyteri[1] et inter amicae salutationis officia gratias Deo pro omnibus bonis, quae ei ostendit, cum debita laude persolvit; presbyter autem suscipiens illum cum gaudio, iussit mensam apponi. Et cum consedissent[i], benedicentes Deum, cum gratiarum actione cibum sumpserunt, et inter prandendum diaconus dicit[k] presbytero: 'Si ursus adesset, fortassis[l] Gallus porrexisset illi benedictionem', interrogantique[m], unde huiusmodi verba proferret, narravit omnia[n] quae gesta erant in heremo. Ex illo die et deinceps habuerunt eum sicut[o] prophetam et virum sanctum, cottidie meritorum eius magnitudinem per vitae illius asperitatem et virtutum studia metientes. Interea, illis[p] commanentibus, nuntius venit ad presbyterum, indicans, Constantiensem episcopum Gaudentium nomine de hac vita migrasse. Hoc audito, unanimo[q] fervore pro requie defuncti pastoris praecibus et lacrimis instituerunt.

15[a]. Septima post haec die[b] Gunzonis ducis epistola venit ad presbyterum, praecipientis[c] illi, ut die duodecimo ad Iburningas[d] villam veniret et virum Dei[e] secum adduceret. Nam filiam[f] eius nomine Fridiburgam[g], quae illi erat unica, singulari pulchritudine fulgens, spiritus invasit malignus; a quo dum diversis torqueretur molestiis, paene continuam toleravit inediam, et sepius terrae[h] prostrata, inter spumas horribiles miserabili volutabatur[i] insania, adeo ut vix quattuor virorum teneri posset instantia. Post triginta autem dierum circulum, ex quo ei hoc accidit, coepit ille habitator malignus per eam diras emittere voces. Hanc ob causam pater eius nuntios[l] misit ad regem Sigibertum, Theoderici filium, qui eam habuit desponsatam, ut ei nuntiarent[m], quicquid circa puellam agebatur. Rex vero cum omni festinatione misit duos pontifices, de quorum meritis potissimum praesumebat[n], cum donis regiis ad puellam, ut eam medicamine orationum a furoris[o] vesani languore[p] sanarent. Igitur Willimarus presbyter, volens tempore[2] per epistolam definito ad ducem venire, dixit beatissimo Gallo: 'Scis ducis mandatum; eamus ad illum'. Et ille: 'Tuum est', inquit, 'hoc iter, non meum. Tu ergo proficiscere. Quid mihi cum principibus saeculi? Nam in heremum, unde exivi, revertar'. 'Noli', ait, 'ita agere, sed perge mecum, ne forte dux, qui in vexatione filiae nimium contristatur, ira commotus mittat[q] satellites teque vinctum illuc

III. Capp. 14. 15. $1a. a^1. b. c^{1.2}. d.$ $2a. b. c. d. e. f. g^*.$ $3a. b. c.$ 4. $5a.$

Cap. 14. a) obiciet *3a.* 4. b) a *3a.* c) p. duo *3c.* d) Dei *pro* s. *1b.* e) quantotius $1c^2$. *3a. b. c.* 4. f) atheleta *3c.* g) Deo 4, *corr.* h) Quarta *2f. 3b. c.* i) consedisset $1a^1$, *corr.*; sedissent *2c et pr. m. 1a.* k) dixit $1c^2$. $2g^*$. *3a. b (non 1d).* l) forsitan *3a. b (in litura) cum Wettino.* m) interrogatique *2d*; interrogavitque $2g^*$; interrogavit *2e*; interrogatus itaque *2c.* n) diaconus *add. 3b.* o) *om. 3b.* p) c. illis 4. q) *corr.* unanimi $1a^1$ *et sic m. al. in spatio vacuo 2f.*

Cap. 15. a) XIIII. Septimū *pr. m.* 4. b) diē 4, *corr.* c) praecipiens *2d. f et e corr.* $1a^1$. d) Hiburningas *2d*; Inbuningas $2g^*$; Bur:ningas *3a.* e) *om. 3c.* f) filia e. *3a*; e. filiam *3b.* g) Frideburgam *1b. 2f.* g^*. h) terra *3a.* i) voluptabatur 4. k) *pr. m. superscr.* $1a^1$; *om. 3b.* l) nuntius *2f.* m) nutiarent $1a^1$. n) praesumabat *1b.* o) furore *2e et pr. m. 3b.* p) langore *3a. c.* q) mittas *pr. m. 3a.*

1) *Wettinus:* Arbonensis sacerdos, *scilicet Willimarus.* 2) *Wettinus:* volens ad difinitum placitum venire.

faciat perduci[a]'. Vir Deo plenus respondit: 'Vadam prius ad cellulam meam, ut provideam utilitatem et necessaria fratrum, qui ibi sunt Domino[b] servituri'. Hoc idcirco[c] dixit, ne ad principem iret. Et consurgens ad[d] electae pridem habitationis locum miles Domini tendebat[e] egregius. Sequenti die fratribus qui secum erant interdixit, ne quis illorum[f] cuipiam[g], quo pergeret, indicaret; sed etsi curiosius[h] interrogati fuissent a quoquam, iussit, ut eum[i] per epistolam magistri[1] sui[k] Italiam dicerent invitatum. His dictis, sumens secum duos[l] de discipulis suis, per solitudinem Rhetiam[m] Curiensem commeavit. Cumque proximum montem transcenderent, venerunt in heremum quae Sennia nominatur, indeque ad proximum vicum qui[n] dicitur Quaradaves[o] digressi, repererunt ibi Iohannem diaconum[p], virum iustum et Deum timentem[q]; isque recepit eos[r] hospitio et omni fovit humanitatis obsequio. Finxerunt enim[s], se de longe tunc venisse, et apud[t] eum manserunt septem diebus.

16. Porro cum sepe[a] dictus presbyter hospes sanctorum[b] audisset, virum Dei de cellula discessisse, navem[c] conscendens[d], ad ducem transfretavit[e], et quae circa hominem Dei facta fuerant[f], indicavit. Dux vero, ut cito reverteretur, illi imperavit, et[g] missis post virum Dei legatis[h], eum advenire devote rogaret[i], et[k] adiciens[l]: 'Si enim', inquit, 'per eius orationes[m] filiam[n] meam Dominus a daemonio liberaverit, dabo illi[o] pontificatum Constantiensis ecclesiae et insuper eum copiosis praemiorum muneribus honorabo'. Ille promittens[p], se, ut iubebatur[q], acturum, sicubi eum qui desiderabatur invenire potuisset, ratem petens, ad propria remeavit. Interea pontifices a rege transmissi venerunt et invenerunt ipsam quidem puellam nimio laborantem furore, parentes autem eius omnemque familiam et propinquos flentes super eam et miserabili[r] merore[s] depressos[t]. Tota enim domus una clade contabuit: puella vexabatur insania, ceteri torquebantur[u] tristitia. Postquam ergo ingressi pontifices munera a rege directa praesentarunt, praeces in conspectu puellae fuderunt ad Dominum. Illa vero tenentium manibus se excutiens, uni eorum gladium abstulit, volens[v] episcopos interficere[w]; et cum id non posset efficere, spiritus immundus uni eorum dixit: 'Si volueras me, sicut regi promisisti, de hoc vasculo propulsare, cur filiam tuam, quam nonna[2] illa de te concepit et genuit, non fecisti tecum venire?' Deinde ad alterum: 'Et tu', inquit, 'cum tribus feminis fornicationem commisisti'. 'Vestro quidem imperio, quod nullo sanctitatis merito roboratur, numquam egrediar. Est vero quidam vir magnae apud Deum virtutis nomine Gallus, qui me[x] de Tucconia[y], ubi diu optata quiete potitus sum, potenter eiecit

III. Capp. 15. 16. $1a. a^1. b. c^{1.2}. d.$ *2a. b. c. d. e. f. g*. 3a. b. c.* 4. *5a.*

Cap. 15. a) produci *3c.* b) Deo *2f. g*.* c) id :: *corr.* idcirco *1a.* d) adęlectę $1a^1$; adelecte *3c*; ad delectae 4; ad electum *2c*; ad celeste *2e.* e) tenebat *3c*, *corr.* f) eorum *2d cum edd.* g) quipiam *2c. f*; quippiam *2e. 3c.* h) curiosus *pr. m. 3c.* i) ut *iteratum, sed eras.* 4. k) ad *add. 2f cum edd.* l) *pr. m. in mg. suppl.* $1c^1$; *superscr. 3a.* m) Rethiam *1b. 2b*; Rheticam *3b*; Hertiam *2d.* n) quae(?) *m. al. corr.* qui *5a.* o) Quadraves *2e. 3b*; Quadravades *5a. b.* p) diaconem *2e.* 4. q) timentes *pr. m. 3c.* r) *om. 3b.* s) se enim *3c.* t) aput *2a (saepe). c. 3c.*

Cap. 16. a) sepae *2a.* b) rum *m. al. suppl.* 4. c) navim *1b. 2f. g*. 3b.* 4 *et m. al. 2a.* d) conscendes *1a.* e) transfetavit *pr. m. 3c.* f) fuerunt *3b.* g) e(t *m. al. add.*) *3c.* h) ut *add. 3a*; l. ad eum venire $1c^2$. i) rogavit $1c^2$. *2e. g*.* k) *om. 2e. f.* l) addicens *pr. m. 3b.* m) orationem $1c^2$. *3b.* n) filiam *versu ineunte om., post* Dominus *m. al. suppl.* $1c^2$. o) *pr. m. om. 1d.* p) promittentes *pr. m. 3c.* q) videbatur *2e. f. et pr. m. (?) 2d.* r) miserabile? *pr. m. 1b.* s) dolore *3b.* t) depressus *3b*, *corr.* u) torquebatur *pr. m.* $1a^1$. *3a.* v) *om. 3b.* w) interficeret 4, *corr.*; occidere *3a. b*; *sed* interficere *Wettinus.* x) *m. al. in mg. suppl.* 4. y) Tuconia *2a. e.* 4.

1) *Wettinus:* abbatis sui Columbani. 2) *Wettinus:* sanctaemoniali.

domosque meas[a] audenter destruxit; postmodum inveniens me apud Brigantium[b] commorantem[c] eadem virtute exheredavit[d]. Porro quia dux[e] iste eum de[f] eodem expulit[g] loco, in ultionem eius iniuriae puellam istam[h] arripui; de qua possessione, nisi ipse advenerit, nullatenus amovebor'. Unus deinde pontificum dedit furenti alapam dicens: 'Obmutesce, satanas, desertor veritatis, falsitatis amator et auctor'. Putavit enim[i], eum de gallinatio dicere gallo[k. 1]. Et dum[l] spiritus nequam pluribus eos[m] verborum iniuriis affecisset, manserunt ibi tribus tantum diebus, ac deinde ad sua reversi, nuntiaverunt omnia quae gesta fuerant regi.

17. Presbyter vero cum secundum iussionem ducis virum Dei fuisset[a] e vestigio persecutus[b], repperit eum in spelunca, animum suum lectionis consolatione[c] pascentem[d], et accedens, salutavit humiliter et dixit ad eum: 'Ne timeas, serve Dei, ad ducem venire; sub testificatione enim iurisiurandi promisit, se nullam tibi irrogaturum iniuriam. Sed et cum posueris[e] manum tuam super caput puellae, si ab ea per orationes[f] tuas spiritus immundus abscesserit, in sede Constantiensi pontificatus te sublimabit[g] honore'. Dum de huiuscemodi colloquium[h] rebus haberent, superveniens Iohannes diaconus, secundum[i] consuetudinem optulit ei panes[k] azimos et langunculam[l] vini, oleum et butyrum et mel in vasculis cum piscibus assis[m]. Vir Dei cum eum venire cognovisset, gratias egit Deo[n] gaudio plenus, discubueruntque[o] tres convivae fidissimi[p] et cum[q] gratiarum actione dona Domini perceperunt. Inter haec vir sanctus presbytero: 'Duc', ait, 'nobiscum noctem instantem et crastina die tecum, Domino volente, proficiscar'. Cumque huic[r] consensum persuasioni praebuisset, ad virum Dei diaconus dixit: 'Mane primo diluculo huc veniam et adducam mulum meum stratum, ut simul ire possitis[s]. Ego vero cultor ero speluncae et eam cura diligenti custodiam'. Sanctus Gallus respondit: 'Bene dixisti, fili, et ego quidem via qua veneram per heremum regrediar ad cellulam meam et visitabo fratres; postmodum vero, quam citissime potuero, ad castrum properabo[t]'. Presbyter ergo[u] adiuratione valida constrinxit[v] eum, ut nequaquam faceret contraria dictis. Et abscesserunt pariter; Iohannes quoque, accepta benedictione, rediit in domum suam. Cumque vir beatus recto itinere pervenisset ad cellulam, requievit ibi nocte illa cum fratribus. Mane autem sequenti, sumptis secum duobus fratribus, perrexit ad castrum repperitque inibi cum presbytero ducis missum, qui eos cum omni[w] festinatione ire deposceret; qui etiam indicavit, puellam continuato iam triduo sine alimonia[x] perdurare. At illi, navicula conscensa, totis nisibus ire festinantes, ligno natatili[y] profundi[z] terga sulcante[a], nocte proxima pervenerunt ad ducem.

III. Capp. 16. 17. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. g^*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 16. a) meos 3*a*. b) Bigrantium *pr. m.* 3*c*. c) *m. al. in mg. suppl.* 4. d) exhereditavit 1*b et m. al.* 3*b*. e) q. eum dux iste 5*a*. *b*; eum q. dux i. 2g^*. f) deodem 2*a*. g) expulsit *pr. m.* 3*b*. h) *om.* 3*b*. i) *m. al. in mg. suppl.* 4. k) o *in litura* 3*c*; gallum 2*d*. l) cum 2*a*. *f*. m) eorum 1c^2 *et pr. m.* 2g^*.

Cap. 17. a) e v. f. 4. b) prosecutus 2*f*. g^*. 3*a*. *b*. c) consolationis *pr. m.* 3*c*. d) parcentem *pr. m.* 3*b*. e) cum inposueris 3*a*. *b*. f) orationem tuam 3*b*. g) sublimavit *pr. m.* 3*c*. h) r. c. 1*d*. 2*f*. g^*. i) *pr. m. in mg. suppl.* 1a^1. k) panem 5*a*, *corr.* l) *ita* 3*a et pr. m.* 2*a cum Wettino*; lagunculam *rell.* m) ascis *pr. m.* 3*c*. n) Dei 1a^1, *corr.* o) que *om.* 4. p) fidelissimi 3*c*. q) *superscr.* 3*a*. r) huc 3*a*, *corr.* s) possimus *pr. m.* 3*c*. t) *in litura* 5*a*. u) *ita* 1*a*. a^1. *b*. c^1. 2*a*. *d*. *g*. 3*b*. *c*. 4; vero 1c^2. *d*. 2*b*. *c*. *e*. 3*a*. 5*a*. *b*. v) constrixit 1a^1, *corr.*; p̄ *ante* constr. *eras.* 1c^1. w) *in mg. suppl.* 1a^1. x) alimento 3*a*; alimonio 3*b*. y) natali 1*d* (*pr. m.*). 3*a*. *c*. 4 (*non* 3*b*); natabili 2*e*; natante 2*f*. z) perfundi *pr. m.* 3*c*; *om.* 1c^2. a) sulcantes 3*b*, *corr.*

1) *Wettinus:* de pullo.

18. Cumque, devictis profundae noctis tenebris, sol terris[a] cum iocunditate serenum restitueret diem, iussit eos dux venire in cubiculum, in quo[b] arreptitia servabatur. Iacebat autem tunc in sinu matris suae, oculis clausis, ore hianti; membra quoque eius ita erant disiecta, ut quasi mortua videretur. Foetor vero tam gravis oris prorupit[c] ex adito[d, 1], ut sulphure locus ipse aspersus putaretur. Pater itaque cum domesticis suis intravit, ut videret, quid[e] vir Dei esset acturus[f]. Ille de Domini largitate certissimus, humiliter se prosternens, has praeces Domino cum lacrimis fudit: 'Domine Iesu Christe, qui pro salute humani generis carnem sumere et per virginem nasci dignatus es, qui ventis et mari imperasti, diabolum etiam calliditatis suae fraudibus[g] insistentem retro ire iussisti, quique passione tua mundum redimere et libertati[h] restituere dignatus es, iube hunc immundissimum spiritum de puella hac pro tui gloria nominis exire, ut plasma tuum superbus invasor deserat, et tibi[i], creatori suo, creatura tua gaudens deserviat'. Et cum surrexisset ab oratione, apprehensa dextera eius, allevavit eam; spiritus enim malignus conturbaverat[2] illam[k]. Et imposita manu super caput eius, dixit: 'Impero tibi in nomine domini nostri Iesu Christi, spiritus immunde, ut exeas et recedas ab hoc plasmate Dei'. Et cum[l] haec[m] dixisset, aperiens illa[n] oculos, respexit in eum, et spiritus malignus his verbis eum allocutus est[o]: 'Tune es', ait[p], 'Gallus, qui de habitationibus me expulisti prioribus? Ego plane ob ultionem iniuriae, quam[q] dux iste tibi[r] et sociis tuis irrogavit[s], filiam ipsius invasi, et sic eicis me? Si hinc exiero, quo vadam?' 'Illuc', ait, 'ubi tibi[t] paratur in abysso supplicium sempiternum a Domino'. Et statim, videntibus qui aderant, exivit de ore puellae quasi avis nigerrima et horrore terribilis. Hora eadem sana[u] surrexit et a viro Dei gaudens gaudenti reddita[v] est matri.

cf. Matth. 8, 26. — cf. Marc. 8, 33. — cf. Sap. 16, 24. — cf. Apoc. 20, 3.

19. His ita patratis, dux iussit ei offerri dona, quae[a] rex puellae transmiserat, et insuper ut apicem pontificalis gradus dignaretur assumere postulavit. Ad quod vir beatus ita respondit: 'Vivente domino et patre meo Columbano, interdictum altaris officium non usurpabo, nisi ab illo[b] permissus; quare[c] huius regiminis pondus[d] quod offers subire non possum. Quod si hoc indubitanter fieri[e] cupis, sustine interim, donec[f] mittam epistolam ad abbatem meum ad insinuandam[g] illi voluntatem[h] tuam; et si eius permissum cognovero, tunc demum oblatum[i] curae pastoralis onus[k] suscipiam'. Et dux ad illum: 'Bene', inquit[l], 'dixisti, fiat[m] secundum verbum tuum'. Et dimisit eum cum[n] pace[o]. Ille, sumptis quae donata fuerant, remigando pelagus superavit. Dux autem sanctitatis eius tam manifesto

III. Capp. 18. 19. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1, 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g**. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 18. a) terre 2*g**; ternis, *m. al. superscr.* vel tetris, *m. tertia corr.* terris 3*c*. b) qua 3*a*. c) prorumpit *m. al. corr.* prorumpebat 1*c*[2]. d) aditu 3*a*; aditu *corr.* alitu 2*e et sic* 1*c*[2]. e) *superscr.* 3*b*. f) aucturus *pr. m.* 3*c*. g) *m. al. in mg. suppl.* 4. h) libertate (?) *pr. m.* 1*d*; liberasti 3*b*. i) et ibi 2*a*. k) eam 2*d*. 3*b cum Wettino*; *om.* 2*g**. l) *m. al. add.* 4. m) hoc 3*b*. n) o. illa 1*a*[1], *corr.* o) est *post* verbis *pr. m. superscr.* 4; *m. al. add.* 3*b*; *om.* 2*a*. 3*c*. p) *superscr.* 3*a*. q) qua 3*a*. r) *pr. m. superscr.* 5*a*. s) *m. al. in mg. suppl.* 4. t) *m. al. superscr.* 4. u) autem *add.* 3*b*. v) reddi(ta est ma *in litura*)tri 5*a*; redditur matri 5*b*. *c*.

Cap. 19. a) qua 1*a*[1]. b) fuero *m. al. add.* 3*a*. c) Qua in re 1*c*[1, 2]. *d (pr. m.)*; ideo 2*b*. d) *m. al. in mg. suppl.* 4. e) *om.* 3*b*. f) donem (?) *pr. m.* 3*c*. g) insinuandum 1*c*[1] *(pr. m.)*.*c*[2]. 2*e*; sinuandam 2*f*. h) *m. al. suppl.* 3*b*. i) *om.* 3*b*. k) *om., sed. m. al.* regimen *ante* p. *suppl.* 3*b*. l) d. i. 3*b*. m) mihi *add.* 2*a*, *sed exp.* n) in 1*c*[1, 2]. *d*. o) pacae 2*a*.

1) *Wettinus:* de cuius ore. 2) *Wettinus:* discerpsit.

compunctus indicio, iussit Arbonensi praefecto[1], ut cum omni plebis[2] officio iret ad locum cellae, et quaecumque[a] necessitas poposcisset[b], aedificia iuxta viri Dei dispositionem construeret. Venerabilis ergo pater post celeuma[c] celebratum, cum Arbonense[d] castrum intraret, fecit convenire omnes pauperes et egenos et dona quae detulerat illis distribuit[e]. Haec videns quidam discipulus eius nomine Magnoaldus, dixit ad eum: 'Pater, habeo vas argenteum pretiosum, caelaturis insigne[f]; si[g] vis, reservabo illud, ut sacri vasa ministerii ex[h] eo faciamus'. Ille respondit: 'Fili[i], memor sententiae beati Petri apostoli, quam paralitico speranti pecuniam protulit: *Argentum*, inquiens, *et*[k] *aurum non est mihi*, ne contrarius exemplo inveniaris salubri, vas quod possides pauperibus conferre curato. Nam praeceptor meus beatissimus Columbanus in vasis aeneis Domino solet sacrificium offerre[l] salutis, quia fertur et salvator noster clavis aereis[m] cruci[n] confixus[o]'. His omnibus expletis, reversus est ad dilectae solitudinis aulam. (Act. 3, 6.)

20. Deinde misit epistolam ad Iohannem diaconum[a], rogans eum ad se venire. Qui cum dilecti magistri litteras accepisset, tulit quod pro benedictione offerre[b] poterat et venit ad eum; et oblatis eulogiis, salutavit patrem, et salutatione paterna est honoratus. Cui interroganti virum sanctum de prosperitate itineris eius ille respondit: 'Divina nos praeveniente misericordia et subsequente, cuncta prospere provenerunt. Nam cum summa gratulatione suscepit nos princeps, et eripuit Deus filiam eius a daemonio, et ipse dedit nobis[c] dona non modica et[d] insuper optulit mihi episcopatus honorem; ego vero non consensi suscipere ante praeceptum abbatis mei. Ergo, fili, adquiesce consiliis meis; esto mecum et lege divinae libros scientiae, et docebo te, cooperante gratia Dei, intellegentiam scripturarum'. Cecidit autem diaconus ad pedes eius, gratias agens, fecitque redire[e] in sua pueros, qui secum venerunt[f]; ipse vero remansit[g] apud virum venerabilem, et ille coepit eum[h] introducere in cellaria scripturarum, ostendens ei novi et veteris occulta thesauri. Superna itaque illustratus clementia, tanti magisterii profecit instantia, adeo ut in omni scripturae divinae latitudine[i] nobiliter eruditus, laboris paterni fructus ostenderit[k].

21. Sigibertus igitur rex, cum audisset puellae redditam sanitatem, mandavit patri eius, ut eam suis conspectibus exhiberet. Qui sumens dona ingentia[a] et puerorum multitudinem ac puellarum, cum magno suorum comitatu duxit[b] eam usque ad Rhenum[c] indeque[d] per[e] comites ad regem transmisit. A quo dum gratanter suscepta fuisset, interrogata, quomodo suae remedium consecuta esset infirmitatis, cum per pontifices ad hoc[f] missos sanitati non posset restitui, hanc reddidit rationem: 'Domine mi', inquiens, 'est vir quidam[g] in provincia, quam huc ducta reliqui, cuiusdam incola solitudinis de gente Scottorum[h] nomine Gallus

III. *Capp.* 19—21. 1*a*. *a*¹. *b*. *c*¹·². *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g**. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 19. a) quaecum(que *m. al. suppl.*) 3*c*. b) poposiscet *pr. m.* 3*a*; poposciscet 2*f*. 3*c*. c) cael. *corr.* cel. 2*a*; cęlehuma 3*c*. d) Arbonensem 3*a*. e) tribuit 3*b*. f) insignae 2*a*. g) si — illud *om.* 3*b*. h) ex eo *om.* 3*b*. i) *om.* 3*a*. k) et a. *ante* inq. 2*b*; et a. *om.* 2*e*. l) sal. o. 2*a*. *f*. *g**. 3*a*. *b*. *c*. m) aeneis 2*b*. 5*a*. *b*. n) crucis *pr. m.* 3*c*. o) fixus 2*e*. *f*. 4 *(pr. m.)*.

Cap. 20. a) diaconem 3*a*. *c*. b) offerre — salutatione *m. al. in mg. add.* 2*a*. c) dona n. 3*b*. d) insuper et 1*c*². e) in sua r. 1*c*². 2*b*. f) venerant 2*a*. *f*. g) mansit 3*a*. h) *m. al. post* introd. *suppl.* 3*c*. i) latitudinae 5*a*; *om.* 3*c*. k) ostenderet 1*c*². *d (m. al.)*. 2*c*. *e*. *f*. *g**. 3*a*. *b*.

Cap. 21. a) magnifica 3*a*. *b*. b) *bis scr., sed corr.* 1*c*¹; *post* c. 7 *litt. ras.* 1*c*². c) Rhenom (?) *corr.* Rhenum 1*a*¹; Renum 2*b*. *d*.; heremum 2*a*. *g**. d) que *om.* 3*b*. e) *pr. m. om.* 1*d*. f) *om.* 3*c*. g) *om.* 3*a*. h) Scotorum 2*a*. *g**. 3*c*; Scotthorum 2*e*.

1) *Wettinus:* tribuno. 2) *Wettinus:* cum cunctis pagensibus.

tantae apud[a] Deum virtutis et meriti, ut adversus daemones singulari quadam utatur potentia. Nam cum[b] ego, ancilla tua, gravi vexatoris instantia periculosum vitae nutantis finem paene subirem, rogante patre meo, idem vir Dei supervenit, et signo vexilli[c] salutaris me muniens, imperiosa voce iussit exire tyrannum. Et videntibus cunctis qui aderant, exivit de ore meo quasi corvus colore piceus, horrore tartareus; cumque sacrificii[d] caelestis me pabulo confirmaret, pristinae restituta[e] sum sanitati'. His ita[f] relatis, puella procidens ad pedes regis: 'Obsecro', ait, 'domine, ut virum ipsum tuae gratiae foveas lenitate et[g] pro me dignas illi[h] gratiarum actiones rependere non graveris'. Interrogavit autem eam[i], in qua heremo vir mansitaret eximius. Et illa respondit: 'In saltu, qui Arbonensi territorio adiacet, et est publici possessio iuris; situs[k] autem inter Alpes Rhetiarum[l] et Brigantini marginem lacus'. Rex igitur[m] ut audivit in publicis eum commorari possessionibus, iussit fieri conscriptionem firmitatis, ut vir sanctus locum quem incolebat per auctoritatem regiam optineret. Auri quoque libras duas et argenti pondo[n] totidem cum[o] epistola[p] concessionis iam dictae per suos nuntios viro Dei destinavit, se sacris orationibus eius commendans attentius; Gunzoni[q] autem duci praecipiens, ut, si solitudinis incola[r] vellet, solatiorum ei copiam ad aedificandam[s] cellam sumministraret.

22. Non multis in medio revolutis diebus, volens rex idem[a] puellam[b] suis thalamis sociare, celebri edicto sacerdotum et principum suorum senatum nuptiarum praecepit adesse sollemniis. Cumque stipatus agmine procerum introisset, ubi ipsa manebat, dixit illi: 'Ascendamus in palatium, nam[c] nuptiae paratae sunt; sacerdotes et capita populorum cum benedictionibus congruis advenerunt'. Quibus illa auditis cecidit ad pedes[d] eius, dicens: 'Mi domine, quia praeterita passio suo me pondere tabefecit, vires absorbuit[e] valitudo contraria, membrorum officia aegritudine[f] sunt resoluta; da mihi vel septem dierum inducias, ut aliquatenus virium detrimenta recuperem et sic tuis possim applicari[g] conspectibus'. Quam petitionem dum rex pie susciperet, ad palatium[h] remeavit, illa in privato commorante cubiculo. Fiebat autem[i] utroque in loco ingens apparatus[k] laetitiae, admirantibus multis, cur tam diu divisi convivio[l] distulissent conubia. Transactis interea septem diebus, circa matutinum officium puella[m] cum duobus viris totidemque puellis[n] ecclesiam beati Stephani protomartyris[o] introivit, et secedens post ianuas templi, exuit se vestimentis regalibus et habitum propositi sanctioris[p] assumpsit, nescientibus hoc viris, qui pariter cum illa advenerunt. Deposito ergo terrenae dignitatis amictu, sanctimoniae nitorem cum quodam sui secuta contemptu, accessit ad altare, et in faciem proruens, Dominum studiosius adoravit[q] ac deinde, cum se erigeret, cornu comprehendit altaris[r] et huiuscemodi voces emisit: 'Beate Stephane, qui sanguine tuo testimonium Christo perhibuisti, deprecationem meam

III. Capp. 21. 22. 1*a*. *a*¹. *b*. *c*¹·². *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g**. 3*a*. *b*. *c*. 4 *(ad l.* 32, *cf. n.* o*)*. 5*a*.

Cap. 21. a) v. apud D. 3*b*. b) *om.* 3*b*. c) vexillo 3*a*. d) sacrificiis 3*a*. e) restitute *pr. m.* 3*c*. f) *om.* 1*c*². g) ut *pr. m.* 3*c*. h) *om.* 3*b*. i) *m. al. corr.* eum 3*b*. k) situs — lacus *om.* 3*c*. l) Retiarum 2*d*. 4. m) autem 2*f*. 3*a*. n) pondi 3*a*; pondera 2*e*. o) *bis scr.* 1*c*¹. p) epistolam 3*a*. q) Cunzoni 2*a*. 3*a*. *b*; Gonzoni 2*g**. r) esse *h. l. add.* 2*f*, *post* vellet 2*g**; solitudinem incolere v. 2*e*. s) aedificandum 3*a*.

Cap. 22. a) eadem 3*a*. b) *om.* 3*b*. c) iam 1*c*². d) p. e. *in litura* 5*a*. e) obsorbuit 2*a*. 3*a*. *b*. *c*; sorbuit 2*f*. f) agrit. *pr. m.* 1*a*¹. g) applicare 2*a*. h) placitum 2*a*. i) *om.* 4. k) appatus *pr. m.* 3*a*. l) continuo 1*d*. m) vero *add.* 3*b*. n) puellas *pr. m.* 1*d*. o) tomartyris — *p.* 302, *l.* 9. spatio denun *om.* 4, *folio exciso.* p) sanctitatis 3*a*. q) adorabat 3*b*. r) *pr. m. in mg. suppl.* 1*c*¹; a. c. 2*e*.

tuis meritis Domino commendato, ut[a] tua intercessione hodie cor domini mei regis convertat secundum voluntatem meam, ne velamen, quod amore Dei suscepi[b], auferat de capite meo'. Viri ergo qui erant cum illa, haec videntes, venerunt ad regem et nuntiaverunt ei[c] quae facta fuerant. Et ille advocans sacerdotes et 5 quosdam principes suos, coepit inquirere ab eis, quid[d] super hac re faciendum censerent. Cyprianus[e] Arelatensis regi respondit: 'Quia, ut liquido claret, puella haec, cum a daemonio erueretur, hoc se voto, quod perfecisse videtur, constrinxit, cavendum tibi est, ne forte[f], si irritum feceris votum eius, redivivo daemonum comprimatur incursu, et sint illi novissima[g] peiora prioribus; tu vero tanti cri- 10 minis reatum incurras'. Rex ergo iustitiae tenax et timore Domini plenus huic consilio devotae mentis pandit assensum, et ingressus ecclesiam, fecit afferri vestem[h] nuptiis praeparatam et coronam sponsae nitoribus imponendam. His allatis, dum puellam ad se iussisset accedere, sponsa Dei, iam agni comitatibus haerens, avelli non potuit ab altari, quia se timebat de ecclesia protrahendam. 15 Cumque instantius[i] arae cornibus inhaereret[k], rex eam, ne timeret, admonuit: 'Hodie', inquiens, 'per omnia tuae[l] voluntatis videbis[m] effectum'. Porro illa inter spem et[n] metum posita, caput super altare reclinans: 'Ecce', ait, 'ancilla Domini; fiat mihi[o] secundum voluntatem eius[p]'. Rex vero iussit sacerdotibus, ut elevarent[q] eam et ad se perducerent. Quo facto, induta est[r], illo[s] iubente, veste regali et 20 sacro velamine coronata. Intuitus[t] autem eam[u] rex religiosus, dixit illi: 'Ecce! meis te nuptiis praeparatam sponsi caelestis, domini nostri, videlicet[v] Iesu Christi, credo[w] complexibus'. Et dexteram eius comprehendens posuit in altari; deinde ecclesiae limen[x] excedens, lacrimis absconditum[y] patefecit amorem. Post haec vocavit eam et iuxta se fecit in palatio residere et donis ingentibus honoratam 25 praetulit monasterio ancillarum Dei, quod in honore beati Petri[z] principis apostolorum constructum est in Mettensium[a] civitate, ubi[b] gesta sunt universa, quae proxima narratione retulimus. In his autem omnibus perficiendis secuta est puella consilium beatissimi Galli, qui eam, Domino auxiliante, a daemonio liberavit.

cf. Luc. 1, 38.

30 23. Per idem tempus Iohannes diaconus, perseverans apud venerandum[a] patrem, prudentiam, quae in eo caelitus[b] abundabat, studio sitienti potavit, in absolutione dumtaxat difficilium scripturae divinae quaestionum et intemeratae[c] fidei ratione. Operis quoque cottidiani, quod idem egregius apostolicae districtionis[d] imitator sedula accelerabat[e] instantia, non solum dilexit scientiam[f], verum 35 etiam comprehendit. Gratia enim illustratus divina, quicquid vel visu vel auditu percepit, altae memoriae et, ut ita dixerim, armario cordis celer inseruit et sub huius magisterii disciplina[g] cum omni mansuetudinis[h] et humilitatis custodia triennium duxit.

III. Capp. 22. 23. 1*a. a*[1]*. b. c*[1. 2]*. d.* 2*a. b. c. d. e. f. g***.* 3*a. b. c.* 5*a.*

40 *Cap.* 22. a) ut t. i. 3*b*. b) supcepi 3*c*. c) illi 2*f*; ei *post* fuerant 2*e*. d) qui *pr. m.* 3*c*. e) Cipr. 2*a*. f) si f. 2*e. g**. g) *om.* 3*b*. h) vestimentum 3*c*. i) constantius 5*a. b*; obnixius *Wettinus*. k) inheret 3*b*. l) *superscr.* 3*a*. m) *om., sed m. al. suppl.* implebo 3*b*. n) spem metumque 3*a. b*. o) *om.* 3*a*. p) v. tuam 2*d. f*; verbum tuum 2*e*. q) elevaret 1*a*[1], *corr.* r) *m. al. suppl.* 2*a*. s) illa 3*a*, *corr.* t) Intuens 3*b*. u) r. r. eam 3*b*. v) *om.* 2*c. g**. 45 w) trado 3*a*. x) lumen 2*g** *et pr. m.* 2*a*. y) p. am. absc. 1*d*. z) *om.* 1*c*[2]. a) Metensium 1*c*[1. 2]*. d.* 2*c. e. f.* 3*a. b*. b) ibi 3*b*.

Cap. 23. a) verandum *pr. m.* 2*a*; venerabilem 2*c*. b) *om.* 3*b*. c) intenerate *pr. m.* 3*c*; temerate 3*b*. d) distructionis *m. al. corr.* destr. 3*b*. e) accelerebat *pr. m.* 1*d*; accellerabat 3*c*; accelebrabat 3*b*. f) *om.* 3*b*. g) disciplinā 3*b*. h) mansuetudine 3*b*.

24. Post haec dux sepe[a] iam dictus[1] per epistolam suam virum Dei rogavit, ut ad[b] Constantiam oppidum perveniret ad eligendum[c] qui eidem sedi praeficeretur antistitem. Advocavit autem Augustidunensem[d] et Veridunensem[e, 2] episcopos cum multitudine[f] clericorum; Nemidonae[g] etiam, quae a modernis Spira vocatur, venire fecit episcopum necnon per nuntios et epistolas suas totius Alamanniae[h] presbyteros, diaconos universasque clericorum copias generaliter die denominata, id est proxima paschae dominica, apud Constantiam convenire[i] praecepit[k]. Ipse quoque cum principibus et comitibus[l] suis huic intereat[m] conventui[n]. Cumque haec synodus tantae multitudinis celebraretur accessu et trium spatio denuntiaretur[o] futura dierum, beatissimus[p] Gallus divino plenus consilio, assumptis Iohanne et Magnoaldo[q] diaconatus officio sublimatis, perrexit ad oppidum; ingressoque eo locum[r] concilii, dux huiusmodi verba profudit: 'Deus omnipotens, cuius providentia totum corpus ecclesiae augmentatur et regitur, per interventionem[s] et meritum beatae Mariae semper virginis, in cuius honore[t] locus iste consecratus est, effundat[u] hodie[v] super nos Spiritum sanctum ad eligendum pontificem, qui ad regendam plebem fidelium sit idoneus et ad gubernandam ecclesiam Dei pastorali sit diligentia plenus'. Ammonuit deinde pontifices et omnem[w] clerum, ut iuxta saluberrima[x] canonum decreta rectorem ecclesiae providerent[3]. Coeperunt autem omnes clerici ad invicem dicere[4]: 'Gallus iste testimonium habet bonum ab omnibus, qui eius vitam noverunt. In scripturis divinis scientiae culmen optinuit et in omni vitae honestate sapientiae luce refulget; iustitiae autem vitae castitatem corporis sociavit, mansuetudinem[y] cum[z] humilitate possedit[a]; continentiae vero salutari patientiam[b] iunxit. Largitor est[c] elemosinarum, orfanorum pater, in viduarum solatiis alacer. Hunc omnium sectatorem[d] virtutum decet esse pastorem populorum'. His auditis, dux dixit ad illum: 'Audis, quid isti locuntur et affirmant?' Sanctus pater respondit: 'Bene quidem dicunt; utinam verum esset, quod fatentur. Cum autem invicem talia tractant, nesciunt in canonibus esse prohibitum, ne aliqui de locis suis commigrantes aliis facile ordinentur in locis. Est vero mecum diaconus quidam nomine Iohannes vicinorum indigena locorum, cui merito testimonium, quod isti mihi dederunt, potest aptari. Hunc divino credens electum[e] iudicio, vobis offero promovendum'.

25. Cumque hac attestatione vir sanctissimus in Iohannem cunctorum concitaret amorem, — neque enim aliud de[a] illo credere poterant, quam quod vir Deo[b] carus asseruit, — dux diaconum venire fecit in medium: 'Tu es[c]', inquiens, 'Iohan-

III. Capp. 24. 25. 1*a. a*[1]. *b. c*[1. 2]. *d.* 2*a. b. c. d. e. f. g**. 3*a. b. c.* 4 *(a l. 9, cf. n. o).* 5*a.*

Cap. 24. a) iam sepe 1*c*[2]. b) *om.* 2*a.* c) eliendum *pr. m.* 3*b.* d) Augustudunensem 2*c. e. f. g**; Augustidonensem 3*a*; Augustidinensem *m. al. corr.* Augustidun. 2*d.* 3*b.* e) Ver:dun. 2*a (pr. m.)*; Veridunesem 2*d.* 3*b*; Veridonensem 3*a*; Viridun. 2*c*; Virdun. 2*f. g**. f) multitude *pr. m.* 1*a*[1]. g) Nemidone 2*b. d. e. g**. 5*a*; Nemidoniae 3*a*; Nemetinę 2*f.* h) Alamaniae 1*a*[1]; Alem. 2*f.* i) convenere *pr. m.* 3*b.* k) pręcipit *pr. m.* 1*b.* l) commitibus 3*c*; commotibus *m. al. corr.* commitibus 2*a*; comitatibus 1*b.* 3*a.* m) intereat 1*c*[1]. n) conventu 3*a. c.* o) *in* tiaretur *redit* 4. p) betissimus 1*a*[1], *corr.* q) Magnoaldus? *pr. m.* 3*c.* r) locu (?) *pr. m.* 3*c.* s) inventione *m. al. corr.* interventione 3*a.* t) honorem *pr. m.* 3*b.* u) effunde 3*a.* v) s. n. h. 2*e*; h. *om* 2*g**. 3*b.* w) omne 3*a.* x) saluberririma *pr. m.* 3*c.* y) m. c. h. p. *atram. alio in loco vacuo relicto suppl.* 3*b.* z) *m. al. in litura* 1*a.* a) possedet 4, *corr.* b) patientiem 3*c*, *corr.* c) *om.* 1*c*[2]. 3*b.* d) sectator *pr. m.* 3*c*; v. s. 5*a. b.* e) *om.* 3*b.*

Cap. 25. a) cr. p. de illo 5*a (non 5b).* b) Dei 3*a.* 4 *(pr. m.).* c) Tune es i. 1*d*; Tune, inquiens, es 1*c*[2]; Tuens *(ras.* n*)* inquiens 3*b*; Tu inquiens es 2*f.*

1) Cunzo *Wettinus.* 2) *Eum Wettinus omisit.* 3) *Wettinus:* eligerent, quem voluissent. 4) *Wettinus addit:* simul cum eis populo proclamante.

nes diaconus?' Et respondit[a]: 'Ego plane'. 'Unde', ait, 'ducis propaginem generis[b]?' Et dixit: 'In Rhetia[c] Curiensi mediocri natalium dignitate sum procreatus'. Dux vero ad illum: 'Potesne', inquit, 'pontificalis infulae pondus subire?' Tunc venerabilis Gallus se pro filio responsurum promisit. Et dum haec[d] mutuo sermo-5 num commercio[e] pertractarent, subtraxit se diaconus et fugiens latibulum quaesivit in ecclesia sancti Stephani martyris, quae est extra oppidum. Secuti sunt autem[f] sacerdotes cum plebe et apprehensum lacrimis perfusum felicibus, licet[g] renitentem[h], in praesentiam[i] pontificum pertraxerunt et ducis et levaverunt, omnes pariter vocem dicentes: 'Iohannem[k] elegit sibi Dominus pontificem hodie'. Et respondit 10 omnis populus: 'Amen'. Episcopi itaque duxerunt eum ad altare et sollemni[l] benedictionis officio[m] ordinaverunt antistitem[n]; consummatoque[o] sacrae promotionis ministerio[p], rogaverunt eum sacrificii salutaris[q, 1] celebrare mysteria. Praemissis ergo ex more divinae libationis initiis, post lectionem euangelii rogavere[r] venerabilem[s] Gallum, ut multitudini quae[t] aderat verbi officio sacrae instructionis pabula 15 ministraret. Qui, assumpto Iohanne episcopo, gradum[2] ascendit, eo videlicet pacto, ut ipse quidem aedificationis instrumenta colligeret, episcopus vero ad utilitatem barbarorum[u] bene prolata interpretando[v] transfunderet[w]. Coepit igitur verbum facere de initio creaturarum et Adae[x] peccatum, pro quo depulsus est[y] paradyso, commemorare. Transiens inde ad diluvium, patriarcharum consequenter tempora 20 perstrinxit et actus. Egressum quoque filiorum Israhel de Aegypto et transitum per mare Rubrum legisque lationem per Moysen et caelestis alimenti miracula replicavit. Regum deinde successiones et tempora prophetarum breviter attingens, adventus dominici tempus[z] retexuit. Baptismum etiam salvatoris et mirabilium[a] eius gloriam commemorans, crucis ignominiam cum[b] impiis insectationum generibus 25 veraci relatione subiunxit. Haec audientes ecclesiae pastores, cum populi multitudine lacrimas fuderunt uberrimas et ad invicem dixerunt: 'Vere Spiritus sanctus locutus est hodie per os[c] viri istius'. Ille vero praedicationem perduxit usque ad resurrectionem Christi et in commemoratione[d] generalis iudicii terminavit. Omnes ergo qui aderant, alacri mentis exultatione repleti, benedicebant Dominum[e] et ad 30 sua cum[f] gaudio remeabant. Doctor itaque venerabilis, manens apud Iohannem episcopum septem[g] diebus, inter multa salutiferae consolationis verba haec sepius inculcavit[h]: 'Quem Deus elegit, homo non despiciet; sed erit omnium veneratione sublimis, quem divinum commendat iudicium'. Deinde, accepta ab[i] eo benedictione, reversus est ad cellulam[k] suam. Episcopus autem iussit[l] his qui rebus 35 episcopii[m] praeerant[n], ut[o] ad virum Dei cum sibi subiectis[p] venirent et eius ob-

III. Cap. 25. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1.2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g**. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 25. a) respondens 3*b*. b) *in mg. suppl.* 1*a*. c) Rhecia 2*d*; Retia 3*c*, *corr.*; Rhretia 5*a*. d) hoc 3*c*. e) commercia 2*g**; commercii 3*a*; commertium *corr.* commertio 3*b*. f) eum *add.* 1*c*[1.2]. 2*g**. g) *om.* 3*b*. h) retinentem 3*c*. i) praesentia 3*a*. k) Iohannes 1*c*[1], *corr.* l) sol-40 lemnis 3*a*. m) officiu *pr. m.* 2*a*. n) antestitem *pr. m.* 2*a*; pontificem 2*f*. o) Cosummatoque 1*a*. p) ministerii 3*a*; offitio 2*e*. q) altaris 1*c*[2]. r) rogaverunt 3*a*. s) venebilem 4. t) qui aderant 3*a*. u) barbaro *pr. m.* 3*a*; plebis 2*f*. v) interpetrando *pr. m.* 3*c*. w) tranfunderet 3*c*. x) Adę *pr. m.* 4. y) de *add.* 2*d cum edd.* z) temporis 3*a*. a) miraculorum e. gl. 2*f*; mirabilia e. (*om.* gl.) 2*e*. b) c. i. i. g. *in litura* 5*a*. c) hos 3*c*; :os 2*a*. d) commemorationem 4. e) Deum 45 3*c*. 4; Dominum — remeabant *pr. m. in mg.* 1*a*[1]. f) r. c. g. 3*b*. g) d. s. 3*a*. *b*. h) in::: culcavit, *ras.* cau (?) 4. i) ab eo *om.* 1*a*. 2*e*; ab ea 2*g**; ben. ab eo 4. k) cellam 2*e*. 3*b*. l) *om.* 3*a* (*cf. n.* n). m) eposcopii 2*a*, *corr.*; episcopiis 2*g**. n) praecepit *m. al. add.* 3*a*. o) *m. rec. suppl.* 3*c*. p) *m. al. superscr.* 1*a*.

1) *Wettinus:* missarum sollemnia. 2) *Wettinus:* eminentiorem locum.

temperarent iussioni. Post haec tanto studio caritas[a] mutua servabatur utrimque[b], ut spiritalis[c] glutino clientelae[d] sibi[e] semper cohaerentes solo corpore viderentur divisi. Magister paterna sollicitudine, praecibus et consilio salutari mathiten refovebat; ille vero paterno honore et omni necessitatum[f] subsidio didasculum[g] sublevabat. Sicque sacra piorum societas aucto crescebat honore[h] et multiplicato commendabatur amore[i].

26. Tempore subsequenti coepit virtutum cultor eximius oratorium construere, mansiunculis per girum dispositis ad commanendum fratribus, quorum iam duodecim[a] monastici sanctitate propositi roboratos doctrina et exemplis ad aeternorum desideria[b] concitavit. Quadam itaque[c, 1] die, dum post laborem matutinalis officii quiescendi gratia lectos suos reviserent[d], primo diluculo vir Dei vocavit Magnoaldum[e] diaconum suum, dicens illi: 'Instrue sacrae oblationis ministerium[f], ut possim divina sine dilatione celebrare mysteria'. Et ille: 'Num[g]', inquit, 'tu[h] pater missam celebrabis?' Dixit ergo ad illum: 'Post huius vigilias noctis cognovi per visionem, dominum et patrem meum Columbanum de huius vitae angustiis hodie ad paradysi[i] gaudia commigrasse. Pro eius itaque[k] requie sacrificium salutis[l] debeo immolare'. Et signo pulsato, oratorium ingressi, prostraverunt se in orationem et coeperunt missas agere et praecibus insistere pro commemoratione[m] beati Columbani. Finito[n] sacrae devotionis officio, venerabilis[o] Gallus dixit ad Magnoaldum diaconum: 'Fili[p], non tibi grave videatur petitionis meae pondus, sed arripe viam et Italiam petito, pertransiensque[q, 2] usque ad[r] monasterium quod[s] Bobium nominatur, diligenter perquirito, quid actum sit circa abbatem meum. Nota ergo diem et horam, ut si eum compereris[t] esse[u] defunctum, possis agnoscere, utrum visio mea veritatis fulciatur effectu. Haec ergo omnia[v] sollicita investigatione perdiscens, regressus nuntiabis mihi'. Diaconus ad pedes magistri[w] provolutus ignotum sibi iter esse conquestus est, sed vir[x] benedictus voce blanda[y] eum[z], ne timeret, admonuit[a]: 'Perge', inquiens, 'et Dominus diriget gressus tuos'. Hac consolatione roboratus, pii doctoris alumnus praecepto[b] paruit, et accepto[c] benedictionis viatico, viam festinanter aggressus est. Cumque pervenisset ad monasterium, ut volebat, invenit omnia ita[d] contigisse, sicut patri suo per visionem fuerant revelata. Mansit autem[d] ibi una[e] nocte et accepit a fratribus epistolam ad beatum Gallum, continentem venerandi[f] transitum Columbani. Qui et baculum ipsius, quem vulgo cambotam[g]

V. Galli vet. c. 1.

III. Capp. 25. 26. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1, 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g**. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 25. a) caritatis, *om.* m. 3*a*. b) utrumque 3*a*. c) spiritualis 2*d*. 4; specialis 2*g**. d) clien : : *pr. m.* 1*a*. e) semper sibi 5*a*. *b*; is semper 2*e*. f) necessitatem (?) *pr. m.* 1*a*[1]. g) *ita* 1*a*. 2*g*. 3*a*. *c et pr. m.* 2*c*. *d*. *f (cf. V. Galli metricam v.* 1078, *Poetae II,* 456*)*; didasc : lum *pr. m.* 1*b*; didascolum 5*a*. *b*; didascalum *rell.* h) amore 3*a*, *m. rec. in litura scr.* 3*c*. i) honore 2*f*. 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 26. a) duodeci *pr. m.* 3*c*. b) desiderio 3*a*. c) d. i. 3*b*, *corr.* d) revivescent *pr. m.* 3*b*. e) Malnoaldum 1*a*. f) ministeria 2*g**. 3*b*. g) non *pr. m.* 3*b*. h) tu *ante* inquit 2*g**, *post* pater 4. i) paradisum 3*c*, *corr.* k) ergo 2*b (pr. m.)*. *g**. l) salitis *pr. m.* 3*c*. m) commemorationem *pr. m.* 3*a*. 4. n) que *add.* 2*f*; autem *add.* 3*b*. o) *versu ineunte om.* 1*c*[2]. p) F(ili non tibi *in litura*) 1*c*[1]. q) que *om.* 4. r) *om.* 3*c*. s) qui 3*a*. t) comperis 3*a*, *corr.* u) *om.* 3*b*. v) nomina, *m. rec. superscr.* vel omnia 3*c*. w) mihi, *superscr.* eius 5*a*. x) Dei *add.* 3*b*. y) blande 3*c*. z) eum adm., ne t. 2*f*; eum ne t. *om.* 4. a) (dicens *add.*) perge *(om.* i.) 4. b) *om., sed m. al. ante* al. *suppl.* praeceptis 3*b*. c) Gallum *add.* 3*c*. d) *om.* 3*b*. e) n. u. 5*a*. f) veneranda 3*c*, *corr.* g) *corr.* campotam 3*c*; campo(tam *m. al. add.*) 2*a*; cambocam 2*g**; cambutam 2*e*; cambuttam 1*d*. 2*c*. *f*.

1) *Wettinus addit:* dominico. 2) *Inde ab hoc loco textus cum Vita vetustissima collatus est.*

V. Galli vet. c. 1.

vocant, per manum diaconi transmiserunt, dicentes, sanctum abbatem ante transitum suum[a] iussisse, ut per hoc[b] notissimum pignus Gallus absolveretur. Dimissus[c] autem ab illis, iter acceleravit, et prospere in omnibus agens, die[d] octava pervenit ad dominum[e] suum et patrem, ferens epistolam relationis et absolutionis indicium. Lecta epistola, sanctus Gallus carissimi patris amorem[f] pleno retinens corde, lacrimas profudit uberrimas, et[g] collectis fratribus, causas[h] meroris aperuit[g]. Deinde tanti patris memoriam[i] praecibus sacris et[k] sacrificiis salutaribus frequentarunt[l].

ib. c. 2.

27. Contigit autem quadam[a] die, dum in construendo oratorio cum fratribus laboraret, ut tabula quaedam parieti imponenda brevior ceteris mensura palmorum[a*] quattuor appareret. Quam dum eiusdem operis artifices vellent abicere, beatus Gallus virtutis, quam in Domino habebat, sibi conscius, iussit eos ab opere disiungere[b] et domum ad percipiendam[c] secum refectionem, quam Dominus praeparavit, intrare. Quibus secundum iussionem eius facientibus benedictum panem manu[d] sua porrexit. Post[e] prandium autem, cum omnes pariter opus repeterent imperfectum, invenerunt tabulam, quam propter sui brevitatem pridem abicere[f] voluerunt, ceteris omnibus longiorem mensura[g. 1] dimidii pedis[h], et ammiratione de eo quod[i] evenerat[k] habita, lignum, quod mirabili creverat modo, in loco suo parieti aptaverunt. Quod ipsum[l] longo deinceps tempore a fidelibus expetitum, Domino faciente, dentium[2] doloribus efficaciter medebatur[m], praeter[n] antiqui commemorationem miraculi novis semper effectibus honorandum. In quo facto[o] meritorum eius magnitudinem et orationis possumus pensare[p] virtutem; quia et lignum aridum contra naturam incrementis auctum est, et ne vetus aboleretur miraculum, rediviva signorum attestatione semper est repetitum.

28. Post haec abba[a] monasterii quod Luxovium dicitur nomine Eustasius[b], quem bonae memoriae Columbanus eidem loco[c] praefecit, ab huius exilio vitae ad supernam patriam commigravit. Fratres ergo in eodem coenobio[d] constituti consilium inierunt, ut venerabilem Gallum revocarent et eius regimini[e] se subdendo contraderent. Miserunt itaque sex fratres ex his[f] qui ab Hibernia venerunt, qui epistolam ferrent, continentem causas[3] eiusdem[g] legationis. Igitur[h] illi recto itinere cum ad viri Dei cellam pervenissent, nuntiati advenisse, ducti sunt ad orationem; qua[i] expleta, domum ingressi, porrexerunt epistolam. Quam ut vir[k] sanctus perlegit, dixit illis: 'Ego quidem, o fratres, verba prophetae

ib. c. 3.

III. Capp. 26—28. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1. 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g*[*]. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 26. a) *om.* 4. b) hunc no : tissimum (*ras.* c?) 3*a*. c) Dimissis 3*a*. d) de 3*c*, *corr.* e) s. d. 3*b*. f) amore *pr. m.* 3*c*. g) et — aperuit *om.* 3*c*. h) causa 3*a*. i) memoriā *pr. m.* 3*c*. k) et sacrificiis *om.*, obsequiis *m. rec. in mg. suppl.* 3*c*; et hostiis *pro* et s. 2*f*. l) frequentaverunt 2*a*. 3*c*.

Cap. 27. a) quadem 4. a*) palmarum *pr. m.* 1*a*[1]. b) *corr.* disiungi 5*a et ita* 2*f*. c) percipiendum 3*b*. d) m. sua *in mg. suppl.* 1*a*. e) *om.* 1*d*. f) abiecere 3*b*, *corr.* g) mensuram 3*a*. h) ped : : *corr.* pedis 2*a*; pedes *pr. m.* 3*c*. i) q. ev. *om.* 4. k) evenerit habiti *pr. m.* 3*c*. l) ibsum 1*c*[1], *corr.*; ipso 3*a*. m) medabatur 3*a*; medebitur *pr. m.* 3*c*. n) Propter 1*c*[2] (*non* 1*c*[1]). 2*f*. 3*a*; vel propter 2*e*. o) ficto *pr. m.* 3*c*. p) inpensare 3*c*, *corr.*

Cap. 28. a) abbas 2*e*. *f*. *g*[*]. 4. b) Estasius 1*a*[1] (*pr. m.*). 3*c*. c) *om.* 2*e*, *m. al. post* praef. *superscr.* 2*b*. d) coenubio 3*a*; loco *pr. m.* 2*b*. e) regiminis 3*a*. f) ex his *om.* 2*e*. *f*, *pr. m. in mg. suppl.* 1*c*[1], *m. al. superscr.* 2*b*. g) eius 3*b*; huius 4. h) Illi igitur 2*e*. *f*. i) Quo 3*a*. k) Dei *add.* 3*b* (*ubi* s. *deest*). *c*.

1) *Ita Wettinus.* 2) *V. Galli vet. deficit.* 3) *V. Galli vet. redit.*

V. Galli vet. c. 3.

cupiens imitari dicentis: *Extraneus factus sum fratribus meis et peregrinus filiis*[a] *matris meae*, deserui notos meos et propinquos, et ut liberius Domino[b] possem vacare, solitudinis elegi secreta; utque parentum et praediorum dimissionem praeteream, episcopatus honorem et divitias mundi suscipere non consensi. Et quo pacto post hanc renuntiationem et voluntariam paupertatem saeculi implicabor[c] negotiis[d], exaltabor honoribus, ponderibus aggravabor? Absit, inquam, ut qui manum in aratrum misi, oculos ad relicta retorqueam[e] et sicut[f] canis revertar ad vomitum. Scitis[g] ipsi, me inter vos positum humilitati semper dedisse operam[h] et subiectioni; et quomodo creditis, ad tanti culminis me provocari posse fastigium? Innovate consilia, aliorsum vos vertite; mihi, quod animo semel[i] infixum est, Dominus immutari non sinet'. His et similibus verbis animos[k] eorum ab spe impetrationis huius amovit. Vocavit deinde[l] unum e[m] fratribus et eum[n] interrogavit, quid essent[o] tempore refectionis sumpturi. Cumque[p] responsum esset, tantummodo[q] sextarium farinae ad usum haberi cunctorum, iussit fieri[r] panes, dicens: 'Potens est Dominus parare mensam in deserto'. Et cum fecisset holera[s] colligi, ipse sumens rete et unum ex discipulis suis, cum fratribus qui supervenerant[t] ivit ad gurgitem, dicens: 'Videamus, utrum misericors Dominus aliquos[u] nostris velit[v] necessitatibus largiri pisciculos'. Cumque pervenissent ad gurgitem, viderunt piscem magnum in aquae collectione natantem duosque illum insequi lutros[w], quasi capere[x] fugientem volentes. Immisso[y] reti[z], captum eum traxerunt ad litus. Habebat autem in longitudine palmos[a] XII et in latitudine IIII. Quo facto, lutri[b, 1] se profundis immergunt. Imposito rursum reti, cum piscatores sancti piscium latebras pulsando inquietarent, iterato lutri apparuerunt, piscium[c] tantam[d] multitudinem propellentes[e] in rete, ut[f] id[g] sua pluralitate per loca disrumperent. Praeda itaque ad litus perducta, vir discretione plenissimus quosdam pisces, adiuvantibus qui aderant, rursus in aquam proiecit et fratribus dixit: 'Hodie propter[h] adventum vestrum[i] mirabilem suae largitatis evidentiam Dominus manifestare[2] dignatus est'. Illi econtra meritis ipsius quod factum fuerat imputantes, eo[k] alacriter praeeunte, domum redierunt. Et ecce! iuxta[l] introitum cellulae vir unus apparuit, ferens duos utres vino plenos et ternos farinae modios ob suae devotionis indicium. Quibus cum gratiarum actione susceptis, cibum sumpserunt et post corporis refectionem spiritalis colloquii dapibus animas suas pascere studuerunt. Detinuit[m] autem eos beatus Gallus aliquantis secum[n] diebus et caritatis intuitu omni humanitatis fovit[n] obsequio. Narravit[o] quoque de communi patre, beato videlicet[n] Columbano, quod certa relatione didi-

III. Cap. 28. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1. 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g**. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 28. a) filius 3*c*, *corr.* b) D. possim 3*a*. *b*; possim D. 4; p. *om.* 3*c*. c) implicor 3*b*. d) n. e. *m. al. superscr.* 1*a*. e) torqueam 5*a*. *b*. f) sic:: revertar 3*c*. g) Sitis *pr. m.* 3*c*. h) opera 4. i) *eras.* 3*c*. k) *in litura* 5*a*. l) hunum d. 3*c*; autem u. 2*e*. m) de 1*c*[1. 2]. *d*. 2*e*. *f*. n) *om.* 1*c*[2]; i. eum 2*f*. o) esset *pr. m.* 3*c*. p) Cum (*om.* que) 2*a*; Cui cum 2*f*. q) tantummodum 3*c*, *corr.* r) p. f. 3*a*. *b*; *haec om., sed m. rec.* afferri *in litura scr.* 1*d*. s) honera *pr. m.* 3*c*. t) supervenerat 3*b*. u) aliquod 3*a*. v) nec. v. 3*b*. w) lutres 2*g**. 3*a*. x) f. c. 3*c*; capere cum volentes 3*b*. y) que *add.* 2*c*. *e*. z) rete 3*c* (*pr. m.*). 4 (*ut infra*). a) palmas 1*a*[1]. 2*d*. *g**. b) lutris 3*a*. c) *om.* 3*c*. d) tanta 3*a*; tantum 2*a et pr. m.* 3*c*; *om.* 2*g**; m. t. 3*b*. e) pellentes 3*c*. f) *pr. m. superscr.* 3*c*. g) in 3*c*; ad *pr. m.* 4. h) pro 3*a*; per 2*f*. i) nostrum *pr. m.* 3*b*. *c*. k) et 3*a*. l) iuxt:a, *ras.* r 5*a*. m) Tenuit 3*b*. n) *om.* 3*b*. o) Narraverunt 1*c*[2].

1) *V. Galli vet. hiat.* 2) *Eadem redit.*

cerat. Deinde, osculo pacis oblato, dimisit eos, et illi benedictione tanti patris armati, ad sua remearunt[a]. V. Galli vet. c. 3.

29. Nec[a] multo post, cum iam bonorum[b] omnium auctor et propagator athletam suum de mundi agone sublatum praemiorum laureis vellet perennibus adornare, Willimarus presbyter veniens ad cellam viri[c] sancti[d], rogavit eum, ut secum egrederetur ad castrum. Et ut optineret[e], quod voluit, huiusmodi[f] voce flebili[g] querimoniam summissus explicuit[h]: 'Cur', inquiens, 'o pater, me, qui[i] tuorum monitis dictorum innitor, quasi despectum[k] dereliquisti[l] et doctrinae tuae salutaribus institutis auditorem[m] fraudasti[n] benivolum? Cui hanc abiectionem[o] asscribere possum, nisi peccatorum meorum foetoribus? Nisi enim vita mea tuo displiceret iudicio, amabili me aedificationis tuae non privares solatio. Nunc ergo noli nos pro peccatis nostris abicere, sed Domini[p] provocatus mandatis, viam veritatis desiderantibus aperi et solitae nobis benignitatis munus impende'. Motus igitur hoc[q] supplicantis alloquio, pietatis amator descendit cum illo et venerunt ad castrum. Vocata autem multitudine, in die sollemni vir[r] sanctus praedicationis dulcedine avidorum[s] corda refecit et[t] tanta quae dixerat sapientiae luce vestivit[u], ut[v] summa omnium gratulatione auditus et plena cunctorum veneratione sit honoratus. Biduo itaque ibidem[w] ducto, tertia die febre correptus, tantum in brevi eius violentia depressus est, ut nec ad cellam[x] redire nec cibi sustentaculum potuisset[y] percipere. Cumque hac infirmitate per dies quattuordecim laborasset, die sexto decimo[z] mensis Octobris, id est XVII.[a] Kl. Novembres[b], expletis nonaginta quinque annis suae aetatis in senectute bona, huius vitae liberatus ergastulo, animam meritis plenam felicibus reddidit[c] bonis inhaesuram perennibus. ib. c. 4.

30. Cum[1] igitur audisset Iohannes Constantiensis[a] ecclesiae praesul, beatum Gallum apud Arbonam infirmari, ascendens[b] naviculam, potuum[c, 2] et[d] ciborum ea secum genera tulit, quae[e] infirmitate laboranti noverat congruere, ut videlicet sua[f] visitatione fidissimum[g] refoveret amicum. Cumque portui[h] propinquaret[i], audivit in domo presbyteri planctum magnum circa funus viri Dei celebrari et interrogavit, quae tanti[k] esset causa ploratus. Audiens autem Gallum venerabilem, firmissimum[l] suae[m] familiaritatis ib. c. 5.

III. Capp. 28—30. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1. 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. *g**. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 28. a) *in litura* 1c[1].

Cap. 29. a) Non post m. 3*c*. b) o. b. victor 3*b*. c) s. v. 5*a*, *corr*. d) Dei 2*c*. *g**. e) optinere 3*a*. f) huius 3*b*. g) flebili:, *ras*. s(?) 1*c*[1]. h) explicavit 3*a*. i) quatuor m. *pr*. *m*. 3*b*. k) *om*. 2*f*; disp. *pr*. *m*. 3*c*. 5*a*. l) derelequisti *pr*. *m*. 2*a*. m) adiutorem 2*a*. n) fradasti *pr*. *m*. 3*b*. o) obiectionem 2*c*. 3*a*. p) Domino 3*a*; *om*. 3*b*. q) *m*. *rec*. *in litura* 3*c*. r) sanctus vir 5*a*. s) *in litura* 3*b*; allidorum 3*a*; avida populorum c. 2*e*. t) E(t *m*. *rec*. *add*.) 3*c*. u) festivit 2*a*; vesti::vit 4. v) cum *add*. 3*b*. w) ibi deducto 3*a*. x) cella 3*a*. y) perc. pot. 3*b*. z) VI decima 3*b*; quinto decimo 3*a*. a) XIIII. 3*c*; sexto decimo 2*e*. b) *ita pr*. *m*. 1*a*. *c*[1]. 3*b*. 5*a*; Novembris *rell*. c) reddit 1*c*[2].

Cap. 30. a) Constansiensis *pr*. *m*. 3*c*. b) in *add*. 2*g**. 4. c) potium 2*a*. 3*b*; potum 2*b*. d) ac 4. e) in *add*. 2*d*. *e*. f) sua:, *ras*. m(?) 3*c*. g) fidelissimum 3*c*. h) portu 3*a*. i) adpropinquaret 2*a*. k) t. c. e. 2*b*. *f*; e. t. c. 2*g*; c. e. t. 5*a*. *b*; tanta e. c. 3*a*. l) firmis:: *pr*. *m*. 3*a*. m) s. f. *om*. 3*b*.

1) *Capita* 30—34. *libro primo attribuit Walahfridus, quae ad secundum pertinent apud Wettinum, atque etiam auctor vetustissimus h. l. partem priorem concluserat, ad signa et virtutes post obitum sancti patrata iam transiens.* 2) *Textus V. Galli vet. h. l. mutilatus est.*

V. Galli vet. c. 5.

custodem, de huius saeculi emigrasse periculis, misit se in aquam, — neque enim poterat propter nimium dolorem sustinere, donec navicula[a] litus attingeret, — descendensque cum his qui[b] secum venerant, intravit[c] domum presbyteri, lugubri voce et corporis gestu merorem cordis insinuans. Invenit autem corpus[d] viri sancti iam[e] involutum et in loculo[f] repositum; aperiensque sarcofagum et exanime amici cadaver[g] inspiciens, amariores cum hac voce lacrimas dedit: 'Heu, heu pater amate, heu doctor egregie! Cur me de domo patris eductum in his periculis quasi orfanum dimisisti et confidentiam meam, qua de tuis consiliis plurimum praesumebam, immatura[h] morte rupisti? Tibi quidem[i] in perceptione praemii, quod tam ardenter desiderabas, haec tua mors est fructuosa; nobis autem in tot mundialium[k] perturbationum procellis laborantibus multipliciter[l] est luctuosa. Sed qui de vitae corporalis[m] interruptione dolemus, de animae immortalis libertate gaudere debemus certi, quia orationibus non desinas adiuvare, quos consilio et exemplis roborare consueveras'. Inter haec verba presbyter eum, ut surgeret, monuit, et[n] pro requie defuncti ambitiosius Dominum praecaretur. Intraverunt itaque[o] ecclesiam, et episcopus pro carissimo salutares hostias immolavit[1] amico. Finito autem fraternae commemorationis obsequio, respiciens post tergum[p], vidit fossam, in qua sanctum corpus humare volebant. Acceptaque cruce et his quae exequiis[q, 2] exhibentur[r], intraverunt domum, volentes thesaurum praeciosi corporis ad locum sepulchri deducere. Cumque[s] arcam, qua claudebatur cadaver feretro impositum[t], ad fossam sepulturae conarentur deferre, nullis viribus usquam[u] potuit commoveri. Quod novi genus miraculi dum mutuis mirando colloquiis retractarent, Iohannes[v] episcopus dixit: 'In veritate cognosco, hanc sepulchri sedem patri meo Gallo non placere'. Et iussit presbytero[w], ut duos equos inveniret indomitos et faceret introduci. Quod cum[x] factum esset, straverunt eos cum magno labore et ad locum ubi corpus iacebat duxerunt, et[y] episcopus cum clero huiuscemodi orationem dedit: 'Deus, qui per potentiam maiestatis tuae ubique totus es, pro cuius amore vir iste[z] reliquit patriam[a, 3] suam, ut praecepta tua conservaret, fac corpus eius[b] ab his equis indomitis ferri in locum, quem tua voluntas meritis ipsius praevidit'. Cumque finita esset[c] oratio, cuncti[d] qui aderant 'Amen' responderunt.

31. Congruum videtur in hoc loco retexere miraculum, quod Dominus inter sui confessoris exequias[a] exhibere dignatus est, quo[b] liquido cunctis ostenderet, servum suum secum[c] veraciter tunc[d] vivere, dum carnis huius[e] carcere liberatur.

Capp. 30. 31. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. g^*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 30. a) navicula — cum *om., sed m. al. suppl.* cum 3*b*. b) *m. al. suppl.* 3*a*. c) in *add.* 2*e*. g^*. 3*b*. d) corpori sci̅ viri *corr.* corpus s. v. 3*b*. e) *om.* 1a^1. 2*d*. *e*. f) lo(co *pr. m. superscr.*) suo repos. 3*c*. g) i. c. 2*c*. *e*. h) tura *in litura* 5*a*. i) enim 3*b*. k) mundilium 2*e*; mundalium 3*b*. l) multiplicaciter 3*a*; multipliter 2*a* *(pr. m.)*. 3*b*. m) corpor(alis *in litura*) 1a^1; corporibus *m. rec. corr.* corporis 3*c*; mortalis 2*f*. n) ut 1$c^{1.2}$. *d*. o) *om.* 3*c*. p) postergum 1*a*. 2*a* *(pr. m.)*. 3*c* *cum V. Galli vet.* q) exequis *pr. m.* 2*a*. r) exhibebantur 4. s) *post* Cumque 2 *vel* 3 *litt. ras.* 1a^1. t) impositam 1*b*. 2*f*. 3*b*; inpositam 3*a*. *c*. u) usqua *pr. m.* 1c^1. v) Iohannē *pr. m.* 3*c*. w) *om.* 1c^2. x) *pr. m. superscr.* 3*c*. y) *om.* 3*c*. z) istae 2*a*. a) s. p. 3*b*. b) *om.* 4; *m. al. suppl.* 2*d*. c) o. e. 1*d*. d) cuncta *pr. m.* 1a^1.

Cap. 31. a) reliquias 3*a*. b) quod 2*a*; ut 2*f*. c) *om.* 1c^2. 2*e*. g^*. d) viv. tunc 4. e) *om.* 3*c*.

1) *V. Galli vet.:* et coepit episcopus missam agere pro eo. 2) *Wettinus:* cum omnibus exsequiis aptis. 3) *Ita etiam Wettinus;* provintiam *V. Galli vet.*

V. Galli vet. c. 6.

Erat ibi[a] quidam mendicus[1], tanta per omnes[b] membrorum iuncturas debilitate contractus[c], ut penitus inter alias suae infirmitatis[d] molestias incessu pedum careret. Huic, dum presbyter indumenta viri Dei distribueret pauperibus, caligas eius cum calciamentis[e] dedit: statimque debilis, pro accepto munere summo repletus gaudio, ut sacras cruribus et plantis[f] aptavit exuvias[g], per omnes artuum compages repente solutus est, et exiliens, voce clamavit ingenti[2] et gratias egit[h] Domino[i] et beato Gallo, per cuius merita redditam sibi videbat salutem. Videns autem episcopus et cuncti qui aderant sanitatis huius miraculum, unanimiter glorificaverunt[k] Deum[l] atque dixerunt: 'Manifesta virtute dignatus est Dominus hodie gloriam servi sui nobis ostendere'. Dederunt itaque[m] ei qui sanatus[n] fuerat cereum, et[o] prosecutus est[p] funus cum cetero populo. Hoc primum signum post transitum eius Dominus[q] ad memoriam illius declaravit.

ib. c. 7.

32.[a] Inter easdem quoque beati pastoris exequias aliud non mediocre sanctitatis eius indicium apparuit. Habuit vir Dei capsellam de corio[3] factam diligenter seratam, cuius clavem[b] sub tam vigili custodia[4] ipse retinuit, ut nullus discipulorum eius, quamdiu[c] vixerat, quid intus servaretur, cognoscere[d] potuisset. Hanc autem ex suis humeris[e] pendentem ferre solebat, quocumque ambulavit. At ubi de hac vita migravit, sumpta clave[f], aperuerunt capsellam[g] et invenerunt in ea cilicium modicum et catenam aeream sanguine aspersam. Deinde corpus inspicientes[h] magistri, invenerunt locum catenae, ubi sepius praecingi solebat, carnemque ipsam in locis quattuor profundius catena[i] sulcatam, adeo ut de eisdem[k] vulneribus cruor decurrens cilicium per loca perfuderit. Posuerunt autem capsellam cum cilicio[l] ad caput[m] eius in feretrum et deportaverunt cum corpore ad locum[n] monumenti[5] et suspenderunt haec tria mortificationis eius indicia iuxta tumulum ad caput eius; per quae deinceps ad ostensionem[o] meritorum ipsius[p] plurimas[q] Dominus virtutes pie quaerentibus exhibuit. Qua[r] ex[s] re intellegere possumus, quia idem vir, etsi a[t] persecutore sanguinis[u] effusione non est immolatus[v], semet ipsum tamen offerens Domino[w] hostiam vivam[x] in odorem[y] suavitatis et crucem suam tollens cottidieque[z] salvatorem secutus, martyrii laborem et palmam confessor adeptus est.

Capp. 31. 32. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d*. *e*. *f*. g^*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 31. a) autem 3*b*; E. autem ibi 2*e*. b) omne 3*a*. c) constrictus 3*a*. d) infirmitates *pr. m.* 3*c*. 5*a*; infirmitat(is *m. al. in litura*) 1c^1. e) calciamenta *pr. m.* 1a^1. f) plantibus *pr. m.* 1*d*. g) ex(vinas *m. al. in rasura maiore*) 3*a*. h) agit *pr. m.* 3*c*. i) Deo 1c^2. 3*c*. k) glorificarunt 1a^1. *b*. c^1. *d*. 5*a*; gloricaverunt 2*f*; glorificabant 3*b*. l) Dominum 1*d*. m) Dederuntque ei 4. n) sanus 3*b*. o) (et prosecutu *in rasura maiore*)s 1c^1; ut persequeretur f. 2*f*. p) *postea add.* 1*d*. q) *superscr.* 1*a*.

Cap. 32. a) XXXI. 1*a*. 2*d*; XXX. 3*a*. b) clavim 1*b*. 2*f*. 4. c) in corpore *m. al. superscr.* 5*a*; *h. l. add.* 2*b*. *e*. *f*. *g*. g^*; *haec post* vixerat (vixit 2*b*. 3*a*) *add.* 3*a*. *b*. *c*. 5*b*. *c*; *om.* 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *c*. *d*. 4. d) agn. 2*b*. g^*. e) *m. rec. superscr.* 3*c*. f) clavi 1*b*. 2*b*. *f*. g^*. 4. g) casellam 4. h) aspic. 2*e*. g^*. i) catenam *pr. m.* 3*b*. k) eis(dem *superscr.*) 3*a*; iisdem 2*f*; isdem 5*a*, *corr.*; hisdem 2*e*. 3*c*. l) cilio *pr. m.* 4. m) *m. al. in litura* 5*a*. n) m. l. 2*b*; (l. *om.*) monumentum 3*b*. o) ostensionum 4. p) eius 2*f*. g^*. 3*a*. q) plurima 3*a*. r) Quia 3*b*. s) in 4. t) a :, *ras.* d (?) 3*c*. u) sanguines 4, *corr.* v) sed *add.* 3*c*. w) Deo 3*a*. x) vam *m. al. in litura* 5*a*. y) odoræm 1c^1; odore 2g^*; hodore 3*c*. z) que *om.* 2g^*. 3*a*; *m. al. suppl.* 2*b*.

1) *V. Galli vet.*: paraliticus nomine Maurus. 2) *V. Galli vet.*: magna. 3) *V. Galli vet.*: cutineam. 4) *V. Galli vet. hiat, duobus foliis perditis.* 5) *Wettinus*: ad cellam.

33. **Postquam sanctitas venerandi patris et miraculi magnitudine et horum manifestatione signorum cunctis, qui funeris eius intererant negotiis, patenter ostensa est, episcopus ad feretrum accessit, et[a] ex una parte illud[b] sublevans, presbytero altrinsecus sustollente, equis superposuit et asstantibus dixit: 'Auferte[c] frenos[d] de capitibus eorum, ut, libertate concessa, quo Dominus voluerit, pergant[e]'. Accepta ergo cruce et candelis[f], psalmos[g] et melodias concinentes, iter agere coeperunt. Equi autem in neutram partem declinantes, recto itinere perrexerunt ad[h] cellam viri Dei. Quo cum pervenissent, depositum[i] est feretrum ante oratorium. Discipuli autem eius[k], elevantes pii doctoris[c] reliquias[l], intulerunt et ante altare posuerunt. Deinde pariter cum episcopo orationem pro illo facientes, fecerunt fossam sepulchri inter parietem et altare, ibique, praecibus huic rei congruentibus praemissis, sepelierunt eum; omnibusque[m] rite consummatis, multitudo, quae ad[n] tanti viri concurrit[o] exequias, episcopi benedictione[p] communita[q], ad propria remeavit[r].**

34. **Dum[a] beati corporis[b] thesaurum felix locus in pace suscepisset, volens[c] Dominus de morte famuli sui merentibus consolationis praebere medelam, novitate[d] miraculi patefecit[e], qua[f] apud se claritate spiritus fulgeret amici[g]. Nam duo cerei, in castro, dum corpus eius[h] elevaretur[i], accensi, ita ardentes delati sunt usque ad locum sepulturae. Positi[k] autem unus ad caput, alter ad pedes, per triginta[l] deinceps[m] dies — mirabile dictu! — non deficiendo ardebant et ardendo[n] non deficiebant. Et ut monstraretur, has durandi[o] vires cerae[p] liquenti caelitus attributas, de huius miraculi materia plurimae in posterum virtutes emanarunt[q]. Nam quicumque[r] dentium fatigati doloribus vel oculorum lippitudine[s] vel aurium praeclusione laborantes[t] de eisdem cereis quippiam cerae tulerunt et locis, quae huiusmodi tenebantur incommodis, aptaverunt, optatae celeriter[u] dona[v] percepere[w] salutis. Post haec tanta virtus ad sanandos variis infirmitatibus depressos apud sepulchrum beati viri cunctis illuc venientibus et orationum eius suffragia fideliter postulantibus apparuit, ut et[x] fama tanti meriti cunctis quae circumpositae erant[y] regionibus innotesceret, et locus ipse non mediocriter frequentaretur a populis[z].**

Quia igitur, o beatissimi patres, vita et virtutes sancti Galli, si in unum compingantur librum, possunt ob sui prolixitatem aliquod[a] ingerere legenti[b] fastidium, statui duobus hoc opus libellis distinguere, ut prior illorum vitam eius et actus usque ad sepulturam illius[c] veridica relatione perducat[d], sequens[e] mirabilia, quae postmodum[f] pro meritis eius Dominus[g] ostendit, primo videlicet ea quae priorum ad nos

III. Capp. 33. 34. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1\cdot 2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *d* (*ad l.* 30). *e*. *f* (*ad l.* 34). g^* (*ad l.* 30). 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 33. a) *m. rec. in litura* 3*c*. b) illum 2g^*. 3*a*. c) Auf. — doctoris *in litura scr.* 3*b*. d) frena 1*a*. e) pergent *pr. m.* 3*c*. f) candelas 1a^1, *corr.* g) psalmodias concin. 3*b*. h) (ad c. v. D. *om.*). Qui 3*b*. i) depositus 2*a*. k) *om.* 2*g*. g^*; sancti Galli confessoris *add.* 3*b*. l) exequias 4. m) omnisque 3*a*; que *om.* 2*e*. n) *m. al. in mg. suppl.* 4. o) cucurrit 2*a*; cucurrat 2*f*. p) benedictio *pr. m.* 3*b*. q) commonita 2*a*. g^*. 3*a*; munita 2*b*. r) remeant 3*a*.

Cap. 34. a) Cum 1c^2. 2*b*. *c*. *d*. *e*. g^*. 3*c*. b) corpus 3*a*. c) videns(?) *corr.* volens 3*a*. d) novitatem 3*a*. e) pateficit *pr. m.* 4. f) quia 1a^1 (*pr. m.*). *b*. 2*a*. 3*b* (*pr. m.*). g) *om.* 4. h) *om.* 2*f*. g^* (*non* 2*b*. *g*). i) elevarentur 3*a*. k) positi (*corr.* positum?) unum, *om.* autem 3*c*. l) tringinta 3*a*. m) dies deinceps 2*e*. 3*a*. *b*. n) ardende 4, *corr.* o) durando 3*a*. p) caerei liquenti *m. al. corr.* caereis liquentibus 2*a*. q) amanarunt 1$c^{1\cdot 2}$. *d* (*pr. m.*). r) quicuque 3*a*. s) lipitudine 3*a*. *b*; limpitudine (?) *pr. m.* 3*c*. t) laborant(es *m. al. in litura*) 2*a*. u) cęlerter *pr. m.* 3*c*. v) donec 2*a*. w) percipere *pr. m.* 3*c*; perceperunt 3*a*. x) *om.* 3*c*. y) r. erant 3*a*. z) Prologus *add.* 3*b*; *desinunt* 2*d* (*ubi Walahfridi* Oratio, *lib. II. ex., subsequitur*). *g*. g^*. a) aliquid 2*f*. 3*a*. *c*. b) *om.* 3*b*. c) *om.* 4. d) *desinit* 2*f*. e) vero *add.* 4. f) pro m. e. p. 2*a*. g) *om.* 1*d*.

scripto[a] perlata sunt retexat[b], deinde quae a probatissimis testibus indicata nostra aetate a Gozberto[c] carissimo fratre litteris sunt mandata subnectat; ne[d] quod[e] particulatim[f] scriptum est, laciniosa divisione disiungatur[g], sed potius quod iunctum est parilitate factorum, sit etiam copulatum comprehensione dictorum. Atque hic prioris libelli finis quae praemissa[h] sunt[i] terminet et[k] sequenti quae restant sine praeiudicio comprehendenda[l] reservet.

EXPLICIT[m] PRIOR LIBER DE VITA ET[n] TRANSITU SANCTI GALLI CONFESSORIS CHRISTI.

HAEC[a] HABENTUR IN SEQUENTI LIBELLO.

III. *Cap.* 34. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *e*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*. *Index.* 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 34. a) scripta 3*b*. b) retaxat *in mg. suppl.* 4. c) G. kar. patre 4; Gozperto c. patre 5*a*. *b*; a G. c. fr. *om.* 2*a*. d) ne — scr. est *om.* 1*d*. e) quid 3*a*. f) particulutim $1a^1$, *corr.* g) disiungantur 2*e*. 4. h) permissa *pr. m.* 3*c*. i) est 3*b*. k) et — reservet *om.* 3*b*. l) comprehenda 2*c*, *corr.*; conprȩhenda 3*c*, *corr.* m) *ita* 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*b*. 5*a*. *b*; *subscr.* Explict(!) prologus prioris libelli de vita sancti Galli 3*b*; Explicat liber I. de vita et transitu sancti Galli confessoris 3*a*; Explicit liber primus de vita atque translatione sancti Galli 4; Explicit liber primus 2*c*; Finiunt *(corr.* Finit*)* liber I. 3*c*; *subscr. om.* 2*a*. *e*. n) de *add.* 1*b*. c^2.

Index. a) *ita* 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*. 3*b*. 5*a*; Incipiunt capitula sequentis operis $1a^1$. $c^{1.2}$. *d*; Incipiunt capitula libri secundi 3*a*. 4; Incip̄ cap̄ de libro sec̄ vel de mirabilia *(m. al. corr.* mirabilibus), quae fecit post transitum suum 3*c*; *laterculum capitum om.* 2*e*. 5*b*. *c*. b) *numeri des.* $1c^2$. *d*. c) violaverunt $1c^{1.2}$ *(pr. m.)*. 2*b*. 3*a*. *b*. d) Bŏso $1c^{1.2}$; B : so 1*d*; Buoso $1a^1$. e) sunt 2*b*. 3*c*. 4 *et pr. m.* 2*c*. 5*a*. f) redintgrata 3*a*; rediintegrata 3*c*. g) *ita rell.*; est 4. h) *om.* 1*d*. i) multiplicate 3*a*. *b* *(pr. m.)*; *m. al. corr.* signis sancti virtute multiplicatis 3*b*. k) *titulus VI. septimum subsequitur, signis additis transpositus* $1a^1$. l) Correptio 3*c*. m) *superscr.* 5*a*. n) invenit 3*a*. o) furti 3*a*. p) lapide 3*a*. q) assumpta 3*a*. r) Quemammodum 3*c*, *ut infra*. s) Pipinus $1a^1$. $c^{1.2}$; Pipinnis 1*d*. t) Ohtmaro 2*c*. u) et d. *om.* 3*a*. v) commendarat 3*a*; commendirit 3*b*, *corr.* w) *om.* 3*a*. x) animadversitate *(e corr.* adnimadv.) 4. y) *om.* 2*a*. z) Ohtmarus 2*b*. *c*; Otmaru 3*a*. a) abbas 4. b) p̄timatibus 3*a*. c) e. instinctu: Idonius 2*b*; eorum instituta Silvinus 3*a*. d) inviserit $1c^2$. e) instituerit *pr. m.* $1a^1$. f) discesserit $1a^1$. *d*. 2*b*. 3*b*.

18. Miraculum in sagina porcorum exhibitum.
19. Qualiter depraehensi[a] sint[b], qui stabula incenderunt.
20. Quomodo ille[c] qui silvam furtim inciderat[d] correptus[e] sit.
21[f]. Quam periurus vindictam pertulerit.
22. Quemadmodum[g] invocatus vir sanctus quendam a nece servaverit.
23. Puella[h] daemonio liberata.
24. Miraculo[i] olei defluentis anxietas[k] increpata[l] custodis.
25. Qualiter fugitivus monachus revocatus sit[m] invitus.
26. Fulmine deformatus[n] partim Romae, partim in hoc sancto[o] loco sanatus[p].
27. Surdus et mutus ibidem sanitati restitutus.
28. Furtum per visionem indicatum.
29. Qualiter ibi[q] sanctimonialis femina brachia receperit[r].
30. Furtum in ferramentis[s] factum quomodo sit denudatum.
31. Debilis reformatus.
32. Quidam[t] a periculo fastidii liberatus.
33. Alter a[u] ferri vinculis[v] absolutus[w].
34. Farus cum lampadibus mirabiliter servata[x].
35. Lucernae casu non lesae[y].
36. Qua[z] medela[a] medico[b] periclitanti subventum sit[c].
37. Puella[d] a nativitate caeca inluminata.
38. Infirmus pulvere sarcofagi et[e] oleo recreatus.
39. Manus arida puellae restituta.
40. Cera, quam rusticus ab ecclesia rapuit[f], in lapidem conversa.
41. Mutus vocis[g] officio muneratus.
42. Puer contractus a debilitate liberatus[h].
43[i]. Paralitica[k] sanitati restituta.
44. Caeca inluminata.
45. Candela caelitus incensa.
46. Scottus[l] a multiplici debilitate curatus et conclusio operis[m].

III. Index. 1*a*. a^1 *(cf. n.* w*)*. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Index. a) dephens 3*a*; reprehensi 4. b) sunt 1*a*. 5*a*. c) *om.* 3*c*. d) incederat 2*a*, *corr.* e) correctus 4. f) *titulus* 21. *omissus, signo* d. *addito, postea in mg. suppletus est* 2*c*. g) Quemammodum 3*c*. h) a *add.* 2*b*. 4. i) Miraculi 3*a*. k) a. i. c. *om.* 1*a*. l) increpanti 3*a*. m) *om.* 3*c*. n) defornacis 3*a*. o) *om.* 1*a*; *pr. m. superscr.* 2*c*; loco sancto 3*a*; loco sancto loco san. 1c^2. p) senatus *pr. m.* 5*a*. q) *om.* 3*a*. r) recepit 3*b*. s) ferramento 3*b*. t) Quida 3*a*. u) e 3*a*. v) vinctis 1*d*; vincul:s *m. al. corr.* vinculis 5*a*. w) *laterculus desinit* 1a^1. x) reservata 3*b*. y) liberatus *add.* 3*c (v. infra n.* h*)*. z) Qui 3*a*. a) *om.* 3*b*. b) medici 3*a*. c) *m. al. in litura* 5*a*. d) Puellam *pr. m.* 3*b*. e) et o. *pr. m. superscr.* 1*a*; et olei 1*b*. f) abstulit 3*a*. g) unus 3*a*; o. v. 2*c*, *corr.* h) *h. l. om.* 3*c (v. supra n.* y*)*. i) XLII. 3*a* k) Paralicaca 1c^1, *corr.* l) Scotus 3*c*. m) *subscr.* Expl. cap̄ libri secundi 1*a*; Expliciunt capitula 2*c*; Explicat cap̄ libri ::::: 3*a*; Finiunt capitula libelli secundi 1$c^{1.2}$. *d*. 4; Finiunt capitula libri II. 3*b*; Finiunt capitulae (cap 2*b*) libri secundi 2*b*. 5*a*; Finit cap̄ 3*c*; *subscr. om.* 1a^1. *b*. 2*a*.

INCIPIT[a] LIBER SECUNDUS DE MIRACULIS, QUAE POST OBITUM SANCTI GALLI DOMINUS OB[b] IPSIUS MERITA DIGNATUS EST DECLARARE.

1[c]. Meritis beatissimi Galli cottidie per miraculorum signa radiantibus et 5 longe lateque circumpositorum aures famae suae dulcedine mulcentibus, cum iam post transitum eius[d] anni quadraginta fuissent evoluti, venit Otwinus[e] partium earundem[f] potestate praeditus[1] cum exercitu magno, et ira intolerabili[g] concitatus, devastavit non minimam partem pagi, qui[h] ab interfluente fluvio[2] Durgewi[i] nominatur; Constantiense quoque territorium et Arbonensis[k] pagi confinia de- 10 populari[l] coepit et igni succendere. Viros, quicumque inveniri[m] potuerunt[n], gladio peremit, uxores et parvulos[o] eorum in captivitatem egit. Peculiis quoque et omni suppellectile sublata, fructus omnes[p] penitus demoliri[q] fecit. Arbonenses itaque huius terroris[r] immanitate compulsi[s], cum omnibus quae habebant fugerunt[t] in solitudinem et ad[u] cellam viri Dei[v] se contulerunt. Deinde, facta in 15 agro fovea, absconderunt ibi, quicquid habebant, et fossam terra[w] cooperientes, ne secretum eorum deprehenderetur, lini[x] semen desuper insperserunt. Cumque iam Arbonensem pagum hostes desolavissent[y], vestigia fugientium[z] secuti, venerunt ad cellam sancti patris et fugitivos[a] quos repererunt vinctos abduxerunt[b] et iuvenes eorum in[c] captivitatem miserunt. Erchonaldus[d] autem praefecti vica- 20 rius[3], cum vicina solitudini[e] inhabitaret loca[f], habuit res eiusdem cellulae notissimas. Is[g] oratorium ingressus, invenit mendicum[h, 4] quendam[i] intus sedentem, quem bene noverat, et dixit illi: 'Indica mihi, ubi isti[5], quos tam[k] nudos et miseros invenimus, vestes habeant repositas[l] et utensilia aurumque[m] et argentum, quorum copia hactenus fruebantur'. Ille respondit: 'Nonne mihi melius est[n] 25 illorum denudare secreta, quam vestrae[o] severitatis iram incurrere?' 'Si ita', inquit, 'egeris, eris[p] in consortio nostro et participio societatis[q] nostrae gaudebis'. Qua promissione persuasus, surrexit et eum ad subterraneum duxit armarium. Quod[r] cum idem vicarius[s] aperiri fecisset, species[6] quas inibi reperit his qui

III. Cap. 1. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1, 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *e*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

30 *Cap.* 1. a) *ita* 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1, 2]. *d*. 2*b*. 5*a*. *b*; *praescr.* Incipit liber (libellus 2*a*) secundus (qui est *add.* 2*a*. 3*b*) de miraculis sancti Galli (confessoris *add.* 2*a*. 3*a*. *b*.) 2*a*. 3*a*. *b*. 4; Incipiunt miracula beati Galli abbatis 2*e*; Incip̄ post trans̄ 3*c*. b) D. per eum revelare dignatus est *pergit* 2*c*; est *om.* 2*b*. c) *ita* 4; *om. plerique.* d) *om.* 1*c*[2]. e) Ottwinus 4; *m. al. add.* dux 3*b*. f) eorundem 3*a*. g) intorebili *pr. m.* 3*c*. h) quod, *om.* ab 3*a*; quid *m. al. corr.* quod 3*b*. i) *corr.* Durgewe 1*a*[1] *et sic* 1*b*; Dur- 35 gewii 2*b*; Durgevine (?) *m. al. corr.* Durgovi 3*a*. k) Arbonenses 4, *corr.*; Bonensis 3*a*. l) depopulare 2*e*. m) invenire 2*e* *(pr. m.)*. 3*a*. n) potuerint 3*c*. o) parulos 2*e*; filios 3*b*. p) om̄is *pr. m.* 3*a*. q) demolire 2*e*; demoli[ri] 3*a*. r) territoris 3*a*. s) *evanuit, m. al. suppl.* commirati 2*a*. t) *scriptura evanescente, pro verbis* fugerunt *et* et ad cellam viri *m. al. suppl.* fugientes *et* protectione 2*a*; fugierunt 2*b*. u) a 4. v) sancti 5*a*. *b*. w) terra:, *ras.* m 4. x) : lani *pr. m.* 1*d*. y) diso- 40 luissent *pr. m.* 3*b*. z) fugien(ci *m. al. in litura*)um 3*c*. a) futivos *pr. m.* 3*b*. b) add. 3*a*. c) incaptiverunt m. *pr. m.* 3*b*. d) Erchonalldus 3*b*. e) solitudina *m. al. corr.* solitudine 3*a*; solitudinis 4. f) inhabitaret loca *iterata, sed erasa* 4. g) in *add.* 3*b*. h) medicum 3*c*. i) quę[n]dam 3*a*. k) *eras.* 2*a*. l) *om.* 3*b*. m) que *eras.* 1*c*[1]; aurum quoque et 3*a*. n) *superscr. pr. m.* 1*c*[2], *m. rec.* 3*c*. o) nostrae *pr. m.* 4. p) *om.* 3*c*. q) n. s. 3*b*; (soc. *om.*) nostro 2*e*. r) Quid 3*a*. 45 s) *bis scr. erat, ut vid.,* ? *a*.

1) *Wettinus c.* 35: praeses. 2) *Thur fl.* 3) *Tribunus a Wettino appellatur.* 4) *Wettinus:* paraliticum *recte, cf. supra I,* 31. 5) *Wettinus addit:* Arbonenses. 6) *Wettinus:* diversi generis pecuniam experti sunt.

secum erant, facta divisione, distribuit. His ita patratis[a], putantes, passim[b] tale quid[c] occultari, discurrerunt, loca singula signis quibusdam sollicite explorantes. Eiusdem[d] rei gratia Erchonaldus[e], assumptis secum septem pueris, introivit oratorium. Cumque[f], clausis ostiis, pavimenti planitiem pulsarent, ob spem videlicet inveniendae pecuniae, unus illorum post altare veniens, pavimentum percussit, et audiens, a cavitate tumuli sonitum[g] reddi: 'Hic est', inquit, 'quod oppido desideratis'. Accurrentes[h] igitur pollinctores[i] infesti, coeperunt fodere, et cum ad loculum[k, 1] pervenissent, extulerunt illum, dicentes: 'Quia isti[l] Rhetiani[m, 2] calliditate naturali abundant, videamus, ne quippiam sub hac arca[3] occulti remaneat[n]'. Huic sacrilegio inservientes invasit eos horror immensus. Qui in fugam conversi, dum ostium oratorii singuli praeoccupare niterentur, insania agitati, evaginatis gladiis[o] invicem se[p] conciderunt[q]. Erchonaldus[r] vero huius auctor sceleris, timore cogente, volens exilire[s] per ostium, caput superliminari inlisit, et ad terram concidens, alienatus mente iacebat. Cumque a suis perduceretur ad propria, nimia infirmitate et novis[t] doloribus coepit urgueri. Toto itaque ipsius[u] anni curriculo[v] fortissimis maceratus molestiis[w], capillorum honore et cutis superficie spoliatus[x], etiam digitorum ungues[y] amisit. Et ut[z] omnibus longo tempore ultionis in eum divinitus collatae signa paterent, cunctis vitae suae diebus hac deformitate notabilis fuit[a].

2. Audiens Constantiensis ecclesiae praesul[a] nomine Boso[b], sepulchrum beatissimi Galli violatum esse ab hostibus, nullumque remansisse in cellula praeter duos[c] fratres Magnoaldum et Theodorum[d], qui sacri corporis reliquias tumulo[e] restituere[f] potuissent, venit illuc cum clericis suis et invenit cellulam desolatam, sancti patris corpus de sepulchro eiectum, altaria nudata duosque fratres qui remanserant spoliatos[g] iacentes in oratorio et magnitudinem calamitatis gemitibus et lacrimis[h] protestantes. Et misericordia[i] motus, coepit eos consolari multiplicibus verbis, illam replicans psalmistae sententiam, qua dicit: *In tribulatione invocavi Dominum, et exaudivit me in latitudine. Dominus mihi adiutor; non timebo, quid faciat mihi homo.* (Ps. 117, 5. 6.) His dictis, sumens loculum, in quo sanctum corpus erat, posuit super terram inter parietem et altare et desuper, ut moris est, arcam altiorem[4] construxit; fossam vero terra[k] replevit. De suo quoque fratribus[l] vestimenta largitus est, et, unde alerentur[m], disponens, ad episcopium remeavit.

3. Post multum vero temporis misit Pippinus maior domus exercitum copiosum ad devastandam[a] Alamannorum[b] provinciam et iterato Francorum[c]

III. Capp. 1–3. *1a. a¹. b. c¹·². d. 2a. b. c. e. 3a. b. c.* 4. *5a.*

Cap. 1. a) paratis *pr. m.* 3*c*. b) *om.* 3*b*. c) quod *pr. m.* 3*c*. d) ei|cisdem 3*c*. e) Erchanalldus 3*b*. f) Cumqui 3*b*. g) sonitu 3*a*. h) *evanuit, m. al. suppl.* accedentes 2*a*. i) *ita* 1*a. a¹. b. c¹·². d.* 2*b. c. e.* 3*a. b. c*; polli:ctores 5*a*; polinctores *corr.* poll. 5*b*; polinctores *rell.* k) locum 2*e*. 5*a. b et pr. m.* 1*a*. l) *om.* 3*c*. m) Retiani 1*c¹. d.* 3*c*. n) remaneant *pr. m.* 3*b*. o) gladis 3*c*, *corr.* p) *om.* 2*c. e.* q) occiderunt 5*a. b.* r) Erchanaldus 3*b*. s) exire 2*c* (*pr. m. corr.* exilire). 3*a*. t) nimiis 3*a*. u) *om.* 3*a*. v) circulo 3*a*. w) mal. *corr.* mol. 5*a*. x) maceratus *pr. m. corr.* spoliatus 4. y) unguens *pr. m.* 3*c*. z) *superscr.* 1*a*. a) *om.* 3*b*.

Cap. 2. a) *om. in transitu a pagina ad paginam* 1*c²*. b) Bŏso 1*c¹·²*; Buoso 2*e*; Hoso 3*b*. c) duo 3*c*. d) Deodorum 3*c*. e) tumulo:::, *ras.* rum(?) 5*a*. f) p. r. 1*a¹*. g) spoliantes *pr. m.* 4. h) lacrimantes *pr. m.* 3*c*. i) miseri::: | cordia 4. k) terram 3*a. c.* l) v. fr. 5*a* (*non* 5*b*). m) alarentur 2*a*. 5*a* (*pr. m.*). *b*.

Cap. 3. a) devastandum 1*c¹*. b) Alem. 4; Alamanniam 3*b*. c) Franch. 5*a*.

1) *Wettinus:* ad arcam viri Dei. 2) *Wettinus:* Isti Romani ingeniosi sunt. 3) *Wettinus:* sub loculum. 4) *Wettinus c.* 36*:* memoria aedificabatur.

ditioni subiugandam. Cumque tota terra hostili contereretur[a] incursu, avidi[b] praedones Arbonensem pagum percurrentes[c], ad cellam viri Dei venerunt, et quoscumque ibidem invenerunt, — nam multi illuc[d] confugerant, sperantes in Dei misericordia et patrociniis[e] sancti illius, — duxere captivos. Quinque autem supra
5 memorati principis satellites ingressi[f] oratorium, repererunt ibi quasdam ancillas eiusdem loci cum parvulis earum, et quae essent, percontati sunt. Quae dum se de familia ipsius sancti esse proclamarent, hoc a praedonibus audierunt: 'Exite, egredimini[g]; sanctum quem dicitis ignoramus'. Et abduxerunt[h] eas captivas in Franciam[i]. Eodem vero anno a malignis spiritibus arrepti et amentes[k] effecti,
10 nudi circumquaque discurrebant, et ubicumque urbes vel[l] vicos ingressi sunt, cruciatus sui causas retexebant[m], dicentes: 'Gallus abba[n] nos habet ligatos'. Et cum hac criminum misera commemoratione suorum vitam infeliciter ducentes[o], flebiliter finiverunt[p].

4.[a] Alio tempore diaconus quidam nomine Stephanus, dum[b] in eiusdem
15 sancti patris ecclesia custodis[a] fungeretur officio, quadam vespera incensam oratorio inferens candelam posuit super[c] candelabrum iuxta beati viri sepulchrum; quae a rectitudine status[d] vergens in partem, ardens cecidit super arcam sepulchri. Cuius ardoris[e] violentia unam comprehendens pallam usque ad medietatem exussit, et ita restincta est, nihil lecto, nihil baculo [1], qui in eo pendebat, vel aliis lintea-
20 minibus super sepulchrum expansis inferens laesionis. Qua ex re colligitur ad declarationem virtutum beati viri potius quam[f] ad damnum rebus eius inferendum idem evenisse incendium; quia, ut in sequentibus apparet, pallam, quam lenis flamma diminuit, virtus manifesta restituit. Mane itaque facto fratres[g] oratorium ingressi, quod factum fuerat, perviderunt et[h] admiratione non[i] minima sunt per-
25 culsi. Tertia vero die, cum ad matutinale convenirent officium, invenerunt in oratorio cereos ardentes et duos iuvenes stantes, unum ad caput et alterum ad pedes, distendentes inter se pallam, quae pridem[k] fuerat ignis[l] attacta[m] vaporibus[n]. Hoc viso, timore nimio conterriti[o], cum celeritate egressi, ad lectulos redierunt. Cumque se collocarent, ecclesiae campanum insonuit, et auditi sunt
30 duo chori, incredibili[p] alternantium personarum dulcedine perstrepentes. Igitur die illa nequaquam ausi sunt oratorium introire. Die autem sequenti ante ostium eius unanimiter[a] conglobati prostraverunt se in orationem, et cum surrexissent, cum magno timore intrantes, invenerunt pallam, quam partim ignis absumpserat[q], super lectum expansam[r], sicut prius expandi solebat, nulla imminutionis[s] ha-
35 bentem[a] indicia, sed potius latitudinem vel longitudinem eius trium auctam[t] esse magnitudine cubitorum[u]. Huius perspicuitate miraculi hilares facti, benedixerunt

III. Capp. 3. 4. 1*a. a*[1]*. b. c*[1.2]*. d.* 2*a. b. c. e.* 3*a. b. c.* 4. 5*a.*

Cap. 3. a) conteretur *pr. m.* 3*b.* b) avidi : : , *ras.* vi 5*a.* c) concurrentes 3*a.* d) illic 3*b.* e) patrocinii 3*a.* f) in *add.* 3*b.* g) egredimi 3*a.* h) add. 3*a. c.* i) Frantiam 1*a. b.* 3*a.*
40 k) ament(es *m. al. in litura*) 2*a*; amentis 5*a*, *corr.* l) *om.* 3*c.* m) retexerunt 3*b.* n) abbas 2*e.* 4. o) dicentes *pr. m.* 2*a.* p) *ita* 1*a. a*[1]*. b. d.* 2*c.* 4. 5*a et pr. m.* 1*c*[1.2]; finierunt *rell.*

Cap. 4. a) *om.* 3*b.* b) *om.* 3*c.* c) *m. al. add.* 2*a.* d) statim 3*c.* e) ardori *pr. m.* 3*c.* f) quam *iteratum, sed eras.* 3*c.* g) f : ratres, *ras.* a 4. h) *m. al. superscr.* 4. i) non m. *om.* 3*b.* k) prius 3*b.* l) *om.* 1*c*[2]. m) attracta 2*e*; atracta (?) *corr.* attacta 3*a.* n) vaporis *corr.* vapore 3*c.*
45 o) perterriti 3*b.* p) (in *in rasura maiore*)credibili 5*a.* q) assumpserat 1*c*[2]. r) expansum 3*b.* s) immunitionis *corr.* imminitionis 5*a.* t) auctum 3*b.* u) cunctorum 2*e*; digitorum 3*b.*

1) *Wettinus c.* 38: cambuttam in eo *(scilicet lecto)* pendentem.

Domino, qui tam manifestis[a] gratiae[b] suae virtutibus servi sui merita declarare dignatus est.

5.[1] Idem Stephanus dum quodam tempore cum his qui simul aderant carnem ad percipiendum in cuiusdam accessu[a] ieiunii non haberet[b], resedit in cellula, de eadem penuria cum[c] ceteris locuturus. Dumque sermone vario[d] paupertatis solatia mutuo[e] ministrarent, avis quaedam ignotae formae consedit in limine. Unus assidentium torrem de igne rapiens alitem percussit. Cuius carnes[f] dum suis usibus praeparassent, incredibilem saporis dulcedinem in gustu earum[g] deprehenderunt[h], facientibus hoc, ut[i] credimus, beati viri meritis, ut[k], sicut famulis[l] eius in similitudinem antiqui miraculi, quo populus Dei[m] coturnicum carnibus in solitudine est refectus, avis incognita missa est, ita sapor procuratae caelitus escae novae[n] dulcedinis delectamentum[o] haberet.

cf. Num. 11, 31. 32.

Tanta[p] autem[q] est miraculorum copia, quae Dominus apud tumulum eius diversis temporibus ostendit, ut non facile[r] scribendi studio comprehendi possit. Ex quibus propter abundantiam multa omittuntur; pauca vero et eminentiora propter memoriam posteris commendandam[s] huic inseruntur opusculo. Praeter[t] mortuorum enim resuscitationem[u] corpoream[v] ceterarum[w] infirmitatum remedia creberrima inibi largitate[x] a Domino praestita sunt et praestantur. Siquidem et daemoniaci ibidem curati[y] et languentes sunt recreati, aurium claustra reserata[z], oculorum detersae caligines, mutorum exclusa silentia, paraliticorum eliminata defectio. Sed et[a] quicumque animae vel corporis necessitate coactus fide integra apud[2] sepulchrum beati Galli instantiam orationis exequitur, Domino confessoris sui merita comprobante, praecum suarum nullatenus fructu[b] privatur, verum sine tarditate divinae largitatis sentiens dona laetatur.

V. Galli vet. c. 8.

6.[a] Temporibus igitur Carlomanni[b] maioris domus miraculum[c] memoria dignum per merita sancti patris effectum huic operi inserere utile iudicamus[d]. Vir quidam pauperculus[e] in pago qui Perahtoltespara[f] dicitur ex summa devotione cum uxore sua ad cellam[g, 3] beati Galli causa orationis properare disposuit. Cuius intentione devotionis dum mulier pallulam, quam in sancto loco oblatura erat, contextam[h] paravisset, involvit ea[i] formellam[k, 4] cerae, quam simul oblatum ire[l] cogitabat, et in arca sua inter alia vestimenta reposuit[m]. Contigit autem, dum ire pararent, domum illorum cum omnibus quae[n] infra illam erant[o]

ib. c. 9.

III. Capp. 4—6. 1*a. a*[1]*. b. c*[1, 2]*. d.* 2*a. b. c. e.* 3*a. b. c.* 4. 5*a.*

Cap. 4. a) manifeste 3*a*, *corr.* b) gratiae *pr. m. superscr.* 3*a*.

Cap. 5. a) accensu *pr. m.* 3*b. c.* b) haberent 2*c*, *corr.*; t *in rasura* 5*a*. c) l. c. c. 3*b*. d) *deest, spatio relicto,* 3*b*. e) *om.* 3*b*. f) canes *pr. m.* 4. g) carum *m. rec. corr.* carnium 3*c*. h) deprehenderent 2*a*, *corr.* i) b. v. m. ut cr. 3*b*. k) *om.* 3*b. c.* l) famulus 3*c*. m) *om.* 3*b*. n) no *pr. m.* 3*b*. o) dilect. 1*c*[1], *corr.* p) *c.* 6. *incip.* 2*b*. q) est a. 2*a*; a. *om.* 3*b*. r) ei *add.* 3*b*. s) commendendam 3*c*, *corr.* t) propter *pr. m.* 3*c*. u) resurrectionem 3*a. c.* v) corporum 3*a*. w) cęterorum 1*c*[1, 2]*. d.* 3*a*. x) largiter 2*e*; largiente 3*a*. y) curata *pr. m.* 3*c*. z) resereta *pr. m.* 1*d*. a) *om.* 3*a*. b) fructus 3*a*.

Cap. 6. a) VII. *et sic deinceps* 2*b*. b) Karl. 2*c. e*; Carlomannis *pr. m.* 3*c*. c) miraculorum 3*b*; *om.* 2*e*. d) iudicavimus 4. e) pauperculū *pr. m.* 3*c*. f) Peratholtespara d. 2*e*; Perahtoltes prâ d. 2*b*; d. P. (Perahtoltaspara 5*b*) 5*a. b.* g) cellulam *pr. m.* 2*a*. h) *in mg. suppl.* 4. i) eam 1*a*[1]. 3*a*; eidem 2*c*. k) *ita* 1*a*[1]*. b. c*[1, 2]*. d.* 2*c.* 3*a. c.* 4; formella *rell.* l) irae 3*c*. m) reposu(it *m. rec. in rasura*) 3*c*. n) *m. rec. superscr.* 3*c*. o) erat *pr. m.* 3*c*; e. i. 3*b*, *corr.*

1) *Totum caput Wettinus praetermisit.* 2) *V. Galli vet. redit.* 3) *V. Galli vet.:* ęcclesiam. 4) *V. Galli vet.:* involvit in ipsam pallulam modicam tortam ceram. *Formella, scilicet casei, sicut torta, scilicet panis, formam cerae rotundam indicat.*

[V. Galli vet. c. 9.] rebus igne cremari. Cumque, consumptis omnibus, flamma cessante, sopitum fuisset incendium, coeperunt inter[a] favillarum cumulos ferramentorum reliquias quaeritare. Et[a*] ecce! inveniunt — mirum dictu! — ceram pallula involutam[b] inter cineres et carbones, nihilque in eis laesionis apparuit, cum ipsam arcam, et quicquid aliud[1] in illa repositum erat, penitus consumpsisset incendium. Viso[c] igitur tantae virtutis miraculo benedixerunt Deo et iter quod disposuerant[d] peregerunt. Et narrantes fratribus, quae gesta fuerant, optulerunt donarium, quod huic voto[e] consecratum in supremis non poterat perire[f] periculis. Servatae sunt autem[g] ibi[h] eaedem[i] res in testimonium[k] post futuris usque ad tempora Otmari[l] abbatis.

[ib. c. 10.] 7. Neque illud silentio[a] praetereundum videtur, quod in supradicto pago temporibus Pippini regis contigisse refertur[b]. Quidam vir nomine[c] Willimarus gravi infirmitate depressus sub[d] voto promisit, se equum unum duosque boves, si pristinae restitueretur sanitati, ad ecclesiam beati Galli donaturum. Cumque ex illa die confortaretur et plenam recepisset sospitatem, contigit, ut cum Birihtilone[e] domino suo causa orationis ad cellulam[2] sancti[f] viri eodem vectus equo veniret. Igitur cum post orationem omnes illi qui simul[g] advenerant digressi non longe essent ab ecclesia, equus, quem[h] sponsor infidelis, postquam voverat, fraude retinuit, repente substitit[3], et licet eum sessor calcaribus urgueret ac verberibus fatigaret, nusquam potuit commoveri. Videntes hoc[i] qui aderant[k], coeperunt inquirere huius miraculi causas. At ille confusione digna[l] correptus prodidit reatum et fraudem, quam in voto fecerat, confessus aperuit[m]. Reversi autem[c] omnes pariter equum optulerunt ad limen ecclesiae, et benedictione percepta, ad sua sine obstaculo[n] redierunt. In quo facto et divina pietas et sancti viri virtus apparuit, dum is[o] qui per se resipiscere noluit per correptionem[p] ad correctionem[q] pervenit[r].

[ib. c. 11.] 8.[a] Illud quoque miraculum, quod quarto anno Carlomanni regis in pago, cuius supra mentionem[b] fecimus, contigit, libet memoriae commendare. Pauperculus quidam iuxta regiam possessionem quae Rotunwila[c] dicitur commanens, dum ad cellulam[d. 4] sancti Galli pergere voluisset[e] nec haberet aliquid, quod[f] ob devotionis indicium illuc deferre potuisset, diabolo

III. Capp. 6—8. 1*a*. *a*¹. *b*. *c*¹·². *d*. 2*a*. *b*. *c*. *e* *(ad l. 27)*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 6. a) in 3*b*. a*) *m. rec. superscr.* 3*c*. b) involutum *pr. m.* 3*c*. c) Viro *pr. m.* 3*c*. d) disposuerunt 1*a*¹; disposuerat *pr. m.* 3*c*. e) vero 3*a*. f) preterire *pr. m.* 3*c*. g) a. s. 2*c*. *e*; a. *om.* 2*a*. *b*. 5*a* *(non 5b)*. h) *superscr.* 1*a*. i) eadem 2*a*. 3*a* *et pr. m.* 3*b*. k) testimoni 4, *corr.* l) Ohtmari 2*b*. *c*; Othmari 2*e*: *item infra*.

Cap. 7. a) p. s. 3*a*. b) (re *eras.*)fertur 3*c*; fertur 4. c) *om.* 3*b*. d) subito pr. 1*c*². 3*a* *(non 1c¹. 3b)*. e) Birihtlone 1*c*¹ (*corr.* Birihtilone). *c*²; Biribtilone 2*c*; Birhtilione 4; Birhtlone 1*a*¹. 2*a*. 3*a* *(sed* irht *in litura)*; Birtilone 3*b*; Byrthlone *m. rec. corr.* Byrthilone 3*c*; Brithillone 2*e*. f) beati 3*c*. g) (s. *om.*) aderant 3*c*. h) quam 3*a*. i) haec 3*b*. k) : (ad *in litura*)erant 1*a*¹, *ras.* a. l) digna — fraudem *om.* 3*b*. m) apparuit *pr. m.* 3*c*. n) obstacula 1*c*¹, *corr.* o) his 3*c*. p) correctionem 3*a*. q) correptionem *pr. m.* 3*c*; coreptionem 3*b*. r) venit 1*c*². 2*c*.

Cap. 8. a) *c*. 8. 9. *om.* 2*e*. b) memoriam 3*b*. c) Rotuna vila 3*a*; Rotunnwila 3*b*; Rotumwila 3*c*. d) cellam 3*c*. e) voluuisset 3*b*. f) quid 3*a*.

1) *Auctor V. Galli vet.*: et insuper ipsa arca, ubi supra memorata pallula reposita fuit, cum cera igni consumpta est. *Contradictionem Walahfridus sustulit.* 2) *V. Galli vet.*: ęcclesiam. 3) *Ita Walahfr. cum Wettino;* non potuit longius ire *V. Galli vet.* 4) *V. Galli vet.*: ęcclesiam.

V. Galli vet. c. 11. suadenti[a] consentiens, atrium cuiusdam divitis[1] irrupit, et alvear[b] cum melle et apibus furtim auferens, intulit domui suae. Apibus deinde extinctis, ceram confecit[c] et non multo post inter vicinos et amicos cum hoc[d] furtivo munere ad ecclesiam venerabilis[e] Galli perrexit. Cumque singuli quod[e*] attulerant[f] optulissent[g], is qui contra fas offerre voluit de rapina donarium ceram reperit in lapidis durissimi[h] rigorem mutatam. Ingenti itaque timore perculsus[i, 2] uni eorum qui[k] secum venerant reatum[l] suum confessus est. Qui deinde[m], dum[n] custodibus ecclesiae, quae facta fuerant[o], indicaret, fama huius miraculi mira celeritate cunctis innotuit[3].

9. Descriptis his quae priscorum sollertia de vita, fine[a] et virtutibus beati Galli ad nos usque scripto[b] transmisit, hinc ea stilo comprehendere temptabimus[c], quae[d] a fidelissimis[e] testibus indicata, a carissimo fratre[f] Gozberto[g] litteris sunt mandata. In quibus primo, quomodo[h] vel quando in coenobio[i] beati Galli regularis vitae instituta servari coepissent, liquido declaratur; deinde, quibus miraculis eiusdem patris virtus cunctis effulserit, probabiliter exponitur, commemoratis pariter singulorum quae introducuntur[k] assertoribus. Quae idcirco novis[l] dictionum positionibus ordinare voluimus[m], ut cum prioribus aliquam similitudinem locutionis habeant[n], et brevitatis[o] compendio succincta, fastidiosis lectoribus onerosa non fiant. Siquidem nomina eorum, qui scribendorum testes sunt vel fuerunt, propter sui barbariem, ne Latini[p] sermonis inficiant[q] honorem, praetermittimus: scientes, de veritate dictorum[r] a fidelibus non esse dubitandum, quippe qui norunt, nihil cf. Luc. 1, 37. horum quae referimus Deo impossibile esse, in quo fit, quicquid per sanctos mirabiliter et laudabiliter fit. Sed et si quis earundem[s] rerum testes nosse desiderat, in conscriptione quam sequimur poterit invenire. Inserimus quoque huic operi nonnulla, quae non scripturae[t] testimonio, sed veracium virorum relatione didicimus. In quibus omnibus, quantum ad nos attinet, veritatis lineam servare studebimus, neque[u] per amorem falsi aliquid de nostro inserentes neque per invidiam[v] veri quippiam ex voto celantes. Et quia nos[w] scripta vel dicta sequimur aliorum, ad illos veritas rerum, ad nos pertinet adbreviatio dictionum[x] et adunatio rationum.

10. Post venerandi patris, beati[a] videlicet Galli confessoris Christi, gloriosam depositionem cottidianas excubias apud sacri corporis eius reliquias quidam religiosi clerici, vel discipulatus eius memoria vel divino amore succensi, per multa annorum curricula[b], scilicet quasi a temporibus Dagoberti[c] regis usque ad Carolum[d], patrem[e]

III. Capp. 8—10. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1. 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. *e* *(a lin.* 31*)* 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 8. a) suadente 3*b*. b) alveas 3*c*. c) fecit 3*c*. d) hic 3*a*. e) beati 3*c*. 4. e*) quid 3*a*. f) attulerat 2*a*, *corr.* g) optulisset 3*b*. h) durissimis *pr. m.* 3*b*. i) percussus 3*c*. k) *m. al. add.* 2*a*. l) r. s. *in mg. suppl.* 4. m) *om.* 3*b*. n) cum *m. rec. suppl.* 3*c*. o) fuerat 3*a*.

Cap. 9. a) *om.* 3*a*. b) scripta 3*a*; *om.* 2*b*. c) temptamus 3*b*. d) *m. rec. suppl.* 3*c*. e) fidelissimus 4, *corr.* f) patre 5*a*. *b*. g) *ita* 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1. 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. 3*c*. 4; Gozperto 3*a*. *b*. 5*b*; Cozperto 5*a*. h) *in mg. suppl.* 4. i) caenubio 3*a*. k) introduntur 1*a*[1], *corr.* l) novum 3*c*. m) volumus 1*a* *(ante corr.)*. 3*a*. n) habeat 3*b*. o) breviatis 1*c*[1] *et pr. m.* 1*d*; previtatis 3*b*. p) lati *pr. m.* 3*c*. q) infaciant *pr. m.* 2*a*. r) dictoribus 3*a*. s) earunde 3*b*. t) scriptore 3*b*, *corr.* u) ne 2*a*. v) aliquid *iteratum, sed eras.* 4. w) non 3*c*. x) dictionem 3*a*.

Cap. 10. a) v. b. 5*a* *(non 5b)*. b) circula *pr. m.* 1*a*[1]. c) Dogoberti 3*b*, *corr.* d) Karolum 1*a*. *b*. 2*b* *c*. *e*. 5*a*. e) pater 3*c*.

1) *V. Galli vet.*: atrium presidis. 2) *Ita Walahfr. cum Wettino;* conpulsus *V. Galli vet.* 3) *Verba V. Galli vet. haec:* Ipse lapis usque in hodiernum diem in ipsa ecclesia perspicue videtur, *quae Wettinus servaverat, Walahfridus delevit.*

Carlomanni[a] et Pippini[b], ad laudem Christi administrabant[c]. Igitur cum fama virtutum, quas Dominus per confessoris sui merita pie quaerentibus exhibere dignatus est, longe lateque circumpositorum[d] mulceret aures[e] populorum, coeperunt[f] undique alacri devotione ad tanti[g] patris suffragia postulanda concurrere[h]
5 eundemque[i] locum ob suae diuturnitatem memoriae multiplicibus substantiae et possessionum[k] amplificare donariis. Cumque res hac largitate fidelium collatae aliquantulae monachorum congregationi[l] viderentur[m] suppetere potuisse, Waltramnus[n] quidam, ad cuius paternam possessionem[1] termini vastae solitudinis[o], in quibus vir Dei cellam[p] construxerat, pertinere videbantur, videns res collatas a
10 quibusdam praesumptoribus inordinate tractari, religiosum quendam presbyterum Otmarum[q] nomine, cui summam earundem committeret[r] rerum, a[s] Victore[2] tunc[t] Curiensium comite impetravit et ei cellulam cum omnibus ad eam pertinentibus commendavit[3]. Postmodum consilio cuiusdam ducis[u] nomine Nebi[v, 4] persuasus, ad praefatum principem Carolum[w, 5] cum eodem duce properavit ipsique eandem[x]
15 cellam proprietatis iure contradidit et, ut Otmarum[y] presbyterum eidem loco praeficeret[6], exoravit. Annuens petitioni[z] eius princeps, Otmaro[a] ad praesentiam suam vocato locum[b] commendavit et, ut regularem inibi vitam instituere[c] studeret, praecepit. Qui regressus, arripuit statim boni pastoris initia, et undique versum[d] habitacula monachorum usibus congrua disposite construens[e], eiusdem sancti
20 statum loci utilitatibus diversis aptavit. Sed cum iam dictus[f] princeps temporaliter regnandi et vivendi finem fecisset, duobus filiis Carlomanno[g] et Pippino[h] admini- 741.

III. Cap. 10. 1*a. a*[1]. *b. c*[1. 2]. *d.* 2*a. b. c. e.* 3*a. b. c.* 4. 5*a.*

Cap. 10. a) Karl. 2*c. e.* b) Pipini 3*b. c.* c) administrabat 4, *corr.* d) cumpositurum 2*a*, *corr.* e) *om.*, *sed m. al. ante* m. *suppl.* corda 3*b.* f) *post* coep. 5 *litt. ras.* 3*c.* g) tanta 3*a.* h) con-
25 curre *pr. m.* 3*c.* i) que *om.* 3*b.* k) possessionem 3*c*, *corr.* l) congregatione 3*c.* m) videretur *pr. m.* 4. n) Waltrammus 1*b.* 2*b. c.* 3*c*; Walthramnus 3*a*; Uwaltramus 2*e*; Waldrammus 1*a*[1]. *c*[1. 2]. *d*; Valdramnus 3*b.* o) solitudine *pr. m.* 1*a*[1]; solitudinē, *inter scr. corr.* 4. p) *om.* 3*b.* q) Othmarum 3*b.* r) committere 2*e*; commotteret 3*c*, *corr.* s) auctore *pro* a V. 3*a.* t) t. Curriensium 2*a*; C. t. 3*c.* u) dions 3*a.* v) Neibi 3*b.* w) Karolum 1*a.* 2*c. e.* x) *post* eandem 6 *litt. ras.* 3*a.* y) Otha-
30 marum 3*b.* z) petitionis 3*a.* a) Otmarū *pr. m.* 3*a*; Othmaro 3*b*, *ut infra.* b) locōm 3*c.* c) instruere studere 3*a.* d) versam *pr. m.* 1*c*[1]. e) constuens *pr. m.* 1*d*; *om.* 3*b.* f) iam dictis 3*b. c.* g) Karl. 2*c*; Karolom. 2*e*: *item infra.* h) Pipino 3*b.*

1) *Attamen possessionem publici fuisse iuris, Walahfridus supra I,* 21, *contenderat atque utramque opinionem Ratpertus, Casus S. Galli (SS. II, p.* 62*), ita inter se conciliavit,*
35 *quasi eremus ex parte ad regiam potestatem, ex alia vero ad possessionem 'nobilium virorum' pertinuisset, utque illam rex tradidisset, ita haec a possessoribus religiosis iure hereditario sancto concessa esset. Eos autem enumeravit Willibertum presbyterum et Taltonem virum illustrem, Tagoberti regis camararium et postea comitem eiusdem pagi, huiusque abnepotem Waldramnum voluit fuisse, de quo supra agitur. Waldramni tribuni uxor Waldrata filiusque Waldbertus*
40 *monasterio S. Galli a.* 779. *donationem fecerunt.* 2) *Victor 'illustris praeses', sicut in testamento Tellonis episcopi Curiensis, filii sui, a.* 766. *(ed. v. Mohr, Cod. dipl. I, p.* 12*) appellatur, maritus Teusindae, ad potentissimam illam Raetiae familiam pertinebat, de qua egit v. Mohr, Raetia p.* 81 *sqq.* 3) *Haec cum V. Otmari auctore eodem ad verbum concordant.* 4) *Dux Alamanniae, filius Huoching, nepos Gotafredi; cf. Stälin, 'Wirtemberg. Gesch.' I, p.* 226.
45 5) *Walahfridus vel potius Gozbertus non sibi constant, nam in V. Otmari Pippino regi scripserunt et abbatem praesentatum et locum proprietatis iure contraditum esse, 'ut regia auctoritate ex integro Otmarus abba eidem praeficeretur loco'.* 6) *Otmarum cellae S. Galli a.* 720. *primum abbatem constitutum esse voluit Herimannus Augiensis (SS. V, p.* 97*), cuius calculus constare videtur; v. infra c.* 14.

strationem regni reliquit. Carlomannus itaque, paucorum decursibus evolutis 747. annorum, ob[a] amorem[1] regni caelestis saecularis gloriae[b] pompam deposuit[c], et cum causa quietioris vitae Romam tenderet, in vicinia[d] supradicti loci deveniens, ad idem monasterium causa orationis accessit. Audiensque assiduis signorum virtutibus eundem locum pro beati viri meritis a Domino inlustrari, dixisse fertur[e]: 'Tenuis[f] quidem hic locus est facultate, sed pro meritis beati Galli celebri[g] diffamatus rumore'. Cumque vellet ibidem[h] degentibus aliquod suae largitatis conferre solatium, sed retractaret, a negotiis se[i] regni disiunctum[k] explere non potuisse quod voluit, fratri rescripsit, ut sui amoris intuitu eidem[l] monasterio aliquod regiae largitionis solatium dignaretur[m] impendere. Cum igitur ab Otmaro abbate praesentatam Pippinus princeps accepisset epistolam, annuens petitioni[n] fraternae, libellum[o], quem[p] Benedictus pater de coenobitarum[q] conversatione[r] composuerat, eidem abbati tradidit et alia regiae dignitatis impertiens dona, id ei sub omni diligentia iniunxit, ut in loco sibi[s] commendato ad supplendas beati Galli excubias[t] regularis[2] ordinem institueret[u] vitae. Atque ut melius posset quod iubebatur[v] efficere, concessit illi quosdam tributarios de[w] eodem pago[3], ut et, illis conlaborantibus, officinas fratrum usibus necessarias[x] construeret et vectigalia, quae annuatim regiis[y] reditibus inferre debebant[z], ad sustentationem fratrum sub commemoratione[a] largitatis eius haberet. Inter cetera quoque suae munificentiae[b] donaria, rogante abbate, unum[c] campanum ad sancti loci dedit ornatum[d], quod[e] ad[f] usque nostrae aetatis[g] tempora in coenobio[h] eodem pro memoria beneficiorum[i] eius permansit. Et[k] ne cuiusquam avaritia[l] tanti incrementis obsisteret boni, diuturnae firmitatis epistolam fecit conscribi et, ut moris est, circumspecta[m] roborari cautela, quo[n] deinceps tam ipse qui aderat, quam[o] successores eius idem monasterium per regiam optinerent auctoritatem, et nullius violentia pressi, solis[p] rerum principibus subiacerent[4]. His regiae pietatis Otmarus[q] abba[r] donatus solatiis et sublimatus honoribus, monasterium laetus regreditur; et ex[s] illo tempore monasticae vitae in coenobio sancti Galli exordium quidem coepit, augmentum autem et profectus hodieque laudabiliter dilatari non desinit.

III. Cap. 10. *1a. a^1. b. $c^{1.2}$. d. 2a. b. c. e. 3a. b. c.* 4. *5a.*

Cap. 10. a) ab *pr. m.* 3*c*. b) *om.* 3*a*. c) deseruit, *pr. m. mg. adscr.* vel deposuit $1c^2$. d) vicina $1c^2$. 2*b. e.* 3*a*. 5*a. b (non* $1c^1$*. d).* e) refertur 2*a*. f) Tenuus 3*a*. g) celebra 3*b*, *corr.* h) idem $1c^2$. i) r. se 2*a*. k) disiuntum *pr. m.* 2*a*. l) eodem 2*a*. m) (d. *om.*) impenderet 3*b*. n) petitionis 3*a (pr. m.). c.* o) bibellum 3*c*, *corr.* p) quidem (quem *m. al. add.*) 3*b*. q) coenub. 3*a ut infra;* comp. de c. c. 3*b*. r) conversationem 4. s) sancti 3*b*. t) *in mg. suppl.* 4. u) instrueret 3*c*. v) iubebantur 2*c*; iubetur 3*c*. w) deodem *pr. m.* 2*a*. x) necessarios *pr. m.* 2*a*; necessariis 4. y) regis 5*a. b.* z) debebat $1c^1$ *(pr. m.).* c^2; debeant *pr. m.* 1*d*. a) commemorione 3*c*; commemorationem 4. b) munificentia 3*a*; suae *iteratum, sed eras.* $1c^2$. c) unum captum 3*c*; unam campanam 2*c*. 3*b*. 4. d) ornatam *pr. m.* 3*b*. e) *corr.* que 2*c*; quo 2*b*; Quae 3*b*. f) *postea add.* $1a^1$. c^1. g) actatas *pr. m.* $1c^1$. h) e. c. 2*e*; c. eorum 3*c*. i) benefaciorum 3*c*. k) Et ne *om.* 3*c*. l) avaria *pr. m.* 4; *om* $1c^2$. m) circumsepta 3*b*. n) quod 1*a*. 2*e*. 3*c*. o) qua 3*a*. p) solus 4, *corr.* q) Othomarus *corr.* Othmarus 3*b*. r) abbas 2*e*. 4. s) *pr. m. superscr.* 3*c*.

1) *Einhardi V. Caroli M. c.* 2*:* amore conversationis contemplativae succensus. 2) *'Norma regularis confirmata' iam in charta a.* 745. *data commemoratur; cf. Wartmann, 'UB.' I, p.* 14. 3) *Scilicet Arbonensi. Tributarios alios Brisgaugienses a Pippino monasterio concessos a.* 828. *Gozbertus abbas vindicavit; cf. Wartmann, 'UB.' I, p.* 289*; Meyer v. Knonau l. l. p.* 70. 4) *Impudens mendacium, sicut demonstravit Th. de Sickel, 'Mittheilungen z. Vaterl. Gesch.'* 1865*, p.* 1 *sqq.; Acta Karolin. II, p.* 252.

11.[a] Praemissa narratione, qua comprehensum satis vere credimus, quomodo sacer locus emunitatis[b] privilegium meruerit[c], et quo[d] in tempore coenobiali[e] dignitate[f] sit adornatus, liberius[g] iam[h] ad miraculorum beati[i] Galli commemorationem[k] stilum convertimus.

5 Victor Curiensis Rhetiae[l] comes, cuius superius[1] fecimus mentionem, cum innumerabiles apud tumulum sancti Galli per merita ipsius virtutes ostendi creberrime didicisset[m], invidia perurguente, tanta novarum generositate virtutum nostram gentem insigniri perdoluit, et ut tunc fama vulgaverat, latenter voluit per abdita[n] heremi supervenire et praetiosi thesaurum corporis, si quo pacto po-10 tuisset, auferre. Qua malitiosi raptoris intentione comperta, hi qui in circuitu cellae[n*] viri Dei commanebant[o], custodibus vicissim per turmas deputatis, eundem locum ab hostili incursione[p], ne videlicet tam cari[q] fulgore margareti[r] carerent[s], omni sagacitate defensare studebant[t]. Igitur cum[u] quadam nocte custodes in summitate montis, qui monasterio superimminet[v, 2], ad suspectos incursus armati 15 residerent praecavendos, casu lucem e caelo venire ac totius ecclesiae perfundere moenia[w] conspexerunt. Immensitatem itaque luminis admirati, ad ecclesiam citius[x] concurrerunt[y], et dum trepidi[z] stupentesque ibidem constituti eundem intuerentur splendorem, paulatim[a] se lux summissa recolligens, astris inseritur. At illi, viso miraculo, agentes Domino[b] gratias, securi[c] ad propria remearunt, credentes corpus 20 viri Dei per vim ab eo loco minime auferri[d] posse, quem illi Dominus ante saecula[e] praevidit et suae inlustrationis[f] honore temporibus istis[g] decoravit. Unde datur intellegi, quanti apud[h] Deum meriti[i] vir iste fuerit, cuius sepulturae locum caelitus contigit inlustrari, ut videlicet lumen, quo eius[k] anima perfecte fruebatur in caelis, etiam mortuo corpori non[l] deesset in terris.

25 12. Audiens itaque comes praedictus a cella sancti viri discessisse custodes, cupiens suos explere conatus, virorum turbam assumpsit, ut quod male cogitaverat, repentino et latenti[a] perpetraret accessu. Verum quia non suae devotionis utilitati prospiciens, sed alienae[b] felicitatis profectibus[c] invidens id moliebatur, Dei nutu cito[d] repressus[e] fuisse cognoscitur. Nam eodem momento, quo iter[f] illud 30 aggressus est, de equo cui insidebat[g] corruit, coxaque illius eo[h] casu confracta est[i], Domino beati viri merita in hoc quoque remunerante, ne a loco, quem ipse elegerat, auferretur[k], quem de ultimis Hiberniae[l] finibus ad salutem multorum

III. Capp. 11. 12. 1*a*. *a*[1]. *b*. *c*[1, 2]. *d*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 11. a) *inde numeri constant* 2*b*; *c.* 11. 12. *om.* 2*e*. b) m̊unitatis *(pr. m.)* 1*a*[1]; eminu-35 tutis 2*c*, *corr.* c) meruit 1*d*. d) quod 3*a*. e) coenubilia 3*a*; conobiali 3*c*. f) dignate 3*b*. g) leberius 2*b*. h) *om.* 4. i) bea 3*c*. k) commemoratione 3*c*. l) Retiae 1*c*[1]. 4; Retie 1*d*; Raetiae 3*c*; Rheticae 3*b*. m) didicesset *pr. m.* 1*a*[1]. 4. n) addita *pr. m.* 3*c*. n*) caellae 2*a*. o) commanabant *pr. m.* 3*c*. p) in :ᶜᵘʳ: sione 2*a*. q) clari 2*a*. r) *ita* 1*a*[1]. 2*a et pr. m.* 1*a*. 5*a*; margarit(a)e 4. 5*b*; margaritae *corr.* margariti 2*c*, *et sic rell.* s) carent 3*c*. t) studerent 5*a (pr. m.)*. u) dum 3*a*. 40 v) supereminet 3*a*. w) *in mg. suppl.* 4. x) *om.* 3*b*. y) cucurrerunt 3*c*. 4; cucurrentes 3*b*. z) stupentes trepidique 4. a) *om.* 3*b*. b) Deo 3*b*. *c*. c) *om.* 3*a*. d) *m. al. in litura* 2*a*. e) *m. al. add.* 2*a*. f) illius trationis *(m. al. corr.* traditionis*)* 1*a*. g) *superscr.* 4. h) m. a. D. 3*c*. i) *in mg. suppl.* 1*c*[1]. k) a. e. 3*b*. l) n. d. *om.* 3*b*.

Cap. 12. a) labenti 3*a*. b) alianae *corr.* aliaenae 5*a*. c) provectibus 1*a*. d) cito — 45 corruit *om.* 3*c*. e) est *add., sed eras.* 4. f) igitur (*ras.* ig) illud 1*a*[1]; illud iter 1*c*[1, 2]. *d*. g) insid:ebat, *ras.* i(?) 1*c*[1]; insedebat 2*b*. *c (pr. m.)*. 3*a*. *b*. h) eu 3*a*. i) sunt *pr. m.* 3*b*. k) auferetur 2*a*. 3*c*; aufferretur 1*c*[1]; aufereretur 3*a*. l) Hibernae *pr. m.* 2*a*.

1) *Supra II,* 10. 2) *De monte Bernegg ad meridiem monasterii sito cogitavit Meyer v. Knonau l. l. p.* 72.

Rhetiae[a] vel Germaniae destinavit. Et vicini quidem exhibuerunt excubando suae devotionis obsequia; Deus vero cunctorum custos bonorum ibi etiam ad coercendum[b] raptorem vigilavit, ubi sollicitudo[c] alternantium non affuit populorum. Et hoc quidem egit, ut credimus, ne fideles populi thesauro, quem ferventibus[d] studiis ambiebant[e], fraudarentur[f], et ne[g] is qui per malitiam hoc decus[h] attingere voluit suae perversitatis potiretur effectu, praecipueque[i] praecavens, ne, ablatis sancti viri reliquiis, monachorum catervas, quae inibi laudibus Dei serviturae erant, deesse contingeret[l]. Itaque comes correptus et domum a famulis reportatus, per multa tempora nimiis[m] doloribus est agitatus, ut intellegeret saltim[n] ex poena, quam superbe[o] id cogitaverit[p], quod suis viribus effici potuisse credebat.

13.[a] Quia igitur, Domino[b] custodiente, pii pastoris corpus a[c] devotarum septis ovium auferri non potuit, dignum fuit, ut, miraculis fidem facientibus, virtus meritorum eius ibidem cunctis manifeste claresceret. Quidam namque[d] de vicino territorio, cum diuturna[e] aegrotatione vexatus lecto decumberet, subripiente humore[f] nocivo, oculorum lumen auriumque sensum[g] amisit. Deinde, plantis pedum[h] retortis ad nates, tanta depressus est infirmitate, ut de solo[i] pectusculo[k] vitae manarent[l] fugacis indicia. Qui a suis ad monasterium vehiculo[m] delatus, dum, petentibus amicis, in ecclesia beati[n] Galli unius spatium noctis ducere permissus a custode fuisset solusque ibidem pernoctaret, circa gallorum[o] cantum in subito mentis excessu quattuor viros candidissimis[p] indutos[q] vestibus oratorium introire[r] conspexit. Qui dum altari appropiantes[s] diutissime dulci modulaminum alternatione concinerent, unus eorum, laudibus finitis, ad lecticam, in qua clinicus decumbebat, accedens: 'Quid', inquit, 'causae[t] est[u], o homo, quod[v] hic pernox tenebrarum transigis solus horrorem? Crede tantum, et ab[w] hac infirmitate deinceps eris securus. Ergo[x] sanus exsurge[y], liber egredere'. Qui protinus surgens et, omni debilitate summota, egressus, ad suos sanus abscessit.

14.[a] Igitur Otmarus abba[b] cum multis annis idem[c] coenobium strenue rexisset, possessiones ipsius loci, religiosis quibusque circumquaque degentibus ob[d] amorem mercedis aeternae plurima suae largitatis dona conferentibus, in tantum amplificavit[e], ut infra paucos annos[a], suppetente exteriorum[f] copia rerum et vitae eius clarescente munditia, multorum pater[g] existeret monachorum. Comites vero quidam, Warinus et Ruadhardus[h. 1], qui totius tunc Alamanniae[i] curam admini-

III. Capp. 12—14. 1*a*. *a*¹. *b*. *c*¹·². *d*. 2*a*. *b*. *c*. *e* (*a l.* 11). 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 12. a) Retiae 3*c*. b) coercendam (*corr.* coercendum) raptorum 4. c) sollicutudo 3*a*. d) fruentibus 3*b*. e) ambiebat 4, *corr.* f) frauderentur 1*c*². 2*b*. g) et in eis qui 3*c*. h) dedis 3*c*. i) que *om.* 1*c*². k) servituri 3*b*. l) contingerent 2*c*. 3*c*. m) nimis *pr. m.* 3*c*. n) saltem 1*a*¹. *c*¹ (*pr. m.*). o) superbæ *pr. m.* 1*c*¹. p) cogitaverat 3*a*. *b* (*pr. m.*).

Cap. 13. a) XXIII. 3*b*. b) Deo 2*a*. c) ad devo| septis 3*c*. d) *om.* 4. e) diurna 3*a*. f) humureo 3*c*. g) sensit 4, *corr.* h) p. *om.* 3*b*; r. ped. 4, *corr.* i) sulo *pr. m.* 3*b*. k) pe:tusculo *pr. m.* 1*a*¹. l) manerent 2*e*. m) *om.* 1*c*². n) sancti 3*b*. o) pullorum 3*b*. p) candidissimos 3*c et ante correcturam* 1*c*¹. 2*b*. *c*. *e*. q) inductos 3*c*, *corr.* r) introisse 3*a*; intrare 1*c*². s) appropriantes 3*c*. t) causa 2*b*. 3*c*. u) esse 2*b*; *om.* 3*b*. v) quid 1*a*¹. w) *pr. m. superscr.* 3*a*. x) Ergo s. *pr. m. in mg. suppl.* 1*c*². y) resurgere 3*b*.

Cap. 14. a) *om.* 3*c*. b) abbas 2*e*. 4. c) ibidem 1*c*². d) (o *m. al. in ras.*)b 3*c*. e) ampli||cavit, *ras.* c 1*c*². f) exterorum 1*b*; exteriora 1*c*¹, *inter scribendum corr.* g) *om.* 3*b*. h) *ita* 1*a*. *a*¹. *b*. *c*¹·². *d* (*pr. m.*). 2*a*. 3*a*. *b*; Ruodhardus 4. 5*a*. *b*; Ruoadardus 2*e*; Rudhardus 2*b*; Rûthardus 2*c*; Rothardus 3*c*. i) Alem. 3*b*. 4.

1) *Sub Warino comite regnante Pippino rege Francorum inter a.* 754—764. *chartae Sangallenses datae sunt, sub Ruodharto vero una sola a.* 769. *regnante Carlomanno. Cf. Stälin, 'Wirtemberg. Gesch.' I, p.* 241.

strabant[a], cum infra ditionis suae terminos ecclesiasticarum non minimam partem rerum suae proprietatis dominio per potentiam subicere niterentur, maximam de eiusdem monasterii[b] possessionibus partem sibimet vindicarunt[c]. Nam tributa, quae bonae memoriae Pippinus[d] eisdem fratribus concesserat, abstulerunt aliaque 5 quam plurima, quae[e] ex donatione quorundam religiosorum eidem coenobio[f] fuerant contradita[g], suae rapacitatis abstraxere[h] protervia[i]. Insuper etiam[k] ipsum abbatem, cum pro hac re apud principem illos[l] accusasset[m. 1], vinculis iniecerunt et in quandam[n] Rheni[o] fluminis insulam[2] iuxta locum qui Stein[3] dicitur in custodiam[p] religarunt[q]. Ubi cum[r] aliquantum temporis sub artissima districtione 10 mansisset, de carcere huius vitae ad laetitiam[s] commigravit caelestem[4], expletis **759. Nov. 16.** non minus XL annis regiminis sui, quo sancti illius[t] loci statum et gloriam nobiliter amplificavit[u] et auxit.

15.[a] Hoc itaque ita rebus humanis subtracto, praedicti comites[b] sublatas sancti loci possessiones retinentes, Iohannem[c. 5] quendam monachum de proximo 15 monasterio[d] in eius locum subrogaverunt ac deinde, ut suae tyrannidis[e] crimen augmentarent[f], Sidonium[g. 6] Constantiensis[h] ecclesiae praesulem instigarunt, ut idem monasterium episcopii partibus subicere studeret. Et hoc[i] idcirco fecerunt, ut eo licentius, ipso machinationibus eorum favente, ea quae[k] iniuste[l] abstulerant

III. Capp. 14. 15. 1*a*. *a*¹. *b*. *c*¹·². *d*. 2*a*. *b*. *c*. *e* *(ad. l.* 12*)*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

20 *Cap.* 14. a) administrabat 4, *corr.* b) monasterio 3*b et pr. m.* 3*c*. c) vend. 2*e*. 4 *et m. al.* 1*a*. 5*a*; vindicaret *pr. m.* 3*b*. d) Pipinus 3*c*. e) quae | quae ex 4; quae *om.* 1*c*². f) coenobium 1*a*¹, *corr.* g) contradit : a 3*c*; tradita 3*b*. h) abstaxere *pr. m.* 3*a*. i) proterva 3*b*. k) etiam *post* abbatem 3*a*. l) illo *pr. m.* 3*a*. m) acusaret 3*b*. n) quadam 3*a*. o) Rhreni 1*c*²; Reni 2*e*. 3*c*; i. R. fl. 3*b*. p) custodia 4. q) releg. 2*c*. *e*. r) dum 3*b*. s) cael. comm. l. 3*b*. t) illi 25 *pr. m.* 3*c*. u) amplicavit 1*c*² *et pr. m.* 3*c*.

Cap. 15. a) *c.* 15—20. *om.* 2*e*. b) comitis 2*a*. c) Iohannē : , *ras.* s 3*b*; *om.* 1*c*². d) mo(na *m. al. add.*)sterio 1*a*¹. e) tyrandidis 1*c*¹. f) aucmentarent 5*a*; aumentarent 3*c*. g) Sydonium 4; Sinodium 3*a*. h) Constantienses 3*a*; Constansiens 3*c*. i) *om.* 3*c*. k) q (?) *pr. m.* 3*c*. l) iniustae 2*a*.

30 1) *Otmarus teste eodem Walahfrido ipsius biographo Pippinum regem propter rapinas comitum adierat, isque utroque arcessito ablata restitui iusserat. Illi vero, iussione regia neglecta, cum abbas iterum principem adire voluisset, vinculis iniectum eum per vim reduci atque per Lantpertum monachum stupri accusare iusserunt, accusatusque in concilio idem condemnatus est; cf. Löning, 'Kirchenrecht' II,* 529. *Primo apud villam Potamum palatio inclusus, deinde in* 35 *quadam Rheni fl. insula custodiae commissus est.* 2) *Insula Werd hodie appellatur; cf. Meyer v. Knonau l. l. p.* 77. 3) *Stein oppidum in pago Thurgau situm.* 4) *Die* 16. *Kl. Dec. Otmarum defunctum esse et Walahfridus in ipsius Vita (SS. II, p.* 44*) tradidit et Breviarium Martyrologii Hieronymiani cod. Sangall. n.* 915 *(AA. SS., Nov. II,* 1, *p.* [143]*) testatur ita:* Depositio beati Otmari abbatis. *Annum* 759. *Herimannus Augiensis statuit (SS. V, p.* 97*), appro-* 40 *bante Ludovico Oelsnero, 'Jahrb. d. fränk. Reichs unter K. Pippin' p.* 513 *sqq.* 5) *Iohannes Augiensis monachus, Sidonio defuncto, utramque abbatiam atque episcopatum Constantiensem administravit; cf. Herimanni Aug. Chron. a.* 759 *(SS. V, p.* 97*); Catalog. abb. Aug. (SS. XIII, p.* 331*); Ann. Sangall. mai. a.* 760 *(SS. I,* 74, *additam. edit. Goldasti). Solius abbatis nomine in charta Sangallensi apud Wartmann I, p.* 28, *appellatur. Cf. Regesta ep. Constant. I,* 45 *p.* 8 *sqq.* 6) *Sidonium ex monacho Augiensi abbatem atque Constantiae episcopum factum inde ex a.* 746. *per* 13 *annos sedisse Herimannus Aug. (SS. V, p.* 97*) asseruit, totidemque ei anni in Catalogo abb. Augiensium (SS. XIII, p.* 331*) attribuuntur. Cf. Regesta ep. Constant. I, p.* 6 *sqq.*

retinere potuissent. Pontifex igitur, cum suasionibus eorum libenter praeberet assensum, monasterium ingressus, fratres opprimere et eundem locum[a] episcopii rebus subicere molitus est. Porro fratres, dum potentiae illius resistere non auderent, maluerunt eius[b] ditioni parere[c], quam tot adversitatibus implicari. Sed sequentia probant, quam perverse egerit, qui per avaritiae morbum sacri loci privilegium[d] ausus est violare.

16. Fertur siquidem, eundem episcopum aliquando[a] ad iter hostile sibi de ipsius monasterii sumptibus viaticum[b] praeparari[c] iussisse[1]. Quod[d] dum fratres praetermittere non auderent, ea quae iussa fuerant navi imposita per quorundam manus fratrum ad episcopium transmiserunt. Cumque qui missi fuerant navigare coepissent, avis quaedam, ut sepe[e] ipsi[f] testati sunt, ante eos apparuit, et quasi ducatus eis[g] officium esset praebitura[h], facili[i] praeibat volatu. Et dum per[k] totius lacus vastitatem ipsius incognito uterentur[l] ducatu, prospero tandem successu ad portum venientes, quid haec[m] novae ducis[n] obsequia portenderent, mirabantur[o]; illisque, quam partem peteret, diligenter[p] notantibus[q], domum quandam litori contiguam, in qua[r] res praefato[s] itineri[t] aptae servabantur, intravit. Mirum dictu[u]! Mox eandem cellam[v] flamma corripiens in altum prorupit[w] et omnia quae ibidem congesta[x] fuerant penitus consumpsit, ut nihil eorum omnino huic incendio superesset. Fiebatque[y] iusto Dei iudicio, ut[z] qui aliena[a] per potentiam rapuerat, suis per[b] supernam iustitiam fraudaretur[c].

17. Tempore quoque alio idem episcopus ad monasterium veniens, dum quadam violentia eundem locum episcopio[a] subicere suaeque tyrannidi non consentientes[b] monachos quasi iusto rebelles[c] iniuriis multiformibus[d] afficere temptavisset, Tello[2] quidam Curiensis ecclesiae praesul misit ad eum, humiliter deprecans, ut sui amoris causa, quoniam eorundem fratrum aliqui consanguinitatis vinculo illi erant coniuncti, ab eorum cessaret iniuriis nihilque incommodi Dei famulis irrogaret. Quam petitionem, furore dictante, superbe contemnens, remandavit, se illius praecibus nullo pacto consensurum, verum resistentibus sibi celerem pro contemptu inlaturum vindictam. Et mox oratorium beati Galli[e] confessoris[f] quasi oraturus[g] ingreditur et ante aram ipsius nomini consecratam consistit; quique ad salutem non merebatur[h] audiri, afflictiones, quas aliis se irrogaturum iuraverat,

III. Capp. 15—17. 1*a*. a^1. *b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. *c*. 4. 5*a*.

Cap. 15. a) *om.* 3*c*. b) d. eius 5*a*, *corr.* c) prebere 3*b*. d) privilegum 3*b*.

Cap. 16. a) quando $1c^2$. b) *in mg. suppl.* 4; victum *m. al. in litura* 3*c*. c) prepari 3*b*. d) Qui 3*a*. e) sepae 2*a*; saepi *m. al. corr.* saepius 3*a*. f) *om.* 3*b*. g) *om.* 4. h) p(rebe *m. al. in litura*)tura 3*c*. i) facile 4, *corr.* k) dum protinus (*e corr.* protenus $1c^2$) lacus $1c^{1.2}$. *d*. l) uteretur $1c^2$. m) h. novi 3*a*; hic n. $1c^2$; n. haec 1*d*. n) dicis $1c^1$ (*pr. m.*). c^2. o) mirabatur 4, *corr.* p) *bis scr., sed corr.* 4. q) nutantibus *pr. m.* $1a^1$. r) quā *pr. m.* 4. s) praefatae 4, *corr.* t) i. a. *eras.* 3*c*. u) dicto 3*b*, *corr.* v) *om.* 3*c*. w) rupit 3*b*. x) |gesta 3*c*. y) que *om.* 3*c*. z) *om.* 3*a*. a) alienam 3*a*. b) *om.* 3*c*. c) fraud : retur *pr. m.* 2*b*.

Cap. 17. a) episcopia *pr. m.* 3*b*. 4. b) consentiens *pr. m.* 3*b*. c) es iniuriis multi *abscis.* 3*c*. d) multof. 5*a*, *corr.* e) c. G. 3*b*. f) *om.* $1c^2$. g) oraturum *pr. m.* $1a^1$. h) merabatur *pr. m.* 3*b*.

1) *Episcopo Constantiensi exactiones ad rationem monasterii Sangallensis conveniebant abbasque Sidonii tempore unciam auri equumque census loco annis singulis pendebat; cf. Wartmann, 'UB.' I, p.* 87; *supra p.* 230. 2) *Tello episcopus Curiensis filius Victoris praesidis erat, de quo supra p.* 319, *n.* 2, *egi, ipsiusque successor Constantius territorii Raetiarum rector in privilegio Caroli M. commemoratur, quod Sickel, Acta II, p.* 22. *inter a.* 772—774. *datum esse censuit.*

convenienti satis talione recepit. Nam intestina eius more sartaginis igni[a] superpositae fervere coeperunt, et tam[b] dirae viscerum[c] tortiones illum[d] invaserunt extemplo[e], ut sine aliorum adminiculo nequaquam egredi potuisset, sed, quod[f] dicere pudet, egestio naturae turpi[g] impetu prorumpens, cum asstantes nimio[h] foetore gravaret[i], sine mora ab ecclesia eiectus, vehiculo, quo decedere[k] monasterio posset[l], sicut[m] rogaverat, est impositus. Sicque immoderato[n] fluore, naturae consuetudine[o] carens, vasi[p] in quod egesta defluerent supersedens, egressus est et ad vicinum monasterium quod Auva[q, 1] nominatur, cui et tunc[r] praeerat, perductus est. Ubi, etiam ingravescente languore, tantum sibimet famulantibus ob nimium foetorem intolerabilis[s] factus est, ut ei iam paene nullus obsequia impendere solito potuisset. Tali itaque poena multatus, cum hoc factionum suarum praemio post aliquot[t] dies de cloaca corporis spiritum[u] exhalavit[2].

760. Iul. 4.

18. Peracta superioribus sententiis relatione, qua[a] nos satis vere comprehendisse credimus, quomodo sacer locus per merita beati Galli sit[b] diffamatus et possessionibus dilatatus, necnon[c] quibus sit malivolorum[d] quorundam molitionibus impetitus, et quae quosdam humiliaverit ultio[c], nunc replicandum esse censemus, quanta beatus vir praesidia[e] sibimet famulantibus ad res suas custodiendas vel defendendas[f] accommodet, quaque auctoritate se postulantibus et de se praesumentibus multiformi[g] genere virtutum succurrat, Domino meritorum eius magnitudinem signorum assiduitate mortalibus declarante.

Quodam tempore dum sterilitas terrae fructus arborum non solum porcis, sed etiam silvestribus feris vel animantibus[h] denegaret, ita ut in proximis heremi partibus nusquam sagina posset[i] inveniri, qua sues, qui in usus monasterii nutriebantur, pasci potuissent, occulto[k] quodam impulsu grex[l] suillus per silvarum avia celeri cursu coepit abscedere, transvadatoque[m] Rheni[n] fluminis alveo, remotioris[o] heremi secreta penetravit. Subulcus[p] autem subitam sui pecoris fugam miratus, e vestigio[q] insequitur et gregem, quem pessum ire[r] putabat, reperit copiosissimis pascuis immorantem. Cumque[s] viam redeundi nesciret[t], mansit ibi, fructibus arborum et[u] carnibus victitans[v], donec grex totus affatim carnibus gravaretur obesis[w]. Itaque domum redire cupiens coepit anxie cogitare, quo ingenio ignotum iter aggredi potuisset. Nocte igitur quadam vidit in somnio[x] senem[y] quendam[z]

III. Capp. 17. 18. $1a. a^1. b. c^{1.2}. d.$ $2a. b. c.$ $3a. b. c.$ 4. $5a.$

***Cap.* 17.** a) ignis $1c^1$ *et pr. m.* $1d$. b) *eras.* $3c$. c) *post* viscerum 7 *litt. ras.* $3a$. d) *om.* 4. e) extimplo $3b$. 4 *et in litura* $1b$; exemplo *pr. m.* $1a^1. c^1$. $3c$. f) quo $3a$. g) turbi $1a^1. c^1$ *(pr. m).* h) mio fetore *abscis.* $3c$. i) grav : ret $3c$. k) decere $3a$, *corr.;* discedere 4. l) possit $3b$. m) sicuti $2a$. n) in moderato $2a$; immoderate $1c^2$, *corr.* o) car. cons. $3b$. p) vas in q. $3a$; vasi quod $3b$. q) *corr.* ðuua $2a$; Augia $1b$. r) *om.* $3b$. s) intuberabilis (?) *pr. m.* $1d$. t) aliquod *pr. m.* $3c$. u) sp̄s (?) *pr. m.* $3c$.

***Cap.* 18.** a) quae $1c^2$. b) *pr. (?) m. superscr.* $1a^1$. c) necnon — ultio *om.* $3b$. d) malivo(lo *superscr.*)rum $1a^1$. e) predia *pr. m. corr.* presidia $3c$. f) defendendis *pr. m.* $2a$. g) multiforme $3c$, *corr.* h) animalibus $3b$. i) possit $3b$. k) O(ccul *m. al. in litura*)ta $1c^1$; oculta *pr. m. corr.* occulta $3c$, *et sic* $1c^2$; occulta *m. al. corr.* occulto $1d$. l) gres $3c$. m) transvatoque $3b$; transva : : | datoque, *ras.* da $3c$. n) Rhreni *pr. m.* $1c^2$; Reni $3c$. o) remotionis $3a$. p) Sublacus $3c$. q) vastigio $3b$. r) *post* i. 4 *litt. ras.* $1a^1$. s) iam *add.* $3b$. t) nescire 4. u) et c. *in mg. suppl.* $1c^1$. v) vect. *pr. m.* 4. w) obsessis $3c$, *corr.* x) somno $1c^2$. $3c$. y) *om.* $1c^2$. z) (q. *om.*) rever : endi, *ras.* t $3b$.

Denique V. Rusticulae sermone recentiore conscripta est, in quo soloecismi non 40 *deprehenduntur nisi perraro (e. gr.* aedificium *et* ovile *masc.,* abstultum*), talisque litterarum status apud Gallos non reperitur ante Ludowicum Pium. E contrario auctores Historiae litterar. Franc. III, p. 553, quos sermo emendatior non fugerat, inde concluserunt, in hac saeculi VII. barbarie non defuisse eos qui aliquid in litteris profecissent.*

Sane auctor eo ipso tempore floruisse voluit, Florentius presbyter ecclesiae civitatis 45 *Tricastinensis, sicut se ipsum in epistula praefixa appellavit, vitamque quae Rusticulae vel Marciae successerat Celsae abbatissae sanctaeque congregationi obtulit iussu ipsius susceptam, quin etiam relatione scripta eiusdem atque per testes oculatos de sanctae virtutibus se instructum esse affirmavit. Hae eius affirmationes vita examinata credi*

nequeunt, atque sicut biographus Eparchii[1] *ita ipse in prooemio suspicionem praecavebat, 'ne quicquam superflue aut non veraciter dictum esse videretur'. Erat autem alumnus congregationis (c.* 29*), gestisque sanctae conscriptis vehementer speravit per orationes virginum animam suam 'innumeris criminibus obligatam' a morte liberatum iri.*
5 *Gravis igitur peccator paenitentiae causa hanc fraudem commisisse videtur. Nomen autem, sub quo latuit, ex ipsius Caesarii suffraganeis deprompsit, nam* Florentius episcopus civitatis Trecastininsis *conciliis non solum Epaonensi a.* 517, *sed etiam Arelatensi a.* 524. *intererat*[2]. *Denique Faraulfus ex optimatibus Chlotharii II. per V. Lupi episcopi Senonici c.* 10. *notus est: regno enim Burgundiae occupato ad negotia regalia*
10 *tractanda e latere regis emissus esse fertur.*

Textum praetermissis visionibus miraculisque nonnullis ad hos libros recensui:

1) *Codex Parisiensis n.* 3820 *(antea Colb.* 152, *Regius* 3596*), formae maximae, saec. XIV,*

fol. 47—54. *V. Rusticulae,*

15 *fol.* 80'—96. *V. Caesarii Arelatensis (nobis* 3*) *exhibet.*

2) *Codex Andreae Chesnii, quo editores usi sunt, iam latet.*

Libris inter se discrepantibus lectio vera modo ex hoc modo ex illo eruenda erat.

Particulae tantum vitae ab Andrea Chesnio, Historiae Francorum scriptores coaetanei, Parisiis 1636, *tom. I, p.* 564 *sq. ex codice proprio (nobis* 2*) primo erutae*
20 *sunt, deinde ad eundem aliaque apographa I. Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis* 1669, *Saec. II, p.* 139—147, *textum plenum princeps edidit, cuius editione et Sollerius, Acta sanctorum, Antverpiae* 1735, *Augusti tom. II, p.* 657—664, *nititur, et qui pauca tantum ad historiam politicam spectantia admisit, M. Bouquet 'Recueil des historiens des Gaules', Parisiis* 1741, *III, p.* 493 *sq.*

B. Krusch.

25 ## INCIPIT PROLOGUS AD[a] VITAM SANCTAE RECORDATIONIS BEATAE RUSTICULAE SIVE MARCIAE[b].

DOMINAE[c] VENERABILI IN CHRISTO SORORI MATRI GREGIS[d] CHRISTO PRAESULE ADGREGATI CELSAE[3] ABBATISSAE FLORENTIUS[e,4] PRESBYTER ECCLESIAE CIVITATIS TRICASTRINAE PERPETUAM IN DOMINO
30 SALUTEM.

Merito[5] inter omnes virtutes[f] obedientia[g] vendicat principatum, dum, considerata sui possibilitate, aliquid imperantibus obsequitur. Patrocinante ergo omnipotentia divina, simulque precibus vestris adiutus, ortum nativitatis sanctae recordationis domnae Rusticulae sive Marciae vitaeque eius qualitatem ac pri- *(Ep. Constanti.)*

35 ***Prolog.*** 1. 2.

Prolog. a) ad v. *om.* 1. b) civis Vasionensis abbatissae sacri monasterii sancti Caesarii Arelatensis *add.* 2. c) Domini 1. d) gregi 1. e) Florencius 1. f) ob *add.* 1. g) sibi *add.* 2; *om.* 1 *cum Ep. Constanti.*

1) *Cf. SS. R. Merov. III, p.* 553: Potissimum autem est illas enarrare virtutes,
40 quae veraces esse noscuntur. In hac ergo sancti Eparchii vita nulla a me superflua aliquis putet esse adiecta. 2) *Concilia ed. Maassen I, p.* 30. 38. 3) *Celsa inter abbatissas Arelatenses post Rusticulam enumeratur.* 4) Florentius episcopus civitatis Trecastininsis *(hodie Saint-Paul-Trois-Châteaux, dép. Drôme) inter episcopos Burgundionum concilio Epaonensi a.* 517. *intererat, sed postquam civitas eius a Gothis occupata est, Arelatensi*
45 *subscripsit a Caesario a.* 524. *convocato. Ipsius nomine biographus Rusticulae nugas suas emisit.* 5) *Epistulam V. Germani Autissiodorensis praefixam Constanti ad Patientem biographus expilavit monente W. Levison.*

mordia religionis virtutisque, quam gratia divina exercuisse perhibetur, ex ordine prosecutus, in unius libelli opusculo[a] conscriptum sancto coetui vestro obtuli lectitandum[b]. Unde obsecro, ut pro me vestris orationibus impetretis, ne qui culpam contemptoris fugio, praesumptoris noxam incurram; sed credo, quod orando me implere faciatis, quod arripere iubendo fecistis. Nam certissimum est, quia si 5 quid in hoc scribendi studio vituperationis extiterit, meae erit audaciae; vestrae vero orationis, si non evasero culpa, ne tamen[c] quicquam superflue aut non veraciter dictum esse videatur, cum me noverit id procul dubio huic[d] indidisse opusculo, quod relatione fideli tu mihi, venerabilis in Christo, scriptis simpliciter ac fideliter indicasti, etiam et quidam fideles[e] de virtutibus praefatae se simul[f] 10 nosse et vidisse testificatione perspicua narraverunt. Orate ergo, quaeso, virgines Christi, ut dum ego auctoritati vestrae pareo, q u o d ministerium in m e optinere[g] non potest, vestra mereatur intercessione h a b e r e[h].

Ep. Constanti.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT VITA. 15

(1[a]). Clarissimis igitur orta[b] natalibus Valeriano et Clementia[c] coniugibus Romanis, cultum christianitatis cum summa veneratione colentibus, commorantibus eisdem in agro Hebocasiaco, qui est situs in territorio Vasionensi[1], factum est, ut nasceretur eis filius, et non[d] multo post tempore dedit eis Dominus hanc sacratissimam prolem Rusticulam. Contigit autem, ut eadem die qua haec nata est 20 pater eius de hac luce migraverit[e]. Transactis igitur non plurimis diebus defunctus est et parvulus; postmodum vero mater, viduitatis veste contecta, tristitiam, quam coniugis amissione vel filii adsumpserat, per hanc prolem fecunditatis suae[f] utero editam[g] consolabatur. Quam genitrix ad sacri baptismatis undam Christo obtulit sanciendam, eamque in regenerationis fonte[h] ex suo genere Rusticulam vocitavit; 25 ab omni vero domus familia Marcia nuncupabatur. Erat itaque pulchra facie et eleganti corpore; tanta vero dilectione a notis et amicis vel a domus familia habebatur, tamquam si caelesti eam[i] sibi gratia condonatam omnes congauderent.

(2). Quadam igitur nocte, cum mater eius sopori dedita obcubuisset, vidit in extasi quasi duos pullos columbarum suo affectu enutrire, et unum quidem niveo 30 candore praefulgentem, alium varietatis tegimine tegentem[a]. Cumque super eos nimio affectu congauderet, videtur sibi, quasi[b] domus familia nuntiaret, quod sanctus Caesarius urbis Arelatensis episcopus prae[c] foribus adstaret. Quod illa[d] audiens, sanctissimi viri gavisa adventu, in occursum eius laeta properat, atque officiosissime eum salutans, ut ingressu suo benedictionem suae domui largiretur, 35 humili prece poscebat; ingressusque domum, benedixit eam. Cumque illa honore debito deprecaretur, ut eulogias eius accipere mereretur dignareturque[e] ipse potum vel cibum capere, hoc ab eo responsum accepit: 'Dominus tecum sit, filia mea; nam ego, ut pullum illum columbarum, quem tu dulciter tibi videris enutrire, ut

Prolog. 1. 2. *Capp.* 1. 2. 1. 2. 40

Prolog. a) corpusculo 1. b) lectitans 2. c) aut 2. d) *ita scripsi;* hinc i. opusculum 1; (h. *om.*) i. opusculum 2. e) fidelius 1. f) pr. sese n. 1. g) optineri 1. 2. h) haberi 2.

Cap. 1. a) *capitum distinctione caret* 1. b) ortis 1. c) Clemente 1. d) enim 2. e) migraret 1. f) sui 1. g) edita 1. h) fontem 1. i) iam 2.

Cap. 2. a) tectum 2. b) quod 2. c) pro 1. d) ita 2. e) que *om.* 2. 45

1) *Vaison.*

mihi concedas, exopto'. At illa haesitans intra[a] semet ipsam, cogitabat, unde hoc sciret, quod haec illa apud se haberet, dicens se huiusmodi rem non habere. At ille dixit ad eam: 'Coram Deo dico, non hinc egrediar, priusquam petitioni meae satisfacias'. Mox illa negare non potuit, sed exhibuit et statim viro sancto obtulit. 5 Ille vero cum magno gaudio apprehendens eum qui nimio candore praefulgebat, ovans pectori[b] suo conlocavit et valefaciens abscessit. At illa expergefacta cogitabat intra semet ipsam, quid hoc esset, et revolvebat in animo suo, quare ille qui defunctus fuerat sibi apparuisset, ignorans, quod famulam suam Christus sponsam sibi eligere adoptaret, qui ait: *Non potest civitas abscondi supra montem* (Matth. 5, 14. 15.) 10 *posita, sed neque accendunt lucernam, ut ponant eam sub modio, sed super candelabro, ut luceat omnibus qui in domo sunt.*

(3). Igitur cum esset haec virgo annorum quinque, rapta est a quodam viro nobili nomine Cheraonio. Cumque eam ad domum suam perduxisset, genitrici suae eam obtulit enutriendam, ut cum ad legitimam pervenisset aetatem, sibi eam 15 matrimonio copularet. Sed ille, qui non dormit neque dormitat in aevo, qui (cf. Ps. 120, 4.) custodit Israel, revelavit Spiritu suo sancto beatissimae Liliolae abbatissae monasterii, quod sanctae recordationis urbis Arelatensis papa[a] Caesarius fundavit, ut peteret a venerabili Siagrio episcopo[1], qualiter agere deberet apud gloriosissimum Gunderamnum[b] regem, ut intra septa monasterii faceret[c] eam introire. Tunc 20 suprascriptus Cheraonius[d], cum hoc factum comperisset, coepit multis precibus et muneribus precari, ut illa[e] concederetur ei in matrimonium; sed, divina gratia[f] concedente, ita ipsi regi in suo corde largitus est Dominus, ut eam per quendam abbatem virum magnae conversationis[g] ad sanctam Liliolam[h] dirigere deberet. Parabat denique iam illam sibi dominus Christus vas electionis in sanctificationem (cf. Act. 9, 15.) 25 honoris.

(4). Qualem vero virtutem per eam Dominus, dum adhuc in rudimentis infantiae esset, ipso in tempore fecerit, intimabo. Igitur adimpletur iussio regis. Venientibus ergo illis in itinere, cum applicuissent ad ripam nobilissimi fluminis Rodani, coeperunt secum quaerere qui cum ipsa erant, quod alimenta cyborum 30 minime haberent. Sed Dominus, qui non privat bonis eos[a] qui ambulant in innocentia, ut eripiat animas eorum a morte et alat eos in fame, ipse per famulam (cf. Ps. 83, 13.) suam tribuit egentibus donum misericordiae suae. Dum vero sibi[b] deambularet venerabilis puella cum una ex famulabus suis, comperit iuxta marginem fluminis piscem mirae magnitudinis, et apprehendens pallium quo induebatur, extendit per 35 ora fluminis, captumque eum tenuit fortiter. At ille reluctari[c] coepit et ad se eam trahere; Domini vero gratia praestitit virtutem famulae suae, et praedam quam ceperat omni cum velocitate extraxit. Tanta autem fuit magnitudo piscis illius, ut omnes qui cum ipsa erant ex eo satiarentur. Et ammirantes super hoc factum, dicebant: 'Vere in hoc apparet, quia multas animas ista per verbum Dei 40 capiet et Christo domino consecrabit'.

Capp. 2—4. 1. 2.
Cap. 2. a) circa 2. b) pectore 2.
Cap. 3. a) C. p. 2. b) Gonderanum 2. c) e. f. 1. d) qiraonis 1. e) ut ipsa ei conc. in 1. f) *ita* 1 *cum Chesnio;* c. gr. *Mab.* g) eam *iterat* 1. h) :: iliolam *pr. m.* 1.
45 *Cap.* 4. a) bonis quos ambulantibus in innocentiam 1. b) sic ambularet 2. c) reluscare 1.

1) *De Syagrio episcopo Augustodunensi v. SS. rer. Merov. I,* 700, *n.* 2; *'N. Arch.' XXIV,* 313.

(5). Venientibus autem illis ad civitatem Arelatensem, ubi pontifex erat illis temporibus apostolicus vir Sapaudus[1] episcopus[a], introduxerunt eam ad sanctam Liliolam[2] abbatissam; quae gavisa de adventu eius, excepit illam cum gaudio magno intra septa sancti monasterii, et edocens illam omnem fidei sanctitatem, adgregavit virginibus Christi[3]. Quod factum ubi[a] mater eius comperit, cum nimio dolore ac[b] lacrimis mittit ad pontificem civitatis et cum magnis precibus atque muneribus ab eo poscit[c], ut, qualicumque[d] occasione inventa, proprium ei pignus quolibet[e] modo redderetur, huiusmodi preces ad eum dirigens: 'Miserere, quaeso, humilitati meae, sanctissime pater, et releva adflictam unico pignore orbatam. Aspicio domus facultates, familiae innumeram multitudinem, et cui haec derelinquam, ignoro. Imple[f] mihi spei meae fructum. Quis nunc aetatem meam[g] fovebit, unica quam habebam amissa? Quaero sobolem meam, et non invenio; ubi curram, ubi divertam, ignoro. Precor beatitudinis tuae gratiam et per Deum te obtestor, ut miserearis mihi tam intolerabili dolore percussae et viduitati meae unicam filiam iubeas reddi'. Ad haec vir Deo plenus talia remandat: 'Nobilitati tuae quolibet voto obtemperare cupio, sed divini nominis praeceptum transgredi non audeo. Opes, quas tu ei dare promittis, momentaneo fine transeunt[h]; divitiae vero, quae ipsi a Christo paratae[i] sunt, perpetuis gaudiis perfruuntur. Consolare ergo, quaeso, iam, dulcissima filia, et noli flere amissam, quam credimus cum Christo esse regnaturam'. Haec audiens genitrix, nullam consolationem accepit, sed maiorem animi dolorem[k] sustinens, dirigit quosdam e suis cum diversis generibus munerum, divitias atque ornamenta saeculi secum portantes, quatenus possent Christi virginem a sancto proposito[l] revocare. Sed illa, cuius fidei fundamenta stabilita iam erant supra petram firmissimam, omnia tamquam stercus respuens, una eademque perseverabat immobilis.

V. Caesarii I, 16. — (6). Tantam autem ei gratiam Dominus et memoriae capacitatem dignatus est tribuere, ut intra pauca temporum spatia psalmos omnes disceret et omnes scripturas divinas memoriter retineret. (ib. c. 19.) Nam fertur aliquando, dum infans psalmos pararet, et ut adsolet infantia, sompno occuparetur, recumbens in genua uni[a] de sororibus, psalmum et ipsa in aure dicebat. Quae mox ut expergefacta fuisset, tamquam si eum legisset, ita memoriter recensebat, implens illud scripturae dictum: (Cant. 5, 2.) *Ego dormio, et*[b] *cor meum vigilat.* Tanta autem karitate et humilitate circa sanctam

Capp. 5. 6. 1. 2.

Cap. 5. a) *om.* 2. b) et 2. c) poposcit 2. d) qualecumque? *pr. m.* 1. e) quodlibet 1. f) impie 1. g) mencium 1, *corr.* h) transeant 1. i) patefactae 2. k) non *add., sed del.* 1. l) prep. 1, *corr.*

Cap. 6. a) unius 2. b) *om.* 1.

1) *Sapaudus episcopus Arelatensis successor Aureliani, ad quem Vigilius papa a.* 550. *litteras dedit (MG. Ep. III, p.* 67*), a.* 552. *concilio Parisiensi praefuit (Conc. ed. Maassen I, p.* 117*) aliisque postea interfuit atque per universam Galliam a.* 557. *vicarius apostolicus institutus est (Ep. III, p.* 73*), diem autem supremum a.* 586. *teste Gregorio, H. Fr. VIII,* 39, *obiit.* 2) *Liliola post Caesariam Caesarii sororem Casariamque, cuius rogatu V. Caesarii inter a.* 542—549. *composita est (SS. rer. Merov. III, p.* 457*), abbatissa tertia monasterio virginum Arelatensi praeerat, celebrata a Fortunato VIII,* 3, *v.* 43. 3) *Caesarii regula virginum* § 7: aut difficile aut nulla umquam in monasterio infantula parvula, nisi ab annis sex aut septem, quae iam et litteras discere et oboedientiae possit obtemperare, suscipiatur.

illam congregationem se[a] exhibebat, ut omnes eam nimio venerarentur affectu. Erat enim strenua in omnibus, prudens in verbis, moribus bonis, elegans specie, aetate conspicua, in omnibus mansueta, praeceptis Christi morigera[b], ut suis[c] proprietatis nomine actibus demonstraret, ut iam illo in tempore dignam sponsi vocem[d]
5 mereretur audire: *Speciosa sicut luna.* Cant. 6, 9.

(7). Igitur[a] beatissima Liliola[b] de hac luce migrante ad[c] Dominum, visum est ad omnem illam sanctam congregationem, ut dilectam Dei Rusticulam sibi eligerent fieri matrem. Illa autem refutabat, indignam se dicens esse ad hoc opus. Quid multa? Favente Domino, impletur devotio ancillarum Dei, impositoque sibi
10 honore, Christi sancto moderamine invigilabat pro animabus ad se pertinentibus. Erat autem tunc annorum circiter decem et octo. Et ita se coepit in abstinentiis et vigiliis dare, ut etiam tertio die cibum caperet et cilicio tegeretur, implens apostoli[d] dictum: *In vigiliis et ieiuniis, in laboribus multis.* Reliquis vero sororibus 2. Cor. 6, 5. nocturnis horis quiescentibus, illa per totum noctis spatium in ecclesiis psalmis,
15 hymnis[e] et orationibus insistebat et pro tradito sibi grege vel pro universo populo fletibus multis Dominum precabatur.

(8). His igitur sanctissima virgo florens, concepit animo, Spiritu sancto instigante, ut ampliorem orationis locum virginibus Christi institueret. Interea construxit templa, munivit menia sanctis. Ab incoatione vero[a] ecclesiae, dum funda-
20 menta ponerentur, manibus suis beatissima mater exultans lapides artificibus porrigebat; perfectoque opere, Domino favente atque inspirante, ecclesiam[b] in honore sanctae Crucis instruxit. Dehinc demonstratum est eidem per revelationem aedificium mirae magnitudinis in caelo aedificatum, quem[c] intuens, iubetur a Domino, ut similitudinem[d] illius fabricaret in terris. At illa fida festinat[e] gaudens implere
25 iussionem Domini sui, perfecitque templum micanti pulchritudine constructum. Cogitavit autem apud se, ut in hoc aedificio, qui[f] eminentior erat, crucem Domini conlocaret et illam quam prius fundaverat in honore sancti archangeli Michaelis adoptaret. Convocatis[g] ergo sanctis sacerdotibus Christi, septem altaria ibidem conlocavit: primum in honore crucis Christi, dehinc[h] sanctorum archangelorum
30 Gabrielis atque Raphahelis, addens post aliquot annos sancti Thomae apostoli, sancti Mauricii, sancti Sebastiani et sancti Pontii[i]. Vere enim secundum apostoli dictum[1] ut sapiens architectus fundamentum posuit; aedificavit in terris, quod postea invenit in caelis. Ipsi namque[k] eidem sidereas mansiones paradisi suis interpellationibus paraverunt, quos tanto amore venerabiliter excoluit in terris. — — —

35 (9). Quadam die cum in basilica sancti Petri hora meridie quievisset[a], vox ad eam facta est et vocavit eam nomine suo, dicens: 'Marcia, imitare[b] Dominum tuum in cruce pendentem, imitare et conservum tuum Stephanum, quando a Iudeis cf. Act. 7, 59.

Capp. 6—9. 1. 2.

Cap. 6. a) sibi 1. b) molligera 1. c) sui 1. d) voce 1.

40 *Cap.* 7. a) Itaque 2. b) Lilia 1. c) a Domino 1. d) apostolicam dictum 1. e) hpmnis 1.

Cap. 8. a) *om.* 2. b) ecclesie *pr. m.* 1. c) quod 2. d) simile *(om.* illius*)* 2. e) festinabat 2. f) *pr. m. suppl.* 1; quod eminentius 2. g) *om.* 2. h) deinde 2. i) Poncii 1. k) *om.* 1.

45 *Cap.* 9. a) meridiei convenisset 2. b) innitare 1.

1) 1. *Cor.* 3, 10.

Luc. 23, 34. lapidabatur, dicentem: 'Deus, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt'. Evigilans vero in hoc ipso, mirabatur, quae esset visio ista. Diabolus vero bonis semper invidens, consilio suo maligno suasit cuidam episcopo Maximo nomine[1], nam non opere, et cuidam principi nobili secundum saeculum, nam non apud Deum, nomine Riccimiri[a. 2], ut falsum testimonium cogitarent adversum famulam Christi, quod illa 5 occulte regem[3] nutriret, et abeuntes ad regem Chlotharium[b], accusaverunt eam. Ille autem haec audiens, commotus est ira vehementi et iussit suprascripto principi, ut diligenter haec inquiri iuberet et sibi denuntiari. Ille vero cum multis episcopis et reliquis similibus suis ad civitatem Arelatensem veniens, coepit plus minas ingerere quam rei veritatem inquirere. Congregatio vero sancta cum vide- 10 rent[c] matrem suam verbis fallentium nimium opprimi, illo suo solito more arma gratiae[d] caelestis arripientes, modulatis vocibus psallentes illum poscebant defen- cf. Dan. 13. sorem e caelis[e], qui sanctae Susannae ab impiis condemnatae[f] sanctum Danielem praemisit liberatorem. Quidam perditus ex amicis suprascripti viri nomine Audoaldus[g], voluntati principis sui parere cupiens, evaginato gladio verberare voluit fa- 15 Ps. 36, 15. mulam Christi; sed Dominus, qui per prophetam suum dixit: *Gladius eorum intret in corda ipsorum, et arcus*[h] *eorum conteratur,* ipse de manibus eius resupinum gladium ruere fecit et innocentem liberavit a morte. Ipse vero, qui hoc conatus est facere, non multo post tempore manibus pedibusque contractus[i], has eiulans voces dabat: 'Heu me miserum! quia tantum facinus admisi, famulam Dei trucidare 20 cupiens, et ideo in tam nefandis et amarissimis cruciatibus mereor[k] dari'. Et ita, ut dignus erat, vitam finivit.

(10). Postmodum vero suprascriptus vir Riccimirus direxit quosdam e suis ad regem, qui adserere[a] deberent, quod culpabilis inventa fuisset beatissima virgo Christi in hoc falso crimine. Et amplius furore accensus rex misit quendam de 25 obtimatibus suis nomine Faraulfum[4], qui suis eam praesentaret optutibus. Ipse vero veniens coepit graviter insistere, ut extraheret a sancto ovili virginem Christi. Illa autem cum regi caelorum plus quam terreno se obedire protestaretur et magis se mori velle quam transgredi praeceptum sancti patris Caesarii[5], videns suprascriptus vir, quia quod iussum[b] sibi fuerat, si non adimpleret, periculum sibi esset 30 venturum, coepit ex iussione regis principi civitatis ipsius nomine Nymfidio[c] minacibus verbis adserere[a], quod si eam ipsa die de monasterio non abstraheret, periculum capitis sui esset futurum. Ille vero, eo quod[d] nimium veneraretur famulam

Capp. 9. 10. 1. 2.

Cap. 9. a) Riccimiro 2. b) Doithoarium 1. c) videret — illa — arripiens 2. d) gra 1. 35 e) c : : : lis *pr. m.* 1. f) condempnatam 1. g) Andoaldus 2. h) *ita recte* 1; arma 2. i) truncatus 2. k) *om.* 1, *versu exeunte.*

Cap. 10. a) adherere 1. b) s. i. 2. c) Ninfidio 2. d) cum *add.* 1.

1) *Avennicum fuisse Maximum episcopum statuit Mabillonius, sed nihil de ipso notum est.* 2) *Ricomeris genere Romanus a Theuderico rege a.* 606/7. *patricius institutus est; cf. Fredeg.* 40 *IV,* 29. 3) *Childebertum Theuderici regis filium intellegi volunt, quem e caede a Chlothario perpetrata a.* 613. *evasisse testatus est Fredegarius IV,* 42. 4) *Cf. V. Lupi Senon. c.* 10: Obtento itaque Chlotharius regno Burgundiae praecepit cuidam viro potenti, dignitate saeculi in magna gloria praepollenti, Farulfo nomine duci, regalia negotia explicare. 5) *Caesarius regula virginum § 2:* Si qua — saeculo renuntiare et sanctum ovile voluerit 45 introire, usque ad mortem suam de monasterio non egrediatur nec in basilicam ubi ostium esse videtur.

Dei, cum lacrimis et humilitate qua decebat eam precabatur, ut absque aliqua iniuria voluntarie egrederetur, hoc cum iuramento protestans, quod si iussio impia iuberet sanguinem suum cum sanguine Christi ancillae fundi, maximum ei gaudium esset[a] futurum.

5 (11). Igitur instigatione praesentium nec innocentiae fides attenditur, nec accusationis veritas flagitatur, sed falsis adsertionibus condempnata abstrahitur a sancto ovile atque in cella monasterii quod est in civitate sub custodia mancipatur. Congregatio vero, quibus[a] ducatum suae sanctitatis gerebat, videntes impie direptam fuisse sibi pastorem, non potest dici, quali[b] maerore sint afflictae. Fundunt la-10 crimas, nec est qui opem praebeat pietatis, vel qui ferre valeat consolationum solatia. Ovile Christi, qui modulatis psallentium vocibus in Dei laudibus resultabat, pro matris absentia ululatibus[c] et gemitibus resonabat. Conversus est illis dies in nocte, dulcedo in amaritudine, cantica in luctu, lux in tenebris, vita in morte; omnes omnino mori magis quam piissima matre absente vivere cupiebant. 15 Denique, ut supra diximus, introgressa in cella monasterii ipsius, more consueto dum pervigil in sanctis orationibus insisteret, iniqui homines consilio diabolico armati, lapidibus domum obruentes, super ipsam venerunt; sed nihil illi nocere poterat[d] quam Christi gratia protegebat.

V. Caesarii I, 21.

(12). Expletis itaque[a] septem diebus, educitur[b] de civitate, itinere quo coe-20 perat pergens. Dominus autem, qui non derelinquit sperantes in se, sed exaltat humiles, ipse misit angelum suum et abstulit obprobrium a filiis Israel revelavitque per Spiritum suum sanctum cuidam apostolico viro episcopo civitatis Viennensis nomine meritisque Domnulo [1], ut protinus ad regem gradiretur et denuntiaret ipsi gravem se offensionem Dei habere, eo quod iniusto iudicio condemp-25 nasset famulam Christi, et protinus se a filio [2] orbari pro tam immisericordi iussione. Audiens autem haec rex timore nimio corripitur et direxit[c] duos comites viros Deum timentes, qui cum honore et reverentia ad se eam deberent perducere, sed et de singulis civitatibus quae illi[d] necessaria erant opes ministrari praecipiens.

cf. Luc. 1, 52. cf. Gen. 30, 23.

30 (13). Quanta vero mirabilia in itinere ipse Dominus per eius operationes sit operatus, plane referam. In civitatibus vero, in quibus famula Dei ventura erat, vexati ab spiritibus immundis ante plurimis diebus adventum eius praenuntiabant, dicentes: 'Ecce! famula Dei iam venit, ut nos torqueat et de habitatione nostra eiciat'; et quasi stadiis tribus aut quatuor venientes obviam ei, humiliter prosterne-35 bantur, confitentes atque dicentes: 'Cur nos famula Christi torquere venisti et de domiciliis nostris expellere?' Inquirenti vero Christi ancillae, quo casu vel neglegentia spiritus maligni in hominibus introissent, confitebatur unusquisque per

Capp. 10—13. 1. 2.

Cap. 10. a) esse 1.

40 *Cap.* 11. a) quae — videns 2. b) me *add., sed del.* 1. c) ululatis et gemitus 1. d) poterant 2.

Cap. 12. a) igitur 2. b) adducitur 2. c) dixerit 1. d) ei 2.

1) *Domnolus episcopus Viennensis Desiderio a.* 603. *successit (cf. Fred. IV,* 24; *SS. rer. Merov. III,* 631*) concilioque Parisiensi a.* 614. *intererat (Concil. I, p.* 190*).* 2) *Meroveus* 45 *Chlotharii filius contra Theuderici exercitum pugnans a.* 604. *captus est (Fredeg. IV,* 26*), cuius mors a.* 613. *Brunechildi imputabatur (Fredeg. IV,* 42*). Ipsam igitur ante victoriam Chlotharii accidisse oportet, dum ea quae supra de rege occulte nutrito enarrata sunt post eam collocantur.*

singula, unus, quia poculum aquae absque[a] signaculo hausisset, alius, quia per gulam, alius, quia[b] per periurium, alius per furtum, alius per homicidium, vel reliquis malis. Unus autem ex ipsis dicebat, quia in fonte se posuerat; cum autem vellet bibere de aqua ipsa infelix ipse homo et signum crucis ibidem minime fecisset, ita in eum fuisset ingressus spiritus malignus. Et obtestabantur eam per crucem et clavos Domini, ut non eos iuberet egredi de domiciliis suis. Illa autem, ne vel in[c] modico iactantiae subiaceret, redemptionis dominicae crucem quam secum deferebat super capita eorum imponens et orans, protinus salvabantur.

(14). Cum ad basilicam sancti Desiderii martyris[1] maxima cum devotione venisset et fores clausas reperisset, ubi sanctum[a] corpus erat positum, fidei alacritate repleta postulat[b] martyrem Christi, dicens: 'Beatissime amice Dei, adesto mihi nunc tribulanti[c] et permitte me accedere, ut procumbens exorem ad sancta vestigia tua'. Haec ea dicente, disruptae sunt catenae et reserata sunt claustra, et toto corpore prostrata humo, obtinuit precibus, quod fidei alacritate poscebat.

(15). Verum quia longum est, quae et quanta mirabilia per singulas quasque civitates ad laudem nominis sui Dominus per eam sit operatus, per ordinem narrare, ad rerum exitus redeamus. Igitur cum perducta fuisset ad regem, Christo duce salutatura eum adgreditur. Interea famulam Christi, non iam fama vulgante, sed corporali praesentia comprobante, tam rex quam regina et optimates sui cum magno honore et reverentia venerari coeperunt. Inquirenti vero[a] regi[b] principibus suis, si vera essent quae ipsi de ea fuerant nuntiata, illa[c] cum iuramento asseruit, testificans Deum, non solum se non fecisse, sed nec cogitare potuisse[d] huiusmodi rem. Cumque ista agerentur, et rex ipse dubietatem in suo animo gereret, filius suus, quem valde diligebat, extrema agere coepit, et quod ei antea fuerat praedictum, per iniusta iudicia, quae in Dei famulam exercuerat, filium se amissurum, complevit in meritum. Defuncto itaque eo tristis ac maerens rex, quidnam de Christi ancilla fieri iuberet, ignorabat. Accedentes vero ad eum palatii illius primarii, hoc ei dederunt consilium, ut dilectam Dei Rusticulam, quam cum iniuria[e] ad se fecerat venire, cum magno honore iuberet ad propria remeare. Quod et factum est. Auctoritate igitur accepta beatissima revertendi ad propria, quantum gaudium illius provinciae fuerit, quis valeat enarrare[f]?

V. Caesarii I, 36. ib. c. 42.

(16). Cum autem venisset in civitatem Sennonis[a, 2], quidam a diabolo correptus de altiori cenaculo se proiecit et ad basternam, ubi Dei famula ducebatur, cursu rapidissimo properavit detraxitque illud velum, quo fenestra basternae civitatis[b] tegebatur, et intrinsecus caput admittens[c], manus beatissimae devorare conabatur. Quae elevata[d], confestim dextera crucis vexillum in fronte eius defixit, prostratusque in terram, quasi[e] effigiem hominis sanguine plenam evomuit et continuo pristinam recuperavit salutem.

Capp. 13—16. 1. 2.

Cap. 13. a) sine 2. b) *om.* 1. c) (in *om.*) modicum i. subiret 2.

Cap. 14. a) sancti 2. b) postulabat 2. c) tribulatae 2.

Cap. 15. a) *ita* 1 *cum Chesnio (cf. supra p.* 345, 36*)*; ergo *Mab.* b) *post* regi 2 *litt. ras.* 1. c) ista 2. d) potuisset 1. e) iniuriam 1. f) narrare 2.

Cap. 16. a) Senonis 2. b) *om.* 2. c) emittens 1. d) em *add., sed del.* 1. e) qui 2.

1) *Desiderii episcopi Viennensis a.* 606/7. *occisi.* 2) *Sens.*

(17). Verum quia longum[a] esset cuncta de virtutibus eius referre, illud referam, cum quali gaudio vel exultatione a suis civibus est recepta. Igitur cum nuntiata[b] fuisset venerabilis Dei famula reverti atque propius imminere civitati, egreditur in occursum eius omnis aetas omnisque sexus, religiosi, laici, nobiles et ignobiles, divites et pauperes, incolae et advenae; omnes gaudent, omnes laetantur, omnes Deo gratias referunt, quia talem exoratricem, quam dudum se amisisse[c] lugebant, protinus sibi Dei gratia redonatam esse gauderent. Interea adventus eius Christi virginibus nuntiatur, quae mox inenarrabili laetitia repletae, hymnum exultationis Domino canunt, qui reddidit pastorem ovibus afflictis. Introgressa igitur in sancto ovile, unde abstracta fuerat, excipitur a filiabus modulatis vocibus psallentibus atque dicentibus: *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Constipata igitur choris virginum solioque proprio residens, pia magistra pari Domino voce gratias referebat, exhortansque discipulas, quae nimium afflictae fuerant absentia sui, earum[d] orationibus se in loco pristino restauratam fuisse mater sancta fatebatur. Et in psalmistae prorumpens vocem: '*Magnificate*' inquit, '*Dominum mecum,* dilectissimae filiae, *et exaltemus*[e] *nomen eius in invicem, quia exquisivi Dominum, et exaudivit me et de omnibus tribulationibus meis eripuit me, habitareque fecit sterilem in domum, matrem filiorum laetantem*'.

V. Caesarii I, 26. — Luc. 2, 14. — Ps. 33, 4. 5. — ib. 112, 9.

(18). Non multum[a] post tempore inimici illi homines, qui crimen obiecerant famulae Christi, confusi atque compuncti veniunt ad eam, humiliter veniam postulantes atque pro sui culpa indulgentiam flagitantes. Illa vero, quae erat repleta dulcedine Spiritus sancti, alacri animo eos suscipiens, tamquam si magnis honoribus eam sublimassent, ita dulciter alloquens, Dominum pro ipsis deprecabatur. Legerat enim sanctum euvangelium, quod ait: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, et pater vester caelestis dimittet vestra*'.

Matth. 6, 14.

(19). Transacta hac tempestate, commorata est cum filiabus, quas dulciter enutriebat, annis quatuordecim, edocens illas omnem fidei sanctitatem. Nam una de sororibus cum graviter ab infestatione meridiani daemonis[1] nimiam fatigationem sustineret et corpore tremebunda nullatenus se erigere posset, divina clementia largiente, aliae fideli sorori dignatus est Dominus incordari[2], ut ex capillis beatissimae matris, igne subposito, ureret et in aqua munda eidem bibere daret. Quae statim pristinam recipiens sanitatem, simul pro recuperatione corporis maximas cum devotione Deo[a] gratias retulerunt.

(20). Quodam tempore cum nimia clade populus civitatis opprimeretur, etiam et Dei famulae subitaneo fine ad Christum migrarent, coepit beatissima mater graviter affligi pro eis. Contigit autem, ut duae ex sororibus gladio ipso percussae invicem[a] prosternerentur, et cum vicinae iam morti, oculis obtenebratis, lucem

Capp. 17—20. 1. 2.

Cap. 17. a) est *add., sed delet.* 1. b) nuntiatum f. venerabilem D. famulam r. 2. c) admisisse 1, *corr.* d) eorum 1. e) exultemus 1.

Cap. 18. a) multo 2.

Cap. 19. a) *om.* 2.

Cap. 20. a) iuvenem replerentur 1.

1) *Daemonium meridianum seu incursus daemonii meridiani antiquis dicebatur subita et aperta quaevis morbi violenti incursio, qua quis sensuum mentisve facultate derepente privatur: sic dicta tum quod a daemone imprimi crederetur, tum quod summo die proveniret. Mab.*
2) *I. q. inspirare. Mab.*

diei cernere non possent, matrem sanctam pro se oraturam vix iam loquentes[a] exposcunt. Veniens vero Dei famula in loco oratorii sancti Caesarii, ubi ipse iacebat[1], humi prostrata, cum lacrimis auctorem Deum, ut morti iam proximas vitae restituat, deprecatur. Cumque surrexisset ab orationis officio, credula quodam modo praestitum sibi fuisse a Domino quod postulaverat, ad visitandas eas accedit 5 et de salute earum inquirit. Quae protinus revalescentes, gratias Deo et matri referunt, suis se orationibus mox fuisse a mortis periculo liberatas.

(21). Sunt praeterea plurima, quae de virtutibus eius scribi prolixius possent; sed ne fastidium legentibus prolixitatis meae sermo generare videatur, finem operi demus, ut et legentes[a] verba lectionis reficiant[b], et audientes tali exemplo pro- 10 vocati[c], intercedentibus bonis operibus, vita potiantur aeterna. Sufficere sanctis animabus vestris credo, dilectissimae Christi virgines, quanta pro recordatione sanctissimae matris dominae meae Rusticulae sive Marciae de virtutibus, institutis atque doctrinis eius ad laudem honoris Dei omnipotentis parvissimo meae[d] locutionis sermone, prout fandi facultas concessit, fideliter explicavi. Sed quia iam 15 nunc tempus exigit, ut, qualiter ad illa beata praemia, quae iustis sunt parata, eam Dominus vocaverit, intimemus, licet maestitiam vobis ingeram, iam tamen accedam.

(22). Septuagesimum septimum agens aetatis suae annum, cum[a] adversum se diabolum iugiter dimicantem Christi iuvamine roborata viriliter triumphare valuisset in terris, ad praemia parata laeta evocatur ad caelos, ut recipiat, *quod oculus* 20 *non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit,* quae sunt parata diligentibus Deum, eo quod triticum horrei dominici familiae sibi commissae prudenter atque fideliter dispensaverit, zeloque Spiritus sancti succensa, templa Dei nutantia[b] iustitiae rigore[c] constabilierit. Haec illius iugis opera, iugis intentio fuit, ut ne quam illarum superflue tristitia affligeret, neque nimii[d] labores gravarent aut quiete 25 torpescerent, sed ferventi spiritu omnes cogebat[e] ad requiem[f]. Mirandum est, quomodo hec[g] beatissima mater tot officia compleverit, dum cotidie aegritudo suo corpori non deesset. Hinc illud erat, quod congregatio ex diversa terrarum parte collecta in[h] illius amore[i] conspirantes, omnes dominam, omnes piam matrem vocarent. Didicerant enim omnes, ipsam sibi conpatientem, dolores[k] illius suos compu- 30 tare, ipsaque afflicta affligi et respirante convalescere. Quando autem congregatae fuissent omnes in unum ad opus sanctum celebrandum, productis fontibus caelestium doctrinarum, singularum corda rigabat. Cum quali vero dulcedine et pia karitate eas castigaverit, corripuerit et iterum clementi affectu non ut domina[l], sed quasi pia genitrix monitis salubribus imbuerit, non dicam, disserere, sed nec cogitare me 35 posse profiteor. O vere beata! quae Christi amorem toto pectore gerens, digne cum servo illo, qui duplatis talentis a Domino mereretur audire, quia super multa constituatur, audiatur et haec propria et fideli descriptione, quam circumspectionem[m] circa hunc gregem habuit: Euge ancilla bona et fidelis, intra in domum[n] Domini tui. 40

1. Cor. 2, 9. — cf. Matth. 3, 12. — V. Honorati Arel. 4, 18. — ib. 4, 19. — V. Hilarii Arel. 10, 13. — ib. 11, 14. — cf. Matth. 25, 21.

Capp. 20—22. 1. 2.
Cap. 20. a) languentes 2.
Cap. 21. a) legentis 1. b) *scil.* se. c) provocate 1, *corr.* d) l. m. 2.
Cap. 22. a) *om.* 1. b) iuventia 1. c) rigorem c. 1; vigore stabilierit 2. d) n. laboris g. 1; nimio labore gravarentur 2; nimius labor gravaret *V. Honor.* e) cogebant 1. f) regimen 2. 45 g) *om.* 2. h) c. nullius a. 1. i) amorem exardentes o. 2. k) doloris i. 1; d. ipsius 2. l) dominasset quasi 1. m) scriptionem 1. n) gaudium *Vulg.*

1) *Caesarius in basilica S. Mariae sepultus est.*

(23). Factum est autem quadam die, quae est sexta sabbati, vesperam cum filiabus ex more decantans, adiuncta etiam duodena[1], valde se corpore iam fatigari sentiens, super viribus sibi imponens, solita consuetudine lectiones fertur dixisse. Sciebat enim se iam celerius ad Dominum migraturam. Die itaque sabbati illu-
5 cescente coepit modico frigore teneri et membris omnibus dissolvi. Post haec lectulo incumbens, cum nimia aegritudine febrium teneretur, non tamen a Dei laudibus os eius cessavit, sed, oculis in caelo intentis, invictum ab oratione spiritum non relaxans, commendabat Domino filias, quas orfanas relinquebat, flentesque forti animo consolabatur. Digna enim erat iam tunc cum apostolo dicere:
10 *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de cetero reposita*[a] *est mihi corona iustitiae.* Tempus erat, quo ad requiem[b] evocata, consors fieret Dei electorum. Alia[c] vero die dominica gravius taediare coepit, et quia consuetudinis suae erat, ut lectulus suus nonnisi revoluto anni circulo[d] fieri deberet, poscentibus famulis Dei, ut aliquantulum mollioribus stramentis sibi indulgeret, eo
15 quod tam gravem fatigationem corporis sustineret, penitus adquiescere noluit. Secunda vero sabbati, natale sancti Laurenti martyris[2], coepit viribus corporis amplius distendi et validissime fleuma[3] eius pectori sonare. Haec videntes virgines Christi contristatae omnes, fletum gemitumque reddebant. Cumque hora diei tertia facta esset, et congregatio prae nimia tristitia sub silentio psalleret, contristata mater
20 sancta inquirit, cur voces psallentium minime audiret. Respondent maestitiae maerore se non posse. 'Clarius', inquit, 'psallant, ut et ego confortationem accipiam[e], quia vere satis mihi dulce est'. Alia vero die cum nullus vitalis motus in eius iam paene corpore remansisset, oculi tamen eius in vigore quo fuerant persistebant, tamquam stellae micantes; et huc illucque circumspiciens, minime iam
25 loqui potens, manu silentium flentibus consolationemque insinuabat. Cumque una de sororibus pedes eius adtrectaret, ut utrum videret, si calidi essent an[f] frigidi, dixit: 'Adhuc non est hora'. Post paululum vero hora diei sexta laetissimo vultu, oculis praefulgentibus, quasi subridens, gloriosa anima felix ad caelum transfertur, innumeris sociata choris sanctorum.

Sulpic. Sev. epist. 3, 14. — 2. Tim. 4, 7. 8. — Sulpic. Sev. 1. 1. — ib. 3, 9. Aug. 10.

30 (24). Iam vero dici non potest, quali dolore sint percussae famulae Christi; nulla[a] a gemitu, nulla a fletu, nulla ab ululatu cessare potuit, piissimam matrem se amisisse ingemescentes[b], ita ut tecta oratorii ipsius discessu ruere putarentur. Parem luctum dilectio universalis indixerat, eratque velut[c] seminarium lacrimarum generalis dolor omnium diligentium, et deficiente[d] voce, gemitus resonabat cla-
35 mantium et dicentium: 'O', inquid, 'piissime Domine, quare avertisti faciem tuam

V. Hilarii Arel. 21, 28. — ib. 22, 29. — ib. 21, 28. — ib. 22, 29.

Capp. 23. 24. 1. 2.

Cap. 23. a) *ita* 1 *cum Vulg.;* m. r. est 2. b) regimen convocata 2. c) Aliqua 2. d) curriculo 2. e) capiam 2. f) ac 1.

Cap. 24. a) *om.* 2. b) ingementes 2. c) veluti 2. d) desinente 2.

40 1) *Officium ecclesiasticum, quod hora diei duodecima persolvitur; cf. Ducange s. v. duodecima.* 2) *Rusticula postquam criminis absoluta in patriam restituta est,* 14 *annos sedisse fertur (c.* 19*), cumque Chlotharius a.* 613. *monarchia potitus sit, Theuderici regno destructo filioque eius Childeberto fugato, a.* 627. *colligitur, quo re vera dies Laurentii, i. e.* 10. *Augusti, in secundam sabbati, scilicet feriam* 2, *incidebat. Sin autem* 77 *annos nata sancta obiisset,*
45 *quinquennis a.* 555. *iussu Gunthramni liberari nequivisset (c.* 3*), ex a.* 561, *m. Dec. demum regnantis, unde a.* 632. *emortualem statuerunt, cui item littera dominicalis D erat.* 3) *I. e. phlegma.*

a nobis, ut non meruissemus amplius tali dulcissima matre educari vel eius pio affectu enutriri[a]? Et haec quidem pro suis iustis laboribus feliciter se congaudet migrasse in caelis; sed nobis vae! quas tam cito orphanas reliquit in terris. Quis enim in filios illam dulcedinem ostendet[b], quantum nobis piissima mater? Quis umquam poterit ore proprio promere, quo ingenio baiulabas[c] exiguitatem nostram diebus ac noctibus, pro peccatis nostris incessabiliter Deum deprecans?' Sed quid multis morer? Dum de tali Dei famula, quicquid laudanti ore pro eius recordatione dicetur, omnia vobis inter dampna, Christi virgines, computatis[d], dolor vos plus vincit.

(25). Sanctum vero illud corpus magna fidei ambitione ex more compositum lugentium orphanis frequentabatur officiis. Alia vero die veniens episcopus civitatis Theodosius[a, 1] pontifex, clero omni aggregato, accepit sanctum corpus super aurum et lapidem pretiosum crucibus et columpnis ardentibus cereorum. Ad obsequias[2] autem venerandas non solum fidelium, sed etiam Iudeorum concurrunt agmina populorum; omnium lacrimae invicem se superare certabant[b]. Igitur dum prae[c] multitudine plangentium virginum vix funus elatum a monasterio psallentium choris honoraretur, unus de senioribus servientibus[3] monasterii, dum oculorum sibimet perditum[d] fuisse graviter defleret lumen, submitti se eius feretro petens, lumen sibi ab omnium Domino ut restituatur, cum summa fidei ambitione deposcit; statimque videndi usum, refusa luce, recepit. Deinde sanctae Mariae basilicae[4] venerandum[e] corpus infertur, et sacri altaris misteria celebrantes, cum digno honore sanctum illud corpus, splendore nimio coruscante, ad dexteram partem altaris tumulo conlocatur; nempe ut quae decorem propriae virginitatis Christo fide plenissima obtulit, choro virginum, quarum principatum tenet[f] gloriosa Maria virgo, dextrae parti[g] sedens agni, canticum illud novum decantans, niveo vestimentorum tegimine gemmisque pretiosis decorata, perpetuis laudum titulis honoretur.

V. Hilarii Arel. 22, 29. — ib. 21, 28.

(26). Ad declaranda vero merita virtutum suarum, quae per eius orationes post eius transitum Dominus sit operatus, nefas est silentio praeterire. Una de Christi ancillabus tertianae febris[a] tipo ingentibus ardoribus urgebatur. Accipiens autem linteum, quo corpus[b] beatissimae matris fuerat involutum, magna cum fide lavat illud aqua munda, et bibens illam, a febribus vel ab angustiis resoluta, salva effecta est.

V. Caesarii II, 38. — ib. c. 42.

(27). Unus de servientibus monasterii ipsius cum per aegritudinem gressum sibi abstultum[a] graviter defleret, in sopore positus iubetur, ut[b] peteret a Christi

Capp. 24—27. 1. 2.

Cap. 24. a) enutri 1. b) ostendit (1). 2. c) baiulabat 2. d) *ita scripsi;* computantes (1). 2.

Cap. 25. a) Teodosius 1. b) certabunt 1. c) pro 1. d) proditum 1. e) c. v. 2. f) *om.* 1. g) partis 1.

Cap. 26. a) febres 1. b) *ita* 2 *cum V. Caesarii;* b. m. f. caput i. 1.

Cap. 27. a) ablatum 2. b) i. petere 2.

1) *Theudorius (al. Theodosius) episcopus Arelatensis in synodo Cabillonensi c. a.* 650. *propter vitam indecentem excessusque depositus est; cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 214. 2) Exsequiae *V. Hilarii. — Gall. 'obsèques', 'funérailles'. Ducange.* 3) *Serviens est minister, famulus, vassallus; cf. Ducange h. v.* 4) *S. Mariae basilicam Caesarius a.* 524. *construxerat; cf. V. Caesarii I,* 57.

ancillis, ut de grabato ubi sancta mater quieverat quattuor anguli lavarentur, et ipsi bibere daretur. Quod[a] ubi factum est, maximam continuo promeruit consequi sanitatem. Quisque vero aegrotus, quamvis in gravi angustia positus, eius implorans sanctitatem, qualemvis parvum linteum aut pannum de ipsius vestimentis 5 suo corpori fide plenissima collocaverit, promeretur a Domino et recuperationem corporis et animae percipere[b] salubritatem.

(28). Qualem vero curam vel sollicitudinem de animabus ad se pertinentibus, dum adhuc superstes[a] esset, haec beatissima mater habuerit, ex[b] hoc cognosci potest, dum post discessum pia sollicitudine unamquamque[c] earum visitans mo- 10 nuerit, castigaverit, ut ferventi[d] studio ad opus sanctum festinare deberent.

(29). O venerabilis famula Christi, dum pro tuis laboribus[a] iustis paradiso laeta exultas, preces alumni[b] gregis Deo patri offerre dignare. Esto advocatrix[c] pro ipsis ad dominum Iesum Christum, ut mereantur omnes tecum in illa beatitudine gaudere, ubi est laetitia angelorum, gaudium prophetarum, laus aposto- 15 lorum, victoria[d] martyrum, exultatio virginum, gloria sacerdotum et omnium sine fine laudantium[e] Deum perpetua beatitudo.

(30). Obsecro igitur bonitatem vestram, sanctae virgines[a] Christi, per ineffabilem Dei omnipotentiam, ut quotiens haec a vobis recensita fuerint gesta, semper memoriam mei in vestris orationibus habeatis, cuius haec studio scripta sunt; ut 20 ipse dominus noster Iesus Christus, cui omne iudicium pater dedit, animam meam innumeris criminibus obligatam a morte liberet et de profundo inferni gurgite extractam in illa gloria beatarum animarum largo indulgentiae suae munere iungat, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, dominatur et regnat Deus per cuncta saecula saeculorum. Amen.

25 *Capp.* 27—30. 1. 2.

Cap. 27. a) Id 2. b) recipere sanitatem 2.

Cap. 28. a) superstis? 1. b) et 1. c) unaqueque 1. d) ferventie 1.

Cap. 29. a) i. l. 1. b) *om.* 2. c) avoc. 1, *corr.* d) victoriae 2. e) laudencium? *pr. m.* 1.

30 *Cap.* 20. a) virgini: *pr. m.*, virgines *m. al.* 1; virginis 2.

PASSIO THRUDPERTI MARTYRIS BRISGOVIENSIS.

S. Thrudperti memoriam nomenque adhuc servavit, qui in Silva nigra, scilicet in Brisgovia, situs rivisque duobus irriguus est, locus hodie S. Thrudpert appellatus. Qui cum saec. VIII. ex., heredibus, i. e. possessoribus, inter se dissentientibus, fere in solitudinem redactus esset, unus eorum Rambertus nomine ex nobilibus provinciae dirutum restauravit basilicamque 'cum copiosis auro paratis altaribus novaque decentique construxit materia'. Deinde in altiore eiusdem parte corpus patroni e tumulo prolatum depositum est, episcopo dioecesano, scilicet Constantiensi, accersito populique multitudine confluente innumera, anno Ludowici regis secundo, VI. Kal. Mai., scilicet a. 815. *p. Chr. n. die* 26. *Aprilis.*

Eam ipsam basilicae aedificationem corporisque translationem 'nuper nostris temporibus', multo autem post sancti mortem contigisse auctor Passionis asseruit, qui miracula vetusta memoriae non mandata esse ipse conquestus de loci origine haec rettulit. Thrudpertus et Rudpertus germani ex Hibernia orti inter innumerabiles martyres 'Romani orbis Francorumque imperii', qui ad renovandam ecclesiam dirutam ex aliis mundi partibus in Gallias advenerant, Romae primo ad Petri limina mandata acceperunt, ubi terrarum servitium Dei exercerent, hic scilicet in Baiuwaria, alter autem loco quem dixi in Brisgovia sito. Deinde Thrudpertus, de quo iam solo agitur, cum vallem 'quasi a Deo sibi assignatam' in saltu vicino inquirere coepisset, ab Othperto herede, i. e. possessore, eiusdem, abavo Ramberti, de quo dixi, petens, ut eo perduceretur, comitantibus venatoribus ad locum sibi praedestinatum pervenit. Remissis mox comitibus Othperto nuntiari iussit, locum congruum se repperisse, 'de quo nullo umquam tempore diebus vitae suae recedere voluit'; ille autem omnem humanitatem omnemque benignitatem ei exhibens non solum locum quem petiverat concessit, sed etiam praedia quaedam vicina cum omnibus adiacentibus addidit neque servos praetermisit fortes viribus ad saltum purgandum aptissimos. Qui cum durum laborem aegre ferrent, unus eorum sancto dormienti necem intulit, postquam annum fere tertium in eremo peregit. Martyr in oratorio ab Othperto constructo depositus est vivoque adhuc eodem sarcophagus miro modo patefactus, 'ut nullatenus militis Dei triumphus infirmis mentibus in dubium veniret'.

Infirmae vero mentes inde ex Godefridi Henschenii temporibus non defecerunt, quibus martyris illius triumphus in dubium venisset, duoque argumenta iudex ille litteratus auctoritati biographi optime opposuit, germanitatem scilicet Thrudperti Rudpertique ex similitudine nominum temere assumptam nominaque utriusque omnino Theutonica ad patriam referenda longe aliam atque quam ille statuisset Hibernicam. Denique regio sanctis ad servitium divinum exercendum Romae assignata monente F. W. Rettberg[1] *ad*

1) *'Kirchengesch. Deutschlands' II, p.* 48.

exemplum mandati referenda est, quod a sede Romana acceperat Bonifatius. Res igitur quas a Thrudperto gestas esse in Passione legeris sicut auctor sibi excogitaverat, ita litteris eas mandavit neque quicquam certi compertum habuit praeter basilicae aedificationem corporisque translationem a. 815, *sicut facile convenio cum Alberto Hauck*[1].

5 *Thrudperti acta cum duplicia extent, A et B easdem omnino res continent neque differunt nisi sermone, qui in A prolixior, in B autem et simplicior et purior legitur. Huic autem recensioni propter ipsam brevitatem ut antiquiori auctoritas maior ab omnibus fere usque adhuc attributa est. Attamen textum B prologo praetermisso incipientem:* Cum innumerabiles martyres Romano orbe Francorumque imperio *cum A comparan-*
10 *tibus nobis contraria potius opinio tenenda est:*

A	*B*
c. 2. duos germanos fore *(pro* fuisse*)* patrum memoria tradit	duo germani fratres fuisse traduntur
ib. de Roma repedantes,	Romam egressi,

15 *nam nemo litterarum illius aevi peritus negabit rudiorem eamque antiquiorem elocutionem in A occurrere, cum B trivialem quandam retractationem subierit. Denique quae in A (c.* 10*) Ramberti nomini addita sunt verba 'nuper nostris temporibus' in B desiderantur, eaque scriptoris esse temporibus illis aequalis vel I. M. Lorenz studiosissimus opinionis contrariae defensor concessit; incarnationis autem annus in B suppletus* 816.
20 *stare nequit, cum praecedenti potius secundus Ludowici Pii annus conveniat. Hoc caput ultimum vitae postea adiectum esse statuit F. I. Mone, omniaque quae ad saeculum IX. referenda sunt fidemque auctoris concutere videntur idem sustulit, scilicet verba* Francorumque imperio, *locos ad germanitatem Thrudperti Rudpertique et ad Othperti successores Rambertum aliosque spectantes. Hiberniam autem patriam, quam item sibi*
25 *suspicionem movisse ipse fatetur, tolerandam esse statuit, postquam sublata germanitate vel Rudpertum Francis servavit. Luculentum igitur hagiographiae studiosis exemplum dedit examinis critici vix tolerandi, neque hodie desunt, qui exstirpatis locis adversis iis quae restant summam antiquitatem attribuere audeant. Ceterum recensio B cultus gratia retractata atque in breve coacta est, ut die sancti festo recurrente in conventu*
30 *legeretur, sicut ex additamento concludi licet hoc:* cuius hodie natalicia colimus. *Ex ipsa lectiones pendent illae, quae tribus capitulis distinctae in breviaria Argentoratensis ecclesiae admissae sunt (incip.* Beatissimus martyr Trupertus, cuius hodie natalitia colimus*).*

Consilium hagiographis commune auctor persequitur, ut iura solo adhaerentia
35 *monasterii proprii stabiliret. Summa enim totius Passionis, id quod qui in has litteras altius inquisiverit mecum consentiet, in donatione Othperti 'heredis' vallis illius consistit, qua cum locum monasterii, tum 'praedia quaedam iuris illius supra commemorato loco vicina cum omnibus adiacentibus beato Thrudperto in servitium tradidit', atque proprietatem loci Othperto re vera convenisse in recensione B eo expressius declaratum est.*
40 *Est autem vallis illa bifurca atque monasterio inferior tantum conveniebat, ex qua Neumagen rivus defluit; in superiore autem Brizzinae rivi nihil possidebat nisi curam animarum colonorum inhabitantium eamque ab episcopis Constantiensibus canonice concessam. Inter duas valles eo quo dixi modo distinctum est in privilegio Lucii II. a.* 1144[2], *quo beati Petri et apostolicam tutelam monasterium subiit. Superiorem una cum*
45 *monasterii advocatia gens de Stouphen ex ministerialibus tenebat monachique cum eadem discidia longa contraxerant ad extorquenda haec iura. Causae propriae ut melius consulerent, chartas tanta fertilitate tantaque arte adulterabant, ut viros doctissimos fere ad*

1) *'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 329[2]. 2) *Herrgott II,* 1, *p.* 169; *Jaffé n.* 8563[2].

nostrum aevum deceperint, atque inter dolosa chartarum figmenta, quae per medium aevum in monasteriis temptata sunt, haec sane maxima existimantur, id quod non minima laus est. Othperto igitur Rambertoque possessoribus terrae illius comites de Habesburg successores dederunt, iisque non solum confirmationem donationis primae, sed etiam alteram monasterii restitutionem attribuerunt, quasi iure hereditario illud possedissent, iusque proprietatis ab illis in congregationem ipsam transfusum esse simulaverunt, ita ut veri advocati omnino excluderentur. Domini beneficia monasterio largiti iam in bulla quae genuina existimatur Lucii papae hoc ordine se subsequuntur: Othpertus, Rampertus, Lutfredus eorumque successores. In chartis autem falsis de consanguinitate meritisque singulorum erga monasterium plenius relatum est. Restitutor 'monasterii in honore Dei constituti et apostolorum Petri et Pauli et sancti Trudberti martyris, qui ibi coronatus et in ipso sanctissimo corpore requiescit', in privilegio, quod a. 902. *datum esse vult, celebratur Luitfridus 'comes de Abensburg', isque 'progenitores' venerabatur Othpertum Rambertumque. Eorundem 'fundatorum monasterii Sancti Truperti martyris in Nigra silva Constantiensis diocesis' et ipsius Luitfridi comitis Albertus comes Habesburgensis in privilegio a.* 1186. *attributo meminit, quo praecedens et continetur et confirmatur. His aliisque monasterii Thrudpertini documentis nisi sunt, qui augustae domus caesareae origines olim elucubrarunt. Monachi autem hanc inter illam monasteriumque intercedentem necessitudinem summo studio neque sine bono fructu coluisse videntur, ita ut inscriptione quoque ecclesiae insculpta memoriam posteris tradiderint, eademque etiam Passioni patroni causa facta est et celebritatis et nominis. Denique v. Weech*[1] *archivi, ubi chartae monasterii iam asservantur, Carolirubensis praefectus doctissimus totas quas fecerant fraudes summo acumine detexit, causaque denuo examinata, ipsius argumentationem et confirmavit et amplificavit finemque quo tenderent aperuit Aloysius Schulte*[2].

Manifestum autem est ad comites Habespurgenses inprimis ex Rudolfo a. 1273. *rege electo spem monachorum erectam esse. Si chartae quae ipsi attribuitur a.* 1277. *fides habenda est*[3], *proprietatem utriusque vallis sententia lata monasterio adiudicavit. Passio patroni eodem regnante retractari visa est, ut augustis monasterii amicitiis necessitudinibusque iam congrueret, monachique haud timide iam declaraverunt comitum de Habspurg magnificam generosamque propaginem ex Othperti stirpe originem traxisse, eidem advocatiam quoque monasterii convenisse, hanc vero ad extraneos devolutam esse, e quibus Otto de Stouphen allatus est. Hanc novam Passionis editionem (incip.* Quemadmodum viatoribus positis*) a.* 1279. *sedente Wernhero abbate duobus libris comprehenderunt (C), versibus additis his:*

Tempus si poscas, quo scripsimus hec, ita noscas:
Millenis decies septem ter tresque ducentis
Annos adicies in carne Dei venientis.
Abbas Wernherus tunc rexit martiris edem,
Verna Dei verus, sibi qui det in ethere sedem.

Anno autem post, scilicet 1280. *p. Chr. n., eos immutantes Albertum Wernerumque monachos nominaverunt, qui Thrudperti librum scribendum curassent*[4]*:*

1) *'UB. des Benedictinerklosters St. Trudpert' ('Zeitschr. f. die Gesch. d. Oberrheins' XXX, p.* 76 *sqq.). Charta spuria a.* 1186. *ib. p.* 86. *inter eas legitur, quae plenae editae sunt.* 2) *'Studien zur ältesten und älteren Gesch. d. Habsburger und ihrer Besitzungen' ('Mitth. d. Instituts f. österreich. Geschichtsforschung' VIII, p.* 538 *sqq.).* 3) *Id quod dubitavit v. Weech l. l. p.* 118, *etsi exteriora falsitatis argumenta non repperit.* 4) *Mone p.* 27.

Annis millenis ducentis octuagenis
Wernero pleno titulis sub patre sereno
Albertus rector infirmorumque refector
Claviger atque bonus Wernerus ad ista colonus
Fecerunt scribi, mitis Trudperte beate,
Hunc librumque tibi, fulgens per climata late.

Ea quae libro primo insunt ex actis vetustioribus A deprompta sunt praeter locum ad Lutfridum spectantem 'comitem illustrem et origine creatum eadem, a proavorum nequaquam devotione degenerantem', cui renovatio monasterii in honorem SS. Petri, Pauli, Thrud- 10 *perti attribuitur; alter autem miracula saec. XII. XIII. patrata continet, inprimis ea quibus molestiae monasterio ab advocatis illatae illustrarentur. De indole utriusque in calce libri I. relatum est ita:* Haec de gestis antiquioribus ac scripto mandatis utcumque dicta sufficiant; nunc ad ea quae nondum ab adhuc vivencium memoria recesserunt eisque sunt acta scientibus vel a nuper defunctis ac fide dignis certa 15 relatione comperta oratio dirigatur, *dum alter hanc praescriptionem fert:* Incipiunt capitula libri secundi de miraculis sancti Trudperti martiris modernis temporibus factis. *Totum autem opus in monachorum admonitionem desinit hanc:* Colite ergo, incolae vallis huius et loci, colite ac diligite quod habetis, ne tanto privari patrono, sed ab eo mereamini defensari ac protegi coram eo, cui fideliter militavit 20 in terris, a quo in celis coronam percipere meruit triumphalem, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Ad Passionem quam solam curavi A recensendam subsidia praesto fuerunt haec:

1) *Codex Sangallensis n.* 577, *saec. X, p.* 367—374.

1*) *Codex Stuttgartiensis, Biblia fol. n.* 56, *saec. XIII. scriptus picturisque* 25 *pulcherrimis exornatus, olim monasterii Zwifaltensis, continet*

fol. 7—8'. *Passionem Thrudperti absque praefatione et fine, ita ut etiam Ludowici annus II. desideretur, sed interpolationibus auctam, quae originis Sangallensis videntur esse,*

fol. 8'. *Translationem sancti a.* 962. *factam, quam infra edidi.*

2) *Codex Einsidlensis n.* 250, *saec. XII, p.* 214—224.

30 3*a*) *Codex Heidelbergensis, Salem IX,* 29, *saec. XIII, fol.* 167'—170'.

3*b*) *Codex Basileensis A IX,* 4, *a.* 1491/2. *exaratus, olim 'ecclesiae S. Leonhardi in Basilea maiori ordinis canonicorum regularium sancti Augustini', p.* 78—88.

Codex vetustissimus 1, *quocum arte coniunctus est* 1*, *ex exemplari persimili pendens:*

c. 5. laborem] dedignari *superscr.* 1*; add.* 1*,

35 *c.* 7. iam vice altera] vice *om.* 1. 1*; die *post* altera *m. al. add.* 1; iam altera die 1*,

certe auctoritatem magnam habet, sed consentientibus reliquis ipsa haud raro infirmatur:

c. 4. servos] 2. 3*a. b cum B;* viros 1. 1*,

c. 6. quo] 2. 3*a. b;* ubi 1. 1*,

40 *c.* 9. mand[antur, quoniam cottidie nova, si fides petentium non desit, instaur *om.* 1. 1*]antur,

c. 10. abnepos] 2. 3*a. b;* ac nepos 1. 1*,

rebusque sic stantibus lectiones eius adnotatis adscribendae erant. Libri 3*a. b ex exemplari eodem exscripti sunt:*

45 *c.* 5. tantum] recusantes *add.* 3*a. b,*

quod sedente Erchanbaldo abbate exaratum videtur esse. Ipse enim, sicut ex versibus codici 3*a subiectis colligi licet, non solum monasterium S. Thrudperti incendio consumptum restauravit, sed etiam 'actus sancti venerandos' conscripsit, librumque poeta testatur a se ipso correctum esse; idem in versibus, qui Passionem in* 3*b excipiunt, celebratur*

'Erchenbalt'. Unde Erchanbaldus, cuius aevum plane ignoratur, auctor Passionis A creditus est, qui solum exemplar 3 *exarasse videtur. Codicem* 1 *a Kunone Francke v. c. exscriptum cum reliquis libris contuli.*

Denique recensionum B et C codices, in quos fortuito incidi, enumerare libet:

B) Codex Bernensis n. 47, *saec. XII, fol.* 118—119'. 5

C) Codex Salisburgensis archivi monasterii S. Petri IX, 34, *antea I et VII,* 11 [1], *saec. XIV ex., fol.* 16—42.

Recentissima haec editio C prima lucem aspexit cura

Godefridi Henschenii, Acta sanctorum, Antverpiae 1675, *April. III, p.* 426—440, *cui acta collata cum codice Blaburensi Gamansius Aschaffenburgo transmiserat.* 10 *Praeter hunc librum, qui ad bibliothecam monasterii S. Thrudperti pertinebat, editori breviarium ecclesiae Argentoratensis a.* 1478. *excusum praesto fuerat, quo vitae compendium in tres lectiones ad matutinum recitandas distributum continebatur. Ceterum c.* 1—8. *libri primi ab Henschenio praetermissa adhuc inedita latent.*

Recensionem A primus Bernardus Pezius Mellicensis e codice interpolato Zwifaltensi (nobis 1*) *eruit in 'Epistola ad virum cl. P. Marcum Hansizium Soc. Iesu* 15 *aliosque in Germania, Gallia et Italia viros' (Viennae* 1731) *data, actaque haec S. Thrutperti ut vetustissima 'Erganbaldo circa annum* 700. *abbati Sancti-Thrutpertino' attribuens arma optatissima contra eos repperisse sibi visus erat viros eruditissimos, qui 'contra receptam apud Salzburgenses de S. Ruperti aetate traditionem scripserant'. Adversarius autem P. Marcus Hansizius in 'Responsione ad epistolam* 20 *B. Pezii super vita S. Trutperti', Viennae* 1731, *argumenta ipsius minime accipiens Passionem contendit non multae esse auctoritatis.*

Praeterea historiae quoque gentis Habsburgicae scriptores ad origines ipsius stabiliendas operam studiumque in haec acta contulerunt, materiaque reperta uberiore, Marquardus Herrgott, Genealogia diplomatica augustae gentis Habsburgicae, Vindobonae 25 1737, *tom. I, p.* 285—298, *textum triplicem lectoribus obtulit, codicibus et Sangallensi* (1) *et Basileensi* (3b) *descriptis editioneque Peziana in medio collocata, neque scripturae codicum* 1. 1* *specimina (post p. XVIII) addere praetermisit, quae ut erant manu picta veritati parum congruunt.* 30

Deinde Michael Lorenz eloquentiae et historiarum prof. publ. ordin. et bibliothecae Argentoratensis praefectus recensionis B tria folia veteris codicis involucro detracta cum examinaret, acta omnium quae ante ipsum lucem viderant purissima et antiquissima eruisse sibi visus est eaque in dissertatione quam inscripsit: Acta Trudperti martyris omnium, quae extant, antiquissima ad illustrandas origines domus Habsburgo-Austriacae 35 *ex codice manuscripto bibliothecae academiae Argentoratensis producta, Argentorati* 1777, *ita publici iuris fecit, ut unam paginam acta Sangallensia ex editione praecedente deprompta, codicum Zwifaltensis Basileensisque lectionibus variantibus additis, occuparent, oppositam autem codex Argentoratensis, cui textus breviarii in margine additus est. Recensionem A aliquanto ampliorem plane nihil novi quod altera B non contineatur* 40 *praeter inania verborum lenocinia exhibere ratus suam propter ipsam brevitatem anteposuit atque etiam de aetate codicis Argentoratensis toto caelo erravit, nam scriptura, sicut ex specimine intellegitur quamvis imperfecto et rudi, saec. XI/XII. attribuenda est neque IX. vel X, id quod ipse statuerat.*

Eandem de indole utriusque recensionis opinionem secutus 45

F. I. Mone, 'Quellensammlung der badischen Landesgeschichte', Caroliruhae 1848, *I, p.* 19—21, *'Vitam priorem auctore anonymo', scilicet recensionem B, ad codicem Argen-*

1) *Cf. 'Archiv' X, p.* 615.

toratensem, quo M. Lorenz usus erat, p. 22—26 'Vitam alteram Erchanbaldo auctore', scilicet textum A, ad codices nostros 1. 1*. 2. 3*b recensuit, dum in codicem* 3*a non incidit nisi opere absoluto (cf. p.* 525*).*

B. Krusch.

I.

5 INCIPIT[a] PASSIO SANCTI THRUTBERTI MARTYRIS.

(1)[b]. Cum merita sanctorum recoluntur, habitator[1] illorum cum pura conscientia Spiritus sanctus invocandus est, ut qui illis tam multiplicia[c] virtutum instrumenta largitus est, eis etiam qui memoriam illorum Dei omnipotentis adiutorio propagare posterisque cupiunt[d] Christo propitio ad recolendum remittere 10 purum et integrum sensum inspirare dignetur, quia humana fragilitas quo pronior, iam mundo[e], ut ita dicam, in occasum vergente, in viciis labitur, eo nihilominus ad intelligenda quaelibet mystica vel recolenda[f] iustorum merita habetur[g] indigna, nisi ille cenosam[h] vitam fragilium deiectam erigat sensusque nutantis inopiam[i] per suam inenarrabilem pietatem instauret[k], qui suo[l] sanguine precioso peccatores 15 redemit et martyres coronavit. (V. Hilarionis.)

(2). Cum[a] igitur innumerabiles martyres Romano[b] orbe Francorumque imperio proprio[c] sanguine legamus fuisse coronatos, quam plures illorum ex aliis mundi[d] partibus, audita fama novae rudisque christianitatis, ad renovandam iam pene propter doctorum inopiam Christi ecclesiam dirutam Galliis[e] partibus[f] ad20 venisse comprobantur. E quorum numero duos germanos fore patrum memoria tradit, qui ex Hibernia[g] insula orti*, iuxta euangelicum praeceptum domum patriamque mente integerrima[h] relinquentes[i] crucemque Christi[k] corde gestantes, ad (cf. Gen. 12, 1. cf. Matth. 16, 24.)

*) exemplum plurimorum beatorum virorum sunt secuti, sicut beati Galli, qui ex eisdem finibus exiens, cognacionem et terram relinquens, heremum in territorio 25 episcopatus Constanciensis adiens, ibique multis laboribus fatigatus, pro Christi nomine quievit in pace. In cuius nomine egregia constructa cernitur ecclesia, multis diviciis et honoribus locupletata[2]. Similique modo praefati duo germani Truopertus et Ruopertus, e quibus unus, videlicet Truopertus nomine, legitur per palmam martirii, ut consequenter exprimetur, anno dominice incarnacionis 30 sexcentesimo septimo sub beato Bonifacio tercio, regnante Foca imperatore, migrasse de miseria vite praesentis, doctrinis variis accensi, que conminantur eterna supplicia pro momentanea delectacione et promittunt gaudia celestia pro rerum temporalium relictione, ducis enim cuiusdam filii, secundum seculi nobilitatem per viam celestis ducis gradiebantur *add.* 1*. (cf. Matth. 25, 46.)

35 *I. Cap.* 1. 1. 2. 3*a. b. Cap.* 2. 1. 1*. 2. 3*a. b.*

Cap. 1. a) *ita* 1; *praescr.* I. p. s. Truhtperti herem 2; Passio beati Trůperti m. 1* *(ubi prologus deest);* Incipit vita sancti Thrutberti 3*a*; Incipit prefacio in vitam sancti Truthperti martiris, quod est VII. Kl. Maii 3*b*. b) *capitum numeri des. codd.* c) multiplica *pr. m.* 2. d) capiunt *pr. m.* 2. e) *om.* 2. f) colenda 2. g) i. h. 3*b*. h) scenosam 3*b*. i) *om.* 3*b*. k) instau40 raret 3*a*. l) sang. suo 3*b*.

Cap. 2. a) *praescr.* Passio sancti Truthperti martiris 3*b*. b) Romana urbe 2; R. orbi 3*b*. c) *om.* 2. d) p. m. 2. e) Gallie 3*b*. f) a. p. 1*. g) Ibernia *pr. m.* 2. h) m. integra 3*a*; *haec om.* 3*b*. i) derelinquentes 3*b*. k) *ita rell.;* c. g. Chr. 1.

1) *Initium est V. Hilarionis auct. Hieronymo.* 2) *Intellegitur ecclesia S. Galli a Goz45 berto abbate a.* 830. *constructa.*

beati Petri principis apostolorum limina convolarunt, ut summi clavigeri[a] precibus animadvertere mererentur, quibusnam mundi partibus Dei servitium, ipso[b] favente, inchoare deberent. Et quia nemo est, si propria voluntas non titubaverit, qui Dei adiutorium sanctorumque illius incassum quaerat patrocinium, praefati germani de Roma repedantes, certissimi, ut[c] fertur, facti erant, quibus in locis Dei famulatum exercere[d] et praesentem vitam terminare, numquam morituri felici memoria, deberent. Unus namque eorum Bagoariis[e] partibus remeans Rődpertus[f] nomine, dignissimam sui nominis retinens memoriam, clarissimis miraculorum signis actenus, ut[g] fertur, floret in orbe. Alter vero Trudpertus[h] nomine[1] Italiae[i] fines pertransiens Renique[k] fluminis cursum sequens, Alamanniae[l] provintiae maximam partem[m] pertransiens, in pago Prisagcauge[n] aut[o] longe a Reno[p] flumine vallem quendam[q] in saltu vicino, quasi a Deo sibi assignatam, magno cum conamine coepit inquirere[r].

(3). Qui dum heredem eiusdem vallis Otpertum[a] quendam ex nobilibus personis reperisset, vir Deo devotus[b] ab illo flagitare conatu quo valuit cepit[c], ut per nomen domini Iesu, hominibus suis deducentibus, iam olim ad optatam vallem visere[d] quivisset. Qui mox ut homo nobilis viri Dei a Deo inspiratam[e] sentiens voluntatem, venatoribus suis iussit, ut[f] illum ad locum quem petiit sine mora perducerent. Qui iussa complentes, mox ut quandam partem saltus pertransiebant[g], per aliam[h] quam petiit eum[i] perducere vallem[k] conati sunt. Sed continuo vir Deo inspiratus votum illorum agnoscens, per[l] loca devia[m] vicini montis spontanea voluntate peragrans, ad locum quem cupierat statim pervenit Christo duce, ibique prope fluvium Niumaga[n, 2] et iuxta ripam[o] aliam ex eodem monte currentem, quia delectabilem sibi locum[3] reperit, primitus sacrae orationi insistere cepit.

(4). Cumque diutius summum[a] precibus pulsaret tonantem, tandem ab[b] oratione surgens, ductores suos obnixe petere[c] Dei famulus cepit, ut revertentes ad praedictum Otpertum[d] dominum suum largissime voluntati illius gratias reddidis-

I. Capp. 2—4. 1. 1*. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 2. a) clavigeris 1*. b) i. f. *eras*. 1. c) ut f. *om*. 1*. d) *om*. 1. e) Ba(i *in ras*.) oarii(s *in ras*.) 1; Bagohariis 3*a*; Bavariis 3*b*; Baioariis 1*. 2. f) *ita* 2; (Hug *atram. al. in ras*.)-pertus 1; Rodbertus 3*a*; Růbertus 3*b*; Ruopertus 1*. g) (i *in ras*.)nsertu(s *in ras*.) 1; ut f. *om*. 1*. h) *in hoc nomine scribendo nec unus codex sibi constat: in antiquissimo frequenter* Thrudpertus *vel* Trudpertus, *rarius* Thruthpertus, Truthpertus, Trutpertus *legitur, cuius varietatem in textum admisi* 1; Trůpertus, Truopertus, *semel* Trůdpertus 1*; Thruthpertus, Thrupertus, Thrutbertus, *semel* Trhutpertus, Drudpertus 2; Thrutbertus *constanter, semel* Thurtbertus *et* Thurbertus 3*a*; Truthpertus *constanter*, *semel* Trutpertus 3*b*. i) Ytalie 3*b*. k) *corr*. Rhen. 1, *ut infra*; Rehnique 2. l) Alemanniae 2; Alamanie 3*b*; Alaniae *B*. m) pertr. partem 3*b*. n) *ita* 3*a*; Prisicauge 1; Prisagewe 2; Brisgaugie 1*. 3*b*; Brisachgowe *B*. o) *corr*. haut 1. p) a Rheno *m. al. in ras. scr*. 2. q) *ita* 2; qu(a *in ras*.)ndam 1; quandam *rell*. r) inquiri 3*a*.

Cap. 3. a) Opertum 3*a*, *corr*.; Othpertum 3*b*. b) devotis *pr. m*. 2. c) *om*. 1*. d) q. v. 3*a*, *corr*. e) i. *om*. 1. 1*; s. i. 3*b*. f) ad *add*., *sed delet*. 1*. g) pertransibant 2. 3*a*. *b*. h) viam *add*. 1*. i) *om*. 1. k) *om*. 1*. 3*b*. l) *om*. 3*a*. *b*. m) d. *ante* l. 1*, *post* v. m. 3*b*. n) Nuwemâga *B*. o) a. r. 1*.

Cap. 4. a) pr. s. 3*b*. b) ad 2, *corr*. c) *om*. 1. 1* (*ubi* rogare *post* D. f. *add*.). d) Othpertum 2. 3*b*.

1) *B addit:* cuius hodie natalicia colimus. 2) *Hodie Neumagen. Cf. chartam a*. 1277 (*Schulte l. l. p*. 547): proprietatem vallis supradicte a fonte Nunmage et Brizzina (*hodie Briznach*), qui oritur in monte Brizzinberg, qui alio nomine Storre nuncupatur et non longe influit in eundem alveum perdito suo nomine. *Ripa est rivus, Gall*. 'rivière'; *cf. Ducange h. v*. 3) *St. Trudpert locus hodie vocatur in Silva nigra situs*.

sent[a] eique hoc[b] omnino a Dei servo nuntiarent, quod, Deo omnipotente[c] largiente, congruum locum eius[d] servitium ad implendum reperisset, de quo nullo[e] umquam tempore diebus[f] vitae suae recedere voluisset. Quod cum supra memorati[g] venatores eisdem verbis domino[h] suo annuntiassent[i], ut vir felix futuram felicitatem mente revolvens[k], Deo[l] omnipotenti gratias agens[m], omnem humanitatem omnemque benignitatem Dei famulo in posterum exhibuit. Nam primitus ipse ad illum visitandi gratia in heremum pergens cunctamque illius voluntatem diligentissime explorans, nihil aliud[n] in animo viri[o] sancti potuit experire[p], nisi quod Dei[q] solius causa locum[1] illum expeteret, quem iam olim, ipso annuente, praesignatum haberet. Cumque ille omnia verba Dei[r] servi referentis libenti animo suscepisset, ut erat vir caritate refertus, non solum non contraire[s] famuli[t] Dei voluntati cupiebat, verum etiam[u] omnimodis desiderio illius favens, non tantummodo[v] locum quem inhabitandum petiit mente devota concessit, sed etiam praedia quaedam[w] iuris illius[x] supra commemorato[y] loco[z] vicina cum omnibus adiacentibus[a. 2] beato Trudperto in[b] servitium tradidit; quin etiam insuper[c] sex servos[d] singulares ac[e] fortes viribus saltumque purgandum aptissimos Dei famulo delegavit, qui in illius famulatu iugi perseverantia in omnibus quae[f] vir Dei id[g] temporis indigeret persistere non cessarent. O beatam nimiumque felicem viri saeculi actibus occupati[h] mentem, quae talem ac tantum propriis sedibus receptum suis meruit[i] successoribus relinquere patronum! O nulla praeponderatio[k] argenti[l] et auri primi et purissimi, ubi tanti patroni tam[m] eminentia cottidiana habentur solatia, ut tam viri quam feminae, tam saeculares devoti quam clerici religiosi illius immensam continuamque apud Deum interventionem quaerere piis compuncti fletibus non desinant.

(5). Et[a] ut ad praefatae narratiunculae textum redeamus, beatus Thrudpertus locum iam denominatum piis incipiens laboribus excolere, nil propriis parcens viribus, cottidianum operis pensum Deo omnipotenti non cessabat offerre. Cumque ita continuum diuturnum[b] nocturnumque tam in opere quam etiam in oratione exerceret laborem, servi qui sibi[c] erant commissi tantum[d] subire laborem[e], paulatimque[f] illi contrarii coeperunt existere. Beatissimus[g] vero Dei famulus ingratos viros cottidie, ut opus assuetum non omitterent, exortans, meridianum prandium assidue, quatenus in opere non lassescerent[h], illis constituens, sibi tantummodo[i] vespertinum et hunc exiguum victum semper servare solebat. Cumque vir Deo plenus aliquantum temporis in hac indeficiente fatigatione laboris illa[k] in heremo

I. Capp. 4. 5. 1. 1*. 2. *3a. b.*

Cap. 4. a) redderent *3b.* b) *ita* 1*. 2. *3a*; o. hoc 1; o. a s. D. hoc *3b.* c) omnipotenti 2. d) ad e. s. *3b.* e) numquam ullo *3b.* f) *om. 3b.* g) supradicti *3b.* h) d. s. *om.* 1; s. *om. 3b.* i) *ita* 2. *3a*; nunt(c)iassent *rell.* k) ream volens 1; retractans 1*. l) Dei *pr. m.* 2. m) *ita* 1*. 2. *3b*; agere 1. (*3a*). n) aliud *post* s. v. D. *transponit* 1*; *om. 3b.* o) *ita* 2. *3a*; s. v. *et add.* Dei 1. 1*. p) experiri 1*. *3a. b.* q) s. D. 1*. r) s. D. *3b.* s) contrarie *3a.* t) v. f. D. *3b.* u) *om. 3b.* v) tantum *3b.* w) ae *in litura* 1. x) *om. 3a.* y) *extr.* o *in litura* 1; commemorat: 2, *corr.*; memorato *3b.* z) v. l. 2. a) adiacenti(is *in litura*) 1. b) in s. *om. 3b.* c) *om.* 1. 1*. d) *ita* 2. *3a. b. B*; viros 1. 1*. e) ac f. v. *om. 3b.* f) quibus 2. g) ind. id t. 1*. h) occupatam *3b.* i) succ. m. *3b.* k) ponderatio 2. l) auri et arg. *3a. b.* m) *ita* 2. *3a. b*; tot 1. 1*.

Cap. 5. a) Et ut *om.* 1. 1*. b) diurnum 1*. *3a. b.* c) e. s. *3b.* d) recusantes *add. 3a. b.* e) dedignari *superscr.* 1, *add.* 1*. f) que *om. 3a. b.* g) Beatus *3b.* h) las *alio atramento add.* 1; lascescerent 2. *3a*; lascesserent 1*. *3b.* i) tantum *3b.* k) a *e ras.* 1.

1) *B:* maxime, quia locum suae proprietatis ad Dei servitium praeordinatum cognoverat. 2) *B:* praedia sui iuris supra memorato loco adiacentia.

peregisset, praedictique sibi[a] servi commissi, quamvis timore coacti, terrenum[b] opus cum illo pariter continue[c] exercerent, pravam tamen voluntatem persuasu diaboli infusam quidam ex ipsis non dimittebant. Nam duo ex[d] ipsis germani fratres tam immensum vanumque laborem cum servo Dei se tolerare[e] nullo modo voluisse dicentes, tractare quiddam[f] de eius morte conati sunt; ceteris vero conservis[g] nequaquam[h] sibi[i] consentientibus[k], illi coeptum facinus, antiquo persuadente serpente, relinquere nequiverant[l]. Cum vero iam[m] tertium pene beatus Thrudpertus in[n] heremo peregisset annum, die quadam, meridiano labore fatigatus, cum[o] in scamno suo aliquantulum dextro in latere iacens dextraque manu caput excipiens, membra sopori dedisset, unus e[p] supradictis germanis arrepta securi virum Dei dormientem in timpus[q] percutiens[r], cerebro[s] infixam securem[t] relinquens, fugit[u]. Sanctus vero Thrudpertus felicissimam mortem suavissimo sotians somno, proprio cruore martyrii coronatus*, perrexit ad Dominum[v], qui[w] vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen[x].

(6). Verum hii[a] duo germani, qui[b] auctores perpetratoresque necis insontis[c] sanctique extiterant[d] viri, proprio reatu compuncti, per remota[e] et invia densissimi saltus tendere atque Alamannorum partes expetere conati sunt. Sed quia, ut sacra testatur scriptura, *non est sapientia*[f], *non est scientia, non est consilium contra Deum*[g], die altera, quando se putabant aptum reperisse refugii locum, illa ipsa hora, qua adletam[h] Christi martyrio coronatum relinquebant[i], scissis ruptisque[k] indumentis, errando per heremum ipsum[l] ad locum quo[m] facinus perpetrarunt inviti pervenerunt[n]. Cumque de saltu egredientes ab aliquibus adclamantibus visi fuissent, iterum miserrimi hominum retro reversi, refugium similiter ut prius conabantur expetere. Sed tertia nihilominus die eadem hora qua prius e silva prorumpentes, multis iam[o] advenientibus, aperte[p] manifestati, ilico revertentes erroris sui viam non distulerant repetere.

Prov. 21, 30.

(7). Sed uti[a] ad propositum revertamur, Otpertus[b], mox ut virum Dei occisum comperit[c], festinare illuc quantotius coepit. Cumque[d] inhumatum et quasi gratissimo somno quiescentem repperisset, Deo, ut dignum erat, inprimis gratias referens[e], qui[f] tali triumpho militem suum coronare dignatus est[g], factum[h] est, ut diligenti investigatione a nonnullis exploraret, qualiter interfectores viri sancti iam vice[i] altera, sicut superius commemoravimus, inviti e saltu prorumperent[k]. Animadvertens[l] miraculum a Deo ostensum, quarta inlucescente martyrii illius[m] die, custodes in eo quo prius apparuerunt loco deputavit. At illi ut rei miserique

*) VI^0. Kl. Mai. *add.* 1*.

I. Capp. 5—7. 1. 1*. 2. 3*a. b.*

Cap. 5. a) servi sibi 3*b.* b) terreno 3*a. b.* c) continuo 1. 1*. d) g. ex i. 1*. e) tollerare 2. 3*a.* f) qu(idem *m. al. in litura*) 1. g) servis 1*. h) nequam 1, *corr.;* non 3*a.* i) *om.* 2. 3*a.* k) *postea superscr.* 1. l) non quiverant 2. m) t. iam 3*b.* n) in h. *om.* 3*b.* o) *om.* 3*a.* p) ex 2. q) tympus 2. 3*a.* r) percussit 1*; *om.* 1. s) que *add.* 1*. t) securim 1*. 2. 3*b.* u) fuit *pr. m.* 2. v) Deum 2. w) qui — Amen *om.* 3*b.* x) *om.* 2. 3*a.*

Cap. 6. a) hi 1. b) quo 2. c) insonti *pr. m.* 1. d) extiterunt 2. e) emota *pr. m.* 1. f) *extr.* a *et* non *in litura* 1; sciencia non est sapiencia 1*. g) Dominum 3*a. b cum Vulg.* h) *ita* 3*a*; adletham 3*b*; adthletam 1*; athletam 1. (2). i) reliquerant 1*. k) *om.* 3*b.* l) ipsam 2. m) *ita* 2. 3*a. b*; ubi 1. 1*. n) devenerunt 2. 3*b.* o) *pr. m. suppl.* 2. p) *om.* 1*.

Cap. 7. a) ut 1*. 3*b.* b) Ohtpertus 2; Otbertus 3*a*; Othbertus 3*b.* c) repperit 1*. d) illum *h. l. add.* 2. 3*a*, *post* inh. 3*b*; *om.* 1. 1*. e) retulit 3*a. b.* f) q. t. tr. *in litura,* militem *alio atram. add.* 1. g) esset *coni. Mone.* h) que *add.* 3*a. b.* i) *om.* 1, *ubi* die *m. al. post* altera *suppl.* 1; iam altera die 1*. k) proruperant 1. 1*. l) autem *add.* 1*. m) d. i. 1. 1*.

nil morantes hora adventus sui, sicut superius[a] fecerant, eundem in locum devenerunt. Cumque iam[b] ita fame macieque atque abruptione omnium indumentorum confecti essent, ut absque ulla difficultate a custodibus comprehenderentur, statim ad Otpertum[c] adducti sunt. At ille sapienti utens consilio[d], ut securius Christi martyris[e] depositionem procurare[f] quivisset, viros illos[g], vinctis pos tergum manibus, ad Bobonem[h] id temporis comitem, ut illius iudicio damnarentur[i], trahi praecepit. Qui dum ab[k] strenuis veredariis illuc traherentur, contigit media[l] in[m] via, ut ad quandam ripam devenirent. Sed cum unus[n] horum[o] reorum ductor[p] asta sua se fulciens supra cippum[q] eiusdem ripae caute conaretur incedere, iniquissimus secutor illius repente super astam ductoris sui[r] ruens seque ipsum transfigens[s], nequissima[t] continuo morte miserabilem finivit vitam. En[u] servi devoti similis vindicta preciosissimi Domini! Dominicus[v] etenim nefandissimus proditor caelo et terra[w] perosus biothanatis[x] nece meruit perire[y]; famuli vero illius sancti[z] Trutperti crudelis interfector hastae[a] infixione semet ipsum non distulit interimere[b]. Illo igitur tali[c], ut diximus, modo[d] pereunte, cum germanus suus[e] ad praesentiam comitis praefati[e] ductus[f] fuisset, absque ulla dilatione suspensione patibuli sibi conveniente interiit[g] poena.

cf. Matth. 27, 5.

(8). Sed iam haec[a] tristia seponentes[b], ad laeta Christi militis funera stilum vertamus. Igitur sanctus Truthpertus, sarcofago[c] de petris praeparato, dignis sacerdotum populique christiani[d] laudibus depositionem laudabilem in oratorio, quod Otpertus[e] ob venerationem viri[f] sancti construxit, Christo largiente, recipere[g] meruit.

(9). His[a] ita peractis, quantis miraculorum manifestissimis signis quantisque[b] virtutibus sanctus Thruthpertus claruisset, propter[c] sensus inopiam stilus retardat[d] percurrere, quia[e] idcirco miracula vetusta non[f] magnopere memoriae mandantur[g], quoniam[h] cottidie nova, si fides petentium non desit, instaurantur. Post aliquanta namque annorum curricula, cum innumerabilia ad corpus sancti Thrudperti miraculorum[i] signa iugiter cernerentur ostensa, cuidam servo Dei in[k] visione sanctus Thrudpertus apparuit eique, quod[l] corporis[m] illius media pars inferior[n] aqua maderetur[o], indicavit. Quam visionem cum ille cui ostensa est diffamare potius quam occultare mallet, presbyteri pagi vicini Otperto[p] adhuc superstite ibidemque praesente convenerunt. Qui dum diutino tractatu[q], quid de re huiuscemodi agere deberent[r], consilium inirent, Dei nutu repente cunctis[s] visum est, ut, sarcofago[t] pate-

I. Capp. 7—9. 1. 1*. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 7. a) prius 3*a*. *b*. b) *om.* 1*. c) Opert. *corr.* Otpert. 1; Othpertum 2; Othbertum 3*b*. d) consilium 3*a*. e) martyres? *pr. m.* 2. f) p̄curare 2. g) *om.* 1. 1*. h) Bobontem 2. i) condempnarentur 3*b*. k) a 1 *(in litura)*. 1*. l) c. ut m. via ad 3*b*. m) *om.* 1*. 3*a*. n) unius 1, *corr.* o) *ita* 2. 3*a*; eorum 1. 1*; *om.* 3*b*. p) ductorum 1. (1*). q) cyppum 2. 3*a*. r) sui:, *ras.* s 2. s) transfingens 2. t) c. n. 3*b*. u) En — preciosissimi *om.* 3*b*. v) *om.* 3*b*. w) terre 3*a*. *b*. x) biotanatis 1*; piothonati 2; biothonata 3*a*; suspensionis 3*b*. y) perisse 1. 1*. z) videlicet *add.* 1. 1*. a) *ita* 2. 3*a*. *b*; asta infixus nec semet ipsum d. 1. 1*. b) interim(ere *e corr.*) 1; interimi (2). c) ut d. tali 1*. d) morte 3*b*. e) *om.* 1. 1*. f) f. d. 3*b*. g) p. i. 3*b*.

Cap. 8. a) hanc tristiciam 2. b) se *in litura* 1. c) sarco(pha *in litura*)go 1 *(non hiat, sicut Mone statuit)*; sacrofago *m. rec. corr.* sarcofago 2. d) chr. l. *in litura* 1. e) Othpertus 3*b*. f) s. v. 1*. g) percipere 1*.

Cap. 9. a) Hiis 1*. 3*b*. b) quibus 2. c) p. s. i. *om.* 3*b*. d) nequaquam sufficit *pro* retardat 3*b*. e) i. q. 1*. f) *om.* 2. g) commendantur 3*a*. *b*. h) quoniam — instaurantur *om.* 1. 1*, *a* mand[antur *in* instaur]antur *transilientes.* i) *om.* 3*b*. k) s. T. in v. 3*b*. l) *m. al. suppl.* 2. m) corpus 3*a*. n) *om.* 1*. o) mederet *pr. m. corr.* maderet 3*a*, *et sic* 3*b*. p) Othperto 3*b*. q) u *postea add.* 1. r) et *add.* 2. s) v. est c. 1*. t) sargofago 3*a*; sacrofago 2.

facto, qualiter se[a] res haberet, omnibus innotesceret. Quo aperto, ita corpus viri sancti integrum sanumque[b] atque omni[c] ex parte incorruptum est repertum, acsi eadem[d] hora eodemque momento foret humatum. Quod[e] etiam ad maiorem Christi gloriam e tumulo prolatum, miro ineffabilique modo more[f] noviter morientium lavacro lotum linteaminibusque[g] purissimis involutum, magnis sacerdotum 5 laudibus in loco priori noscitur fuisse depositum. Quod ideo ab[h] omnipotente[i] credimus patefactum[k], ut[1] nullatenus[1] militis sui triumphus infirmis mentibus in dubium veniret[m]. Quibus[n] ita gestis, devotio christianorum undique confluentium pii martyris suffragia quaerere templumque[o] illius iugiter frequentantium eius subventionem[p] actenus non cessat expetere, quia, ubi tam[q] multae virtutes meritis 10 sanctorum clarescunt, ibi devotio universorum indubitanter frequentabit[r].

(10). Cum vero post multa tempora annorumque plura[a] curricula, regnis in diversa variantibus, isdem in quo sanctus Thrudpertus requiescit locus, heredibus[b] dissonantibus, pene in solitudinem foret[c] redactus*, nuper[2] nostris temporibus Rambertus[d] nomine, abnepos[e] Otperti[f], divina[g] admonitione conpunctus, diruta 15 construere, inculta colere, destructa restaurare[h] atque in diversa discerpta coadunare pleno coepit conamine. Cumque illi omnia, Deo favente, ad votum cederent, ut in pristinum statum, quamvis magno interveniente labore, universa redigeret basilicamque cum copiosis auro paratis altaribus nova decentique construeret materia, tunc demum convocato episcopo, ad cuius diocesim ipse[i] sacer locus per- 20 tinet, innumera populi confluente frequentia, sacratissimum Christi martyris corpusculum, devotissimo conveniente clero, iterum prolatum e tumulo iterumque tam ab episcopo praefato quam etiam[k] ab[l] Ramberto[m] ceterisque quam plurimis visum, qui tali tantaque visione digni putabantur. Novo rursus involutus[n] pallio, in altiore[o] parte nuper constructae ecclesiae[p], dignissima Christi percelebrata 25 laude, depositio piissimi martyris, anno[3] secundo Ludowico[q] regnante, VI. Kal. (815. Apr. 26.) Maias est peracta, eodem ipso[r] in[s] tempore, quo sanguine pretioso coronatus ex-

*) ostensa est visio huiuscemodi, scilicet quibusdam adhuc fratribus ibidem demorantibus aliisque sanctis atque viris perfectis, eum fore in loco humidissimo tumulatum eumque debere alcius elevari in eodemque loco decencius sepeliri, 30 *add.* 1*.

I. Capp. 9. 10. 1. 1*. 2. 3*a. b.*

Cap. 9. a) *om.* 2. b) i. atque sanum omnique ex 1*. c) ex o. 3*a.* d) h. e. 3*a, b.* e) Hoc 3*b.* f) *om.* 2. g) que *suppl.* 2. h) *m. al. superscr.* 2. i) Deo *add.* 2. 3*b.* k) factum 2. l) nullo modo m. 3*b.* m) venire 1, *corr.* n) Hiis 3*b.* o) domumque 3*b.* p) subvectionem 1. 1*. 35 q) tante v. 1*. 3*b.* r) frequentabitur 3*a.*

Cap. 10. a) *om.* 3*b.* b) *m. al. in litura* 2. c) fuisset 3*b.* d) Rampertus 1*. 2. e) ac nepos 1. 1*. f) Othperti 3*b.* g) etiam *add.* 1*. h) reparare 3*b.* i) s. i. 1*. k) *om.* 3*b.* l) a 1. 1*. m) Ramperto 1*. 2. n) p. involut(us *e corr.*) 1; involutum p. 1*. o) *ita* 3*a. b*; alciori 1* *cum B*; latiore 1. (2). p) e. positum est, Chr. l. d. p., ibique signis et virtutibus miracu- 40 lorum floret usque in hodiernum diem *desinit* 1*, *ubi Translatio sequitur (v. infra).* q) Lodowico 2; Hlodowico 3*a.* r) *om.* 3*a.* s) *om.* 1. 3*b.*

1) *B:* ne militis sui triumphus nobis remaneret occultus. 2) *Verba* nuper nostris temporibus *in B desiderantur.* 3) Facta est autem haec translacio anno dominicae incarnacionis DCCCXVI, Ludewico regnante, anno secundo regni eius VI. Kl. Mai. eadem 45 die, quo eciam martyrio coronatus est. *B. Sed a.* 2. *Ludowici Pii potius cum* 815. *post Chr. n. concordat.*

titerat, praestante domino nostro Iesu Christo, qui[a] cum aeterno Patre et[b] Spiritu sancto vivit et et regnat per infinita saecula saeculorum. Amen[c] *.

*) *Passionem in codicibus* 3 *versus excipiunt hi:*

Has Erchanbaldus Thrutberti martyris almi
5 Presul post cineres renovando struxerat[d] edes,
Tactus amore Dei; venerandos scribere sancti
Actus non piguit, sed et id pro posse peregit,
Exaltare patrem consolarique colentes,
Hunc praeferre loco, per quem locus iste sacratur,
10 Invitans populos monachorum cultus amator,
Quos[e] zelo, vi, virtute[f] simul arte peregit
Sub pede Thrutberti: ya! memento mei.
Spernere, mi monachi, talem nolite patronum.
O quicumque legis: liber est correctior iste,
15 Idem correxit carmina qui posuit 3*a*

Nostre letifice que mittis dona Marie
Pignus et almifluum te genitrice satum
Sancti Truthperti, felix ter Hibernia, gaude.
Os, Alamannus, habe; spiritus, astra tene.
20 Est tibi nostra, pater prudens, Alamannia mater:
Quando malum noceat, liberet atque tegat.
Erchenbalt, isti toto sub[g] tempore servi,
Ut tibi propicio sic famulare pio 3*b*.

II.

25 ## DE TRANSLATIONE EIUS.

Post hec igitur venerabilis Constanciensis ecclesie episcopus Cůnradus nomine, congaudens virtutibus et miraculis quibus beatus Trůpertus claruit approbatis speransque ipsum in celis habere intercessorem, cuius meritis et precibus ad celestia regna perduceretur, placuit eidem, ut assumeret sibi duos episcopos colla-30 terales clerumque devotum, conceptum propositum volens effectui mancipare. Arrepto itinere, pervenit ad monasterium sancti martyris Trůperti, quo confluxerat tanta hominum multitudo, ut infirmi a sanis opprimerentur. A quibus devote translatus est anno incarnacionis dominice nongentesimo sexagesimo secundo, 962. ipsoque anno Otto gloriosus rex a summo pontifice Iohanne XII°, omnibus sibi 35 applaudentibus, imperatoris et augusti nomen sortitur. Translatum autem fuit in Febr. 2. eum locum, in quo requiescit usque adhuc; ibique claudi gressum, ceci visum, surdi auditum, paralitici curam, leprosi mundiciam, cunctis videntibus, receperunt, prestante domino nostro Iesu Christo[a].

I. Cap. 10. 1. 2. 3*a*. *b*. *II.* 1*.

40 *I. Cap.* 10. a) *ita* 2. 3*a*. *b*; cui est honor et gloria per omnia saecula saeculorum. Amen (*est doxologia codicum B V. Columbani) desinit* 1. b) cum *add.* 2. c) *subscr.* Explicit passio sancti Drudberti martyris Christi 1; Finit passio sancti Thrutperti 2; Explicit vita sancti Thrutberti 3*a*; *subscr. om.* 3*b*. d) restruxerat 3*a* (*ubi* re *eras.*) *cum AA. SS. Apr. III, p.* 425. e) Quos::, *ras.* ce 3*a*. f) virtuti 3*a*. g) toto *iterat* 3*b*.

45 *II.* a) *sequitur* Vita et passio eius compendiose metrice secundum ordinem alphabeti (*ed. Mone l. l. p.* 26) 1*.

VITA SULPICII EPISCOPI BITURIGI.

Viri praestantissimi, qui rebus Merowingicis denuo florescentibus sub Chlothario Dagobertoque in aula regali muneribus functi sunt, in ore omnium versantur Desiderius thesaurarius cum germanis Rustico Syagrioque, Dado referendarius, Eligius artifex, eorumque contubernio Sulpicius quoque usus erat omnium maximus natu nobilique sine dubio loco ortus sicut illi. Militia regali emerita eundem honorem eodem modo amici, dignitatem scilicet episcopalem clementia principis, sortiti sunt, sed quamvis disiuncti locorum spatiis consuetudinem atque familiaritatem semper continuabant, id quod Desiderii aliorumque testantur epistulae, quas ille aut scripserat aut acceperat. E quibus Sulpicius primus episcopatum meritus est, Austrigisili episcopi Biturigi successor institutus, cui ipsum iam archidiaconum adstitisse biographus Amandi voluit[1]. *Provinciae igitur Aquitanicae primae metropolitanus constitutus, evocante Chlothario rege, concilio Clippiacensi a.* 626/7. *secundo loco post collegam Lugdunensem subscripsit*[2]. *Deinde Desiderium amicum iussus a Dagoberto rege, cuius indiculus ad ipsum datus adhuc superest*[3], *a.* 630. *festo paschali die consecravit episcopum Cadurcensem, adstantibus comprovincialibus atque ipso praesente rege. Episcopus intra dioecesim propriam inprimis pro pauperibus curam gerebat, victu vestituque inopiam levans*[4]. *Saluti autem animarum tanto ardore providebat, ut neque haereticis neque gentilibus aut Iudaeis in civitate sua habitantibus pepercerit, hosque omnes baptizandos curasse dicitur*[5], *regis fortasse mandato obtemperans. Dagobertus enim per legatos Heraclii imperatoris admonitus erat, ut omnes Iudaeos regni sui baptizari iuberet, id quod protinus perfecisse fertur*[6]. *Episcopi sui interventu plebs Bituriga ab eodem rege tributo insolito oppressa sibi salutem repperit. Precibus enim eius ille commotus, Dagoberto a.* 639. *defuncto ad Chlodovechum successorem unum e clericis suis nomine Ebargisilum misit; per quem quod petiverat impetravit, pristinam populo restituens libertatem*[7]. *Itaque quam in aula sibi conciliaverat opinio secunda vel subditis suis profuisse videtur. Vitae autem illius palatinae aetate iam graves laeto animo reminiscebantur amici. Ita Desiderius ad Dadonem episcopum inter a.* 641—646. *litteras dedit*[8]*: Mutuis, inquit, nos iuvemus precibus, ut, quemadmodum in aula terreni principis socii fuimus, ita in illo superni regis caelesti palatio simul vivere mereamur, morteque ereptis germanis, idem eo magis amicissime amplectebatur 'venerabilem Paulum nec minus praedicabilem meritis Sulpicium', qui collegio illi adhuc supererant. Ad hunc ipsum ut patriarcham Desiderius concordiae*

1) *V. Amandi c.* 5. *Sulpicium a primaevis annis clero Biturigo adscriptum esse parum verisimile est neque V. Austrigisili (c.* 8*) auctoritatem tribuam, ubi 'Sulpicius diaconus, qui ei postea successor fuit', commemoratur.* 2) *Concilia ed. Maassen I, p.* 200*:* Ex civitate Biturecas Sulpicius episcopus. 3) *V. Desiderii Cadurc. c.* 8. 4) *Vita Sulpicii c.* 1. 7. 5) *Ib. c.* 4. 6) *Fredeg. IV,* 65. 7) *Vita c.* 6. 8) *MG. Ep. III, p.* 199.

causa scripsit, 'ut pertinaciam, quae plerumque inter fratres serpit, suo libramine radicitus evelleret'[1]. *Sulpicii quae inter Desiderianas extant epistulae tres non sine arte dictatae sunt, sicut in eo litterarum genere sermonem urbaniorem diutius viguisse constat, sedulumque cum amico commercium testantur, qui ipse crebrius scripserat*[2], *immo oblationes miserat die resurrectionis dominicae*[3]. *Eidem defensor aderat metropolitanus contra Perricium diaconum Rutenum, a quo gravem iniuriam Desiderii homines pertulerant*[4], *placitumque inter hunc Verumque episcopum, ut damnum emendaretur, in alium diem transtulit*[5]. *Cum autem curis provincialibus dioecesanisque, plebis quoque sibi commissae negotiis admodum praegravaretur atque ab eo quod sibi inprimis elegerat munere pauperibus studendi distraheretur, socium a rege petiit impetravitque ipsique more parum canonico episcopatum relictum tradidit*[6], *unde nonnulli non sine causa ei detrahebant. Obiit aetate gravis a.* 646. *p. Chr., sepultus in basilica, quam sibi ipsi loco qui Navis nominabatur sito inter duos rivos Yèvre et Auron haud procul a civitate construi iusserat. Fastis autem Martyrologii Hieronymiani a pluribus librariis illatus est die* 17. *Ianuarii, scilicet in codicibus et Weissenburgensi*[7]*:* In Gall. civitate Beturicas depositio Sulpicii episcopi et confessoris, *et Bernensi*[8]: Beturicas Sulpici episcopi.

Vulfoleudus successor neglecto more consueto episcopos ad concilium convocavit, Sigibertum regem certiorem non faciens neque causam ei denuntians, unde Desiderio episcopo interdictum est, ne adesset[9]*; subscripsit et concilio Cabillonensi c. a.* 650[10]. *et privilegio monasterio S. Dionysii a Chlodoveo II. a.* 654. *dato*[11].

Basilicae illi vel potius monasterio, cui postea ipsius Sulpicii nomen inditum est, post sancti mortem Domio[12] *abbas praeerat. Quae cum miraculis crebrescentibus aegrotantium multitudini salutem petenti minime sufficeret, sedente eodem abbate 'maxima ex parte' ampliata est*[13]. *Tota autem a fundamentis nova construi coepta est circa illam priorem in qua requievit anno a Chr. n.* 672, *gubernantibus Chadone episcopo ecclesiam Biturigam, monasterium autem Barcelaico abbate, postquam* 26 *anni ab obitu ipsius sancti lapsi sunt*[14]. *Perfecto aedificio, et dedicationem celebratam et corpus sancti translatum esse verisimile est, festumque duplex in codice Bernensi Martyrologii Hieronymiani commemoratur*[15]*:*

7. *Kl. Sept.* Beturico translatio corporis sancti Sulpicii,
6. *Kal. Sept.* et dedicatio ipsius basilicae.

Dies autem 27. *Augusti in dominicum*[16] *incidebat a.* 674.

Vitae Sulpicii quales editae sunt et brevior (B) et prolixior (C) textum primigenium minime exhibent, sed ipsi propius accedere videtur quod nobis eruere licuit exemplar ignotum (A). A et B eundem librum continent resque fere eaedem in utroque

1) *MG. Ep. III, p.* 200. 2) *Ibid. p.* 203. *Epistulae Sulpicius manu propria subscripsit:* A tuis (*lege* Aeternis = aetnis, *Arndt* multis) temporibus vestrae gratiae servire merear, mihi peculiaris domine. 3) *Ibid. p.* 208. 4) *Ibid. p.* 205. *Epistula Sulpicii ad Verum episcopum Rutenum.* 5) *Ibid. p.* 211. *Pro* Becobeno *legere malim* Baboleno *p.* 212, 2. 6) *Vita c.* 7. 7) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [9]. *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 323. 8) *Quocum convenit breviarium Labbeanum (P), de quo disserui 'N. Arch.' l. l. p.* 316. 9) *MG. Ep. III, p.* 212. 10) *Concilia ed. Maassen I, p.* 213: Biturive Vulfoleudus episcopus ecclesie his constitutionibus subscripsi. 11) *Diplomata ed. Pertz p.* 20. 12) *Vita c.* 10. 13) *Ibid. c.* 11. 14) *Cf. additamentum codicis Parisini n.* 17544. *ad Chronica Isidori maiora (Auct. antiq. XI, p.* 493*), quem calculum secutus verum Sulpicii annum emortualem primus erui, 'Mitth. d. Oesterreich. Instituts' XVIII, p.* 365. 15) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [111]. 16) *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 547.

enarratae sunt, sed verba haud raro discrepant. Comparato utroque inter se non semel palma adiudicanda est exemplari A, e. gr.:

	A	*B*
c. 1.	episcopati onus *(cf. supra* clericati onus *AB)*	episcopatus dignitate
c. 2.	visus est expetisse	venit
ib.	alacriter eum recepit *(cf. c.* 10. 11. alacriter reverterunt*)*	benigne eum recepit
ib.	ignem acervum concinnarent	copiosum ignem accenderent
c. 3.	orabat Dei misericordiam *(cf. c.* 6. Domini misericordiam postulavit *AB),* ut os eius aperire dignaretur. Post orationem vero sacerdos surgens de pulvere	praemissa oratione *(reliquis omissis)*
c. 4.	ad baptismi gratiam *(supra* sine baptismi gratia *B,* s. baptismo gratiam *A)*	ad baptismi sacramenta
c. 5.	perpetes noctes	perpetuis noctibus
c. 10.	vigilias perpetis	vigilias sedulis
c. 5.	cum — eclesiam psallendi causa perduraret, exinde non egrediebatur, nisi cum omnium psalmorum numerum finem adimpleret *(cf. c.* 8. non aliud audiebatur, nisi omnes clamabant; *c.* 11. *B.* ut nec capacitas — possit recipere, nisi — ampliasset*)*.	cum — in ecclesiam veniret, antequam librum psalmorum psallendo finiret, de ecclesia non recedebat.
c. 9.	confestim recipit *(cf. c.* 3. confestim locutus est; *c.* 6. confestim praecepit*)*.	ita recipit.

Lectiones quas supra collegi exemplaris A sermone vetustiore dictatae sunt, id quod et per se patet (onus, visus est *c. inf.*, baptismi gratia, perpetes) *et comparatis eiusdem vitae locis similibus. Gravius de rege utrumque exemplar inter se dissentit, qui tributo civitatem relevasse dicitur, nam in A ad 'gloriosissimum domnum Chlodovechum regem' legatus missus est, in B autem ad memoratum regem (c.* 6*), scilicet Dagobertum patrem, ideoque ille rem post a.* 639. *posuit, hic vero paulo ante. Quod vero hic addidit de infausto legati praesagio, regem scilicet celeriter interiturum esse, nisi peccatum confestim emendasset, idemque in calce de impleto eodem rettulit, et regem et satellitem eius paulo post defunctos esse, licet censum remisissent, poena severa exemplum nobile deterrendis violatoribus libertatis datum videtur esse magisque lectioni A credendum est, a qua consilium eiusmodi abest. Sulpicii successor, quem ipse se vivo socium elegerat Vulfoleudus non nominatur nisi in B, sed locus ita a reliquo textu discrepat*[1]*, ut eum interpolatum esse fere pro certo haberi possit.*

1) Witmarus abbas de Centula *c. a.* 760—762. *conventui Attiniacensi intererat (MG. Capitul. I, p.* 222*) eodemque fere tempore a Pippino rege missus legationem suscepit ad Paulum papam (MG. Ep. III, p.* 541*).* 2) *Cf. Jaffé, Bibliotheca VI, p.* 173. 3) *Alcuini ep. ed. Dümmler, MG. Ep. IV, p.* 290. *Idem de Angilberti vita moribusque disseruit MG. Poetae I, p.* 355 *sqq.* 4) *Angilberti carmen IV (ed. Dümmler, Poetae I, p.* 364*):*

Non parcens opibus propriis. Nam quidquid habebat
Ecclesiae larga iam pietate dedit.

tiosa debebat[1]. *Neque de Cella Foresti apud eundem regem frustra laborabat, nam servitio meritisque ipsius ille conpulsus monasterio Centulensi eam charta data a.* 797, *die* 28. *Aprilis tradidit, ita ut abbates deinceps perpetuo eam possiderent cum omni ecclesiae ornatu omnibusque rebus*[2]. *Monasterium sua munificentia splendidissime ditatum Karolus ipse a.* 800. *adiit paschaque in Centulo apud sanctum Richarium die* 19. *Aprilis celebravit*[3], *postquam litore oceani Gallici perlustrato contra Nortmannorum incursiones praesidia disposuit. Defunctum imperatorem suum Angilbertus paulo post, die scilicet* 12. *Kl. Mart. a.* 814, *in requiem sempiternam subsecutus est, sepultus in ipsa ecclesia S. Salvatoris sanctique Richarii*[4]. *Deinde Ludowicus imperator eodem quo pater amore monasterium amplexus Centulum se contulit rebusque monachorum subveniens ea quae ad victum vestitumque eorum pertinebant a.* 830. *confirmavit*[5]; *anno autem post totius monasterii descriptionem fieri iussit, ex qua ecclesiasticarum rerum copia, scilicet praedia, ornamenta, codices, cellae adnexae, vasallorum denique series beneficiis praeditorum cognosci possunt*[6]. *Bibliotheca* 256 *volumina tunc comprehendebat, quae in divitiarum claustralium numero iusto iure habebantur*[7]. *Cella ipsa Forestis ita accreverat, ut tres ibi existerent ecclesiae, S. Mariae, S. Petro, S. Richario dicatae, canonicique* 30 *ibi residebant quattuor villas ad stipendia habentes.*

Historiae Richarii origines ab ipsa charta Karoli M. a. 797. *Angilberto data repetendae sunt, locumque primarium ibi occupat Cella quam dixi neque ubi sanctus corpore requievit Centulum monasterium, constructum 'in honore Domini et salvatoris nostri Iesu Christi eiusque sanctae genitricis semper virginis Mariae et sancti Petri ceterorumque omnium apostolorum et multorum sanctorum'. Locum enim ille ad habitandum sibi elegerat in silva situm quae vocatur Forestis, prope cisternam quae est iuxta locum Argubium*[8]; *iugera bina vel terna a rege sibi dono data circa cisternam illam possidebat tuguriumque satis vile ab 'amatoribus servorum Dei' constructum. Ibidem finem quoque vitae fecit, sed non multo post corpus ipsius a fratribus Centulensibus in monasterium translatum est. Richarius igitur ille a Centulensibus tentus conditor monasterii minime erat, erat vero conditor Cellae Forestensis. In ipsa Deo militare studuerat, fundo fiscali acquisito, ipsaque post translationem dominio abbatis per multa tempora subdita erat unaque fratrum cohors utrumque locum occupabat. Haec procul dubio ita in charta Karoli enarrata sunt, sicut ab ipso Angilberto abbate accepta excogitataque erant, portumque quo ille tendebat feliciter cepit, ut Cella quam dixi monasterio a rege cederetur. Idem Angilbertus epitaphio*[9] *sepulchrum patroni sui ornans de curriculo vitae eius nonnulla rettulit, Centulae scilicet ipsum ortum stemmate praecelso locique fuisse pastorem:*

Stemmate praecelso quem Centula protulit ista,
Quique loci pastor floruit egregius,

1) *Angilberti scripturam de constructione et dedicatione sive ornatu ecclesiae Centulensis citavit Hariulfus II,* 10, *magnam partem expilans; librum integrum edidit G. Waitz, SS. XV, p.* 173 *sqq.* 2) *Karoli M. chartam ed. F. Lot, 'Hariulf chronique de l'abbaye de Saint-Riquier', Parisiis* 1894, *p.* 319; *cf. Mühlbacher, 'Regesten' n.* 337 [2]. 3) *Ann. regni Francorum ed. Kurze p.* 110; *Dümmler, MG. Ep. IV, p.* 465; *Mühlbacher, 'Regesten', I, p.* 159 [2]. 4) *SS. XV, p.* 179. 5) *Hariulfus III,* 2; *Mühlbacher, 'Regesten' n.* 874 [2]. 6) *Hariulfus III,* 3. 7) *Cf. L. Traube, MG. Poetae III, p.* 266. 8) *Hodie Argoules (dép. Somme, arr. Abbeville, cant. Rue).* 9) *Richarii epitaphium in calce libri de ecclesia Centulensi auctore Angilberto ad fidem codicis Vaticani reg. Christ. n.* 235, *saec. XI, eiusdem quo Hariulfus II,* 11, *usus est, edidit G. Waitz, SS. XV, p.* 178 *sq. Idem antea in adnotatis ad Angilberti carmina ex Hariulfo iteraverat E. Dümmler, MG. Poetae I, p.* 364.

annosque numeravit ad monasterium a Karolo M. perfectum centum sexaginta:

Huic Karolus princeps condignum mente benigna
Perficiens templum, condidit et templum
Post sexagenos et centum circiter annos,
5 Cum Domini servus integer extat adhuc,

ita ut c. a. 640. *sanctus floruisset. Epitaphia praeterea condidit tumulosque Scottorum duorum, quos item inter sanctos suos enumerabant Centulenses, Chaidoci scilicet presbyteri et Fricori seu Hadriani*[1].

In comitatu Karoli M. apud monachos Centulenses per dies paschales a. 800. *com-* 10 *morantis Alcuinus versabatur celebris ille liberalium artium doctor. Iam Angilbertus abbas occasionem sibi datam esse ratus, ut quem penes se habebat libellus de vita Richarii stilo simpliciore compositus in cultiorem formam redigeretur, ipsum illi retractandum commisit. Qui cum modicum gestorum volumen sancti cum apostolis comparandi non leviter admiraretur, abbas monachique alterum maioris quantitatis codicem extare* 15 *contenderunt sancti Miracula continentem; simplicem vero minusque politam elocutionem ipsius adeo non aegre ferebant, ut eam aptiorem existimarent ad recitandum coram populo. Miracula igitur illa copiosa non proferebant neque postea a quoquam visa sunt. Libellum vero Vitae Alcuinus ante oculos positum vocato notario retractavit eaque quae de conversatione, de moribus, de continentia et sanctitate, de transitu sancti corporeque* 20 *Centulum relato continebat sermone, sicut ipse asserebat, admodum compendioso reddidit. Novam editionem Karolo augusto nuncupavit, qui nuntio misso flagitaverat, ut in ipso redigendo consuetudinis suae ratio haberetur. Augusto cum epistulam praemissam auctor inscripserit, sequitur post natale dominicum a.* 800. *opusculum perfectum esse neque vero multo post, cum a.* 804. *ipse diem supremum obierit.*

25 *Dagoberti regis temporibus (a.* 623—639*) Richarius ab Alcuino attributus est, etsi monente Hariulfo I,* 5, *fieri non poterat, ut paucis regni ipsius annis homo nasceretur, adulesceret, educaretur et ad decrepitae aetatis senium perveniret. Solum patriae Centulam villam colebat e parentibus ortus non adeo nobilibus. Hac in re ab Angilberto Alcuinus discrepat praecelso stemmati rusticam potius vitam opponens. Idem Scottos* 30 *presbyteros, quorum ille epitaphia condiderat, magistros sancti statuit, non nominans nisi unum, Chaidocum scilicet, et ab eorum adventu in Pontivas regiones conversionis deduxit originem. Scottorum sectatorem cum fecerit Richarium, post sacerdotalem honorem peregrinatione opus erat, eamque ad expellendas ignorantiae tenebras in ultramarinas Britanniae regiones susceptam esse voluit. Sequuntur reditus in patriam, adventus Dagoberti* 35 *regis, rogante Ghislemaro viro illustri, illuc profecti, donatio denique ipsius, qua 'ea ipsa die aliquid de suo ad luminaria domus Dei' sancto tradidit. Domum Dei, cuius auctor hoc loco primum meminit, ecclesiam paulo infra intellexit, quam sanctus ipse in Centulo vico fundavisset. Cum vero discessus instaret in Cellam, de cuius possessione agitur, regimen illius alteri tradidisse dicitur, monasticam vitam petiturus, cumque locus* 40 *novus in silva Crisciacensi situs ad fiscum pertineret, concessione ministrorum regiorum opus erat, scilicet Ghislemari viri illustris et Mauronti 'terrarum vel silvarum ad regem pertinentium servatoris'. Ita Cellae Forestis origines Alcuinus enarravit, nomen ipsum fortasse propter barbariem reticens, neque vero tuguriunculi vilissimi oblitus est, cum charta Karoli M. conveniens. In ipsa Cella sanctum et mortuum et sepultum esse*

45 1) *Chaidoci epitaphium Richarii in codice Vaticano subsequitur, his verbis praescriptis:* Aepythaphium sancti Chaydoci Remis inventum *(cf. SS. XV, p.* 179, *n.* 1*), Fricori autem in codice Hariulfi (II,* 11*) a Mabillonio adhibito haec praescripta erant:* Epitaphium sancti Scoti Laubico repertum; *cf. E. Dümmler, Poetae I, p.* 365 *sq.; F. Lot l. l. p.* 75 *sq.*

voluit, cum Deo ibi maxime militasset; ad translationem autem corporis transiens et Centuli monasterii et fratrum abbatisque Ocioaldi meminit. Domus igitur Dei vel ecclesia quae supra commemoratur Centulensis iam in monasterium immutatum est successorque cui regimen sanctus tradiderat, scilicet pastor loci, sicut ab Angilberto ipse vocatur, abbatis iam personam induit. Vitam Alcuinus monachorum nomine ad recitandum coram populo dictavit, de 'hac praesenti provincia' (c. 6*), scilicet Pontiva, disserens populumque ad festa patroni congregatum ita alloquens (c.* 18*):* propensius, *inquit*, a nobis [honorificetur], qui eius corpori cotidie adsistimus. — — Unde, fratres carissimi et sanctissimi patres et filii iocundissimi et totius sanctae congregationis populus qui ad tanti patroni festa convenistis, dignos vos facite.

Etsi brevitatis sectatorem ubique se gessit biographus, relationem suam admodum compendiosam iudicans neque singulas virtutum species enarrare volens, sed paucis tantum perstringere verbis vitae sanctitatem (c. 13*), tamen in describendis operibus piis cruciatibusque humilibus atque in citandis locis scripturae sacrae nemo eo longior esse poterat. Demptis autem iis rebus quae unicuique sancto imponi possunt, haud multa restant Richario propria atque vitam quae sibi praesto fuerat satis modici fuisse voluminis Alcuinus ipse in epistula praevia confessus est. Vita illa vetustior vix multo plura continebat quam quae in Angilberti versibus atque in privilegio ipsi a Karolo M. concesso iam leguntur. Richarius sicut in hoc ita in illa Cellae Foresti attributus erat idemque votum biographus persecutus est, quod Karolus M. re vera implevit, ut Cella monasterio concederetur. Alcuinus autem cum de originibus monasterii Centulensis apud auctorem suum nihil repperisset, in angustias adductus est. Itaque primo domum Dei commemoravit (c.* 11*), deinde cum discrimen inter novam vitam, monasticam scilicet in silva Crisciacensi, prioremque statuendum esset, ecclesiam attulit, quam sanctus in Centulo vico fundasset, ipsumque rectorem eius habuit, denique post ipsius mortem 'fratres a Centulo monasterio cum suo abbate' produxit neque contradictionem animadvertit. Libellus de vita Richarii stilo simpliciore compositus, quem Angilbertus Alcuino retractandum commisit, eodem consilio conscriptus erat atque privilegium regale eidem Angilberto concessum huiusque auspiciis et illum exortum esse veri simillimum mihi videtur esse. Certe ex Alcuini opusculo colligitur de Richario res nullas ad ipsius aevum pervenisse, quae speciem antiquitatis prae se ferant.*

Antiphonas quoque et responsoria vel hymnos de eodem sancto ab Alcuino composita esse[1] *auctor est Hariulfus II,* 11, *versusque paucos hymni cuiusdam ipse posteris tradidit, in quibus sanctus ita celebrabatur:*

Tu struxisti coenobium
In loco prope Argubium
Et aliud in Centulo,
Ambo perenni merito.

Richarii memoria in Martyrologiis saec. IX. demum colitur, nam diem natalem 6. *Kl. Mai. una cum translationis die* 7. *Id. Oct. Micon poeta*[2] *domesticus primus commemoravit:*

Senis *(scil. Kal. Mai.)* Richarii colitur natalis et almi, —.
Septenis superat Dionisius Idibus *(scil. Oct.)* hostes;
Ipsis Richarii sancti translatio claret,

illum solum Wandalbertus Prumiensis v. 232[3]*:*

1) *Horas in codice bibliothecae Abbatisvillae saec. XIII. repertas Alcuino attribuit Hénocque abbas, 'Hist. de Saint-Riquier' II, p.* 487—492; *cf. F. Lot l. l. p.* 73, *n.* 2.
2) *Ed. L. Traube, MG. Poetae III, p.* 294. 3) *Ed. Dümmler, MG. Poetae II, p.* 584.

Sextaque pontificis recolit certamina Cleti
Richarioque nitet vitae cultore beatae.

Usuardusque[1]*:* In pago Pontivo sancti Richarii presbiteri et confessoris. *In Martyrologium Hieronymianum sanctus a librariis saeculi XII. illatus est neque singuli* 5 *libri inter se conveniunt, nam in nonnullis ineunte die* 6. *Kl. Mai. verba* Richarii confessoris *leguntur, in Corbeiensi vero exeunte eodem haec:* Centulo monasterio in Gallia depositio sancti Richarii[2].

Alcuinus librum suum in usum imperatoris praeparans et in capite et in calce disticha posuit, sed praeterea sermone dissoluto neglegentiaque non communi usus ab ipso 10 *anacolutho incipit taliaque exhibet minus cohaerentia qualia c.* 10: Acceptoque infante eques venerandus seu ad benedicendum seu ad osculandum, sed antiquus hostis — inmisit. *Neque grammaticae leges satis observatae sunt, ita ut menda pessima occurrant, e. gr.* inter exequia paterna *(c.* 14*)*, frequentabatur *active (c.* 15*)*, ut *c. ind. saepe. Notarium cum se ipso teste Alcuinus adhibuerit, auctor aliquo modo excusari* 15 *potest, sicut excusatus est ab E. Dümmler, atque festinandi causa ad notarium se confugisse ipse in alia quoque epistula testatus est*[3]. *Certe nova Richarii vita quamvis eius opera cultior facta sit, cultus tamen augeri poterat neque monachos Centulenses in claro Alcuini nomine acquievisse, sed materiam iterum iterumque vel poetice transformasse mox patebit.*

20 *Codices V. Richarii haudquaquam rari sunt, sed plerique recentiores atque depravati. 'Codiculo priori' vel 'codici antiquo', Alcuini scilicet libro, Miracula ut adderentur, poetae Centulenses c. a.* 866. *et abbatem et sodales adhortati sunt*[4], *pauloque post effectum est, ut ea litteris mandarentur. Ex hoc exemplari codices illi pendent, qui Vitam cum Miraculis exhibent.*

25 1) *Codex Sangallensis n.* 563. *saec. IX/X, formae quadratae, p.* 3—20, *solus disticha servavit, quorum alterum V. Richarii praecedit, alterum eam subsequitur. Textus atramento nigriore postea et correctus et interpolatus est.*

2) *Codex Bruxellensis n.* 207, *saec. XII, fol.* 215—217, *a W. Arndt b. m. a.* 1867. *collatus.*

30 3) *Codex Hagensis X,* 118 *(antea Th.* 277*), saec. XI, fol.* 1—22', *V. Richarii non integram continet, cum inter fol.* 5. *et* 6. *unum excisum sit, sed hiatum* (emundans — sibi hono|) *m. s. XVI. in mg. supplevit. Scriptura initio evanuit. Librarius saepe* ae *pro* e *scripsit, e. gr. semper* piaetas.

Miracula Vitam in libris 4*a. b subsequuntur, ad quos illa recensuit O. Holder-* 35 *Egger socius, SS. XV, p.* 915 *sqq.*

1) *Ed. Bouillart p.* 71. 2) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [49].* 3) *Epistulam c. a.* 801. *datam edidit E. Dümmler, Ep. IV, p.* 387, *n.* 242. 4) *Carmina Centulensia n.* 82. *ad abbatem:*

Hoc ideo tango: studeas scribendo notare
40 Nunc instans pariter praeteritaque, pater,
Atque priori codiculo mandare studeto,
Quo tibi laus inde perpetua maneat,

et n. 137. *ad sodales:*

Antiquus perstet codex ne sic breviatus,
45 Ceu mansit nostra hactenus incuria;
Quo partim miracula picta videntur honeste
A quodam Albino nomine doctiloquo.

Cf. L. Traube l. l. p. 267.

4a) Codex V a t i c a n u s *bibliothecae reginae Christinae n.* 488, *saec. X—XI, olim S. Richarii*[1], *fol.* 1'—13', *quem Schellhass v. c. rogatu nostro contulit.*

4b) Codex B r u x e l l e n s i s *n.* 7460, *saec. XIII, olim S. Mariae Valcellensis, museo Bollandiano a.* 1637. *dono datus ibique signatus P* 159, *fol.* 36—39[2], *quem conferendum mihi curavit Albertus Poncelet S. I. amicus.*

4b) Codex* C o m p e n d i e n s i s *a Mabillonio adhibitus*[3].

4c) Codex P a r i s i e n s i s *n.* 12606, *saec. XIII. in., formae magnae, 'ex monasterio Floriacensi' (signatus ibi n.* 143*) in Sangermanense (signatus ibi n.* 499, *olim n.* 627*) translatus, fol.* 22—23, *Vitam solam continet neque vero ultra c.* 14. *pervenit.*

5a) Codices R e m e n s i s *n.* 1144 *(*782. 768*), saec. XIII. in., fol.* 25'—30,

5b) C a r o l i v i l l e n s i s *n.* 229, *saec. XIII, formae maximae, olim monasterii Signiacensis, fol.* 250'—254,

5c) P a r i s i e n s i s *n.* 11757, *olim S. Mariae de Regali monte, deinde Antonii Wionis Herovallis, tum Sangermanensis (n.* 808 *et* 73*), saec. XIII, fol.* 27—29,

in calce (a c. 15*) a reliquis libris discrepant, immutata elocutione neque miraculis iisdem allatis.*

6) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 3788 *(antea Colb.* 801, *Regius* 386 3/10*), saec. XII, fol.* 202'—204', *magna cum licentia exaratus est atque in calce haud pauca desiderantur, cum vita in ipsa sepultura desinat aliter enarrata.*

Codices in duas familias discedunt, cum libris 1. 2 *reliqui omnes oppositi sint. Codex* 1, *qui distichon utrumque solus servavit, a librario erudito satis accurate exaratus est neque ipsi comparari potest qui ex eodem exemplari pendet liber* 2 *pessime interpolatus. Ex altera familia, quae lectionibus communibus a priore distincta est:*

c. 2. obtinuit] 1. 2*; om.* 3. 4*a. b.* 5*b.* 6,

et sanctitate] 1. 2*;* ex s. 3. 4*a. b.* 5*a,*

rusticitate sermonis, quae haud facile evadere solet e librariorum manibus infaustis, quam maxime excellit codex 3, *veluti saepe servavit indicativum post* ut *(c.* 3. 5. 13*), verbum activum loco deponentis (c.* 11. prosequere 3 *pr. m.). Inter libros* 4*a et* 4*b idem fere discrimen vertitur atque inter* 1 *et* 2, *scilicet alter meliorem textum exhibet, alter vero interpolationibus refertus est, e quibus una c.* 2. *ex Hariulfo pendet.*

Inter editiones maximae auctoritatis princeps erat Laurentii S u r i i, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae* 1571, *tom. II, p.* 865—870, *qui codice quodam classis* 2 *usus textum modice immutavit inprimis iis locis, ubi anacoluthis aliisve difficultatibus lectio impediebatur. In capite Vitae et epistula et distichon Alcuini legitur. Hanc editionem Andreas* Q u e r c e t a n u s *(= Duchesne) inter Alchuini Opera, Lutetiae Parisiorum* 1617, *Pars II, col.* 1419—1432, *iteravit.*

Ex Surio et Pithoeo — nescio quo, editio enim latet ac vereor, ne in nomine erratum sit — ad codices collatis I. M a b i l l o n, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Lutetiae Parisiorum* 1669, *Saec. II, p.* 187—197, *textum suum formavit neque vero codices attulit nisi retractatos et interpolatos, Compendiensem scilicet (nobis* 4*b*), cuius lectionem unicam citavit (c.* 2*), Corbeiensem (hodie Parisiensem*[4] *n.* 12616, *saec. XIV, fol.* 87'—95, *aut n.* 13092, *saec. XIII, fol.* 153—158'*) ex Hariulfo auctum, cuius interpolationes in calce Vitae p.* 197—199. *edidit, Centulensem denique retractationis illius*

1) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 283. 2) *Catalogus codd. hagiogr. bibliothecae Bruxellensis auctoribus Bollandianis II, p.* 3. 3) *Etiam codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5323, *olim Bigotianus n.* 171, *postea Regius C* 3605, *saec. XIII, fol.* 13—15. *Vitam, fol.* 15—19. *Miracula exhibet; cf. Catalogum Parisiensem auctoribus Bollandianis II, p.* 215. 4) *Bollandiani, Catalogus Paris. III, p.* 172. 182.

de qua infra disserui. E primo sine dubio eas interpolationes in textum admisit, quas in codice nostro 4b repperi.

G. Henschenius, Acta sanctorum, Antverpiae 1675, Aprilis tom. III, p. 442—447 codices complures enumeravit, scilicet Audomarensis ecclesiae, Bonifontis monasterii, musei Bollandiani (nobis 4b), Longipontani monasterii prope Suessiones, bibliothecae reginae Christinae n. 1171 (nobis 4a), quibus praeter editiones priores usus est, sed inprimis e Mabillonio profecisse videtur, quocum in epistula Alcuini ad verbum concordat. Codices habuit praeter 4a. b classis nostrae 5, nam Tempore *pro* Temporibus *(c. 1) non repperi nisi in 5a. b.*

Hanc editionem Mabilloniamque Frobenius, Alcuini opera, Ratisbonae 1777, tom. II, vol. I, p. 175—182, adhibuit (= Migne, Patrologia latina tom. CI, col. 681—694).

Inter eos qui post Alcuinum in Vitam Richarii expoliendam operam studiumque contulerunt Paschasius Radbertus primus enumerari solet, cuius haec de sancto merita apud monachos Centulenses fama constanti vulgata sunt. Notum quidem est, quanta ille reverentia Richarium coluerit, quantique monachos eius aestimaverit, ita ut sua eis scripta miserit, sed qui de necessitudine inter ipsum monasteriumque intercedente haec tradidit[1]*, Hariulfus II, 11, de Vita ab eo condita verbum nullum fecit. Sane in codice quodam Centulensi V. Richarii legebatur, Alcuino Radbertoque attributa, ex qua post Menardum Mabillonius locum attulit hunc:* Quanta itaque extunc et deinceps auctoritate beatus Richarius vitam duxerit, quamque fortiter sua membra mortificaverit, praesentis opusculi testatur narratio, a reverendis viris Ratberto abbate necnon Alcuino Albino studiose descripta. *Ea vero praeter Alcuini dicta nihil continebat nisi fabulas absurdas, veluti stemma sancti gentilicium ex Raganario Chlodovei Magni fratre ductum duasque peregrinationes ad pontifices Romanos, ideoque auctor meus eam Paschasio indignam iudicavit totamque famam de ipsius opera in Richarium collata ad falsam chronici Hariulfini interpretationem rettulit*[2]*. Idem vel simile scriptum in codice Trecensi n. 1876, saec. XIII. ex. vel XIV. in. repperit W. Arndt*[3]*. Ei post veram Alcuini epistulam textus inest omnino diversus, praescr.:* Incipit vita sancti ac preciosissimi confessoris Christi Richarii, cuius depositio celebratur VI. Kal. Mai., *inc.:* Ludovicus qui primus ex regibus Francorum. *Auctor codice Miraculis aucto simili nostri 4b usus est, unde interpolatio pendet in adnotatis ad c. 2. allata, neque ultra c. 14. pervenit, sicut codex noster 4c; desinit enim in verbis:* laudate Dominum in sanctis eius, qui vivit et regnat Deus per immortalia secula seculorum. Amen. *Deinde litteris rubris haec subscripta sunt, quae cum loco a Menardo allato admodum conveniunt:* Explicit vita sanctissimi confessoris Christi Richarii a venerabilibus viris Ratberto necnon Alcuino Albino veraci stilo descripta, *dum agmen claudit* Supplicatio dicti Alcuini Albini, *scilicet distichon quod in calce editionis nostrae legitur. Alteram codicis partem Miracula Richarii occupant paulo post a. 866. conscripta; sed prologus monente Arndtio ab editis discrepat miraculaque in calce accesserunt tria, quae subscriptio subsequitur haec:* Explicit vita sanctissimi patris nostri Richarii.

Expuncto igitur Paschasio Radberto, qui inter Richarii biographos non recte collocatus est, ad Ingelramnum veniamus vel Angelrannum scholasticum illum,

1) *Cf. L. Traube, MG. Poetae III, p. 271.* 2) *Richarium magis quam Vedastum a Paschasio laudibus celebratum esse Hariulfus opinatus est et ob miracula et ob vitam eius:* Fecit, *inquit,* hoc ob assidua miracula — —, fecit et ob illam re vera sanctissimam eius vitam *(II, 11).* 3) *'N. Arch.' II, p. 296.*

postea abbatem Centulensem († 1045), qui annis iuvenilibus laudes patroni sui heroicis versibus celebravit. E libris quos conscripsit quattuor primus Vitam auctore Alcuino, secundus et tertius Miracula quae dixi, quartus Translationem sancti continet, totumque opus Fulberto praeceptori dicavit, postea episcopo Carnoteno[1] *(a. 1017—1028), cuius auspiciis susceptum erat. Auctor in epistula praevia sancti vitam 'rhetorico stilo diligenter et lucide' editam, ab Alcuino scilicet, laudavit neque ei quicquam addere aut minuere decrevit*[2].

Hariulfus S. Richarii monachus et ipse in Pontivo natus, cum Gesta ecclesiae Centulensis a. 1088. hortatu fratrum colligeret, libris quattuor digestis, primum Richarii, alterum autem Angilberti gestis reservavit. Vitam Richarii ad solum Alcuinum, codicem fortasse 4a, depingere poterat verbaque auctoris sui frequenter servabat, aliis immutatis, neque enim omnibus numeris ille ei satisfecerat, sed rhetorice et perplexe dicta perspicuitatis causa commentario egere aut in formam planiorem redigenda esse sibi videbantur[3]. *Temporum difficultates, quibus Alcuini textus a temporibus Dagoberti incipiens impeditus est, non solum animadvertebat, sed etiam argute removere conabatur, cumque origines monasterii Centulensis praetermissas cerneret, hiatum confestim supplens a sancto illud constructum esse asseruit in paterno solo, scilicet in allodio*[4]. *Idem de regibus Francorum historiaque politica locos nonnullos narrationi Alcuinianae interposuit virtutesque sancti aliquot addidit fidelium ore acceptas*[5]. *Diligentissimus atque acutus Centulensis chronographus quamvis naevis non egeat, tamen non satis laudibus efferendus est, quippe qui archiva domestica postea incendio diruta perscrutatus antiquitates haud paucas et inprimis tabulas publicas posteris servaverit*[6].

Alium de Vita atque Translatione Richarii libellum tripartitum Wolfhardus Haserensis (882—912) in Martyrologium suum admisit, unde in magna legendaria Austriaca et Bawarica transiit, quae Bollandiani nuper diligentissime examinaverunt (Anal. Boll. XVII, p. 13. 57. 106). Inc. Vita: Sollempnis haec est feria, in qua sacerdos nobilis Richarius egregius conscendit caelos arduos[7]. Hic ergo beatissimus athleta Christi Pontivis ortus finibus per praedicationem quorundam duorum, quorum prior Caidocus vocabatur, *des.:* abbate Ocioaldo furtu inde sublatus in loco ubi nunc requiescit cum Dei laudibus positus est; *inc. Translatio:* Postquam igitur Deo militans; *inc. Miracula:* Quanta namque, *des.* Si quis denique puro corde plura quesierit, legat librum ad Karolum regem Francorum de virtutibus eius scriptum, sicque desideratum in eo munus inveniet; nos ista dixisse sufficiat. Explicit vita et translatio Richarii confessoris Christi. *Liber qui in calce citatur ad Karolum regem Francorum de virtutibus Richarii procul dubio Alcuinianus intellegendus est, ex quo auctor pendere videtur. Plura vero quae de Translatione sancti enarravit pro meris fabulis habuerunt qui ipsam una cum Miraculis publici iuris fecerunt Bollandiani (l. l. p. 128 sqq.).*

Ultimum denique locum auctor incognitus occupat, qui se ipsum sancto fuisse aequalem satis impudenter mentitus est, incipiens ita: Christo protegente et mente

1) *Cf. Holder-Egger, SS. XV, p.* 693. *Librum primum edidit Mabillonius, Saec. II, p.* 201—212. 2) *Cf. simile Hariulfi IV,* 8, *de eius carmine iudicium.* 3) *Hariulfus I,* 5: Quod in praefatione monuimus et nunc ibidem commonemus, ut nemo ferat indigne, si haec domni Albini verba de vita sanctissimi confessoris rhetorice et perplexe dicta causa intelligentiae manifestioris enucleare tentamus. 4) *Hariulfus I,* 15. 5) *Idem I,* 17. 6) *Cf. F. Lot, 'Hariulf, Chronique de l'abbaye de Saint-Riquier' ('Collection de textes p. s. à l'étude et à l'enseignement de l'histoire'), Parisiis* 1894. 7) *Initium est hymni in S. Nicolaum Myr.; cf. Chevalier, Rep. hymn. II,* 582.

iuvante de vita quondam sancti qui nuper in gente sub rege Dagoberto *et q. s. Ipsius fetum codex Abrincatinus n.* 167, *saec. XIII, continet neque vero praeter verba quae dixi quicquam de eo notum est neque a bibliothecae praefecto plura elicere potui.*

B. Krusch.

DOMINO[a] SEMPER VENERABILI SEMPERQUE DESIDERABILI, PIISSIMO SANCTAE ECCLESIAE TUTORI, GRATIA DEI SEMPER AUGUSTO KAROLO, VESTRAE SALUTIS PERPES AMICUS ALBINUS.

Remorante vestrae excellentiae pietate in loco sancto et merito venerabili Centulo[b, 1], cum et ego vestrae gloriae servus, vestrae pietatis vestigia ibidem prosecutus, aliquantisper commorarer, oraverat meam parvitatem vir magnus in Christo domnus et venerabilis abbas Angilbertus, quo in laudem conditoris, qui mirabilis semper apparet in electis suis, quendam libellum stilo simpliciori digestum de vita sanctissimi ac vere magnifici confessoris Richarii cultius adnotarem. Dumque, exauditis continuo precibus eius, quae ipsi divinae maiestati exaudibiles et carae noscuntur, eundem mihi exhiberi libellum petissem, non parum miratus sum, cur tanti nominis confessor, quem tantarum virtutum operatorem esse constabat, quemque prisca fama in[c] miraculorum patratione post ipsos apostolos nulli ferebat secundum, tam modico gestorum volumine potiretur. Idque mihi stupescenti innotuit iam dictus memorabilis vir Angilbertus, ac spiritales fratres eiusdem sancti loci, haberi apud se, quin et apud diversas ecclesias, codicem alium grandioris quantitatis, in quo scilicet illa miracula legebantur, quibus non inmerito sanctum Christi confessorem omnis Gallia attollebat. Cuius simplex et minus polita locutio quia fratribus ad recitandum in populo aptior[d] videbatur, sufficere sibi[e] eandem descriptionem consenserunt[e*]. Dumque in hiis[f] quae rogabant praenotandis iam iamque animos applicarem, repente vestrae pietatis nuntio sum conventus, uti ea quae tractabam sic notarem, sicut re vera vestrae sapientiae auribus inferenda. Hinc ego, vocato notario et fixo prae oculis iam dicto libello, ea quae referre videbatur de conversione[g], de moribus, de continentia et sanctitate vere incomparabili necnon de gloriosissimo[h] transitu eius ad Christum seu de relatione pretiosi corporis in locum priorem dictatu admodum compendioso titulo vitae beatissimi patris Richarii aptavimus, et nisi propria decipior inperitia, veluti pretiosum obrizum vestrae prudentissimae sapientiae ad ornandum diadema christianae philosophiae fide humili devotissime commendamus. Et quia in vestri pectoris cubili gloriam Christi et sanctorum eius honorem regnare cognoscimus, hanc nostri tam beati opusculi praefationem vestrae in Domino beatae honorificentiae dedicamus.

cf. Ps. 67, 36.

Ep. T. P.

Ep. a) *Epistulam ad codices Trecensem n.* 1876, *saec. XIII/XIV (T) et Parisiensem n.* 8433, *saec. XIII (P) edidit E. Dümmler, MG. Epistulae IV, p.* 465, *quam editionem cum Suriana contuli.* b) Centula *Sur.* c) *om. P cum Sur.* d) *ita T cum Sur.*; apertior *P cum Mab.* e) igitur *P.* e*) consueverunt *T.* f) *ita P;* iis *Sur.* g) *ita Sur.*; conversatione *T;* conversione vel conversatione *P.* h) glorioso *Sur.*

1) *Carolus a.* 800, *die* 19. *Aprilis, pascha 'in Centulo apud sanctum Richarium' celebravit; cf. supra p.* 382.

GESTA[a] SACERDOTIS MAGNI TENET ISTE[b] LIBELLUS RICHARII, CUIUS CENTULA CORPUS HABET.

(1[c]). Temporibus gloriosissimi regis Francorum Dagoberti, qui et saeculari potestate praeclarus et christiana religione nobilis effulsit; nam[d] et optimates suos dignitatibus exaltavit et servos Dei honoribus excoluit: quapropter[e] et plurima illis diebus monasteria a sanctis patribus coeperunt construi, necnon et multi ex laico habitu viri religiosi inventi sunt. Ex quibus Richarius[f] quidem[g. *], natus in villa Centula provintia[h] Pontivae[1], velut lucifer inter umbras oriens emicuit, non[**. 2] tam nobilibus iuxta saeculum parentibus ortus, quam moribus honestus et omni probitate devotissimus, ita ut[i] in rustica[k] vita quaedam praesagia futurae sanctitatis gerebat[l].

(2). Contigit autem illo tempore[***. 3], duos sacerdotes sanctitate florentes et virtutum meritis fulgentes, quorum prior Caidocus[a] vocabatur[†], de Hiberniae[b. 4] partibus[c] Pontivas pervenisse regiones, sed a rusticis et popularibus illius loci propter insolentiam morum non sunt suscepti nec digno eorum sanctitati[d] honore tractati, sed magis iniuriis afflictos et obprobriis castigatos a finibus suis coeperunt eos[e] expellere. Quorum violentiae et sceleratis praesumptionibus futurus Dei

*) antiquorum regum tempore *add.* 4*b*.
**) e., nobilibus quidem i. — ortus et m. 4*b*.
***) quo Sygebertus rex cum uxore Brunichilde, statuto Mettis regni solio, Germaniam gubernabat, *add.* 4*b (ex Hariulfo; cf. n.* 3*)*.
†) alter vero Fricorius[5] (Frichorius 5*a. b*) *add.* 5*a. b.* 6.

Capp. 1. 2. 1. 2. 3. 4*a. b.*

Cap. 1. a) *distichon, quod Mabillonius Alcuino haud recte abiudicavit, non repperi nisi in codice* 1; *praescripta sunt:* Incipit vita sancti Richarii presbiteri 2; Incipit vita sancti Richarii confessoris Christi 3. 5*b*; In nomine Domini incipit vita egregii confessoris Christi Ricarii 4*a. c*; Incipit vita sancti Richarii confessoris, cuius festivitas est VII. Idus Octobris 4*b*; Incipit vita sancti Richarii presbiteri et confessoris, cuius festum colitur VI. Kalendas Maii 5*a*; Incipit vita beati Ricarii confessoris 6. b) *ita* 1 *cum Sur.*; ista *Mab.*; ille *Hensch.* c) *capita non distincta sunt in codd.* d) nam *om.* 2; et *om.* 1. e) q. et *om.* 4*c cum Har.*; (q. *om.*) in illis diebus plurima ubique m. 2. f) Rych. 2. g) quidam 1. 2. 4*b cum Har. (non* 3. 4*a. c.* 5*a. b)*. h) provintiae 2. i) Hic ut 2. k) laica 4*a. b. c cum Har.* l) *ita* 2; gere(ret *m. al. in litura*) 3; gereret 1. 4*a. b.*

Cap. 2. a) Cadoicus 2; Cahidocus 5*a. b.* b) Hyb. 2. c) in *add.* (2). d) sanctitatis 4*a.* e) *eras* 3; *om.* 2.

1) *Saint-Riquier (dép. Somme) villa in pago Ponthieu sita.* 2) *Attamen 'stemmate praecelso' sanctus ortus esse dicitur in epitaphio; v. supra p.* 382. 3) *A temporibus Dagoberti Alcuinus exorsus est, sed, monente Hariulfo I,* 5, *fieri non potuit, 'ut sub tempore unius regis pauculo spatio regnantis homo nasceretur, adulesceret, educaretur et ad perfectae sanctitatis fastigium vel decrepitae aetatis perveniret senium', unde auctor meus sancti iuventutem non 'illi tempori', sed ei attribuit (I, 6),* quo Sigibertus rex cum regina Brunichilde, statuto apud Metensium urbem regni sui solio, orientalem Franciam gubernabat. 4) *Chaidoci (Cadoc) nomen Brittonibus esse proprium neque Hibernicum monuit F. Lot l. l. p.* 15, *n.* 1. 5) *Fricorii nomen et Alcuinus et Ingelramnus praetermiserunt neque Hariulfus, Chron. Centul. I,* 6, *illud tradidit:* Prioris nomen Chaydocus; alterius nomen eo quod rictu linguae barbarae ineptum visum est a prioribus mutatum vocatur et scribitur Adrianus. *Epitaphia et Chaidoci et 'Fricori seu Hadriani' ab Angilberto composita edidit E. Dümmler, Poetae I, p.* 365; *cf. supra p.* 383.

famulus Richarius obviavit Christique servos* de manibus impiorum eripuit, et[a] cum omni benignitate[b] deducens in domum suam, Deo providente, ut isti protegerentur et ille salvaretur, obtinuit[c]. Nec lucerna gratia[d] Dei accensa diutius abscondi potuit, sed ut[e] patefacta lumen sanctitatis et praedicationis longe lateque 5 ad salutem multorum sparsit[f]. Nam introductos hospites suos cum magno caritatis honore curavit, eisque[g] sibi verbum Dei praedicantibus, cum tota humilitatis[h] intentione audivit. Nec frustra in terram bonam semen verbi[i] Dei sparsum est; sed quod aure audiebat, hoc radicitus corde retinebat et centenos in horrea Christi, ut postea luce clarius et[k] sanctitate et miraculorum ostensione claruit, 10 fructus germinavit.

cf. Matth. 5, 14. 15. — cf. Luc. 8, 8.

(3). Igitur ex praedicatione famulorum Dei et inspiratione gratiae divinae conpunctus, ad lacrimas conversus, confessionem suorum fecit peccatorum et in conspectu omnipotentis Dei ardenter veniae[a] lacrimis absolvit, quod ignoranter[b] adolescentiae[c] inlecebris peccavit, et qui Dominum suscepit in famulis suis hospi- 15 talitatis gratia, susceptus est a Domino[d] misericordiae pietate. Nam ex eo tempore initium sacrae[e] religionis sumpsit et ad altiora pietatis fastigia gradibus cotidie humilitatis scandere nitebatur et arreptum semel vitae iter fidei passibus peragere conatus est, et posteriora obliviscens, se in anteriora cum apostolo extendit, illius versiculi per singulos gradus memor: *Ibunt sancti de virtute in vir-* 20 *tutem*, quatenus perveniret[f] ad id quod sequitur: *videbitur Deus deorum in Sion*[g]. Itaque mox ab initio conversionis suae tam dura se castigatione constrinxit[h], ut post longa et[i] diuturna ieiunia, pane se ordeacio[k] cinere commixto et aqua lacrimis temperata fessum ieiuniis corpusculum refocilavit[l].** et huius cibi sustentaculo*** devotus Christi athleta[m] vigiliis et orationibus die noctuque Domino mili- 25 tabat, non aerem verberans, sed corpus suum castigans, ne futurus Christi praedicator in aliquo reprobus inveniretur.

cf. Matth. 18, 5. — cf. Philipp. 3, 13. — Ps. 83, 8. — cf. 1. Cor. 9, 26.

(4). Sed his atque huiusmodi virtutum gradibus et sanctissimis[a] vitae moribus Deo acceptabilis dignis successibus ad sacerdotalem pervenit honorem, ut cui praedicationis devotio inerat, honoris dignitas non deesset. Quem honorem ut famulus 30 Dei magna humilitate ornavit et[b] vera caritate excoluit et verbi Dei praedicatione ampliavit atque velut bonus agricola spinas peccatorum de agro Domini euangelico vomere eradicavit et arida corda superno perpetuae salutis rore inrigavit; sed et divina clementia post eius inrigationem in populo isto plurima fidei dedit incrementa. Unde et omnibus praedictus[c] vir Dei Richarius honorabilis factus

cf. Matth. 13, 29.

35 *) uti nobilem decebat *add.* 4b.
**) omni deinceps vitae suae tempore nil admittens lautioris edulii *add.* 4b.
***) bis (hiis? *pr. m.* 4b) tantum in ebdomada sumpto, die scilicet dominica et quinta feria *add.* 4b.

Capp. 2—4. 1. 2. 3. 4*a. b.*

40 *Cap.* 2. a) *om.* 4*a*. b) eos *add.* (2). c) *om.* 3. 4*a. b.* d) gratiae (2). e) (ut *om.*) patefactum 2. f) sparserit 3. 4*a*; fulsit 2. g) eosque — praedicantes (2). h) humilitate et i. (2). i) verbum (2). k) ex 3. 4*a. b.*

Cap. 3. a) veniam (2). b) ab *add.* (2). c) adlescentiae 1, *corr. m. al.* d) D. in misericordia et p. 2. e) *pr. m. suppl.* 1. f) perveniant 2. g) Syon 2. 4*b*. h) constrincxit 3; con- 45 strixit 4*a*. i) *m. al. suppl.* 1. k) *ita* 1; hordiacio *pr. m.* 3; ordeaceo 4*b*; hordeaceo (2). 4*a*. l) *ita pr. m.* 3; refocillavit 2; refocilaret 1. 4*a*; refocillaret 4*b*. m) athlaeta 3; adhleta 2.

Cap. 4. a) sanctissimae (2). b) et *m. rec. in rasura maiore* 3. c) praedididctus 1, *corr.*

est et carus, quia quod ore praedicavit, exemplo ostendit, et viam vitae quam aliis sermone monstravit, ipse prior actu percucurrit[a].

(5). Quicquid vero ei populus in stipendia praedicationis sponte obtulit, omnia pauperibus dividere festinavit; indignum[a] ei fuit de crastino praesentis vitae cogitare, qui divitias aeternae vitae accipere anhelavit[b]. Ideo oblata ab hominibus distribuit, ut promissa a Deo acciperet: felix commercium, ut qui parva ac transitoria hilariter distribuerat, magna et aeterna feliciter esset accepturus. Nam studiosissimus fuit pauperum consolator, peregrinorum susceptor, viduarum defensor, pupillorum et orfanorum pater, ita ut verissime de eo sanctissimi Iob testamentum[c, 1] dici potuit[d]: *Oculus fui caeco et pes claudo; pater orfano*[e], *et causam quam nesciebam diligentissime perscrutabar.* Quapropter undique ad eum infirmi confluebant; quos laeto suscipiens animo, medelam eis consolationis per sanctas orationes praebens[f]. Nec leprosos vel elefanticos[g] exhorruit, sed quasi fratres amplexabatur balneisque eorum membra saucia fovebat, eademque[h] post ipsos ingressus magisque ea pietate illos emundans[i], quam se conmaculans, prophetici sermonis nec[k] surdus auditor fuerat[l]: *Egenos vagosque introduc*[m] *in domum tuam et nudum vestimentis tuis cooperi et carnem tuam ne despexeris.*

(6). Nec solum carnali refectione ad se venientes fovebat, sed etiam spiritali[a] sanctae praedicationis reficere[b] non cessavit. Et sicut miserorum idoneus ubique fuit consolator, ita superborum durus castigator esse non timuit. Hos pietatis clementia elevabat, illos severae[c] invectionis censura deprimebat. Nec terrenae potestatis iram foris metuebat, quem timor interius divinae potentiae totum corroborabat, parvi pendens divitum minas, ut praeco veritatis existeret. Nec fuit arundo[d] vento agitata, ut eum aura humanae laudis vel detractionis commoveret, sed in arce solidae veritatis consistens, ab humano ore secundum apostolum iudicari contempsit, via[e] regia incedens, nec a dextris propter terrores[f] potentium nec a sinistris propter blanditias adolantium[g] declinans[h]. Quapropter magnam plebem domino Deo suo in hac praesenti provincia adquisivit et sibi honorem[i] perpetuum promeruit.

(7). Unde populus eius[a], cernens religiosam[b] in Christo devotionem, coepit eum attentius honorare et multa ei pro elemosinarum largitione adferre, quae ille, ut erat Dei et proximorum dilectione plenus, omnia in pauperum largitus est solatia maximeque in captivorum expendit redemptionem. Nam alios occultis diabolica fraude peccatorum vinculis obligatos per sedulae praedicationis hortamenta solvebat, alios saeculari captivitate oppressos per pecuniae largitionem redemit, ut

Capp. 4—7. 1. 2. 3 *(des. v.* 15—28*).* 4*a*. *b*.

Cap. 4. a) praecucurrit 2 *cum Har.*

Cap. 5. a) indignumque ei visum fuit (2). b) anhelabat (2). c) testimonium 4*b in litura cum Har.* d) *ita* 1. 3. 4*b*; potuerit (2); possit 4*a*. e) orfanorum 3. 4*b*; pauperum *Vulg.* f) *ita* 3. 4*b*; pr(a)ebebat *rell.* g) *ita* 1; elephanticos 3. 4*b*; elefantacos 2. h) eandemque 2. i) emundans — sibi hono(rem) *folio perdito om., quae m. s. XVI. in mg. suppl.* 3. k) non (2). l) *ita* 1. 4*b*; fuit 4*a cum Har.*; dicentis (2). m) induc (2) *cum Vulg.*

Cap. 6. a) solac(t)io *h. l. add.* 4*a*, *post* s. pr. (2). 4*b*; *om.* 1. *cum Har.* b) eos *add.* (2). c) saeverae 1. d) harundo 2. 4*a*. e) *ita* 1; viam regiam 4*a et in litura* 4*b cum Har.*; viamque regiam (2). f) p. t. 1. g) *ita* 1. h) declinabat (2); declinavit *Har.* i) *in* rem *redit* 3.

Cap. 7. a) *om.* 3. 4*b*. 5*b*; c. eius *Har.* b) in Chr. d. r. (2).

1) *Testamentum pro testimonio accipitur; cf. Ducange h. v.*

illi spiritaliter[a] absoluti iocundarent[b] in Domino et isti carnali servitute liberati converterentur ad Deum.

(8). Et non solum in his regionibus per pietatis opera vel per praedicationis lumina praedictus vir Dei[a] clarus effulsit, sed ut lucifer aequoreos[b] oceani campos 5 transiliens praeco diurni luminis nocturnas suo exortu discutit umbras[c], sic ille[d] in ultramarinas Britanniae[e] regiones ad expellendas ignorantiae tenebras lumen veritatis suo sparsit adventu, scilicet ut[f] sicut in istis regionibus, sic et in illis alios a servitute diabolica, alios a captivitate carnali liberaret. Illis verbum Dei infudit, istis caritatis pretium inpendit, ut pro temporali redemptione aeternam 10 accepissent[g] libertatem. Sic[h] bonus dominicae pecuniae negotiator duo duplicae[i] caritatis Dei et proximi talenta multiplicare studuit, quatenus cum multiplici laboris sui fructu Domino suo obviare possit[k] et[l] vocem audire iocundissimam: *Euge, serve bone et fidelis, quia supra*[m] *pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Fertur[n], dum causa praedicationis in Britannia[o] 15 diutius moraretur, subito illi venisse in mentem, aliquos sui iuris sub servitute reliquisse in Gallia. Quo dolore percussus[p], dixit ad suos: 'Heu nostros sub servitute dimisimus[q] in patria, dum huc[r] alios liberare venimus, maxime qui[s] scio cito eos esse morituros. Sed ite festinanter, navem[t] conscendite et eos facite ingenuos, priusquam moriantur'. Illi haud segniter[u] praeceptum secuti 20 paternum[v], patriam venerunt praedictosque servos viri Dei sanos[w] et incolomes[x] invenerunt, eosque, veluti iussi sunt, manum[y] mittentes, fecerunt ingenuos; qui non post multum temporis, sicuti[z] sanctus vir Dei praedixerat, defuncti sunt. O quanta clementia est Dei Christi, qui famulo suo pietatis affectum inseruit et futuram[a] servorum eius mortem ostendit, quatenus illi misericordiae merces de 25 suis non perisset et illos morientes servitutis iugum non gravasset. Qui et[b] alienos liberandos tanti itineris periculum subire non timuit et[c] ex eo tempore neminem sui iuris sub servitutis iugo retinere voluit, sed omnes[d] ubique ad se pertinentes libertate propria perdonavit, ne in[e] proprios durior fore videretur, qui in alienos mitissimus apparere gestiebat, et mercedem quam ex aliis congregavit 30 de suis accumularet.

cf. Matth. 22, 39.

Matth. 25, 21.

(9). Igitur, praedicationis officio in Britannia transacto, cum[a] multiplici verbi[b] Dei fructu reversus est in patriam [1], ne dum in aliena messe quaereret mercedem, in

Capp. 7—9. 1. 2. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 7. a) spitaliter 4*a*. b) iucundarentur (a *m. al. add.*) D. 4*a*.

35 *Cap.* 8. a) Domini (2). b) equoreas occeani 2. c) membras 1, *corr. m. al.* d) *om.* 4*a*. e) Brittanni(a)e 1. 2. 4*b*. f) *m. al. suppl.* 1. g) accepisse *pr. m. corr.* accepissent 1; acciperent 2. h) ergo *add.* (2). i) *ita* 1. 3; duplicis 4*a*. *b*; simplicis 2. k) posset 4*a*. l) hanc *add.* (2). m) super (1. 2). n) vero *add.* (2). o) Brittannia 2. 4*b*, *ut infra*. p) perculsus 3. 4*a cum Har.* q) dimissimus 1, *corr.* r) adhuc 1, *corr.* s) *ita* 3. 4*b*. 5*b*; m. quia 1. 4*a cum Har.*; maximeque (2). 40 t) que *add.* (2). u) signiter 1. v) in *add.* (2). w) salvos (2). x) colomes *pr. m.* 1. y) manu 2. z) sicut 1, *corr. m. al.* a) s. e. m. f. (2). b) ad *add.* 4*a*. c) *m. al. suppl.* 1. d) *ita* 1. 4*a*. *b cum Har.*; u. o. (2); u. *om.* 3. e) *om.* 1.

Cap. 9. a) (c *m. al. in litura*)um 3. b) verbo 1, *pr. m. corr.*

1) *Historiam conditi monasterii Centulensis ab Alcuino praetermissam Hariulfus I,* 15, *h. l.* 45 *interposuit, sanctum asserens in solum nativum et paternam hereditatem, 'quam nostrates alodium vel patrimonium vocant', ad illud construendum sese contulisse:* Hanc, *inquit,* denique possessionem Christo secum dudum obtulerat monasteriumque in paterno solo construxerat, ut ubi ipse fuerat mundo procreatus, ibi multos per Dei gratiam generaret, et in loco suae

propria perderet, et tanto se ardentius servituti Dei subegit, quanto viciniorem sibi diem remunerationis esse praesensit. Nam se ipsum cotidianis ieiuniis maceravit, mortificatione[a] carnis constrinxit[b], vigiliis afflixit, orationibus munivit, cari- cf. Rom. 12, 17. tate confirmavit, spe coroboravit[c], fide armavit, nulli malum pro malo reddens, nullius adolator[d], neminem contemnens[e], ut viam veritatis prior ipse ince- cf. Is. 59, 17. deret[f], quam ceteris praedicando monstraverat. Sic vir Dei galea salutis indutus[g] cf. Eph. 6, 14. 16. et gladio verbi Dei accinctus et lorica iustitiae undique circumdatus et[h] scuto[i] ib. v. 15. fidei armatus calciatusque in praeparatione euangelii pacis processit in prelium publicum contra antiquum hostem, omnia tela eius ignita[k] fortissimo fidei[l] umbone repellens, cotidianisque triumphis spolia multa, victo hoste, reportavit in ecclesia[m] Christi, tam metuendus humani generis inimico, quam humano generi pernecessarius; utpote qui non suam tantum, sed multorum quaesivit salutem. Ideo iustum est, ut multorum ore in Christo laudetur multorum per Christum redemptor; cuius non tanti est[n] miracula narrare quae ab eo gesta sunt, quanti miraculorum cognoscere virtutem, qua caelesti regi in diebus suis multum adquisivit populum. Nam officium praedicationis omni[o] signorum ostensione maius esse non dubium est, licet non deesset pro temporum oportunitate[p] vel rerum convenientia signorum perpetratio, quae per eum divina peregit clementia.

(10). Quodam namque tempore maligni spiritus temptatio ad verecundiam accidit viro[a] Dei, quam Dei misericordia ad laudem ei[b] concessit evenire. Visitavit enim equitando quandam Deo devotam feminam Richthrudam[c] nomine, et[d] iam post dulces vitae epulas et post conloquia salubria[e] ipse vir Dei[f], ascenso equo, ad propria remeare disposuisset, et femina praedicta iuxta morem equitantis vestigia pariter[g] secuta est, habens in ulnis filiolum[h] suum[1], ut parvulus quoque benedictione hominis Dei roboraretur, quem ipse ante sacro baptismate Deo regeneravit[i]. Acceptoque[k] infante eques venerandus seu ad benedicendum seu ad osculandum, sed[l] antiquus hostis omnibus bonis inimicus inmisit equo ferocitatem, qui huc illucque dentibus frendens, pedibus[m] calcitrans et toto corpore insaniens et[n] inconsueto impetu per campum discurrere[o] coepit. Quod pavida cernens mater oculos avertit, ne morientem videret filium, quem servus Dei saeviente equo manu tenebat. Familia vero pro morte pueri vel casu viri Dei strepere, plangere, cf. Matth. 14, 31. heiulare non destitit[p]. Sed dextera Christi, quae Petrum trepidantem levavit, ne mergeretur in undis, puerum cadentem[q] sublevabat[r], ne allideretur in terris. Nam oratione a famulo Dei facta, puer incolomis quasi avicula pervenit ad terram et

Capp. 9. 10. 1. 2. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 9. a) que *add.* 2. b) constrincxit 3. c) roboravit 3. 4*a*. *b cum Har.* d) *ita* 1. 3. e) contempnens 3. 4*b*; contemptiens 2; contempsit 4*a*. f) : : ecederet *pr. m.* 1. g) induitur 2. h) atque (2). i) scoto 1, *pr. m. corr.* k) ignea (2). l) fide 1, *m. al. corr.* m) ecclesiam 3. 4*a*. *b*. n) *m. al. in litura* 1. o) omnium (2). p) *om.* 2.

Cap. 10. a) viri 2. b) ei concedit 3; c. ei 2. c) *ita* 3; Richtrudam 4*a*; Rictrudam 1; Riethrudam 2; Rithrudam 4*b*; Hrictrudem *Har.* d) cum *add.* (2). 4*b*. e) cum *add.* 1. f) cum *add.* 4*a*. g) patris (2). h) filium 2. i) regeneraverat (2). k) Accepto itaque (2). l) *om.* (2) *cum Har.* m) *ita* 1. 4*a*. *b cum Har.*; que *add.* (2. 3). n) *ita* 1. 4*a*. *b*; *om. rell.* o) discurre 1. p) desistit 3 *et pr. m.* 4*b*. q) cadaentem 1. r) sublevavit 4*a*.

nativitatis procrearentur filii supernae hereditatis. Qui locus, Deo conservante, clarus adhuc in villa Centula permanet et Christo Domino famulantium hactenus turbam retentat. *Vide supra p.* 388. 1) *Ipsum post Hucbaldum Rictrudis biographum Hariulfus I,* 16, *pro Mauronto habuit, de quo Alcuinus infra c.* 12. *egit.*

equus redditus est mansuetudini suae. Et mater quidem filium suum super terram sanum et ridentem suscepit in ulnas suas; ipse tamen sacerdos Dei non equo iter agere, sed asello mansuetissimo ex eo tempore voluit. Sic, Deo[a] miserante, temptatio maligni hostis illi versa est in laudis honorem et superbia equi ei[b] 5 facta est humilitatis[c] magistra. Nempe[d] memor dominum Christum, dum ad redemptionem properaret humani generis, asello iter agere, non equo, sic[e] ille[f] propter salutiferam praedicationem per multa cotidie festinaret loca, asellum sibi portitorem sufficere iudicavit. Et[g] quocumque iter agebat, aut psalmi in ore eius[h] resonabant aut salutis ex ore eius praedicatio audiebatur. Nec mirum, si 10 Christum semper praedicaret in lingua, quem semper gerebat in corde, per quem pius consolator miseris fuit et durus invector potentibus: illorum inopiam clementi miseratione relevans, istorum superbiam severa castigatione reprimens.

cf. Ioh. 12, 14.

(11). Nam quodam tempore rex potentissimus Dagobertus, rogante viro illustri[a] Ghislemaro[b], eas[c] devenit in partes, et virum Dei visitans, ut se ipsum 15 sacrosanctis[d] eius orationibus commendaret[e]. Quem ipse famulus Dei utrumque et sanctitatis suae benedictione roboravit et sacerdotali auctoritate libera voce castigavit, denuntians ei, ne in saeculari superbiret potentia, ne in fugitivis speraret divitiis, ne vanis adolantium[f] extolleretur rumoribus, ne[g] caducis gauderet honoribus; sed magis Dei[h] timeret potentiam illiusque inmensam laudaret gloriam 20 et humanam potentiam vel gloriam nullam[i] putaret, quae subito velut volatilis umbra recedit et velut spuma super aquam, vento[k] temptationis flante, evanescit, et hoc magis timendo cogitaret, quia potentes potenter tormenta patiuntur[l], et cui plus datur, plus exigetur[m] ab eo[1]. 'Et cui vix sufficit pro se solo rationem reddere Deo in die iudicii, quomodo[n] supportare poterit rationem reddere pro 25 tantis milibus populi sibi commissi[o]? Idcirco quisque magis timere potest[p] praeesse, quam subesse; quia qui subest, pro se solo rationem reddet Deo; qui autem praeest[q], pro omnibus redditurus[r] erit, qui sub eius sunt potestate constituti'. Qua castigatione rex, ut fuit sapientissimus, benigne suscepta, congaudens[s] eius libera veritatis fiducia[t], sacerdotem Christi secum ad convivia[u] venire rogavit. 30 Qui Christi confortatus exemplo saecularium non respuentis convivia, ut praedicationis nancisceretur[v] occasionem, venit cum rege ad mensam suam totaque die illa et nocte inter epulas[w] laetitiae verbi Dei dapes salutiferas convivis[x] suis ministravit. Cuius constantia morum et instantia praedicationis praefatus rex delectatus est[y]; coepit eum animo amare et honore prosequere[z], in tantum ut ea

cf. Sap. 6, 7.
cf. Rom. 14, 12.

35 *Capp.* 10. 11. 1. 2. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 10. a) Sic ergo m. D. (2). b) *om.* (2). c) gratia et *add.* (2). d) nam non erat immemor (2). e) et *add.* (2). f) cum *h. al. add.* 4*a*. *b*; *post* praedic. *add.* ut 1 *et m. al.* 3, dum (2). g) *om.* (2). h) *om.* 4*a*.

Cap. 11. a) inlustre *pr. m.* 3. b) *ita* 1; Gislemaro 2. 4*a*. *b*; Ghisilmario 3. c) *ita* 1. 3. 4*a*; 40 easdem venit in p. 4*b*; easdem venire et in p. 2; Pontivas d. in p. *Har.* d) sacris sanctis 1. e) contigit *add.* 2 *(non Har.)*. f) *ita* 1. 3. g) nec 4*a*. h) *m. al. suppl.* 1. i) nulla 2. k) t. fl. v. (2). l) patientur (2). 4*b cum Vulg.* m) exigitur 4*a*. n) quid faciet *pro verbis* quomodo — reddere 2. o) conmissis 2. p) potes *pr. m.* 3. q) praesunt (2). r) redditurí sunt (2). s) *ita* 3. 4*a*. *b*; gaudens (1. 2); congaudensque *Har.* t) fidutia 2. 3. u) *ita* 3. 4*a*. *b* 45 *cum Har.*; convivium (1. 2). v) sumeret (2). w) aepulas 3. x) conviviis 4*a*. y) *om.* (2) *cum Har.* z) *ita pr. m.* 3; prosequi *rell.*

1) *Ita Benedicti Regula c.* 2. *de abbate, cuius officia Karolo M. imperatori ante oculos proposuit Alcuinus.*

ipsa die aliquid de censu suo ad luminaria domus Dei ei[a] condonaret[1], ratum aestimans, ut sicut ille[b] invisibili praedicationis lumine ab eo inluminatus est, sic visibili luce per eum domus Domini inlustraretur; et quod intus ei fulgebat in fide, hoc foris fulgesceret in ecclesia, memor[c] praecepti[d] dominici, quo dicitur: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum*[e], *qui in caelis est,* item[f] in psalmo: *In lumine tuo videbimus lumen,* id est in lumine fidei quod fulget in mente lumen foris scintillat quod splendescit in opere.

Matth. 5, 16. Ps. 35, 10.

(12). Exinde[a] famulus Dei, quia ab hominibus venerabatur, homines fugere meditabatur, ut[b] honores temporales declinando honores acciperet perpetuos; heremum[c] cupivit[d], quatenus liberius soli Deo vacaret et contemplativos carperet fructus, qui usque id in actualibus haud[e] segniter desudabat, sciens a Domino dictum de Maria secus[f] pedes eius sedenti[g] et verbum vitae intentius[h] audienti[i]: *Optimam partem elegit sibi Maria, quae non auferetur ab ea.* Huius[k] memor sententiae monasticam[2] petit[l] vitam, qua secretius sola caelestia mente rimaret[m], ecclesiae regimen alteri[3] tradens, quam ipse in Centulo vico Christo fundavit. Cui Ghislemarus[n] vir inluster[o] et christianae religionis devotus amator simul et Maurontus nobilis quidam vir et terrarum vel silvarum ad regem pertinentium servator[4] praebuerunt locum manendi in silva Chrisciacense[p. 5], qui et ipse Mau-

Luc. 10, 42.

Capp. 11. 12. 1. 2. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 11. a) *om.* 2. b) illi 1, *corr.* c) de *add., sed eras.* 1. d) p::cepti 1, *corr. pr. m.* e) *pr. m. in mg. suppl.* 3. f) que *add.* (2).

Cap. 12. a) Et exinde 2. b) et 4*a*. c) que *add.* 2. d) *m. al. corr.* concupivit 1, *et sic* (2). e) haut 2. f) sedenti secus p. Domini et 2. g) sedente 4*a*. h) *ita* 3. 4*a*. *b cum Har.*; intuentius *pr. m.* 1; attentius (2). i) audiente 4*a*. k) que *add.* (2). l) *ita pr. m.* 3. 4*a* (p. *superscr.*). *b*; petiit v. 1 *et e corr.* 3; v. petit 2. m) rimaretur 4*a*. n) *ita* 1; Gislemarus 2. 4*b*; Ghisilmarus 3; Giselmarus 4*a cum Har.* o) *pr. m. corr.* ill. 1 *et sic* 2. p) *ita* 1. 3. 4*a*; Crysciacense 2; Chrisiacense 4*b*.

1) *Ad hanc Dagoberti donationem Hariulfus I,* 18. *terram quae Campania dicitur (hodie Campagne-lès-Boulonnais) rettulit:* Delegavit autem ei, prius facinorum suorum confessione praemissa et absolutione percepta, territorium quoddam in pago Pontivo quod dicitur Campania, ubi habentur villae tres, ex ea die sancto viro et post eius transitum Centulo coenobio hodieque servientes, quarum prima vocatur Altvillaris, secunda Rebellismons, tertia Valerias. *Eam abbates viro cuidam Agenardo nomine censu locaverant; Hariulfus IV,* 21. 2) *Hariulfus* 1, 19: eremiticam petiit vitam. 3) *Ocioaldi successoris Alcuinus infra c.* 14. *meminit et Hariulfus I,* 19: Verum quia ecclesia in Centulo exstructa absque abbate nec debebat esse nec poterat, hoc officio sese exonerans, unum e discipulis perfectae ac probatae sanctitatis nomine Ocioaldum iam dicto coenobio praefecit abbatem. 4) Dispositor et custos *Hariulfus l. l.* 5) *Plenior loci descriptio in privilegio Karoli M. a.* 797. *dato (ed. F. Lot l. l. p.* 319) *legitur, quo ius proprietatis monasterio Centulensi traditum est:* quod ipse sanctus Richarius adhuc in praesenti saeculo vivens in ipsa silva quae vocatur Forestis prope cisternam quae est iuxta locum nuncupante Argubium *(hodie Argoules, dép. Somme)* in ipso pago Pontivo sibi ad habitandum locum elegisset, et circa ipsam cisternam, bina vel terna bunuaria secundum eius petitionem a regali dignitate accepta, satis vile tugurium amatores servorum Dei ei ad militandum omnipotenti Deo aedificare studuerunt, ibique divina vocatione ex hoc mundo ad Dominum migrasset. *Locus Hariulfo teste Forestis-Cella dicitur, distans a Centula X passuum milibus, hodie Moûtiers de la Forêt vel Forest-Montiers (arr. Abbeville, cant. Nouvion), situs in silva,*

rontus postea, saeculari habitu deposito, monachus factus est in eodemque[a] loco. Ubi[b] viro Dei mansionem solitariam praeparaverunt[c], Christo monasterium construere inchoavit.

(13). Quam[a] vir Dei habitationem cum solo commilitone[1] ingressus, parvo 5 tantum tuguriunculo[b] vilissimo opere facto contentus, ut habitatio vitae conveniret, superfluum aestimans, saeculi contemptorem aliquid saeculi delitiarum habere[c] videre. At inibi[d] tanta[e] se mortificatione carnis castigavit, tanta ieiuniorum et vigiliarum assiduitate maceravit, ut vix ossa arentia, dissipatis[f] iuncturis, sibi[g] adhaeserunt[h]. Et trementia baculo regenti[i] vestigia difficile movebat 10 ac mente saeculo maior sola caelestia semper cogitabat, quantumcumque[k] mundo alienus, tantumque[l] Deo proximus[m], illum cotidie vincens in heremo, a quo Adam olim[n] victus[o] est in paradyso, super aspidem et basiliscum ambulans[p], caput cotidie antiqui conterens serpentis, temporalia contemnens, aeterna sola suspirans, scalam somniantis Iacob omni hora ascendens, atque per angustam viam quae ducit 15 ad vitam iter suum assiduis munivit orationibus. Nec clausa tamen heremi angustia lucis columna latere potuit, quin[q] magis sui fulgoris radiis longe lateque magis[r] innotuit. Quapropter undique ad hominem Dei diversis fatigati infirmitatibus confluxerunt, quos sanctarum medicinis orationum sanavit, omnesque ad se quocumque morbo afflictos venientes vel tristitiae[s] cuiuslibet rancore angustiatos[t] 20 sanos et hilaros[u] domum remeare fecit, nec in domo salutis diu morbus manere valuit, sed quanto propius accessit, tanto velocius recessit. Nec mihi singulas virtutum eius species nominatim enarrare propositum est, sed vitae sanctitatem paucis perstringere verbis, ne ineloquentiae[v] meae tarditate multiplex signorum per eum gestorum fama magis obscuretur quam laudetur. Doctioribus[w] illa relin- 25 quens, quo vero[x] fine praesens hoc saeculum sancta illa anima deseruerit[y], solum mihi discere sufficiat[z].

cf. Ps. 90, 13.
cf. Gen. 28, 12.
cf. Matth. 7, 14.
ib. 5, 15.

(14). Nam* praescius diem[a] advocationis suae, qua[b] felicitatem diu desideratam accepturus erat, et semper adiungi Christo quem semper amabat, vocavit ad se praefatum Sigobardum[c] conmilitonem suum, dicens: 'Scio, fili mi, scio, quod 30 finis meus non tardat et regem meum quem diu concupivi[d] citius videbo, et

*) auctore Spiritu sancto quo semper vegetatus est *add. Mab. (om.* 1. 2. 3. 4*a. b. c).*

Capp. 12—14. 1. 2. 3. 4*a. b.*

Cap. 12. a) *ita* 3. 4*a. b*; eodem quoque 1; eodem *(om.* que*)* 2. b) ergo *add.* 2; Cumque viro *Mab.* c) *ita* 1. 3. 4*a*; praeparaverat 2. 4*b*; praeparasset *Mab.*

35 *Cap.* 13. a) Vir igitur D. h. illam cum (2). b) teguriunculo *pr. m.* 3. c) et *add.* 2. d) ibi 1. e) *ita* 4*a*; tantas m. *m. al. corr.* tanta sę m. 1; tante(ę) se m. 2. 3 *(pr. m.).* 4*b.* f) d. i. s. *om.* 1. g) *om.* 4*a.* h) adheserunt *corr.* adheserint 3; adhaeserint 1. 4*b*; adhererent 2. 4*a cum Har.* i) regente 4*a.* k) *ita* 3; quantumque 1. 2. 4*a (ubi* que *in litura). b cum Har.* l) *ita* 3; que *om.* 1. 2. 4*a. b cum Har.* m) *ita* 3. 4*a. b cum Har.*; est *add., sed eras.* 1; erat *add.* 2. n) *pr.* 40 *m. suppl.* 1. o) vinctus 1, *corr.* p) ambula:s *pr. m.* 1. q) qui 2. r) *om.* 3. 4*a. b cum Har.* s) tristi *pr. m.* 3. t) angustatos 4*a.* u) *ita* 1. 3 *(pr. m.)*; hilares (2). 4*a. b.* v) in aeloq. 3. 4*a. b.* w) ergo *add.* (2). x) *om.* 4*a.* y) deseru::it *pr. m.* 1; desereret 2. 4*a. b.* z) sufficit 4*a.*

Cap. 14. a) die 2; diei 4*b.* b) quam 2. c) Syg. 2. 4*b.* d) cupivi 4*a.*

quae etiamnunc fiscalis extat nomine Crécy. Propter hanc ipsam Cellam, quae tres ecclesias 45 *postea continebat (v. supra p.* 382*), non solum chartam datam, sed etiam Vitam Richarii vetustiorem conscriptam esse supra p.* 384. *demonstravi.* 1) Nomine Sygobardo *addit Hariulfus I,* 20, *recte; cf. infra c.* 14.

utinam tam propitium mihi servo suo[a], quam desiderabilem sanctis suis! Sed tu, fili[b], praepara vasculum[1] corpusculo meo, quo condatur[c], non superfluo studio, sed necessario usu, ut illic servetur in illum diem, quo corruptela haec vertatur in incorruptionem et mortale hoc induatur[d] inmortalitate. Et para[e] te[f] omni diligentia, dulcissime fili, ut dum dies illa quae mihi modo adpropinquat, tibi advenerit[g], paratum te inveniat. Ego vero vado[h] viam totius[i] mundi; tantum mihi misericors sit salvator mundi et me modo defendat ab hoste, qui me olim redemit[k] ab hoste; et quem praesentis vitae habui consolatorem, aeternae vitae mihi inveniam largitorem'. Haec discipulus a patre audiens, lacrimis perfusus, tantum[2] praecepta secutus, lignum inveniens fidit[l], cavavit et corpori patris coaptavit et fletu[m] opus rigavit quod fecit, et pene prius lacrimis implens amaris, quam paternis membris; aptatumque[n], ut potuit, sarcofagum[o] in loco praefinito a patre conposuit. Interim dum[p] tristia[q] patri filius pararet obsequia[r], validior patrem coquebat infirmitas, et in frigido corpusculo vix alitus[s] remansit extremus, nec tamen ab orationis[t] cessavit officio vel divinae laudis obsequio; et dum salutifero corporis Christi et sanguinis viatico[u] suum iter munivit, inter gratiarum actiones et verba orationis* spiritum emisit, positusque est in sepulchro a discipulo in loco ubi ipse praeceperat. Sed mirum dictu! Inter exequia[v] paterna subito discipulus sopore oppressus, vidit in visu quasi raptus esset in aulam splendidissimam omnique decore pulcherrimam, immo solis luce clariorem, in qua beatum Richarium praeclaro et hilaro[w] vultu vidit habitantem sibique loquentem: 'Ecce, frater Sigobarde, qualem mansionem praeparavit mihi Deus, pro vili quam habui in terra pulcherrimam[x] in caelo, pro contemptibili gloriosam, pro obscura lucidissimam et pro fumosa[3] omni suavitate renitentem. Qui** evigilans, laetior opus exequiarum per-

(cf. 1. Cor. 15, 53.)

*) VI. Kl. Mai. *add.* 4*a*, *m. al. in mg. suppl.* 1 *(habet Hariulfus I, 21)*.

**) *Codex* 6 *ita desinit:* renitentem. Tunc expergefactus Sigobardus securus de retributione divina cętera prosequitur sepulturae officia. Sepultus est itaque miles Christi in loco, ubi diu regi suo fideliter militavit. Sed non multo post fratres e Centulo monasterio cum venerabili abbate suo Ocialdo venientes, corpus beati Ricarii inde tulerunt et posuerunt in loco quo cum magnis meritorum virtutibus usque in hodiernum diem requiescit. Ibi frequenter per beatum servum suum Dominus gloriosas operatur virtutes, ibi diversarum infirmitatum[y] egri recuperant sanitates. In eodem loco fabricata est in honorem Christi et gloriosi confessoris sui basilica, in qua orationes eius florent nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

EXPLICIT VITA BEATI RICARII PRESBYTERI.

Cap. 14. 1. 2. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 14. a) videam *add.* 2. b) mi *add.* (2). c) condiatur 2. 3 *(pr. m.)*. d) in *add.* 4*a*. e) *m. al. corr.* prepara 1. f) cum *add.* (2). g) adveniat 3 *(non Har.)*. h) *ita* 3. 4*a*. *b et m. al.* 1 *cum Har.*; vadam *pr. m.* 1; ingredior (2). i) universae carnis *pro* t. m. (2). k) *fortasse bis scr. erat.* 3. l) findit 1 *(e corr. m. al.)*. 2. m) fletibus piis r. 2. n) aptumque 2 *et pr. m.* 4*a*. o) sa::ofagum *pr. m.* 1. p) cum *add.* 2. q) *ita* 3. 4*a*. *b*; tristitia *corr.* tristia 1; tristicia 2. r) obsequium 2. s) halitus 1. t) orationes *pr. m.* 1. u) viaticum *pr. m.* 1. v) *ita* 1. 2. 3. 4*b*; exequias paternas 4*a*. w) *ita pr. m.* 1; hilari 3. 4*a*; hylari 2. 4*b*. x) pulcherrima 1. y) *m. al. in ras.* 6.

1) *I. e. sarcophagum.* 2) *Hariulfus I,* 21: tandem. 3) *Id ita interpretatus est Hariulfus I,* 22: si aliquando algeret, abiciebatur focus; si calentes aurae haberentur,

fecit, Deo providente, ut filius consolaretur et patris[a] gloria ostenderetur. Conditus[b] est[c], ut praedixi, miles Christi, ubi suo regi maxime militabat; sed non multo[1] post fratres a Centulo monasterio cum suo abbate Ocioaldo[d] viro religioso etiam[e] et successori[f] venerunt et corpus sancti Richarii tulerunt et posuerunt* 5 in loco, quo et nunc cum magna meritorum gloria requiescit. Ibi[g], praestante Deo[h], per servi sui reliquias nova saepius audiuntur miracula geri, ut fides precantium patefiat et merita sancti Dei ostendantur et in servo suo Christi laus celebretur, ut dictum est: *Laudate Dominum in sanctis eius*[i]. Ps. 150, 1.

(15). Quidam igitur contractus corpore[a] debilis, sed fide robustus, frequentabatur 10 orando sancti Dei sepulchrum; qui, optata subito[b] sanitate recepta, dans gloriam Deo, quod infirmus venit[c], et sanus recessit. In cuius miraculi memoriam usque hodie sustentacula infirmitatis illius pendent in ecclesia sancti Richarii. Sed et multotiens[d] daemoniaci ad corpus sancti Dei suorum obsequio deducti**, divina concedente[e] clementia, a vexatione maligni spiritus liberabantur[f].

15 *) VII. Id. Oct. *add.* 4*a.c, m. al. in mg.* 1 *(habet Hariulfus I,* 23*).*

**) *Inde dissentientes codices* 5*a.b.c textum omnino immutant neque miracula eadem enarrant (locum ex* 5*c ediderunt socii Bollandiani, Catal. Paris. III, p.* 69*)* deducti, gratia divina concedente, inde sani redeunt[2].

Aliam eius virtutem cognovimus quam et in laudem Domini dicere cu-20 pimus. Clades maligna, que circuit terram, que multos perimit et paucos quos tangit relinquit, — et ipsam plagam vocant panucolam seu venenosa lacerta —, cum civitates, portus, regiones, regna undique et terras reliquit[g], in Centulo vico, ubi sanctus Richarius requiescit, unum e fratribus percussit et taliter in his diebus erat, ut de eo loco ubi apparebat omnes ad alia loca fugerent aut 25 omnino mortem non evaderent. Frater ergo ille quem supra diximus et multi alii eadem plaga tacti una cum fratribus ceteris sepulchrum sanctum expetierunt, et de clavi sancti Richarii cocti, per Domini potentiam et merita sancti eius omnes sanati sunt.

Cumque[3] de hac vita ipse[h] servus Dei migrasset et in feretro compositus 30 iam in ipso tugurio[i] iaceret, cum ibidem euangelium legeretur, suus manipula[4] qui remanserat, sopore depressus, visionem talem videbat. Narrabat enim in

Capp. 14. 15. 1. 2. 3. 4*a. b.*

Cap. 14. a) ei *add.* (2). b) que *add.* 4*a.* c) ergo *add.* (2). d) Ocialdo 1. 4*b.* e) *om.* (2). f) *ita* 1. 2; successore 3. 4*a. b*; fratres *iterat* 1. g) enim *add.* (2). h) Domino 1. i) *verbis sub-35 scriptis his:* Explicit vita sancti Ricarii *desinit* 4*c.*

Cap. 15. a) corpore — robustus *m. al. in mg. suppl.* 1. b) san. sub. (2). c) venisset (2). d) multoti *pr. m.* 1; multoties 4*a.* e) condente *pr. m.* 1. f) liberantur (2). g) relinquit 5*b.* h) ipsa 5*b.* i) feretro 5*b.*

ad hoc adhibebatur, ut non calefaceret, sed viridi ligno instructus, ut obtutus fumo 40 repleret. 1) *Eadem fere verba in charta Karoli leguntur (ed. F. Lot p.* 319*):* Et non post multum tempus fratres a praefato monasterio Centulo tulerunt sacrum eius corpus et sepelierunt illud cum magna reverentia in praedicto monasterio. *Spatium definivit Hariulfus I,* 23: Iacuit tamen sancti corporis venerabilis gemma in ligneo illo sarcophago spatio quinque mensium et dierum duodecim, id est a VI. Kal. Mai. usque 45 ad VII. Id. Octob. 2) *Vitae c.* 16. *desideratur.* 3) *Idem miraculum quod supra c.* 14. *legitur paulo aliter enarravit interpolator.* 4) *I. e. famulus, minister; cf. Ducange v.* manipulus.

(16). Quodam vero[a] tempore dum[b] vinculati et catenati quidam per publicam ducebantur stratam, quae prope ecclesiam beati Richarii iacet, qui dum[c] eminus[d] viri Dei viderunt[e] templum, voce magna clamare ceperunt: 'Sancte Richari, solve[f] nos', et statim, ruptis[g] vinculis, absoluti sunt omnes[h].

(17). Item[a] cladis magna que vocatur panocula[b. 1] seu venenosa lacerta longe lateque morte amara habitatores interfecit terrae et vix aliquis[c] ab ea tactus vivus evasit. Percussusque est ea peste[d] quidam e fratribus sancti Richarii, qui licet mortem timeret propter cladem, vitam tamen non desperavit[e] propter patronum[f]. Quasi ad[g] certa suffragia, comitantibus fratribus, cucurrit ad sepulchrum servi[h] Dei, ibique communiter oratione facta, et ipse liberatus est[i] a morte et omnes defensi sunt a plaga nec aliquis ex illis fratribus mortifera cladis illius vastatione percussus est. Et nec solum illi liberati sunt, sed et si aliquis[k] a longe veniens plaga tactus pestifera, ad sancti Richarii cum[l] fide fugiens solacium, etiam clave[m] eius decoctus, mortis evasit[n] periculum.

(18). Unde intellegi datur, quantam habeat apud Deum[a] potestatem pro nostris intercedere peccatis, si cum fide clamemus ad illum, qui tantam habet[b] virtutem illis depellere morbos[c] qui cum fide veniunt ad illum. Nam patet ex miraculis, qualis est ex meritis, et anteacta vita fulgescit in opere subsequenti, ita ut[d] non sit[e] opus dubitare de sanctitate, dum tantus est in virtute. Intellegite, fratres carissimi[f], qui pauper voluit esse pro Christo, quales modo habet[g] divitias cum Christo, et qui appetit[h] contemptibilis esse inter homines, quam gloriosus nunc[i] regnat inter angelos, et honorem quem fugit in terris nunc possidet in caelis. Quapropter dignum est, ut ab omnibus[k] honorificetur, qui omnium Dominum

---

hunc modum, quasi vidisset dominum Richarium vivum in aula splendida et quasi aurea et gemmis exornata lucentiore sole habitantem et loquentem ei: 'Frater Sigobarde, malam mansionem habuimus de fumo[2], modo non nocet fumus'. Ecce! qui habuit pro Deo obscuritatem, preparavit illi Deus claritatem et pro fumosa mansione clarissimam retributionem[a], ubi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum, cui est potestas et gloria in secula seculorum. Amen. (cf. Sap. 3, 7.)

EXPLICIT VITA SANCTI RICHARII CONFESSORIS[b].

Capp. 16—18. 1. 2. 3. 4*a. b.*

Cap. 16. a) *om.* (2). b) *om.* (2). 4*a.* c) cum (2); *om.* 4*a.* d) ad *add.* (2). e) *ita* 1. 3. 4*a. b cum Har.;* venerunt 2; propinquarent *Mab.* f) salva (2). g) rupti sunt 1, *corr.* h) *om.* (2).

Cap. 17. a) Tem 4*a.* b) panucula 4*a.* c) *om.* (2). d) parte 2. e) desperait *pr. m.* 1; disp. *pr. m.* 3. f) Ergo *add.* (2). g) a 1. h) viri (2). i) *om.* 2. k) quis (2). l) confugiens *pro* c. f. f. 4*a.* m) *ita* 1. 3 *(pr. m.).* 4*a*; clade 4*b*; cum clade *(om.* e. d.*)* (2). n) evadit (2).

Cap. 18. a) Dominum 4*a.* b) v. h. 2. c) ab illis *add.* (2?). d) *postea add.* 4*a.* e) (s *m. al. in litura*)it 3; est 4*a.* f) quia *add.* 1. g) habeat (2). h) *ita* 2. 3; appetiit 4*a. b*; appetivit 1. i) *om.* (2). k) hominibus 1, *corr.*

Nota. a) mansionem 5*b.* b) *om.* 5*a.*

1) *Panicula vel panucula est tumor mammosus circa inguina praecipue nascens; cf. Forcellini h. v. Eundem morbum ita descripsit biographus Simeonis Stylitae (AA. SS. Ian. I, p. 266):* In femore plagam a diabolo accepit, quemadmodum beatus Iob, unde morbus pannucula dictus, et convulsum est femur illius; *cf. Ducange h. v.* 2) *De fumosa Richarii mansione supra agitur c.* 14.

semper amabat, propensius tamen a nobis qui eius corpori cotidie adsistimus[1]; quatenus quos filios genuit in doctrinis, dignos possideat heredes in meritis[a]. Nec illi[b] tantum nostra prodest laudatio, quantum nobis[c] eius imitatio. Magis illi placet imitator devotus, quam laudator otiosus. Unde, fratres carissimi et 5 sanctissimi patres et filii iocundissimi et totius sanctae congregationis populus qui ad tanti patroni festa convenistis, dignos vos facite, ut Deus omnipotens per eius intercessiones vestras exaudiat orationes. Ornate vosmet ipsos spiritali pulchritudine, supereminenti[d] caritatis[e] gloria et[f] victrici[g] fidei fortitudine et suavissima Christi bonitate spei, sequentes semper sanctorum patrum vestigia, ut per eorum gra-10 dientes exempla, illorum societate digni efficiemini[h], et secundum apostolum[2] *ut*[i] *abnegantes*[k] *impietatem et saecularia desideria, sobrie*[l] *et pie et iuste vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem et adventum gloriae magni dei et salvatoris domini*[m] *nostri*[n] *Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et emundaret*[o] *sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum,* cui[p] gloria[q] 15 et laus, virtus et imperium, potestas et regnum cum Deo patre et Spiritu sancto in omnes perpetuitates saeculorum. Amen.

Tit.2,12–14.

DIC[r] QUICUMQUE LEGAS[s] PRAECLARI GESTA PATRONI:
PAUPERIS ALCUINI[t], CHRISTE, MEMENTO TUI[u].

Cap. 18. 1. 2. 3. 4*a. b.*

20 *Cap.* 18. a) mentis 2. b) illo 2. c) e. n. 2. d) *ita* 3. 4*a. b*; superminenti *pr. m.* 1; supereminentis (2). e) et *add.* 1. f) *om.* (2). g) victricis 1. h) *ita* 1. 3 *(pr. m.)*; efficiamini (2). 4*a. b.* i) *om.* (2). k) abnegantem 2. l) sobrię et p. et i. 1; sobriae et piae et i. 3; sobriae et piae et iustae 4*a*; et p. *om.* 2; s. et i. et p. *Vulg.* m) *om.* 4*a cum Vulg.* n) *m. al. suppl.* 1. o) mundaret (2) *cum Vulg.* p) *ita* 1. 4*a. b*; est *add. rell.* q) gloria in saecula saeculorum *desinit* 2. 25 r) *subscr.* Explicit vita sancti Richarii confessoris 3. 4*b. Vitam Miracula subsequuntur* 4*a. b. Distichon non exhibent nisi* 1 *et codex Trecensis n.* 1876. *saec. XIII/XIV, idem in quo Alcuini epistula legitur (T), eique haec praescripta sunt:* Supplicatio dicti Alcuini Albini *('N. Arch.' II, p.* 296*).* s) legis *T.* t) Albini *T.* u) mihi *T.*

1) *Alcuinus haec dicit in persona monachorum Centul. Mab.* 2) *Scilicet Paulum.*

VITA GOARIS CONFESSORIS RHENANI.

Sanctorum quibuscum adhuc congressi sumus chorus fere totus gastrimargiae vitium vehementer reformidabat cibos non eligens nisi viliores neque se recreans nisi canonicis refectionis horis, atque nonnulli in hac continentiae arte adeo profecerant, ut victu potuque omnino carere possent. Nunc vero ad contrarium genus transire iuvat non minus laudabile neque adeo triste, sanctumque iam aggrediamur cum peregrinis pauperibusque a primo mane hilare laeteque epulantem atque bibentem, Goarem scilicet nostrum confessorem Rhenanum. Sane facile intellegitur ieiunandi cupiditatem vix excitari potuisse in litoribus Rheni atque in tanta hilaritate consentaneum erat potius ad hospitalitatem iam inde antiquitus animos hominum conversos esse. Certe Goarem biographus proprius [1] *a prioribus distinxit sanctis, qui per ieiunia eleemosynasque quam per prandia opulenta in regnum Dei intrare maluerunt.*

S. Goar oppidum in laeva Rheni ripa situm, quod nomine corrupto 'Sente Gower' (1311), *'Sente Gwer'* (1329), *'Sand Gewer' vel 'Gewehr' inde ex saec. XIV. vulgo appellabatur* [2], *ad pagum Trigorium* [3] *olim pertinebat, postea autem caput factum est comitatus inferioris Kazinelinbogensis, provinciae scilicet Hassiacae. Locus situ amoenissimo vix ulli in illa regione comparandus hospites invitabat, quicumque ex Karoli M. temporibus Rheni litora perlustrabant, patronumque sortitus est hospitalitatis illius Rhenanae cultorem maximum. Cella S. Goaris, unde origines loci repetendae sunt, in dioecesi Treverica sita litigii causa facta est inter archiepiscopum Trevericum abbatemque Prumiensem. Prumiam* [4] *monasterium a Bertrada filioque eius Chairiberto a.* 721/2. *aedificatum Pippinus una cum uxore Bertrada, Chairiberti filia, in fundo proprio a fundamentis c. a.* 752. *restauraverat, monachis institutis e congregatione Romani et Vulframni episcoporum, monasterii scilicet S. Faronis Meldensis. Confirmans omnia quae antea tradiderat novaque addens a.* 762. *tres cellas rex Prumiensibus attribuit Altrepium, Casleocam, Riviunium neque vero S. Goaris. Hanc autem paulo post in conventu Attiniacensi* (*a.* 765) *abbati Asuario ad dies vitae regendam commisit iure beneficii causamque Wandalbertus historicus domesticus a.* 839. *attulit, quasi hospitalitatis officio rector loci nomine Erpingus erga abbatem defuisset, 'ubi quondam sub beato viro singulariter virtus eadem viguisset'* [5]. *Hospitalitas cum in vita patroni summa virtus praedi-*

1) *V. Goaris c.* 6. 2) *Cf. A. Grebel, 'Geschichte der Stadt St. Goar'*, 1848, *p.* 57 *sq.* 3) *Trigorii Ludowicus Pius a.* 820. (*Beyer, 'Mittelrhein. UB.' I, p.* 58), *provinciae Tricoriae Wandalbertus a.* 839. *meminit. De pago illo disseruit Th. Vuy, 'Geschichte des Trechirgaues und von Oberwesel', Lipsiae* 1885, *p.* 49 *sqq.* 4) *Chartas edidit Beyer l. l. p.* 10. 13. 19; *cf. Oelsner, 'König Pippin', p.* 17 *sqq.* 5) *Wandalberti Commemoratio, quemadmodum et a quo Cella S. Goaris fuerit monasterio Prumiae sociata, ed. Holder-Egger, SS. XV, p.* 372.

cetur, coniunctionis quoque Cellae cum monasterio eam primam fuisse originem hagiographus facile conicere poterat neque vero huic invento multum tribuam. Clerici Asuarii tempore in Cella S. Goaris constituti erant sex ad officia divina agenda, duaeque ibi erant ecclesiae non multo a se distantes, e quibus una S. Mariae oratorium appellabatur, 5 *altera situ minor corpus sancti in terrae sinu continere credebatur, etsi locus ipse sepulchri ignotus erat. Propter populi confluentis frequentiam Asuarius ampliorem basilicam ibi construxit, eique consecrandae intererant Lul archiepiscopus Magontiacus una cum episcopis Spirensi et Wirziburgensi neque vero archiepiscopus Trevericus, ad cuius dioecesim Cella pertinebat. Ea occasione corpus Goaris quod adhuc latebat extra spatium* 10 *antiquae aedis per clericum manu gressuque debilem detectum effossumque felicique investigatori manus vigor pristinus restitutus fertur esse. Sequebatur corporis translatio sollemnis in aedem novam*[1].

Cellam S. Goaris regnante Karolo M. Weomadus archiepiscopus Trevericus quasi ad suae ecclesiae ius pertinentem vindicabat, Asuario abbate contra dicente, regis potius 15 *esse possessionem lege hereditaria acquisitam. Causa iureiurando causidici monasterii Ratberti nomine in generali conventu in Saxonia ad fontem qui Lippia dicitur celebrato a.* 782. *ita decisa est*[2], *ut ecclesiae Trevericae ius omne abrogaretur. Mox monasterio Prumiensi Cella perpetuo possidenda a rege tradita est, edito privilegio, quod Wandalberti tempore in archivis monasterii extabat, nunc vero latet.*

20 *Tres olim abbati Prumiensi patebant sedes principales, tertiaque post Prumiam Monasteriumque (hodie Münstereifel) Cella S. Goaris enumeratur*[3], *ubi propter loci iucunditatem idem libenter versabatur. Ad annuam sancti festivitatem celebrandam Asuarius monachique eo advenientes, in vigiliis psalmodiaque sancti causa laborabant, neque merita sua occultabant*[4]. *Magna autem undecumque hominum multitudo tunc con-* 25 *fluere solebat, quae ante sepulchrum sancti orationi incumberet, et inprimis a nautis locus frequentabatur, ne si sanctum neglegerent, ab ipso punirentur, neque enim cuiquam tanti viri meritis insignem locum facile transire licebat praetermisso supplicandi officio. Erant Asuarius cum suis Romanae nationis ac linguae homines, scilicet Meldenses, unde gentilicio quodam odio a nostratibus aequo animo non ferebantur, nobilique cuidam homini* 30 *Reginario nomine locus sanctus ea de causa ita odiosus erat, ut longo ambitu eum circuiret*[5].

Ad S. Goarem[6] *vel Gawarium*[7], *'qui iuxta Rhenum flumen in corpore requiescere cognoscitur', Tassilo infelix Baiuvariorum dux iussu Caroli a.* 788, *pridie Non. Iul., id est ipsius sancti die natali, clericus tonsus est. Cellae S. Goaris maximo emolumento* 35 *erat silvae fiscalis intra Wasaliam (Oberwesel) et Bidobricum (Boppard) sitae pars, quam ei ad stipendia fratrum vel cunctas monasterii necessitates comparandas Ludowicus imperator a.* 820. *tradiderat*[8]. *Silva autem illa inde ex a.* 1247. *inter possessiones oppidi numeratur, quod prope Cellam sancti exortum concurrente peregrinantium multitudine mercatuque florente prosperos successus habebat.*

40 *Hospitalitati Goaris biographus spurcitiam episcopi Treverici opposuit, utque illius defensionem suscepit, ita huic minime pepercit; multa autem mirabilia de origine Cellae fatisque conditoris enarravit, quae et verae historiae et naturae rerum repugnare*

1) *Wandalberti Miracula S. Goaris c.* 1. 2) *Wandalberti Commemoratio l. l. p.* 373. *Cf. Gesta Trev. (SS. VIII,* 163*)*: Wiomadus. Hic cellam sancti Goaris ad ius sancti 45 Petri transferre conatus est, set violentia Pipini regis conatus eius inpeditus est. 3) *Beyer l. l. p.* 195. 4) *Wandalberti Miracula c.* 8. 5) *Ibid. c.* 7. 6) *Ann. Lauresham. a.* 788, *SS. I, p.* 33. 7) *Ann. Nazariani a.* 788, *SS. I, p.* 44. 8) *Chartam ed. Beyer l. l. p.* 58.

manifestum est. Sanctus igitur peregrinos pauperesque cum hilaritate alebat 'secundum vires suas'. Erat autem in Aquitania ortus patre Georgio (Goargius A 1), matre Valeria, ideoque sicut Asuarius, ita et ipse e Galliis in hanc Germanorum regionem[1] *profectus temporibus Childeberti regis Francorum, filii Chlodovei. Sacerdos, i. e. presbyter, ordinatus in territorio Wasaliacensi consentiente Felicio episcopo Treverico ecclesiolam fecerat cellulamque. Rusticus vero episcopus convivia eius matutina aequo animo non ferebat, cumque per speculatores, Alboinum Adalwinumque, qui quasi luminaria ecclesiae S. Petri Trevericae debita exacturi ad Cellam advenissent, de consuetudine eius certior factus esset, inquisitionem institui iussit. Adversariis suis Goar mox sanctitatis suae signa manifesta dedit, non adeo facile imitanda: tres cervas mirae magnitudinis invocata sancta trinitate stare iussit easque manibus propriis mulsit lacteque legatos episcopi fame sitique perituros recreavit, tum domum episcopalem ingressus, cappam suam ex radio solis per fenestram veniente suspendit, qui sibi fustis esse videretur. Illi vero haec magicis artibus attribuentes ad rationem reddendam eum in iudicium vocaverunt. Tertio igitur miraculo opus erat ad confundendam partem adversam, idque tanto successu factum est, ut sede sua privaretur Rusticus. Infantem enim tres noctes agentem repertumque in concha illa marmorea, de qua infra, sanctus loqui iussit, isque ipsum Rusticum patefecit patrem, Aflagiam autem matrem. Iam partes ita permutatae sunt, ut episcopus in accusati locum succederet, accusatus vero episcopus postularetur. Superbus enim Rusticus sancti pedibus provolutus duram et prolixam paenitentiam subiit, quam ille postea per septem annos pro ipso sustinuit; Goar vero a Sigiberto rege Mettis residente arcessitus, clamante populo cleroque universo Treverorum, consentientibus denique sacerdotibus, successor eius constituendus erat, sed voluntati regis ipse vehementer obstitit, mori malens quam episcopi adhuc vivi accipere dignitatem. Indignus enim erat populus tali praesule rexque tali doctore. Domum igitur dimissus post septem annos missis legatis iterum a rege requirebatur, sed morbo graviter vexabatur, neque altera legatio quicquam effecit. Tribus annis tribusque diebus post aetate gravis diem obiit supremum. Regem per preces ultimas rogaverat, ut 'de loco isto amplificationem sibi in regno caelorum conquireret' sacerdotesque ad ipsum sepeliendum transmitteret Agrippinum Eusebiumque. Episcopo igitur Treverico facinoris convicto, sanctus cum rege tam artam necessitudinem iniit, ut vel sepulturae eius sacerdotes regii interfuissent, excluso clero Treverico.*

De aevo Goaris haud facile iudicatu est, cum ea quae in Vita enarrata sunt cum documentis genuinis haudquaquam conveniant. Sub regibus Francorum Childeberto, filio Chlodovei, et Sigiberto Mettis residente per annos 511—558. *et* 561—575. *Felicius et Rusticus episcopi sedi Trevericae biographo teste praeerant, iique in Catalogis ecclesiae Trevericae*[2] *hoc ordine sese subsequuntur Fibicius (idem sine dubio atque Felicius), Abrunculus, Rusticus, succedentibus Nicetio Magnericoque. Attamen Rusticus ibi non recte collocatus est, cum Aprunculo Nicetius c. a.* 525. *successerit Gregorio (V. Patr. VI,* 3*) teste:*

Aprunculus Treverorum episcopus transiit.
Tunc elegentes sanctum Nicetium episcopum acceperunt,

Nicetio autem Magnericus a Fortunato[3] *celebratus:*

Discipule egregii, bone Magnerice, Niceti,
Dum capit ille polum, tu capis arce locum,

qui a. 587. *adhuc inter vivos erat*[4]. *Ideoque series episcoporum Trevericorum ex a.* 525. *ita conclusa est*[5], *ut neque Felicius neque Rusticus locum habere possint. Haec ut tolle-*

1) *Ea notione biographus vocabulum 'oppidum' accipere videtur.* 2) *SS. XIII, p.* 298; *cf. Gesta Treverorum SS. VIII, p.* 158. 3) *Ed. Leo I, p.* 291. 4) *Greg., H. Fr. IX,* 10. 5) *Rettberg I, p.* 462 *sqq.*

retur difficultas, alii et Rusticum et Goarem chorepiscopos habebant[1], *ad instituta Carolingica recurrentes*[2], *alii sanctum e saeculo sexto in septimum transferentes, Childebertum statuebant secundum (a.* 592—595*) pronepotem neque filium Chlodovei, Sigibertum autem tertium (a.* 634—656*) eiusdem abnepotem fuisse*[3]. *Hoc modo iam Wandalbertus nodum solvisse videtur, Childebertum 'prosapiae' Chlodovei regis attribuens, evitato filii nomine, atque Childebertum II. verbis expressis nominavit Regino*[4] *annumque* 600. *computavit Sigebertus Gemblacensis*[5].

Rustici vero nomen suspectum per se est, sine dubio confictum ad rusticitatem episcopi Treverici exprimendam[6], *neque concubinae legatorumque nomina melioris notae sunt, scilicet Afflagiae, i. e. mulieris quae afflat, incantat, Alboini Adalwinique eodem rhythmo desinentium. Si quis adhuc de indole huius Vitae haesitaret, miracula secum in animo consideret cappae radio solis suspensae infantisque triduani loquentis.*

Goaris nomen Alanis proprium erat, genti scilicet Scythicae[7], *et adhuc divinari potest, quomodo in cultum ecclesiae Rhenanae transierit. Rheno transiecto, Wandali et Alani a.* 406. *Gallias intraverunt*[8], *eaque occasione Goar relicto Respendial rege Alanorum ad Romanos transgressus est teste Gregorio Turonensi vel potius Renato Profuturo Frigiredo*[9]*:* Interea Respendial rex Alanorum *(ita A* 1. *D* 1*;* Alamannorum *rell.)*, Goare ad Romanos transgresso, de Rheno agmen suorum convertit. *Idem cum Guntiario Burgundionum principe a.* 411. *Iovinum Magontiaci tyrannum creavit, testante Olympiodoro*[10]*: "Ὅτι Ἰοβῖνος ἐν Μουνδιακῷ τῆς ἑτέρας Γερμανίας κατὰ σπουδὴν Γωὰρ τοῦ Ἀλανοῦ — — τύραννος ἀνηγορεύθη. Nomen Alani illius antiqui in Rheni litoribus commorati e Gregorio eruisse videntur, qui cellam conditam saec. VIII. Goaris nomini nuncupaverunt.*

Iura ecclesiae Trevericae in Cellam S. Goaris non adeo vana fuisse non solum ex consensu episcopali concludi licet, quo ad cellam construendam sanctus egebat, sed etiam ex annuo luminarium stipendio, quo S. Petri ecclesiae Trevericae locus obligatus erat. Omnia autem quae deinceps biographus enarravit ad elidenda ea conficta videntur esse, scilicet delatio sancti innocentis, crimen episcopi Treverici, voluntas regis populique, ut sanctus ei successor daretur, regis denique curae de cella sepulturaque sancti. Vita igitur Goaris una cum Eptadii Galliique[11] *ad eas pertinet, in quibus patronus episcopatu dignissimus candidatus a populo clerove designatus est, ut regis ambiretur patrocinium, abolito iure dioecesano.*

Vita Goaris licet conficta sit, tamen eam inter memorabiliora eiusmodi monumenta numerari licet propter rudem auctoris vetusti artem, eaque quae de consuetudine Treverorum ille memoriae tradidit sane magni momenti sunt ad mores illius aevi aequius

1) *F. X. Kraus, 'Die ältern Bischofskataloge von Trier' ('Jahrb. d. Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande' XXXVIII, p. 4).* 2) *Richter, 'Lehrbuch des Kirchenrechts' p.* 459[8]. 3) *Cointius a.* 597, *n.* 10. 4) *Reginonis Chronicon (ed. Kurze, p.* 26*):* Regnum eius *(scil. Gunthramni)* Childebertus et filii eius optinuerunt. Per idem tempus venit sanctus presbiter Goar ex Aquitania, et in territorio Treverensi in pago Trigorio supra ripam Rheni et rivulum qui Wochara dicitur oratorium in honore sanctae Dei genitricis construens, orationibus, elemosinis et predicatione verbi insistens, plenus virtutibus in eodem loco quievit. 5) *Sigeberti Gemblac. Chronica (SS. VI, p.* 320*):* 600. Sanctus Goar veniens ex Aquitania claret in Gallia. 6) *Rettberg I, p.* 466. 7) *K. Zeuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme' p.* 700 *sqq.* 8) *Prosperi et Cassiodori Chronica a.* 406 *(Auct. antiq. IX, p.* 465*; XI, p.* 154*).* 9) *Apud Gregorium, H. Fr. II,* 9. 10) *Corpus scr. hist. Byzant., Bonnae, I, p.* 454. *Cf. Clinton, Fasti Romani I, p.* 580. 11) *'N. Arch.' XXV, p.* 147.

iudicandos. Solebant enim feminae pauperes infantes suos in concha de qua dixi exponere, eosque matricularii S. Petri suscipiebant, a quibus ad nutriendum comparari poterant, assentiente episcopo. Mos ille Wandalberti tempore iam abolitus erat conchaque dono Pippini regis in monasterium Prumiense translata atque aquaeductui aptata fratribus tunc aquam ante refectorium praebebat. Quod si verum est, Vitam Goaris non 5 *post Pippini mortem a.* 768. *compositam esse liquet. Non minus autem liquet pendente lite de possessione Cellae S. Goaris adversarium illum sedis Trevericae ad opus suum aggressum esse, ideoque mihi persuasum est auctorem fuisse monachum Prumiensem e grege Asuarii. Sane sicut illi ita et ipse natione Gallo-Romanus erat, id quod ex sermone rustico concludi licet, ideoque id fortasse alicuius momenti est, quod ex Aquitania* 10 *sanctum statuit ad Rheni litora advenisse.*

Ad nationem francogallicam vocabula referenda esse mihi videntur haec: senior = *dominus (c.* 3. 4*),* parabolare = *loqui, Gall. 'parler' (c.* 8*),* dono *(= do)* responsum *(ib.). Alia ad aevum auctoris definiendum apta sunt, veluti* memoratus = *reminiscens (c.* 10*), quod in Vita Aniani Aurelianensis repperi*[1] *saec. VIII. composita,* legatarius 15 = *legatus a scriptoribus gallicis saec. VII. et VIII. adhibitum*[2]. *Denique loci nonnulli cum ipsis chartis Prumiensibus comparandi sunt, accusativo posito pro nominativo:*

V. Goaris.	*Charta a.* 721/2.
c. 5. venerunt tres cervias *(= cervae),* *c.* 7. pauperculas feminas *(= pauperculae feminae)* infantes eorum solent iactare,	Hoc sunt villas nostras superius nominatas, 20

et abundante Quod:

V. Goaris.	*Charta Asuarii abbatis (a.* 762—804*).*
c. 4. 7. 9. Quod *(vel* Quo*)* haec audiens, *c.* 6. Quod cum haec vidisset.	Quod et nos hoc vobis non denegavimus. 25

Chartae illae per librum aureum abbatiae Prumiensis saec. X—XII. exaratum ad nos pervenerunt, deperditis autographis, sermonemque rusticum a librariis posterioribus expolitum esse inter omnes constat. Vita vero Goaris ad codices satis antiquos recensita 30 *soloecismis abundat multo pluribus. Vocales quidem rarius inter se permutatae sunt, sed in casibus frequenter erratum est, inprimis ablativo posito loco genetivi:*

c. 1. Childiberti regis Fr., filio Chlodoveo,
c. 3. 4. 8. legatarii episcopo,
c. 3 cellulam viro Dei Goaro, 35
ib. partibus sancto Petro Treverico,
ib. ad partem parrochia Treverica,
c. 6. de adversario parte,
c. 7. episcopo auctoritas.

Denique quantum in barbarie domestica biographus Goaris praestiterit, exemplo afferam 40 *locos hos:* rem novam vel inaniam *(c.* 3*),* prestinatio, pristinatio *(c.* 6. 7*)* = *praestigiatio.*

Codices V. Goaris multi quidem ad nos pervenerunt, sed magna inter eos vertitur diversitas, ita ut scopulis haud raro via nostra impedita esset, nisi extrema fere hora monente P. v. Winterfeld v. c. in codicem incidissem omnium vetustissimum optimumque. 45

A 1) *Codex Basileensis bibliothecae universitatis F. III,* 15[b], *olim Fuldensis, deinde musei Rem. Faesch (†* 1666*) Basileensis, formae quadratae, litteris Anglosaxonicis*

1) *SS. rer. Merov. III, p.* 109, 22. 2) *Cf. Lib. h. Fr. c.* 11. 12.

exaratus ex duabus partibus constat, quarum antiquior saec. VIII. med., fol. 1—19', *scilicet quaterniones duo, Isidori librum de ordine creaturarum, recentior vero saec. IX. in., fol.* 20—45, *scilicet quaterniones tres, praeter Vitam et conversationem Antigoni et sanctae matronae Eupraxiae*[1] *fol.* 37'—45. *V. Goaris continet.*

5 *A* 2) *Codex Arenfelsenis bibliothecae comitis Westerholt saec. XI. scriptus, folia duo cohaerentia comprehendit, quae A. Fahne de tegumento libri cuiusdam detraxerat. Ea quae insunt, scilicet c.* 1. *ad verba* a dextris et a sinistris *et c.* 5. nihil ausi fuerunt *ad c.* 6 in radio solis pendit *edidit Crecelius, 'Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande', XLI, Bonnae* 1866, *p.* 210—211.

10 *A* 3) *Codex Vaticanus bibliothecae Palatinae n.* 846, *saec. IX/X, fol.* 59, *de quo vide catalogum editum s. t. Bibliotheca apostolica Vaticana. Codices Palatini Latini tom. I. p.* 298.

A 3*a*) *Codex Monacensis n.* 22242, *saec. XII, legendarii Windbergensis volumen III, fol.* 18—22.

15 *A* 4) *Codex Wirziburgensis Mp. th. f.* 34, *formae octavae, saec. X, olim monasterii S. Petri Weissenburgensis, deinde collegii Soc. Iesu Molsheimensis, fol.* 25—36.

A 5) *Codex Carnotenus n.* 115 (63), *saec. XI. in., antea monasterii S. Petri Carnoteni, fol.* 102—106', *initio fineque destitutus, incipit c.* 1. Marie matris Domini, 20 *desinit c.* 7. nihil tibi credere habemus, *dimidia folii parte vacua relicta.*

A 6) *Codex Catalaunensis n.* 56 (60), *saec. XI/XII, fol.* 90—97'.

B 1) *Codex Caroliruhensis inter Augienses n. CXXXVI, formae octavae, saec. IX. auctore Reginberto a discipulis non adeo accuratis scriptus est manuque eiusdem haec fol.* 1'. *adnotata exhibet:* In hoc corpore continentur quorundam vitae 25 ac virtutes passionesque sanctorum.

I. Inprimis de vita ac virtutibus sancti Bonifatii archiepiscopi (*fol.* 2—20; *cf. SS. II, p.* 332; *Jaffé, Mon. Mogunt. p.* 425).

II. Deinde de conversatione et signis sancti Marcialis episcopi (*fol.* 21—24; *ed. Bellet, 'L'ancienne Vie de S. Martial et la prose rythmée',* 1897, *p.* 32—40).

30 *III.* Postea de vita et virtutibus sancti Medardi episcopi (*fol.* 24—26', *V. Medardi, ed. Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 67—73; *fol.* 26'—28. *Fortunati carmen, ed. ibid. IV,* 1, *p.* 44—48).

IIII. Postmodum de passione sanctorum martyrum Sergii et Bachi (*fol.* 28—35).

35 *V.* Deinceps de vita et signis sancti Goaris confessoris, prid. Non. Iul. (*fol.* 36—40').

VI. Ad extremum passio sancti Quintini martyris, prid. Kl. Nov. (*fol.* 41—45'). *Idem septem versibus vacuis relictis de origine libri rettulit cavitque, ne monasterium eo privaretur:*

40 In nomine Dei patris et Filii et Spiritus sancti *α* et *ω*.

Hunc libellum ego Reginbertus scriptor, servorum Dei servus, cum permissu et voluntate seniorum ad servitium Dei et sanctae Mariae ceterorumque sanctorum, quibus in Auva servitur, meo studio ac labore confeci eumque usibus fratrum inibidem famulantium aptari et conservari deposco. Perque Deum op-45 testor, ut nulli a quoquam extra monasterium donetur aut prestetur, nisi qui ibi fidem et pignus dederit, donec eum sanum et salvum suo loco restituat.

Menda discipulorum suorum Reginbertus ipse atramento pallidiore sustulit collato exem-

1) *Vitae Patrum ed. Rosweydus p.* 351—61.

plari; correctores vero posteriores solum sermonem rusticum expoliebant, lectionibus prioribus ita detritis, ut vix erui possint.

B 2) *Codex Sangallensis n.* 566, *saec. X, p.* 22—41.

B 3) *Codex Einsidlensis n.* 248, *saec. XII, p.* 207—224.

Plurimi codices textum varie deformatum atque ex parte omnino retractatum continent, quos in una classi X collegi, quamvis ex diversis exemplaribus pendentes. 5

X 1*a*) *Codex Mettensis n.* 523, *saec. XI.*

X 1*b*) *Codex Parisiensis n.* 5294 *(Colb.* 2509, *Reg.* 4187*), saec. XI/XII, olim S. Symphoriani Mettensis, fol.* 167—175.

X 2) *Codex Monacensis n.* 332, *saec. XII, fol.* 62′—67′. 10

X 3) *Codex Gandavensis n.* 307, *saec. XIII, olim S. Maximini monasterii Treverici, p.* 286—296.

X 4) *Codex Bruxellensis n.* 9636—7, *saec. XI/XII, olim monasterii S. Laurentii prope Leodium siti, fol.* 61—64′.

X 5) *Codex Parisiensis n.* 3801, *saec. XII, olim Philiberti de la Mare* 445, *deinde Regius* 3864, *fol.* 47′—53′. 15

X 6) *Codex Parisiensis n.* 5322, *saec. XIII. in., olim Iohannis Aurati, deinde collegii Claromontani, tum Colbertinus* 81, *Regius* 3654, *fol.* 142—144′.

X 7) *Codex Parisiensis n.* 5296 *B, saec. XIII, olim Bigotianus* 172, *deinde Regius* 3654, *p.* 64—71. 20

Inter utramque classem A et B id interest, quod A elocutionem rusticam melius servavit, B vero non solum crassiora expolivit, veluti 'legatariis' (ita A) constanter 'legatos' substituit, sed etiam vocabula nonnulla, immo enuntiatum totum neglegentia omisit. Codices A 1 *et A* 2 *ex exemplari eodem pendent, quod mendis minime carebat (e. gr. c.* 1. qui] cui *A* 1. 2*), iique soli barbariem antiquam fere integram posteris tradiderunt idque A* 2 *nonnumquam accuratius altero. Cum autem ille nihil contineat nisi frustula, textus ad librum primarium A* 1 *inprimis recensendus erat, qui perraro a reliquis superatur. Codices enim A* 3 *et A* 4 *a librariis immutati atque retractati sunt neque vero eodem modo, ita ut modo huius, modo illius lectiones notis adscribendae essent, saepiusque A* 4 *defecit, in quo multae gravesque interpolationes deprehendantur. Disceptantibus his libris inter se, nonnumquam A* 3, *quocum facit A* 3*a codex magis depravatus interpolatusque:* 25 30

c. 3. his] *om. A* 3. 3*a*,

cum A 1 *stat, A* 4 *vero cum altera classe:*

c. 3. ad partem] *A* 1. 3. 3*a (cf. c.* 6. ex Dei parte, de adversario parte*);* partibus *A* 4 *cum B,* 35

ib. conqui(ę)rebant] *A* 1. 3. 3*a (infra* lucrare vel conquirere, *c.* 11. conquerat*);* acquirebant *A* 4 *cum B,*

unde concludi licet archetypum B codici A 4 *propinquius fuisse quam A* 1. 3. *E libris qui restant prioris classis A* 5 *mutilus praestare videtur et praecedentibus:* 40

c. 1. iuxta propheta dicente psalmographo] *A* 1. 5*;* i. prophetiam dicentis psalmographi *A* 4*;* i. psalmographum *A* 3,

et ultimo A 6 *neglegentius descripto multisque interpolationibus inquinato, e. gr.:*

c. 11. Filioli mei [filioli mei *iterat A* 6], nolite f. —, quia nec in — mulum [ascendam *add. A* 6]. 45

Inter codices alterius classis ut aetate ita praestantia proximum post A 1 *locum occupat B* 1, *ideoque dolendum est, quod textus primigenius correctorum rabie frequenter abolitus est. Libri B* 2 *et B* 3 *propiore necessitudine inter se coniuncti videntur esse:*

c. 5. iterare] iter agere *B* 2. 3,

ib. illorum] eorum *B* 2. 3.

E codicibus deterioribus, in quos altius non inquisivi, affinitate cohaerent X 1*a et X* 1*b:*

c. 1. Valeria] Hylaria *X* 1*a;* Ylaria *X* 1*b,*

pendentes uterque ex exemplari quodam A:

5 *c.* 1. terribilis] *A* 1. 2. 3. (5 *deest*). 6. *X* 1*a. b;* mirabilis *X* 5. 6; atque mirabilis *X* 2; *om. rell.*

ib. visionum interpres] *A* 1. 2. 3. 4. 6. *X* 1*a. b; om. rell.*

Sunt autem hi libri aliique, quos quamvis stirpe alienos in hac classi collocavi, suo quisque modo interpolati atque retractati. Speciminis causa ex codicibus insequentibus 10 *X* 2. 3. 4 *lectiones nonnullas adnotasse satis erit:*

c. 1. Childiberti] Hilderici *X* 2,

ib. Georgius] Georius *X* 2,

ib. Ibidemque] Ibique *X* 2,

ib. vocatur] habitabat *add. X* 3 (*add.* decurrit *A* 3*a*, intrat *X* 1*a. b*),

15 *c.* 2. Haec et huiuscemodi vir Dei sanctus Goar, adiuvante Domino, faciebat, sed seductor gentium diabulus] Dumque in his vel aliis huiuscemodi virtutibus se exercitabat famulus Domini, adiuvante gratia domini nostri Iesu Christi, invidus omnium diabolus *X* 4,

c. 3. et seniore eorum haec nuntiare procurassent] *A* 1. 3. 3*a*. 4. 5; quod suo 20 seniori renuntiarent *X* 4; *om. B.*

Neque reliqui codices a Waitzio b. m. examinati[1] *quicquam boni continent. Textus enim X* 5 *radendo atque corrigendo ita immutatus est, sicut a Mabillonio editus legitur, atque X* 6 *et X* 7 *tanta licentia retractati sunt, ut in tot diversitatibus collatio inutilis fuisset neque fieri potuisset*[2].

25 *E codicibus quos ad textum recensendum adhibui contulerunt A* 3 *Cartellieri, A* 4 *O. Holder-Egger, B* 1 *W. Arndt b. m., B* 3 *W. Levison socii nostri, libros autem A* 1 *et B* 2 *ipse contuli, B* 1 *denuo perlustravi, alios inspexi.*

Orthographica in universum ad codicem vetustissimum A 1 *formavi, admittens* pleps, depuplicatus, puplica, *litterasque geminatas* loquella, commedere, summere, 30 accussare, excussare, *tollens vero* t *pro* d: temittendum, mantucandum, sacertotum *et vice versa* stederunt. *Alterius classis codex optimus B* 1 *haud raro ab eo in contrarium secedit, substituens* b *pro* p: corribiendum, discibulus, episcobus, princibatus, *supprimensque geminationem consonantium:* acusare, acusationem, ocultum, ocupat, saculis; hoficium; concusi, fuiset.

35 *Ad hos codices venerandae antiquitatis barbariem antiquam opusculi istius saec. VIII. med. compositi nunc primum restituimus. Editores autem priores nihil fere egerunt, nisi quod unum alterumve codicem imprimendum curaverunt, casuque factum est, ut in pessimos inciderint, ita ut textus adhuc noti quam maxime retractati atque interpolati sint. Quos cum examinaret W. Rettberg, biographum saec. IX. attribuit,* 40 *qui in ipsius sermone nullum aevi Merowingici vestigium repperisset, neque quisquam sub superficie polita veram rei imaginem perspicere poterat.*

Iohannes **Mabillon**, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis* 1669, *Saeculum II, p.* 275—280, *'ex ms. codice V. C. D. d'Herouval' textum eum publici iuris fecit, quem in codice X* 5 *radendo corrigendoque contaminatum esse supra dixi.*

45 1) *'Archiv' XI, p.* 267 *sqq.* 2) *E. gr. X* 6 *ita desinit:* filius Dei multa invocantibus sanctum confessorem, quin potius sanctam trinitatem beneficia manifestare dignatus est, qui vivit et regnat eternus et solus unusque Deus per omnia secula seculorum. Amen. Explicit vita sancti Goaris presbiteri.

Iohannes P i n i u s, *Acta sanctorum, Antverpiae* 1721, *Iul. II, p.* 333—337, *codicem Bertinianum vetustissimum, quocum alter Audomarianus perfectissime convenit, permagni habuit tamquam purum et genuinum, cumque primaevam simplicitatem in eo repperisse sibi visus esset, ipsum edendum curavit collatum cum aliis libris veluti Bonifontis, Montis S. Mariae, Accincti monasterii, Vallis lucentis. Indigno autem libro fidem praestitit, textum proponens omnino retractatum, qualem in codice X* 4 *repperi, locusque, quem speciminis causa supra p.* 409. *ex hoc attuli, in ipsius editione ita legitur:* Dumque in his vel aliis huiuscemodi virtutibus [sic] exercitaretur famulus Dei, adiuvante — diabolus.

Cum reviviscentibus litterarum studiis monachi Prumienses simplicitate vitae primigeniae vehementer offenderentur, Marcwardus abbas W a n d a l b e r t o *diacono a.* 839. *mandavit, ut sermonem vilem accuratius explanando humaniorem redderet simulque nova quae ad sancti sepulchrum gesta erant miracula adderet. Is igitur duos libros composuit*[1], *unum de vita et actibus sancti, alterum de miraculis post eius mortem patratis, quibus Commemorationem, quemadmodum et a quo Cella sancti Goaris fuerit monasterio Prumiae sociata, subiecit. Munere autem suo emendandi in priore libro tam perfecte functus est, conquisitis vitae exemplaribus vetustis et perantiquis, ut lucide suaviterque apud ipsum fluant, quae in auctore suo rustico vix intellegenda sint, ipseque rationem quae inter utriusque intercedebat aevum immensumque litterarum progressum optime exposuit, haec in prologo praefatus:* Quippe apud Gallias multos annos litterarum studia iacuere nec facile plures per transacta retro spatia liberalium artium munere functi esse repperiuntur, quoad nostra aetate principum liberalitate et optimorum virorum sollertia adeo disciplinarum studia profecerunt, ut invidiam criminis merito nunc sustinere cogamur, si gesta sanctorum virorum, quae quidem ad nostram potuerint pervenire notitiam, posterorum scientiae deperire sinamus. *Neque fraudibus eorum se implicuit anima candida, qui patronorum vitas expolientes aut res traditas immutando aut alienas addendo utilitatibus monasterii subvenerunt, sed narrationis veritatem se ipso teste fide integra subsecutus est. In altero libro, qui a Pippini Asuariique temporibus incipit, duobus inprimis testimoniis nisus est et monachi Prumiensis et clerici Cellae S. Goaris, qui a pueris locis illis degerant, calamumque sistens, membranas vacuas libello subiecit, 'ut, edito opere praesenti, futuris posthoc temporibus quae inserenda prudens aliquis aestimaverit, oportune possit inserere', sed spes eum fefellit, sive miracula defecerunt sive prudentes.*

Tertia denique V. Goaris recensio[2] *multo recentior in codice* C o l o n i e n s i *VI,* 21, *a.* 1463. *exarato, inedita latet, incipiens:* Anno Mauricii XVII. sanctus Goar veniens, *desinens:* obiit in pace pridie Nonas Iulii. *Quattuor partibus, in quas haec vita distributa est, haec praescripta sunt:* Qualiter advers. suorum famem et sitim sedavit. Qual. voce pueri peccata episcopi coactus publicare fecit. Qual. aepiscopum in postulatas *et q. s.*

Goar, quem die 6. *Iulii obiisse biographus vetustus iam rettulerat, Martyrologiis saeculo IX. demum illatus est, primusque idem Wandalbertus eum celebravit hoc versu*[3]*:*

Tumque Goar Christi colitur famulusque sacerque,

paucisque festi ipsius meminit et Ado:

Eodem die depositio beatissimi Goaris confessoris,

et Usuardus: In pago Treverensi (*al.* Maginensi, *malim* Trigoriensi) sancti Goaris presbyteri et confessoris,

1) *Librum alterum una cum prologo prioris ed. O. Holder-Egger, SS. XV, p.* 361 *sqq.*
2) *'Archiv' XI, p.* 268. 3) *MG. Poetae II, p.* 589, *v.* 392.

auctor denique calendarii Pataviensis saec. IX[1]*:* II. Non. Iul. Natale sancti Goarii confessoris.

Fabulam Goaris pleniorem Martyrologio suo inseruit Hrabanus[2]*, vitam expilans a Wandalberto compositam.*

B. Krusch.

INCIPIT[a] VITA SANCTI AC BEATISSIMI GOARIS CONFESSORIS[b].

(1[c]). In diebus[d] Childiberti[e] regis Francorum, filio[f, 3] Chlodoveo, erat vir venerabilis nomine Goar[g], homo Aquitanicus[h], cuius pater vocatur[i] Georgius[k] et mater eius Valeria[l]. Hic erat vir gloriosus aspectuque decorus, mente humilis, corporę castus[m], perfectus in fide, egregius in opere, in virtute summus, prodigiis[n] clarus, terribilis[o] cognitor secretorum caelestium, praescius futurorum visionum[p] interpres. Qui continuatis[q] ieiuniis[r] et orationibus instans futura[s] praenoscere meruit sacramenta. Hicque[t] in Germaniorum[u] oppedis[v] conveniens super fluvium[v*] Reno[w, 4] infra terminum Wasaliacinse[x, 5] suburbano Treverico, ubi fluviolus Wocara[y, 6] vocatur, ibique[z] ipse vir Dei una cum consenso[a] episcopo, qui tunc temporis Treverorum[b] presul esse denoscitur[c], qui[d] noncupatur[e] Felicius[f, 7], ęcclesiolam[g] fecit multorumque ibi reliquias sanctorum collocavit, id est sanctae Mariae, matris Domini, sanctiquę baptistae Iohannis et duodecim apostolorum Christi et aliorum multorum[h] sanctorum. Ibidemque ipse[i] vir Dei sanctus Goar die noctuque[k] Deo serviens in ieiuniis[l], in vigiliis, in multa patientia, in longanimitate[m], in castitate, in[n] pura praedicatione, in oratione assiduę[o], in caritate non ficta, iuxta apostolica praecepta per arma iustitiae[p] a dextris et a[p] sinistris, in virtute Dei. Huicque[r]

cf. 2. Cor. 6, 5—7.

Cap. 1. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 1. a) *ita A* 3. 4; In Dei nomen (nomine *B* 2 *et m. al. B* 1) incipit *cet. B* 1. 2*; praescr.* Incipit vita sancti Goaris prespiteri *B* 3; Incipit passio sancti Goar. *A* 2; *praescr. om. A* 1. b) quae celebratur II. Non. Iul. *add. A* 4; Quod est pridie nonas Iulias *m. al. in mg. superiore add. B* 1. c) *capitum distinctio deest codd.* d) illis *add. B* 1. e) Hildiberti *A* 1. 4; Childeb. *(B* 3*)*; Hilderici *X* 2. f) *ita pr. m. A* 2; filio Hlodoweo *A* 1; filii Chlodovei (Clod. *B* 2) *rell.* g) Goarus *A* 4, *ut infra.* h) Equitanicus *A* 3. 4. i) *ita A* 1. 2; *om. B* 2; vocabatur *rell.* k) Goargius *A* 1. l) Hylaria *X* 1*a*; Ylaria *X* 1*b*. m) castum (?) *pr. m. B* 1. n) prodigus *A* 1. 2; prodi(giis *m. al. in litura*) *B* 1; providus *A* 3. o) *ita A* 1. 2. 3. 6. *X* 1*a. b; om. rell.* p) visionem *A* 2, *corr.;* v. i. *om. B* 1. 2. 3. q) diebus *add. B* 3. r) iegunus (?) *pr. m. B* 1. s) fraterna *B* 1. t) que *om. B* 2. u) Germanorum *A* 4; Germaniam *A* 2. v) opedis *corr.* oppedis *A* 1; confiniis *A* 3. v*) fluvim *A* 1. w) *ita A* 1 *et pr. m. A* 2; Renum *A* 4. *B* 3; Hrenum *A* 3. *B* 1; Rhenum *B* 2. x) Wasaliacense *A* 1; Unasaliacinse *A* 2; Wasaliacinsae *B* 2; Wasiliacinse *A* 3; Wasiliacinsę *A* 4; Wasaliacensem *B* 3. y) Wochara *B* 3. z) ipseque *pro* i. q. i. *B* 2. a) *ita pr. m. A* 2; consensu episcopo *A* 1; consensu episcopi *rell.* b) Treveros *corr.* Treveris *A* 2. c) *ita A* 1; dinosce|tur *pr. m. B* 1; dinoscitur *A* 2. 3. *B* 2; dinoscebatur *(A* 4*). B* 1 *(m. al.).* 3. d) cui *A* 1. 2. e) *ita pr. m. A* 2; nuncupatur *A* 1. 4. *B* 1 *(pr. m.).* 2; nuncupabatur *A* 3. *B* 3. f) Filitius *A* 1. g) e(ę)cclesiam *B* 2. 3. h) s. m. *A* 4. i) *om. B* 2; v. D. i. *A* 4. k) noctemque *pr. m. B* 3. l) geiunius (?) *pr. m. B* 1. m) in longon. *pr. m. B* 1; *haec om. A* 4. n) in p. p. *om. A* 4. o) *ita A* 1; assidue *A* 2; assiduo *corr.* assidua *B* 1, *et sic rell.* p) iustiae *pr. m. B* 1. q) ad *A* 1; *in* sinistris *desinit A* 2. r) Huic quoque *A* 4.

1) *E. Dümmler, 'Piligrim von Passau' p.* 101. 2) *Canisius, Lectiones antiquae ed. Basnage II, 2, p.* 333. 3) *Aliter Wandalbertus:* Childeberti regis Francorum, qui ortus est ex prosapia regis famosissimi Hludowici. *Cf. supra p.* 405. 4) *Goar, 'sacerdotii gradu et honore presbyteratus accepto', venit 'in provinciam quae ripis Rheni fluminis contigua Tricoria nuncupatur', Wandalberto teste.* 5) *Hodie Ober-Wesel.* 6) *Fluviolus hodie Lohbach appellatur; cf. A. Grebel, 'Gesch. der Stadt St. Goar' p.* 9. 7) Felicis nomine *Wand.*

Dominus tantam gratiam concedere dignatus fuit[a], ut multi paganorum per verbum ipsius ad salutem animarum eorum[b] pervenerunt[c] et multi egroti, Deo auxiliante et ipso sancto intercedente, pristinam sanitatem ibidem invenerunt[d]. Quod adsiduae[1] manifestum est, ubi ipse[e] vir Dei sanctus Goar in corpore requiescit, quia ibi ceci inluminantur, surdi audiunt, demonia[f] effugantur et a febribus vel 5 ab[g] aliis infirmitatibus multi curantur, vel mysticas et[h] magnas alias virtutes[i], quae[k] Dominus dignatus est facere pro[l] servis suis, qui custodiunt precępta eius Ps. 138, 17. iuxta propheta[m] dicente psalmographo David[n]: *Nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est*[o] *principatus*[p] *eorum.*

(2). Hic venerabilis sanctus Goar habuit consuetudinem omniquę[a] dię, ex- 10 cepto parasceuen[b, 2], missarum solemnia pro populo[c] celębrare et psalterium omne[d] dię psallere, et peregrinos qui ibidem per illam semitam pergebant libenter suscipiebat vel[e] pauperes ibidem voluntarię et cum hilaritate alębat secundum vires Matth. 15, 40. suas, quod illi[f] Dominus ordinabat[g] iuxta dominica[h] precepta: *Quamdiu fecistis*[i] *ex*[k] *his minimis fratribus meis, mihi fecistis*[l]. Haec[m] et huiuscemodi vir Dei[n] 15 sanctus Goar, adiuvante Domino, faciebat, sed seductor gentium diabulus hoc valde dedignabat[o], quod tam pretiosa gemma vel margareta[p] in oppido[q] Germaniorum[r] consistere[s] debuisset, vel[t] per verbum eius ei[u] tantas[v] animas adsiduę defecissent, et ad[w] Dei[x] cultura revocasset, qui ei[y] multas et magnas tribulationes[z] tamquam cf. 1. Pet. 5, 8. leo rugiens[a] ingerebat[b]. Sed vir Dei sanctus Goar haec nullatenus[c] metuebat, 20 cf. Act. 14, 21. quia considerabat praecepta apostolica[d], quod per multas tribulationes oportet nos[e] introire in regnum Dei.

(3). Contigit, ut aliqui legatari[a, 3] episcopo[b] Treverico, cuius nomen Rusticus nuncupatur[c], quorum vocabula[d] sunt Alboinus[e] et Adalwinus[f], ad cellulam[g] viro[h]

Capp. 1—3. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3. 25

Cap. 1. a) est *A* 4. b) *ita A* 1. *B* 3; a. suarum *A* 4 *et m. al. B* 1; suarum a. *A* 3; e. *om. B* 2. c) *ita A* 1. 5; pervenirent *rell.* d) *ita A* 1. 3. 4. 5; invenirent *B* 1. 2. 3. e) (i. *om.*) s. v. D. *B* 2. f) d(a)emones *B* 1. 2. 3. g) *om. (A 3). B* 2. h) et a. m. *B* 2. i) infirmitates *A* 3. k) quas *A* 3. l) per servos suos *A* 3 *et m. al. B* 1. m) *ita A* 1 *(ubi* psalmograppho*).* 5; i. prophe(tiam *m. al.*) dicen(tis *m. al.*) psalmigrap(hi *m. al.*) *B* 1 *et pr. m. B* 3; i. prophetiam dicentis psalmographi *A* 4; 30 i. psalmographum (*corr.* psalmigraphum) *A* 3; i. prophetiam (*om.* d. ps.) *B* 2. n) *om. A* 3. o) *pr. m. om. B* 1. p) pripcipatus *A* 1.

Cap. 2. a) *ita A* 1. *X* 1*a (pr. m.)*; que *om. rell.* b) parasceue *B* 2. 3. c) pulo *pr. m. B* 1; pro p. *om. A* 3. d) *ita A* 1; omni *rell.* e) *ita A* 1. 3. 5. *X* 1*a*; et *rell.* f) *om. A* 3. g) ordinavit, sicut ait in euangelio : Quamdiu *A* 3. h) *om. A* 1. i) uni *add. A* 3. 4 *cum Vulg.* k) ex *pr. m.* 35 *superscr. A* 1; *om. B* 3; his *om. A* 3. l) fecisti *A* 1. m) hiec *pr. m. B* 1. n) *om. B* 1. o) *ita A* 1; dedignabatur *rell.* p) *ita A* 1; margarita *rell.* q) opid : : *pr. m. B* 1. r) Germanorum *A* 4. s) consisteret d. *pr. m. B* 1; consisteret *pro* c. d. *(A 3).* t) quod *add.*, per *superscr. A* 3. u) et *B* 3. v) tantas animas a. defecissent (defecisset *A* 1; refecisset *B* 3) *A* 1. *B* 1 *(pr. m.).* 2. 3; tantae animae a. (a. *om. A* 3) defecissent (defuissent *A* 3) *A* 3. 4. w) a *pr. m. B* 1. x) *ita A* 1; culturam D. *A* 3; D. culturam 40 *rell.* y) et *B* 3. z) tribulation : s *pr. m. B* 1. a) rugitens(?) *pr. m. B* 1. b) ingerebant *pr. m. B* 1. c) nultenus *A* 1. d) apostola ca *pr. m. B* 1. e) *ita A* 1. *B* 3 *cum Vulg.; om. rell.*

Cap. 3. a) *ita A* 1; legatarii *A* 3. 5; leg | tarii *A* 4; legati *B* 1. 2. 3. b) *ita A* 1. 5; Treverici episcopi *B* 2; episcopi Treverici *rell.* c) *ita A* 1. 4. 5; nuncupabatur *A* 3. *B* 1. 2. 3. d) vocabilla(?) *pr. m. B* 1. e) Albuinus *A* 3. 5; Albwinus *constanter A* 4. f) Adallwinus *pr. m. B* 1. 45 g) cellolam *A* 5; cellam *A* 3. h) *ita A* 1; viri D. (D. *om. A* 3) Goaris (G. *om. A* 4) *rell.*

1) *Wandalbertus:* Quod hodieque merita huius multipliciter petentibus praestare conspicimus, cum ad eius memoriam caecos visum, claudos gressum, energuminos mentis sanitatem aliisque pressos languoribus incolumitatem recipere cernimus. 2) *Feria sexta.* 3) Clientes *a Wandalberto appellantur.* 50

Dei Goaro advenissent quasi speculatores, ut ibi aliquam rem novam vel inaniam[a] invenire potuissent et[b] seniore[c] eorum[d] haec nuntiare procurassent. Quia ibidem[e] pro Dei amore non venerunt[f], sed pro vana opinione[g], ut aliquam accussationem in servo Dei invenire potuissent, dicebant[h] se luminaria ad[i] partem sancto[k] Petro Treverico quaerere, sed magis[l] tenebras semet ipsos[m] conquerebant[n] quam lucem. Hicquae[o] viderant, quod[p] faciebat[q] vir Dei sanctus Goar, sicut solebat, mane, cursum[r, 1] suum completum et missarum solemnia celebrata, cum peregrinis et pauperes[s] perfectam et[t] Deo acceptam caritatem[2] faciebat[u], iuxta quod sanctus Iohannis[v] apostolus dixit: *Qui manet in caritate*[w], *in Deo manet et Deus in eo*, et: *Perfecta*[x] *caritas foras*[y] *expellit*[z] *timorem*. Haec illi furenti animo cogitantes et intra se dicentes, quod ipsum virum[a] sanctum Dei Goarum[b] exinde[c] accussare[d] ad[e] episcopum Trevericum deberent, — quod et fecerunt, — quasi aliquid de substantia eius lucrare[f] vel conquirere[g] deberent, dicentes se[h] etiam eum[i] vidisse sine tempora[k] inica mente mane commedere vel potum summere; quod vir Dei sanctus Goar spiritaliter faciebat. Hoc illi miserrimi mala[l] consuetudine estimabant simulque dicebant, aliis[m] et aliis multis et malis exemplis ibidem vidissent[n], quod ad partem parrochia[o] Treverica nihil proficisset[p] nisi ad malum exemplum[q]; sed falsa et inanis erat eorum[r] loquella.

1. Ioh. 4, 16. — ib. v. 18.

(4). Haecquae[a] audiens episcopus Treverorum[3] statim sine[b] mora[c] iussit ipsos legataris[d] iterum[e] ibidem reverti et virum Dei[f] sanctum Goarum[g] sibi[h] praesentare[i] praecepit, dicens, quod inquisitionem de ipso facere voluisset, per quod vel quale[k] ingenio haec[l] fecisset exempla[m]. Qui venientes ad ipsum virum Dei, dicentes[n] ei dolose: 'Episcopus noster Rusticus salutem tibi mandat', — quasi illam

Capp. 3. 4. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 3. a) *ita* *A* 1. 4; inanem *rell.* b) *ita* *A* 1. 3. 4. 5; et — procurassent *om.* *B* 1. 2; et — invenire potuissent *om.* *B* 3. c) *ita* *A* 1; seniori *A* 3. 4. d) suo *A* 3. e) illic *A* 4. f) venenerunt *B* 1. g) opione *A* 1. h) enim *add.* *B* 2. i) *ita* *A* 1. 3; partibus *rell.* k) *ita* *A* 1; sancti Petri Treverici *rell.* l) illi *add.* *A* 4. m) *ita* *A* 1; semet ipsis *plerique;* in semet ipsis *A* 3; sibimet ipsis *B* 3. n) *ita* *A* 1; conquirebant *A* 3; adquirebant *B* 1; acquirebant *A* 4. *B* 2. 3. o) *ita* *A* 1; Hi viderunt *A* 3; Hi cum vidissent *rell.* p) quo[d], *pr. m. corr.* *B* 1; quae *A* 3. q) faciebant *A* 1. r) cursu suo completo et m. sollemniis celebratis *B* 3. s) *ita* *A* 1; pauperibus *rell.* t) ac *A* 4; a *add., sed eras.* *B* 3. u) facere *A* 3. v) *ita* *A* 1; a. Iohannes *B* 3; Iohannes a. *rell.* w) carite *pr. m.* *B* 1. x) perfectus, *om.* car. *A* 1. y) foris *A* 4. z) mittit *B* 3 *cum Vulg.* a) virum *om.* *A* 3; s. *om.* *B* 2. 3. b) *ita* *A* 1. 4; Goarem *rell.* c) inde excusare *A* 4. d) *ita* *A* 1. 3 *(pr. m.)*. e) apud *B* 2. f) lucrari *A* 3. g) quaerere debuissent *A* 1. h) *post* se *eras.* pp(?) *B* 1. i) *om.* *B* 3. k) *ita scripsi;* sine tempora nicamenta mane *A* 1; in tempore nicamente *(m. al. corr.* inconveniente*)* mane *A* 3; ante tempora mane *A* 4; sine temporanea mente *B* 2; sine tempo(re *m. al.*) m(ane *m. al.*) *B* 1 *et pr. m.* *B* 3. l) *ita* *A* 1. 3; malam consuetudinem *rell.* m) *ita* *A* 1; aliis multis et in alis exemplis *A* 3; alia atque alia multa (se *add.* *A* 4) mala exempla *A* 4. *B* 1. 2. 3. n) *ita* *A* 1; vidisse *rell.* o) *ita* *A* 1; parrochiae Treveric(a)e *rell.* p) profec. *B* 2. 3; profisc., *ras.* s *A* 4. q) ex|plum *A* 1. r) erum *pr. m.* *B* 1; eorum erat *A* 3.

Cap. 4. a) *ita* *A* 1 *et pr. m.* *B* 1. b) sina *pr. m.* *B* 1. c) mota *pr. m.* *B* 3. d) *ita* *A* 1; legatarios *A* 3; legatos *rell.* e) *om.* *A* 3. f) s. D. *B* 3. g) *ita* *A* 1. 3 *(pr. m.)*. 4. *B* 2; Goarem *B* 1. 3. h) ibi *A* 1. i) *ita* *A* 1. 4; praesentari *rell.* k) quali *A* 4. l) hae *pr. m.* *B* 1. m) exemplo *A* 1; *om.* *A* 3. n) dicunt *A* 3; dicebant *A* 4.

1) Psalmodiae laudes Christo persolvens *Wand.* 2) *Convivium, quo amici vel pauperes excipiuntur. Cangius.* Pranderet *Wand.* 3) *Wandalbertus addit:* ut est interdum animus praelatorum maximeque carnalium diversis occupationibus serviens, quove circa multa dividitur, eo fit minor ad singula, nec discernere facile valet, quid qua ex causa a plerisque dicatur, motus suorum sermonibus.

accussationem ei celatam[a] habere voluissent, — 'et mandat te[b] festinanter, ut ad ipsum ad[c] Treveros[d] civitate sine mora venias[e]'. Quod[f] haec audiens vir Dei sanctus Goar, cum gaudio dixit: 'Faciat', inquid[g], 'Dominus faciat, ut possim, quia oboedientia sine mora facienda[h] est'. Noctequȩ[i] illa fecit illis cenam secundum[k] vires suas et ipse in Dei laudibus, sicut solebat, persistebat. Mane autem[l], cursum[m, 1] suum completum, caepit missarum solemnia cȩlebrare. Cumque completum habuisset officium suum die illo[n], dixit ad[o] puerum suum: 'Fili, fac nobis de habundantia nostra, ut caritatem[2] isti legatarii[p] domno[q] episcopo [et[r] senioris nostri] simul nobiscum faciant, quia in itenere sunt, et forsitan nos[s] Deus aliquem pauperem vel peregrinum adducit[t], ut nobiscum similiter faciat'. Quo[u] audientes illi qui fuerant furenti animo, non potuerunt malitiam quam gerebant[v] in corde abscondere, dicentes[w] ei: 'Nec[x] tu bene[y] facis qui sic facis, nec nos tibi[y] haec[z] consentire volemus[a]'. Sanctus Goar[b] dixit: 'Mala domus est, in qua Dominus non timetur. Si Deum timuissetis, forsitan caritatem non recussaretis[c]'. Inter haec[d] sibi conloquentibus venit[e] puer et dixit: 'Ecce peregrinus stat[f] ad regiam nostram!' Qui cum audisset, cum gaudio dixit[g]: 'Fili, voca illum'. Qui cum vocatus fuisset, dixit: *'Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum!'* (Ps. 132, 1.) Alebat peregrinum et fecit sibi[h, 3] caritatem. Haec videntes illi legatarii[i], cum magna laetitia straverunt ȩquos suos, dicentes intra se dolose: 'Nunc manifeste videmus, quod episcopo nostro nuntiare possumus'. Et caeperunt[k] rogare, sibi aliquid in sacculis[4] eorum donare[l] ad manducandum[m] vel ad bibendum; quod[n] cum gaudio ipse vir Dei facerȩ praecepit.

(5). Quod cum factum fuisset, illi cum vociferatione caeperunt cogere[a] illum, ut festinanter iterare[b] deberent. Ipseque[c] vir Dei cum haec audisset, statim sine mora stravit asinum suum[d] et[e] maniculus[f, 5] suus mulum suum et caeperunt ambulare[g]. Cum autem ambularent, vir Dei in psalmis et ymnis meditabatur[h]. Cumque miliario[i] sexto perambulassent, ubi Paulo[k] campus[6] nuncupatur, dixit

Capp. 4. 5. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 4. a) celare v. *A* 3. b) mandate *A* 1; m. tibi *A* 3. c) *ita A* 1. 3*; om. rell.* d) *ita A* 1; Treveris *(in litura A* 3*)* civitatem *rell.* e) veni(as *m. al.*) *B* 1; venies *pr. m. A* 3. f) *ita A* 1. *B* 3; Quod :::: *A* 3. *B* 1; Quod *om. A* 4; haec *om. B* 2. g) *eras. A* 3. h) f. est *ead. m. in mg. suppl. B* 1; *haec om. B* 2. i) que *eras. A* 3. k) secudum *pr. m. B* 1. l) *addunt* ait *A* 1, facto *A* 4, post *m. al. A* 3. *B* 1. m) cursu suo completo *B* 3. n) illa *A* 3 *et m. al. A* 4. o) *om. A* 1. p) *ita A* 1. 3; legati *rell.* q) *ita A* 1; domni (dom[ni] *pr. m. B* 1; domini *B* 2) episcopi *rell.* r) *haec verba, ut videtur, genuina (cf. supra p.* 413, 2*) in solo codice A* 3 *repperi.* s) *ita A* 1; nobis *rell.* t) adducet *(A* 3*).* u) *ita A* 1; Quod *rell.* v) generebant *A* 1; aerebant (?) *pr. m. B* 1. w) dicen :: tes *B* 1; dicebant *A* 4. x) Neque *A* 4. y) *om. A* 4. z) hoc *B* 1. 2. 3. a) *ita A* 1, volumus *rell.* b) Goarus *A* 4. c) | cussaretis *A* 1; recusatis *A* 4. d) *pr. m. suppl. B* 2. e) et *add. A* 1. f) est *B* 2. g) dicit *A* 1. h) *ita A* 1. 3. *B* 2. 3; illi *e corr. B* 1; ipse *A* 4. i) *ita A* 1. 3; illi legati *rell. (in litura B* 1*).* k) (rogaverunt *m. al. in litura*) sibi *B* 2. l) donari *A* 4. *B* 3; *om. A* 3. m) mantucandum *A* 1. n) Quod — praecepit *m. al. in mg. suppl. B* 3.

Cap. 5. a) agere *A* 1. b) iter agere d. *B* 2. 3. c) que *om. A* 1. d) *ita A* 1. 3*; om. rell.* e) et — suum *pr. m. in inf. mg. suppl. A* 1. f) *ita A* 1. 3. 4. *B* 2*;* manapulus (?) *m. al. corr.* manipulus *B* 1; mancipium suum *B* 3. g) ambubulare *A* 1; ambalare *pr. m. B* 1. h) meditabitur *A* 1. i) milario s. *pr. m. B* 1; miliarium sextum *A* 3. k) *ita A* 1. 3. 4. *B* 2; Pauli campus *Wand.;* palocambus *m. al. corr.* palocampus *B* 1, *et sic B* 3.

1) Psalmodiae et orationum vota Deo persolvere coepit *Wand.* 2) Prandium *vel* convivium *Wand.* 3) *Wandalbertus:* cibum una cum peregrino et ipse cepit. 4) Vasa *Wand.* 5) *I. q. adminiculus, minister, qui puer supra appellatus est.* 6) *Pfalzfeld locus hodie dicitur; cf. A. Grebel l. l. p.* 10.

Alboinus ad[a] Adalwinum[b]: 'Famis[c] mihi[d] est satis, et sitis me occupat'; et[e] Adalwinus dixit: 'Si ego[f] ceileriter[g] non bibam, forsitan morire[h] habeam'; dicentes[i] intra se festinare ad[k] aliquem rivolum et ibi desiderium eorum complere[l]. Quod[m] cum venissent, ubi rivolus[n] erat, guttam de aqua non perceperunt[o]; miserunt manus[p] ad[q] sacculos ad manducandum et ad bibendum[r], nihil[s] invenerunt. Apostolica verba[t] completa: *Mihi vindictam*[u]*; ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci*[v] *a malo, sed vince in*[w] *bono malum.* (Rom. 12, 19—21.) Haec[x] sententia considerabat vir Dei sanctus Goar. Inter haec autem labor eorum magis et prolixius[y] crescebat. Et dixit Alboinus ad Adalwinum[z]: 'Talem famem ac sitim numquam habui'. Et[a] haec se[b] dicente, cecidit de equo suo quasi mortuus, et Adalwinus[c] ad beatum virum Dei Goarum[d] dixit[e]: 'Succurre nos[f], pius[g] sacerdos, quia fame et siti morituri sumus'. Sanctus Goar cum hec verba audisset, cum gaudio dixit: 'Fili[h], recordare[i] oportet, quia *Deus caritas est, et qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo.* (1. Ioh. 4, 16.) Hodie[k], fili[l], quando vidistis me[m] indigno[n] caritatem facere, non debueratis excussare. Nunc autem ad corripiendum[o] vos facit Dominus ista'. Inter haec sibi loquentibus[p] venerunt tres cervias[q] mire magnitudinis, quasi sanctam trinitatem praefigurantes, qui[r] steterunt[s] a longe. Quas cum vidisset vir Dei sanctus Goar et[t] invocasset sanctam[u] trinitatem[v], iussit eas stare. Quae cum[w] stetissent, conprehendit[x] vasculum suum et mulsit illas. Quod cum[y] factum fuisset, iussit eas ire; et apud[z, 1] ipsud lacte linebat[a] membra illorum[b], et statim[c] nullum dolorem insenserunt[d]. Miserunt manus ad sacculos et[e] invenerunt ad manducandum et ad[f] bibendum usque ad habundantiam et aquam similiter et ceperunt epulare[g]. Mirantibus autem illis atque timentibus, dixit vir Dei sanctus[h] Goar ad illos: 'Fili[i], quid[k] est, pro quale[l] causa vel pro[m] quale ingenio mandat[n] me ille episcopus ad se venire? Scio ego[o], quia hoc quod factum vidistis non est[p] sine causa, quod Dominus hodie per bestias ostendit nobis, nisi[q] fiat ad exemplum credulitatis[r], qui in ipso[s] confidunt, quia

Cap. 5. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 5. a) *pr. m. suppl. B* 1. b) Adalvinum *pr. m. B* 1. c) fames *A* 3. 4. d) *m. al. suppl. B* 1. e) *om. B* 3; (Et Adal *m. al.*)uinus *B* 1; ad eum *add. A* 4. f) ego: *B* 1; ergo *A* 4. g) non celerius *B* 2. h) *ita A* 1; morere *A* 4; mori *A* 3. *B* 1. 3; moriar. D. *B* 2. i) Dicunt dicentes *B* 3. k) ut aliquem si volumus et *A* 1. l) adimplere *B* 2. m) *ita A* 1; Quo *A* 3 *(pr. m.). B* 2; Qui *(sed* i *m. al. B* 1*) rell.* n) *ita A* 4; rivulus *A* 1. *B* 1 *(sed prius* u *in litura).* o) invenerunt *A* 3; reppererunt *A* 4. p) us *m. al. in litura B* 1. q) in *A* 4. r) et *add. A* 3 *et m. al. B* 1; quaerentes *add. A* 4. s) nil *B* 1. 3. t) tunc fuerunt *add. A* 4. u) vindicta *A* 3 *cum Vulg.* v) vince *pr. m. B* 1. w) : in, *ras.* a *B* 1. x) *ita A* 1; Hanc (autem *add. B* 2) sententiam *rell.* y) prolixus crecebat *pr. m. B* 1. z) Adalvin. *h. l. B* 1 *(pr. m.);* Alvinum *A* 3. a) *om. B* 2. b) *ita A* 1. *B* 1. 3; h. eo d. *B* 2; h. dicens *A* 3 *(ubi* s *m. al. in litura).* 4. c) Adalvin. *h. l. A* 3. *B* 1. 2. d) Goarem *B* 1. 2. 3. e) di | it *pr. m. B* 1. f) *ita A* 1. 3 *(pr. m.);* nobis *rell.* g) *ita A* 1. 3 *(pr. m.).* 4; pie *B* 1. 2. 3. h) Filii *A* 4. *B* 2. i) recordari *A* 3. 4. *B* 2. 3. k) : : : hodie, *ras.* hoc(?) *B* 1. l) *ita A* 1; filii *rell.* m) *om. B* 3. n) *ita pr. m. A* 3; indigna *A* 1; indignum (indig *m. al. in litura B* 1) *rell.* o) corripiendos *B* 2. p) colloquentibus *A* 4 *et m. al. B* 1. q) *ita A* 1; cervae *rell.* r) *ita A* 1; quae *rell.* s) stederunt *A* 1. t) (et *om.*) invocavit *A* 3. 4. u) *m. al. B* 1. v) et *add. A* 3. 4. w) *pr. m. suppl. B* 1. x) adprehendit *A* 3. y) f. c. *A* 3. z) *ita A* 1; de ipso lacte *A* 3; (ab *m. al. add. B* 1) ipso (ab *add. B* 3) lacte *A* 4. *B* 1. 2. 3. a) *ita A* 1; liniebat *rell.* b) eorum *B* 2. 3. c) *m. al. B* 1. d) *ita A* 1 *et pr. m. B* 1; in se senserunt *A* 3. 4. *B* 2; senserunt *B* 3. e) *bis scr. A* 1. f) *om. B* 2. 3. g) *ita A* 1; aepulari *A* 3; epulari *rell.* h) s. G. *om. A* 4. i) *ita A* 1; Filii *rell.* k) q. est *om. (A* 3*).* l) quali *A* 3. 4. *B* 2. 3, *ut infra.* m) *om. B* 2. n) mendat *A* 1. o) scio ego *iterant B* 1. 3 *(non B* 2*).* p) *m. al. add. B* 1. q) ni *pr. m. B* 1. r) eorum *add. A* 3. s) ipsum *A* 4.

1) *Apud pro cum accipitur.*

Ps. 77, 19. Ib. 103, 24. *potens*[a] *est Dominus parare mensam in deserto,* et: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine!'* Ad[b] illi timore[c] et tremore concussi, nihil[d] ausi fuerunt responsis[e] ei dare, sed speraverunt se subitanea[f] morte interire[g] supplicio[h].

(6). Et caeperunt ambulare et venerunt Treveras[a] civitate. Vir autem[b] Dei sanctus Goar per[c] orationes et ęcclesias sanctorum, sicut solebat, pergebat. Et 5 illi legatari[d] festinanter venerunt episcopo[e]; invenerunt eum[f] in civitate sedentem in solio suo una cum clero suo. Nuntiaverunt[g] ei omnia[h], quod[i] eis[k] contigerat[l] vel quod[m] factum viderunt de ipso viro[n] sancto. Qui cum audisset, cum iracundia caepit dicere: 'Non est alia causa nisi prestinatio[o, 1], qui sic mane commedit et bestiis[p] mulgit[q]; inquerere[r] debemus[s], quid[t] sit causa[u] vel pro[v] quale ingenio 10 hoc[w] faciat: si[x] ex Dei[y] parte fit[z], an ab adversario'[2]. Qui cum haec dixisset[a], ecce vir Dei Goar intravit in domo[b] ubi episcopus sedebat! Qui cum intrasset, caepit providere[c], ubi discipulus suus[d] stare potuisset, vel ubi cappam suam pendere[e] vel abscondere[f] licuisset, et videbat[g] in angulo domi[h] quasi fustem[3], ei[i] vel maniculo[k] suo sic simulantem; ad erat[l] radius solis per fenestilla[m, 4] veniens. 15 Qui cum adpropiasset[n] ad fustem simulantem[o], pendit cappam[p] suam super ipsum[q] et ministrum suum ibidem stare praecępit[5]. Quod cum haec[r] vidisset[s] Rusticus episcopus una[t] cum clero suo, dixit: 'Videtis nunc, quid facturus est[u]? Non est haec[v] causa ex Deo. Si ex Deo fuisset[w], tam mane[x] non commedisset vel bibisset; quia[y] anteriores[z] sancti per ęlemosinas[a] et ieiunia intraverunt in regnum 20

Capp. 5. 6. *A* 1. 2 *(a l.* 2*).* 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 5. a) potest est *pr. m. B* 3; est *m. al. suppl. B* 1. b) *ita A* 1; At *rell.* c) tr. et tim. *B* 3. d) *in* nihil *redit A* 2; nihil *m. al. B* 1; nullum *A* 3; non *B* 2. e) *ita A* 1; a. f. responsum (responsum a. f. *A* 3) *rell.* f) subitania m. *A* 2; subita m. *A* 4; subitaneae mortis *A* 3. g) cum *add. A* 4. h) *om. B* 3. 25

Cap. 6. a) *ita A* 1 *et pr. m. A* 2; Treveris civitatem *rell.* b) hic *(rectius* k *nota* = autem*) A* 2. c) *ita A* 1. 2; per e. et or. *A* 3; orationibus ad ecclesias (ecclesiam *B* 2) *A* 4. *B* 1. 2; propter orationes ad ecclesias *B* 3. d) *ita A* 1; legatarii *A* 2. 3; legati *rell.* e) *ita A* 1; ad episcopum *rell.;* et *add. A* 3. f) in c. eum *A* 3. g) ergo *add. A* 3. h) omne *B* 3. i) quae *A* 3. 4. k) e : : *pr. m. B* 1; in via *add. A* 4. l) contigerant *A* 3. m) qu: *pr. m. B* 1. n) *om. A* 1; s. v. *A* 3. 30 o) *ita A* 1. *B* 3 *et pr. m. A* 2. *B* 1. 2; *m. al. corr.* pr(a)estigiatio *B* 1. 2; praedistinatio *A* 4; praesumtio *A* 3. p) *ita A* 1; bestias *rell.* q) mulsit *B* 3. r) *ita A* 1; inquirere *rell.;* hoc *add. A* 3. s) debere *A* 4. t) que *A* 4. *B* 3. u) causae *B* 2. v) per quale ingenium *A* 3. w) haec facit *A* 3. x) sed *A* 1. y) p. D. *A* 4. *B* 2. z) sit *A* 2. 4. *B* 3. a) audisset *A* 4. b) *ita A* 1. 2; domum *rell.* c) *ita A* 1. 2. 3; pr(a)evidere *rell.* d) eius *B* 2. e) suspendere *B* 3. 35 f) absconde *pr. m. B* 2. g) vidit *A* 3. h) *ita A* 1 *et pr. m. B* 1; *om. A* 2; domus *rell.* i) ei — sic *om. A* 4. k) maniculos suos *B* 3. l) Aderat *A* 1. 2. 4 *(ubi* autem *add.). B* 2; sed erat *A* 3; advenit *B* 3; Ubi advenit r. — simulantem *m. al. in mg. sup. suppl. B* 1. m) *ita scripsi*; per fenestras stilla *A* 1; per fenestellam *A* 3. *B* 2; per fenestram *rell.* n) venisset *B* 2. o) *ita B* 1; s. pependit *(m. al. corr.* suspendit *A* 3*) A* 3. *B* 2. 3; s. pendebat *A* 2. 4; *haec om. A* 1. p) campam 40 *A* 1, *ut infra.* q) ipsam *B* 3. r) *om. A* 2. 3. *B* 2. s) videret, *om.* R. *B* 2. t) uno *A* 1. u) Goar *add. A* 4. v) ista *A* 3. w) esset *A* 4. *B* 2. x) prima *add. A* 4. y) Qui *pr. m. B* 1. 2. z) nostri *add. A* 4. a) i. et elemosi(y)nas *B* 1. 2. 3.

1) *Intellegitur praestigiatio, unde Wandalbertus verbis* magica arte et maleficiis *utitur.* 2) *Wandalbertus addit:* Haec ita iactabantur, tamquam sola abstinentia quis aliquando et 45 non caritate sinceroque in Deum amore sanctus extiterit. 3) *Idem:* vectem ligneum. 4) *Idem:* per modicam fenestram. 5) *Idem addit:* Neque mirandum est solis radium ad obsequium viri sancti ligni duritiam praebuisse, cum qui creatori devote famulatur, ei sit etiam creatura ex creatoris voluntate subiecta.

Dei. Nunc autem[a] ista causa quid[b] sit nescio[c]: mane commedit et bibit[d], bestias mulgit[e], cappam suam in radio[f] solis pendit[g]. Accedat[h] propius[i] et reddat rationem, si ex Dei[k] parte haec facit[l] an ex adversario[m]'. Qui[n] cum interrogatus fuisset, vir Dei[o] sanctus Goar[p] dixit: 'Deus iudex iustus[q], fortis, tu scis[r] 5 omnia, tu[s] nosti, quod de adversario[t] parte nihil consentio[u] neque[v] consentire cupio neque[w] cappam[x] meam in radio solis pendentem scio[y] nisi[z] in fuste[a] roboreo et bestias illas per nulla maleficia administravi, nisi quod[b] ipsa hora transacta Dominus[c] mihi ordinavit, et[d] meum cibum vel potum mane[e] commedendum Dominus novit, qui omnia iudicat'.

10 (7). Haec quoque[a] ipso viro Dei dicente, venit puer de clero Treverorum nomine Liobgisus[b], portans in brachio suo infantem tres noctes habentem, qui fuit iactatus[c] in illa conca marmorea, sicut est[d. 1] consuetudo Treverorum, ut[e] pauperculas[f] feminas infantes eorum[g] solent iactare. Haecque[h] consuetudo erat, ut quando vel quomodo aliquis homo[2] de ipsos[i] infantes proiectos[k] quos nutri-15 carios[3] vocant[l] ab illis matriculariis sancti Petri comparare[m] videbantur, episcopum[n] ipsum infantem praesentare[o] deberent, et postea[q] episcopo[q] auctoritas

Capp. 6. 7. *A* 1. 2 *(ad l.* 2*)*. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 6. a) hic *A* 2, *male intellegens notam, de qua supra.* b) quae *A* 4. c) quia *add. A* 4. d) et *add. A* 4. e) mulsit *B* 3. f) radios *A* 4. g) *desinit A* 2; pen(de *m. al. in litura*)t *B* 2; 20 suspendit *A* 4. *B* 3 *et m. al. A* 3; Nunc *add. A* 4. h) Ecce dat *A* 1. i) propitius *A* 1; proprius *A* 3. k) i *m. al. in litura B* 1; p. D. *A* 3. *B* 2. l) faciat *A* 4. m) *ita A* 1; adversarii *(eadem m. corr.* adversario *A* 4*) rell.* n) Cum autem *A* 4. o) *ita A* 1. 3. *B* 2; Domini *A* 4. *B* 1. 3. p) Goarus *A* 4. q) iutus *pr. m. B* 1. r) cis *pr. m. B* 1. s) et *A* 4. t) *ita A* 1; adversarii *(sed* ii *m. al. in litura B* 1*) rell.* u) sentio *B* 2. v) n. c. c. *pr. m. superscr. A* 1. w) enim *add. A* 3. x) capam 25 *h. l. A* 1. y) : : scio *pr. m. B* 1. z) sed *A* 3. a) fus(te *m. al.*) r. *B* 1; fustis robore *A* 4. b) ex tuo adiuvamine, qui ipsas bestias admonstrasti, qui omnes alis et adiuves istos miseros ad refocilandum *pro verbis* quod — iudicat *A* 4. c) m. D. *A* 1. d) *ita A* 1. 3. *B* 2; *om. B* 1. 3. e) *m. al. add. B* 1.

Cap. 7. a) *om. B* 1. 3. b) *ita A* 1; Leobgisus *rell.*; et *add. B* 3. c) coniactatus *A* 1. 30 d) c. est *B* 3. e) ubi *A* 4; vel sicut *pro* ut *A* 3. f) *ita A* 1 *et pr. m. B* 2; pauperculae f(a)eminae *(sed utraque* e *in litura B* 1*) rell.* g) *ita A* 1. *B* 2. 3; earum *A* 4; suos *A* 3 *et m. al. B* 1. h) et haec *A* 3; Haecque — confirmabat *om. A* 4. i) ipsis infantibus iactatis *A* 3. k) *corr.* proiectatos *A* 1; proiec(tos *m. al.*) *B* 1. l) inveniebat *m. al. add. B* 1. m) compare *A* 1; *versu exeunte om. B* 3. n) *ita A* 1. *B* 1 *(pr. m.)*; episcopo *rell.* o) praesentari *A* 3. p) p̄terea *A* 1. q) *ita A* 1; a. epi-35 scopi *A* 3; episcopi a. *rell.*

1) *Temporis praeteriti meminit Wandalbertus:* Moris quippe tunc Trevirorum erat, *qui de fatis conchae illius haec rettulit:* quae etiam concha nunc in monasterio Prumia dono Pippini clarissimi regis aquaeductui mancipata fratribus aquam coram refectorio praebet. *Consuetudinis illius finem humanum perspexit suoque more faceto exposuit, qui de* 40 *describendis moribus institutisque publicis patriae nostrae optime meritus est L. T. de Spittler, 'Von einer Findelanstalt zu Trier im 7. Jahrh.' (Opera omnia, tom. VIII, p.* 209 *sqq.).* 2) *Haec Wandalberto interprete melius intellegenda sunt:* Si quando igitur id contigisset *(scilicet, ut infans expositus esset),* custodes vel matricularii ecclesiae puerum accipientes, quaerebant in populo, si quis forte eum suscipere nutriendum et pro suo deinceps habere 45 vellet; ubi ad eam rem offerret se aliquis, infans qui esset expositus episcopo deferebatur, et eius privilegio auctoritas nutriendi habendique parvuli ei qui a matriculariis susceperat firmabatur. *Matricularii ubi matutinis horis infantem sanguinolentum pannisque involutum ad ostia ecclesiae reppererunt, si parentes inquirere nequibant, ipsum consentiente martyrario venumdabant, pretioque dato, emptor eum 'in sua servitia ac solatia' iuxta legis* 50 *ordinem accipiebat; cf. Formulas Andecav. c.* 49, *Turon. c.* 11 *(ed. Zeumer p.* 21. 141*).* 3) *Cf. Form. Turon. c.* 11: ipso infantulo homini aliquo ad nutriendum dedimus.

ipso[a] homine de illo nutricario confirmabat. Quod[b] videns Rusticus episcopus illum infantem portantem, dicebat: 'Modo invenire possumus[c], si ex Deo est Goar[d] sapientia aut[e] virtutes quae[f] facit[g] an ex adversario. Si ex Deo est, faciat[h] nobis[i] cognitum[k], qui[l] fuit[m] pater ipsius[n] infantuli, vel[o] matrem eius denominet[p], et credimus[q], quod non[r] est eius causa pristinatio[s]. Et si[t] hoc facere[u] non potest, capitale[v] vereatur[w] sententia, interim ut sciamus, quid[x] est[y] causa sua[z]'. Non hoc[a] dixit propter hoc[b] causa, ut ipse tunc[c] cognitor de semet ipso[d] fuisset[e], sed ut[f] scelera[f*] vel crimina sua principalia iam latere non poterant. Qui dixit ad virum Dei sanctum[g] Goarum[h]: 'Goar!' Qui respondit[i]: 'Ecce adsum!' Qui[k] dixit: 'Multa de te audivimus[l] simulque et[m] vidimus, non ego solus, sed et tota pleps hic[n] congregata. Modo ostende nobis ministerium tuum, si verum sit[o] an falsum. Si verum est[p], per oboedientiam veram demando[q] tibi, ut facias istum infantem innotescere nobis genitorem suum[r] et genetricem suam similiter. Si haec facere potes[s], credimus[t] tibi[u] et tuas[v] virtutes; sin autem, nihil tibi credere habemus'. Quo[w] haec audiens vir Dei[x] beatus[y] Goarus[z], suspirabat graviter et lacrimis[a] sine[b] cessatione fundebat, dicens, ut quid[c] pontifex suus[d] talem inanem atque ineptam oboedientiam[e] facere[f] praecipisset[g]. Et dixit: 'Christus, filius Dei, qui temet ipsum exinanisti[h] et formam servi accipere dignatus fuisti[i], fac mecum, quamvis indigno, tamen[f] clientulo[k] tuo[f] misericordiam tuam, ut cognoscat iste episcopus vel pleps eius, quia te diligo[l], te adoro, te[m] servire cupio, creator et redemptor[n] meus'. Et haec dicens, accedens[o] ad hominem, qui illum infantem in brachio gerebat[p], dixit ad illum: 'Quod[q] noctes habet infans iste?' Qui dicit[r]: 'Tres'. Vir Domini[s] Goar dixit: 'Trinitas sancta, te invoco atque te, infans, in nomine[t] trinitatis coniuro, ut genitorem tuum per nomen denominis[u] et genetricem[v] tuam similiter facias[w]'. Ipseque infans dixit: 'Iste est pater meus Rusticus episcopus, et mater mea Aflagia[x, 1] nuncupatur'. Quo audito, episcopus[y] cecidit

Cap. 7. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 7. a) *ita A* 1*;* ipsum hominem *B* 1 *(pr. m.).* 2; ipso homini *B* 3; ipsi homini *A* 3. b) Cum autem vidit R. *A* 4. c) us *m. al. B* 1; possum *B* 3. d) *ita A* 1; est Goaris *A* 4. *B* 2 *et m. al. B* 1; Goaris *post* sapientia *A* 3, *om. B* 3. e) t *m. al. B* 1; et *A* 4. f) quas *A* 3. 4. *B* 3. g) fecit *A* 3. h) nunc *add. A* 4. i) hoc *add. A* 4. k) agnitum *B* 1. 2. 3. l) quis *A* 3. 4. *B* 3. m) est *A* 3; sit *A* 4. n) istius *A* 4. o) vel — denominet *om. A* 1. p) nominet *A* 4. q) credemus *A* 3; ei *add. A* 4. r) *om. A* 4. s) *ita A* 1; praestinatio *B* 1; prestinatio *m. al. corr.* prestigiatio *B* 2; prae(de *eras.*)stinatio *B* 3; praesumtio *A* 3; ex Deo *pro* pr. *A* 4. t) se (?) *pr. m. B* 1. u) *pr. m. suppl. B* 1. v) *ita A* 1 *et pr. m. B* 3; capitali *rell.* w) feratur sententiam *corr.* feriatur sententia *B* 3. x) quae *A* 3. y) sit *A* 4. z) *ita A* 1. 3; eius *rell.;* reddat nobis rationem *add. B* 3. a) haec *A* 3. b) *ita A* 1; hanc causam *rell.* c) esse *pr. m. B* 3. d) se(metipso *m. al.*) *B* 1. e) fieret *A* 3. f) *ita A* 1. 4. *B* 3; quid *B* 1 *(pr. m.);* quod *B* 2; ideo quia *pro* ut *A* 3. f*) scelere *A* 1. g) *pr. m. suppl. B* 1; *om. B* 2. h) Goarem *B* 1. 2. 3. i) dixit *B* 2. k) Cui *B* 3. l) us *m. al. B* 1. m) et *om. et* vidi *in litura B* 2. n) c. hic *B* 3. o) est *B* 1. 3. p) sit *A* 4. q) demado *pr. m. B* 1. r) (su *m. al.*)um *B* 1. s) potest *A* 1; potes: *A* 3. t) credemus *A* 3. u) te *pr. m. corr.* tibi *B* 1. v) tuis virtutibus *A* 4. w) *ita A* 1; Quod haec *A* 3; Quo *om. rell.* x) pro *add. A* 1. y) sanctus *B* 3. z) *ita A* 1. 4; Goar *rell.* a) *ita A* 1; lacrimas *rell.* b) f. s. c. *B* 1. 2. 3. c) qui *B* 2. d) suo *B* 3. e) obedientia *A* 1. f) *om. B* 1. 2. 3. g) *ita A* 1; pr(a)ecep. *rell.* h) sti *m. al. B* 1. i) *ita A* 1; es *rell.* k) clianculo *A* 1. l) *m. al. B* 1. m) *ita A* 1 *et pr. m. A* 3; tibi *rell.* n) *m. al. B* 1. o) accessit *A* 3. p) et *add. A* 3. q) *ita A* 1 *et pr. m. B* 1; quot *rell.* r) dixit *B* 2. s) Dei *B* 3; Vir autem Dei sanctus G. *B* 2. t) sanctae *add. A* 3 *et m. al. B* 1. u) *ita A* 1; denomines *rell.* v) *ita A* 3. *B* 1. 3; genitric. *A* 1 *cum rell.* w) facies *B* 2. x) *ita A* 1; Afflagia *A* 4; A(f *m. al.*)fla(via *m. al.*) *B* 1; Aflaia *A* 3. *B* 2; Afflavia *B* 3; Flavia *Wand.* y) episcopo *A* 1.

1) *Nomen sine dubio ex afflare ductum, quod est verbum sacrum et magorum proprium (Forcell.), afflandi potestatem significat, ideoque Afflagia ea est quae afflat, i. e. incantat.*

velociter[a] ad pedes beati Goari[b], dicens: 'Nunc scio vere, quia Goar est[c] vir sanctus[d] Dei, quia ista scelera sic absconsa putavi[e], ut[f] nullus homo scire alius[g] debuisset, nisi ego et illa femina et unus puericulus[h] meus'. Quo[i] haec[k] audiens vir Dei sanctus Goar, stabat stupefactus atque in excessu[l] mentis, dicens: 'Heu, domine[m], heu! Quare per me[n] misero[o] depuplicatus devenisti[p]? Melius fuisset antea[q] absconsa confessio[r] quam ista[s] principalis[t] depuplicatio, quia sermo divinus est: *Nihil opertum, quod non reveletur, et occultum, quod non scietur*[u]. Nunc vero[v] (Matth. 10, 26.) adquiesce consiliis meis et accipe duram et prolixam penitentiam iudicio[w] sacerdotum[x], talem penitentiam, ut non solum[y] sit in verbis, sed etiam firmam radicem teneat in corde tuo, ut diabulus, qui de absconsa[z] opera tua mala gaudebat, de tua puplica confessione et digna penitentia satis ingemescat[a]. Et noli esse disperatus, sed fidenter[b] adtende dominica praecepta, qui[c] dignatus est[d] dicere: *Non veni vocare iustos, sed*[e] *peccatores ad*[f] *penitentiam*. (Luc. 5, 32.) Ideo tu sic fac[g]. Considera sententiam[h], quam[i] beatus euangelista Iohannis[k] ait[l]: *Age penitentiam et opera tua priora*[m] *fac et subteriora dimitte*. (Apoc. 2, 5.) Et Dominus per prophetam Ezechiel[n] dixit: *In quacumque die conversus fuerit peccator, omnia peccata eius in oblivione*[o] *traduntur*[p]. (Ezech. 18, 21. 22.) Mitis est Dominus ad demittendum[q]; nos oportet esse paratos ad penitendum. Considera mediocritatem vel parvitatem meam. In quantum pietas divina me exaudire dignata est[r], Deo vita[s] condonante, pro te septem annis[1] penitentiam facere cupio, quantum parvitas mea subpetit. Non quod te prçcibus vel penitentia[t] mea tantum necesse sit, quia[u] multis[v] et magnis bonis pro te orare vel penitere[w] scio[x], sed considero, quod dixit beatus Iacobus[y] apostolus: *Orate pro alterutrum*[z], *ut salvemini a peccatis vestris*. (Iac. 5, 16.) Nam[a] ego sic facere cupio, Christo opem ferente'.

(8). Hanc quoque famam vel gestam[a] novam audiens Sigibertus[b] rex Francorum, statim sine mora, transmissis legatariis[c] suis, iussit beatum virum Dei

Capp. 7. 8. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 7. a) *om.* *A* 4. b) *ita* *A* 1; Goaris *rell.* c) es *A* 3. d) D. s. *A* 4; D. *om.* *B* 3. e) putabam *A* 3. f) (u *m. al.*)t *B* 1. g) *om.* *A* 3. h) *ita scripsi;* periculus *A* 1; puerculus *corr.* puerrulus *A* 3; puerolus *A* 4; puerulus *B* 1. 2. 3. i) *ita* *A* 1. *B* 1 *(pr. m.)*. 3; Quod *A* 3. *B* 2; *om.* *A* 4. k) *om.* *B* 2. l) excessum m. *A* 1. m) heu d. *B* 3. n) *om.* *A* 3. o) *ita* *A* 1; miserum *rell.* p) es? Melior tibi f. *A* 3. q) ante ea *A* 1; : : : antea *B* 1. r) con(fessio *m. al.*) *B* 1. s) iste *B* 2, *corr.* t) *eadem m. in mg. suppl.* *A* 4. u) sciatur *B* 3. v) ergo *A* 3. w) ab aliquo *m. al. in litura* *B* 1. x) sacertotum *A* 1 *(ut infra)*; et *add.* *A* 3. y) m sit in *m. al.* *B* 1. z) *ita* *A* 1; absconsis operibus tuis malis *A* 3. *B* 1 *(ubi* is, ibus, is, is *m. al.)*; absconso opere tua mala *B* 3; absconso *(e corr.* absconsa *B* 2*)* opere tuo malo (male *A* 4) *A* 4. *B* 2. a) quia non est discipulus super magistrum neque servus super dominum suum *(= Matth.* 10, 24*)*. Nunc *add. et pergit* etiam noli *A* 4. b) fideliter *B* 3. c) quia *A* 3. d) *pr. m. superscr.* *B* 1. e) a *add., sed eras.* *B* 1. f) ad p. *om.* *A* 4. g) et *add.* *A* 3. h) penitentiam *B* 3. i) quia(?) *pr. m.* *B* 1; quam — penitentiam *versu ineunte om.* *A* 1. k) *ita pr. m.* *B* 1; Iohannes euang. *A* 3; euang. Iohannes *rell.* l) dixit *A* 3. m) prima *A* 3 *cum Vulg.* n) *ita* *A* 1; Ezechihel *A* 4; Ezechielem *rell.* o) oblivionem *A* 4. *B* 2. p) tradentur *B* 1. q) te mittendum *A* 1; dim. *rell.* r) dignatur *A* 3. s) *ita* *A* 1. 3; vitam *rell.* t) *ita* *A* 1; p(o)enitent(c)i(a)e me(a)e (m. *om.* *A* 4) *A* 4. *B* 1. 2. 3; (te *om.*) prçces meae vel paenitentia tibi tantum necessariae sint *A* 3. u) ex *add.* *B* 3. v) multos et magnos bonosque *A* 4. w) peniteri *A* 3. x) *om., m. al. suppl.* convenit *B* 2. y) Iacob *A* 1. z) alterutro *B* 3. a) et *add.* *A* 3.

Cap. 8. a) *ita* *A* 1; vel gesta nova (nove *pr. m.* *B* 3) *B* 1. 2. 3; novam vel gesta *A* 3; (v. g. *om.*) novam *A* 4. b) Sigubertus *A* 1. c) *ita* *A* 1. 3; legatis *rell.*

1) *Rusticus paenitentiae annos ipse absolvit, censente auctore Gestorum Trev. (SS. VIII, p.* 158*)*: Hic primo reprehensibilis, set postea per beatum Goarem correctus, in ecclesia beatae Mariae quae vocatur Litus ad martires septem annis reclusus poenitentiam gessit.

Goarum[a] ad se venire. Qui cum venisset, interrogavit ei[b] universa[c] per ordinem quae gesta[d] fuerant, tam de legatariis[e], quam de bestiis, seu de illo episcopo[f] vel[g] de illo[h] infante[i] parabolante[k, 1]. Haec rege interrogante, beatus Goar nihil ei respondit. Tunc rex[l] Sigibertus commotus dixit: 'Per oboedientiam regum et principum seu[m] episcoporum vel sacerdotum tibi[n] demando, ut mihi dicas de ista causa, quod[o] mihi dictum est de temet[p] ipso, si verum sit an non'. Tunc respondens vir Dei beatus[q] Goar dixit: 'Christus[r], filius Dei, qui temet ipsum exinanisti et humiliare[s] dignatus es[t], ut nos redemeres[u] et exaltares, miserere[v] mei[w], quamvis indigno, tamen de[x] tua misericordia non disperantem[y]'. Et accedens ad regem, dixit: 'Quid vis, ut tibi[z] dicam aut quale responsum tibi reddam?' Qui dixit: 'De hoc quod audivi de te, quae tibi vel legatariis[a] episcopo[b] Treverorum seu ipso[c] episcopo contigerit[d]'. Ipse vir Dei beatus Goar dixit: 'Dic modo, quomodo tibi dictum est, ut audiam; et per oboedientiam quod[e] praecepisti dono[f] tibi responsum'. Tunc rex Sigibertus omnia, sicut contigerat[g] vel factum[h] fuit, universa per ordinem ei disposuit. Tunc dixit vir Domini[i] sanctus[k] Goar: 'Oboedientiam neglegere non debeo; tamen aliud tibi non dico, nisi sicut[l] dixisti. Verumtamen aliis[m] sic[n] cernitur fuisse[o] factum, quomodo tibi dictum est'.

(9). Mirante autem rege atque dicente universa miracula quae facta fuerant, populus totus clamabat ad regem, ut ipsum virum Dei[a] Goarum[b] constitueret[c] episcopum Treveris civitate[d]. Quo[e] haec[f] audiens rex, gratuitu[g] animo has preces populi et universo clero Treverorum cupiebat implere et una cum consensu sacerdotum[2] dixit ad beatum Goarum, ut episcopus fieret Treverorum. Statim autem ut hoc[h] vir Dei audivit, dixit: 'Melius est[i] enim mihi mori quam super episcopum adhuc viventem[k, 3] ministerium illius accipere et peccare in conspectu Domini. Considera nunc, rex[l], sententia[m] divina, quia *non est discipulus super magistrum neque servus super dominum suum*. Et[n]: *Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius?* Nunc igitur demitte[o] illum episcopum penitentiam veram atque perfectam agere vel[p] consummare, Domino[q] dicente: *Dimittite, et demittetur*[o] *vobis*. Et si Deus[r] te regem seculi constituit, scies[s] te regem sempiternum habere[t] in caelis. Ideo dimitte Rusticum[u] paenitere[v] facinora sua, sicut vis, ut

Matth. 10, 24. ib. v. 25. Luc. 6, 37.

Capp. 8. 9. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 8. a) Goarem *B* 1. 2; Gaorem *m. al. corr.* Gaarem *B* 3. b) *ita A* 1; eum *rell.* c) de universus *A* 4. d) *om. A* 4. e) *ita A* 1. 3. 4; legatis *rell.* f) ep. vel de *om. A* 4. g) v(el *m. al.*) *B* 1. h) *om. B* 2. i) infantem *pr. m. B* 1. k) loquente *A* 3. l) S. r. *A* 4. m) sive *A* 3. n) *om. B* 3. o) quae m. dicta *A* 3. 4. p) te *(om.* met ipso*) A* 3. q) sanctus *A* 4. r) Christe fili *B* 2. 3. s) humiliari *A* 3. t) est *pr. m. B* 3. u) *ita A* 1; redimeres *rell.* v) miseremini *A* 1. w) mihi *B* 3. x) *om. A* 1. y) desperantem *A* 4; desperante *A* 3. *B* 2. 3. z) d. t. *B* 2. a) *ita A* 1. 3; legatis *rell.* b) *ita A* 1; episcopi *rell.* c) ep. ipsi *B* 1. d) *ita A* 1; contigerunt *rell.* e) quam *A* 3. 4. f) *ita A* 1. 3; do *rell.* g) *ita A* 1 *et pr. m. B* 1; contigerant *rell.* h) facta fuerant, (u. *om.*) ei per o. *B* 2. i) Dei *A* 4. *B* 3. k) beatus *B* 2. l) *m. al. in litura B* 1. m) alius *A* 1. n) *om. A* 4. o) factum fuisse *A* 4.

Cap. 9. a) sanctum *add. A* 3. b) Goarem *B* 1. 2. 3, *item infra.* c) constituerat *A* 1; constituerit *pr. m. B* 3. d) civitaete, *prius* e *expunct. A* 1; civitat(i *e corr.*) *A* 4. e) *ita A* 1 *et pr. m. B* 1; Quod *A* 3. *B* 2. 3; *om. A* 4. f) *om. B* 2. g) *ita A* 1. 4; gratuito *rell.* h) v. D. h. *A* 4. i) enim est *B* 2. k) vivente *A* 1. l) *om. A* 4. m) sentia d. *A* 1; sententiam divinam *rell.* n) Et — domesticos eius *om. A* 4. o) *ita A* 1; dim. *rell.* p) *pr. m. superscr. B* 1. q) d. D. *A* 4. r) *ita A* 1. 3; Dominus *rell.* s) et si r. *A* 3. t) in c. h. desideras. Ideo *A* 3. u) episcopum *add. A* 4. v) peniteri *A* 3.

1) *Gall. 'parler'; Wandalbertus:* esset locutus. 2) Et primorum palatii *add. Wandalbertus.* 3) *Id quod canonibus interdictum erat; cf. supra p.* 377, *n.* 2.

Dominus dimittat tibi[a] facta[b] tua'[1]. Haecquę[c] audiente[d] rege atque suspirante, dixit: 'Per salutem principum[e] voluntariae oboedio consiliis tuis; nam si Deus[f] noster haec[g] non voluisset, per te tanta miracula non ostendisset'; et dixit: 'Vere[h] aliud non fiat[i], nisi[k] episcopus esse debes[l] Treverorum'. Cum[m] hec audisset vir
5 Domini[n] Goar[o], suspiravit graviter et dixit: 'Demitte[p] mihi[q] ad cellulam[r] meam pergere, et responsum tibi dare non dubito'. Tunc rex et[s] dixit: 'Vade cum pace et supra viginti noctes[2] iterum ad nos venies Mittis[t] ad civitate'. Hec quoque regi[u] cogitante, ut[v] beatum Goarum[w] fieri[x] ordinaret episcopum, sed vir Dei[y] aliud cogitabat. Considerabat sententia[z] divina, quia[a] *qui se exaltat humiliabitur,* Luc. 14, 11.
10 *et qui se humiliat exaltabitur,* pergebatque[b] ad cellolam[c] suam.

(10). Cumque ibidem convenisset, coepit tristis esse et a febrę[a] valido[b] adfligere corpus[c] suum, dię noctuque Dominum deprecans, ut ei Dominus[d] donaret auxilium et[e] adiutorium et erueret eum de tam grave[f] iugum, quam Sigibertus rex ei inponere cupiebat. Quod[g] Dominus omnipotens orationem servi sui ex-
15 audire dignatus fuit[h], ut quod Sigibertus rex illum super[i] viginti noctes[k] ad[l] se venire praecepit, nec[m] in septem annis illum videbat[n, 3]. Transactis autem illis septem annis, rex memoratus[o] de eo, praecepit legatariis[p] suis, ut ipsum omnino ad se venire fecissent. Sed vir Dei beatus Goar et[q] pro se et pro aliis quotidię magna et inaestimabilia[r] munera[s] Deo offerebat et orationes vel[t] postulationes
20 faciebat pro omnibus[u, 4] hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate positi erant, ut tranquillam et quietam[v] vitam agerent in omni pietate et castitate. Illis autem septem annis transactis, sine cessatione lacrimas fundebat, propheta dicente[w]: *Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent.* Et ideo sic faciebat[x] vir Dei, Ps. 125, 5. quia sciebat diem finis sui adpropinquare. Qui dixit ad legatarios[y] Sigiberti regis:
25 'Filioli mei, dicite regi vestro Sigiberto: Haec tibi mandat Goar ultimus omnium[z]

Capp. 9. 10. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 9. a) *om.* *B* 2. b) *ita* *A* 1. 3; peccata *rell.* c) *ita* *A* 1. 3; Haec quoque *rell.* d) te *om.* *B* 2. e) pricipum *A* 1. f) Dominus *B* 1. g) hoc *A* 3. h) Vere aliter *A* 4. i) fiet *A* 4. *B* 1. 2. 3. k) ut *add.* *A* 3. l) *ita* *A* 1; e. debeas *A* 3; d. e. *rell.* m) autem *add.* *B* 3.
30 n) Dei *A* 4 *et pr. m.* *B* 3. o) Goarūs *A* 1. p) *ita* *A* 1; Dim. *rell.* q) me *A* 3. r) *ita rell. cum Wand.;* cellam *A* 1. 3. s) *ita* *A* 1; et *om. rell.;* ait *pro* dixit *B* 1. 2. 3. t) *ita* *A* 1; ad Mettis civitatem *A* 4; Mettis (Metis *B* 3) civitate *B* 2. 3; Mettis civitatem *A* 3. *B* 1. u) rege cogitante *A* 3. *B* 2. 3; recogitante *A* 1. v) *m. al. in litura* *B* 1. w) Goarem *B* 1. 2. 3. x) *ita* *A* 1; o. f. *A* 3; f. *om. rell.* y) *ita* *A* 1. 3; Domini *rell.* z) *ita* *A* 1; divinam sententiam *A* 4; sententiam di-
35 vinam *rell.* a) *om.* *B* 3. b) Perrexitque *A* 3. c) *ita* *A* 1; cellam *A* 3; cellulam *rell.*

Cap. 10. a) febri *A* 4, *ut infra.* b) valida *B* 1. 2. 3. c) us *m. al.* *B* 1. d) *om.* *A* 3 *(ubi* d. ei*)*. 4. e) et adi. *om.* *A* 4. f) *ita* *A* 1; gravi (grave? *pr. m.* *B* 1. 2) iugo quod *rell.* g) *ita* *A* 1. 3; Sed *rell.* h) est *B* 2. i) supra *A* 3. k) noctis *pr. m.* *B* 1. l) a *A* 1. m) non infra s. *A* 3. n) vidit *A* 3. o) est *add.* *A* 4. p) *ita* *A* 1. 3; legatis (ligatis *pr. m.* *B* 3) *rell.*
40 q) *ita* *A* 1. 3; *om. rell.* r) in *pr. m. suppl.* *B* 1. s) numera *A* 1. t) vel p. *om.* *A* 4. u) hom-nibus *pr. m.* *B* 1. v) quietem *A* 1. w) testante, *superscr.* dicente *A* 4. x) fa::ebat *pr. m.* *B* 1. y) *ita* *A* 1; (ad *om.*) legatariis *A* 3; ad legatos *rell.* z) s. o. *B* 2.

1) *Wandalbertus addit:* non esse tam facile deiciendum officio sacerdotem, quando omnes mortales fragiles simus et ad peccandum ex carnis infirmitate proclives. 2) Dies
45 *Wandalbertus.* 3) *Wandalbertus addit:* Atque eo modo circa famulum suum divina providentia egit, ut et instantiam regis ad episcopatum se cupientis promovere declinaret, et quod episcopo pollicitus fuerat, septem scilicet annorum pro eo supplicationem, licet in infirmitate positus, adimpleret. 4) *Cf. V. Caesarii II,* 45*:* ipso — — iugiter exorante pro omnibus, cum tranquillitate et quiete — — regnum (adest).

servorum Dei[a], ut[b] faciem eius non videam[c] amplius, nisi ad cellolam[d] nostram adveniat[e], quia a febre valido[f] correptus sum[g], non adhuc tantum quantum sunt merita mea[1]'. Haec quoque audientes[h] illi legatarii[i], nuntiaverunt rege[k] universa per ordinem. Quo[l] rex audiens, coepit dicere: 'Non est ista[m] pleps digna talem praesulem habere, neque ego talem possidere doctorem'. 5

(11). Iterum transmisit aliis[a] legatariis, ut ipsum rogarent ad se venire. At illi invenerunt eum multo magis et prolixius[b] febricitantem[c] et in Dei laudibus persistentem. Qui dixit ad illos: 'Filioli mei, nolite fatigare vos[d] neque regem vestrum, quia nec in asinum vel[e] mulum[f] neque ullam[g] carraginem[h] facere[i] potest[k]. Confido in misericordia Dei mei, ut mihi[k*] de hac cella aliubi[l] 10 ęducat super spatia[m] miliario[n] nisi ad sepulturam meam'. Haecquę[o] sibi dicente, legatarii[p] qui[q] fuerant missi interrogabant ei[r], quid sibi voluisset, ut regem[s] de causa sua rogare[t] debuissent. Qui dixit eis: 'Rogatio mea est, ut de loco[u] isto amplificationem sibi in regno caelorum conquerat[v], et quando mihi extrema[w] dies finisque[x] advenerit[y], auctoritas sua[z] transmittere iubeat Agrippinum[a] sacerdotem 15 et Eusebium[b] ad sepeliendum corpusculum meum[c]; quandoquidem[d] Deus voluerit ut[e] veniat[f]'. Haecquę[g] se[h] dicente, redierunt legatarii[i] ad regem, nuntiantes universa quae[k] ab eodem sacerdotem[l] audierant[m] vel viderant. Cum[n] rex hoc[o] audisset, ingemuit et mutavit faciem suam, et mandans Agrippinum[p] et Eusebium ad se venire, praecepit eis, ut cum summa diligentia[q] hoc providissent quod vir 20 Domini[r] Goar postulabat.

(12). Factum est autem, inminentibus[a] annos tres et menses tres, ut[b] ipse vir Dei febre valido[c] correptus[d] in senectute bona, venientes[e] ad se Agrippinum et Eusebium et alios[f] multos sacerdotes et servos Dei, in ipso oppido[g] Germaniorum[h]

Capp. 10—12. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3. 25

Cap. 10. a) *om. A* 4. b) quia *A* 3; quod *A* 4 *et m. al. B* 1. c) videbo *A* 3. d) *ita A* 1; cellam *A* 3; cellulam *rell.* e) venerit *A* 3. f) *ita A* 1. 4; valida *rell.* g) et *add. A* 4. h) audient:: *pr. m. B* 1. i) *ita A* 1. 3; legati *(sed* gati *m. al. B* 1*) rell.* k) *ita A* 1; regi *rell.* l) *ita A* 1. 3; Quod *rell.* m) ita *A* 1.

Cap. 11. a) *ita A* 1; alios legatos (legatarios *A* 3) *rell.* b) prolixus *A* 1. c) febricitatem *B* 3. 30 d) nos *B* 3. e) nec m. nec *B* 2; asino vel in mulo *A* 4. f) ascendere possum *add. A* 3. g) ullum vehiculum potestis parare *pro verbis* ullam — in m. Dei mei ut *A* 4. h) *ita B* 2. 3; cartaginem *A* 1; caraginem *A* 3; carruginem, *m. al. in mg.* vel carrucam *B* 1. i) me super imponi facere potest confi *m. al. in litura B* 1. k) possum *B* 2; *om. A* 3. k*) *ita A* 1; me *rell.* l) alii ubi ęducat *A* 1; aliubi non educet *A* 3; alicubi educatis *A* 4; non educat aliubi *(ita B* 1; alicubi *B* 2. 3) *B* 1. 2. 3. 35 m) spatio *B* 2; spacio *B* 3; *om. A* 3. n) *ita A* 1. *B* 2. 3; miliari: *corr.* miliarii *B* 1; uno miliario *A* 3; unius miliarii *A* 4. o) (que *om.*) se *A* 3. p) *ita A* 1. 3; legati *rell.* q) que(?) *pr. m. B* 1. r) *ita A* 1; eum *rell.* s) regi *B* 1. 2. 3. t) rogari *B* 2 *et pr. m. B* 1*(?)*. u) i. l. *A* 3. v) *ita A* 1; conquirat *rell.* w) ex:trema *B* 1. x) vitae *add. A* 3. y) venerit *A* 4. z) illius i. tr. *A* 3. a) Agripinum *A* 3. 4. b) Eusepium *pr. m. B* 1, *ut infra.* c) venire praecipiat 40 *add. A* 4. d) Quando quidam *A* 1. e) hoc *add. A* 3. f) dies illa *add. A* 4. g) que *om. A* 4. *B* 2. h) eo *A* 4. i) *ita A* 1. 3; legati *rell.* k) q. ab e. *m. al. in mg. B* 3. l) *ita A* 1; sacerdote *rell.* m) audierunt *A* 1. n) autem *add. A* 3. o) haec *A* 3. p) Agripin. *A* 3, *ut infra.* q) veneratione *B* 2. r) Dei *A* 1.

Cap. 12. a) *ita A* 1; in(m)minentes a. tres et m. tres *B* 1. 2. 3; imminentibus annis tribus et mensibus tribus *A* 4; transactis annis tribus et tribus mensibus *A* 3. b) *ita A* 1. 3; *om. rell.* c) valida *B* 1. 2. 3. d) corptus *B* 1, *corr.* e) *ita A* 3; v. ad se Agrippinum et Eusepium *pr. m. B* 1; 45 veniente (venientibus *B* 2) ad se Agrippino et Eusebio *A* 1 *cum rell.* f) *ita A* 1. 3 *et pr. m. B* 1; aliis multis sacerdotibus et servis *rell.* g) opido *corr.* oppido *A* 1. h) Germanorum *A* 4.

1) *Haec Wandalbertus ita interpretatus est:* quamquam haec divinae pietatis flagella longe sint meis meritis leviora. 50

ubi cellolam[a] suam construxit obiit[b] in pace pridia[c] Nonas Iulias. Cuius corpus Iul. 6.
Agrippinus et Eusebius et alii multi sacerdotes et servi Dei cum summo honore
sepelierunt in[d] ipso loco ubi fluviolus Wocara[e] nominatur supra[f] ripa[g] Reno[h]
fluminis. Ubi[i] dominus noster[k] Iesus Christus, filius Dei, beneficia omnibus
5 credentibus atque ibidem petentibus manifestare[l] dignatus est, qui cum aeterno[m]
Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in[n] secula seculorum. Amen.

EXPLICIT[o] VITA SANCTI[p] GOARIS CONFESSORIS[q].

Cap. 12. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 12. a) *ita A* 1; cellulam *rell.* b) abiit *A* 1. c) *ita A* 1. 4; pridie *rell.* d) in i. l.
10 *om. A* 3. e) Woraca *m. al. corr.* Wocára *B* 2. f) super *A* 4. *B* 3. g) *ita A* 1; ripam *rell.*
h) *ita A* 1; Rheni *B* 2. 3; Reni *rell.* i) Ibi etiam d. *A* 3. k) *om. B* 2. l) ministrare *B* 2.
m) *om. B* 2. 3. n) per omnia s. *B* 3. o) *haec postea addita sunt, aliis erasis, B* 1; *subscr. om. A* 4.
p) beati *B* 2. q) *om. A* 3. *B* 3.

VITA VIRTUTESQUE
15 FURSEI ABBATIS LATINIACENSIS
ET DE FUILANO ADDITAMENTUM NIVIALENSE.

Inter Scottos, qui in Gallias patria relicta peregrinati sunt, ut monasteriis conditis gentes ecclesiae propriae elementis imbuerent, nullus fortasse clarius post Columbanum nomen obtinet Furseo trium populorum praedicatore. Erat nobili genere in Hibernia 20 ortus et litteris sacris monasticisque eruditus disciplinis studiaque scripturae patria parentibusque relictis per aliquot continuaverat annos. Ita instructus primum haud procul a domo paterna condiderat monasterium, quo viris religiosis undique confluentibus parentes quoque aliquot pia sollicitudine evocare studuerat. Erant autem ei fratres Fuilanus et Ultanus. Monachus praedicandi munere per decem annos inter suos fungebatur, sed 25 praedicationem ipsius vel ex ipsis Scottis non omnes aequo animo ferebant, offensisque nonnullis populisque in patriam incurrentibus in insulam quandam parvulam cum paucis fratribus recessit. Haud multo post in Saxoniam Anglorum provinciam orientalem per Brittones transiens a Siggiberctho rege[1] *(† c. 635) honorifice susceptus est. Is religioni christianae admodum deditus litterisque eruditus viro adhuc fratre et decessore exul in 30 Gallia studiis vacaverat, regnumque adeptus totam provinciam ad fidem christianam convertere nitebatur*[2]*, vel scholam instituens, in qua pueri litteris erudirentur*[3]*. Quare docti illius peregrini officiis optime uti poterat, utque inter Anglos barbaros verbum Dei eo facilius praedicaretur, dato loco silvarum marisque vicinitate amoeno monasterium celeberrimum in castro Cnobheresburg*[4] *(hodie Burgh-Castle, Suffolk) construi permisit atque 35 Anna rex*[5] *(c. a. 635—654) nobilesque ampliatis aedificiis muneribusque collatis opus*

1) *Cf. Lappenberg, 'Gesch. von England' I, p.* 151. 2) *Beda, Hist. eccl. II,* 15.
3) *Idem III,* 18. 4) *Idem III,* 19. 5) *Cf. Lappenberg l. l. p.* 160.

inchoatum perfecerunt. Sanctum autem peregrinandi cupido diutius ibi subsistere non passa est. E fratribus quos habebat Fuilanus cum ipso versabatur, dum Ultanus post diuturnam probationem monasterialem per multos iam annos vitam eremitalem degit. Illi igitur monasterii, Gobbano vero Dicullоque[1] *presbyteris animarum curam committens, alterius fratris vestigia subsecutus est annumque integrum in eremo labori cotidiano* 5 *continuisque orationibus vacabat. Mox ut saluti publicae consuleret, periculis ingruentibus, a populo regeque in consilium advocatus inde recessit. Cum autem gentilium incursione provinciam turbatam esse videret atque de stabili ordinis monasterialis statu desperaret, in Gallias traiecit. Penda*[2] *enim rex Merciorum contra Anglos orientales bellum moverat et non solum Siggibercthum e monasterio quo interim se receperat in* 10 *pugnam invitum productum occiderat sed etiam Ecgric successorem eius, quin immo Anna rex de quo dixi per eundem occubuit. Hanc Furseus fugiens cladem tertiam iam Francorum gentem reformandam aggressus est atque Chlodoveus rex (a.* 639—657*) una cum Erchinoaldo maiore domus a.* 641. *creato tanto honore ipsum affecerunt, ut tertium iam monasterium condere posset Latiniacum (hodie Lagny) in pago Briegio, dioecesi autem* 15 *Parisiensi situm. Neque vero multo post diem supremum in itinere obiit, quod ordinatis fratribus cum rege et maiore domus susceperat.*

Interim Erchinoaldus ecclesiam in villa Perrona (hodie Péronne, dép. Somme) sumptibus magnis aedificaverat, cuius dedicatio instabat, cumque patronus reliquiaeque sibi deessent, ex morte sancti proficere poterat. Corpus extemplo occupabat atque in 20 *porticu interim custodiendum curabat; paratis vero omnibus prope altare more solito sepulturae traditum est triginta aut, si Bedae credere mavis, XXVII diebus post. Quod cum quattuor ibidem annos iacuisset, in domunculam in orientali altaris parte constructam ab Eligio Noviomensi et Audoberto Cameracensi episcopis translatum est.*

Furseus igitur post a. 641. *in Gallias profectus est, ipsumque viva Iduberga* 25 *(†* 652*) uxore Pippini maioris domus decessisse ex Additamento Nivialensi colligitur, de quo infra disseremus. Natalis sancti ex eodem fonte efficitur dies* 16. *Ianuarii, consentientibus et Martyrologis et interpolatoribus codicum B* 1a. 2a[1], *dum alii librarii A* 2. 3. 4. *diem praecedentem haud recte anteponunt. Altera eiusdem sancti festivitas die* 9. *Februarii aut depositionis*[3] *aut translationis*[4] *esse creditur.* 30

Latiniaci ecclesiae tres postea extabant S. Salvatoris, S. Petri, S. Fursei, e quibus altera abbatiali titulo celebris, tertia vili quidem opere constructa, sed miraculorum copia praeclara erat[5]. *Perronensis ecclesia primo duodecim apostolis sacra*[6], *postea ipsius sancti nomini nuncupata est, cuius ossa ibi condebantur, atque popularibus ad sepulchrum peregrinantibus non solum monasterium Scottorum ibidem surrexit, cui unus eorum* 35 *praeerat*[7], *sed etiam castrum ipsum nomen sortitum est 'Perrona Scottorum'. Ad Perronam Scottorum monasterium, 'in quo beatus Furseus corpore requiescit,'*[8] *partis Theudericianae nonnulli post cladem Textricianam a.* 687. *confugerunt, plurimis S. Quintini limina petentibus, atque abbatibus locorum illorum intervenientibus vitam veniamque Pippinus eis concessit, postquam sacramentis obligati sunt. Ex extremo Francorum limitis angulo,* 40 *loco scilicet, 'ubi domnus Furseus in sancto et integro pausat corpore', Cellanus in Hiberniensi insula natus ad Aldhelmum episcopum Schireburnensem (†* 709*) litteras dedit*[9], *ut opuscula sua ei legenda mitteret. Monasterium S. Fursei Perronense aeque ac Latiniacense Nortmannorum incursione saec. IX. destructa sunt, unde historia*

1) *Eorum nomina Beda III,* 19, *adiecit.* 2) *Beda l. l. III,* 18. 3) *Ita Virtutes* 45 *c.* 21. 4) *Ita codices interpolati Vitae (c.* 10*) A* 2. 3. 4. 5) *Vita altera c.* 14. 6) *Virtutes c.* 19. 7) *Ib. c.* 23. 8) *Ann. Mett., SS. I, p.* 319. 9) *Willelmus Malmesbur., De gestis pontif. Angl. lib. V,* 1 *(Aldhelmi opp. ed. Giles p.* 331; *Migne* 179, *col.* 1621*).*

eorum antiquior crassis tenebris circumfusa latet. Perronae collegium canonicorum postea floruisse notum est.

Vitam Fursei auctor gravis, idem fere aequalis conscripsit, sed summam tantum rerum leviter perstrinxit neque longius immoratur nisi in depositione et translatione 5 *sancti. De conversatione eius Hibernica vix satis certa comperta habebat, de Anglosaxonica melius instructus erat, optime autem de iis rebus, quae in Galliis gestae erant, cumque defuncti fata plenius enarraverit, corporisque integritatem non semel affirmaverit, quasi ad sepulchrum ipse excubuisset, e Scottis Perronensibus eum fuisse credam. Certe sermo eius auctoribus britannicis similior est quam francogallicis, veluti* Siggiberctho 10 *c.* 6. *in optimo libro A* 1 *legitur nomen more Bedano in* -berct *desinens. Beda ipse antiquitatis libri testis luculentus est, nam vitam Fursei in Historia ecclesiastica (III,* 19) *anno* 731. *composita enarrans eius auctoritate nititur ipseque citavit 'libellum de vita sancti conscriptum'. Praeter nomina nonnulla, scilicet monasterii apud Anglosaxones conditi et presbyterorum illic relictorum, vix quicquam auctori suo addere poterat,* 15 *cuius fides per ipsum quam maxime stabilitur. Quare fere certum est biographum Fursei saec. VII. vixisse, meaque opinione nihil obstat, quin ultimam quam enarravit rem, scilicet translationem quattuor annis post sancti mortem factam, et ipsi vitae conscribendae causam fuisse statuamus.*

Visiones, quae maximam Vitae Fursei partem occupant, sanctus monasterio Hibernico 20 *constructo vidisse voluit. Cum enim quondam patriam parentesque visitaturus morbo correptus esset, cumque haud longe a domo paterna quasi iam mortuus concidisset, in proximum tectum portatus sub angelorum manibus e corpore exisse sibi visus est. Primum autem hora vespertina transiens et usque ad gallorum cantum corpus exanime relinquens in caelis cum angelis conversatus est neque ab eis separari voluit carne induendus. Tertio* 25 *die nocte media angelis redeuntibus iterum mortem excepit iterumque in altum levatus est, sed iam daemones eum eripere nitebantur, unde atrox concitatur pugna. Quattuor vidit ignes in aere accensos, scilicet mendacii, cupiditatis, dissensionis, impietatis; cum vero crimina graviora non commisisset, propter minima perire nequibat. Dona quidem iniquorum acceperat saeculumque dilexerat, etsi ei se renuntiaturum esse promiserat,* 30 *sed cum praeterea fere nihil ei exprobrari posset, angelis vincentibus daemones recesserunt. Domino iudicante immensa claritate vir sanctus iam circumfusus est. Angelorum sanctorumque agminibus advolantibus, venerabiles viri provinciae ipsius ad eum accedebant Beoanus et Meldanus, a quibus ad saeculum redire iubetur de praedicandi munere instructus. In hac visionum parte ordinis ecclesiastici principumque saecularium vitia* 35 *castigantur ad propriam commendandam disciplinam. Cum doctorum ecclesiae neglegentia principumque pravorum exemplis malis animae fidelium pereant, in utrosque leges divinas contemnentes quam maxime Deus irascitur. Doctores autem ecclesiae, neglectis libris divinis officioque doctrinae, curas huius mundi suscipere malunt semperque in publicum prosiliunt. Furseus ipse sicut Columbanus negotiis saecularibus non omnino se abstinebat,* 40 *aureaque mediocritas ei vel a caelestibus praescripta erat: 'Te ergo ipsum nec semper remotum nec semper in publico decernas'. Discordiam inter clericos monachosque auctor perhorruit, servatoque discrimine, illos plebi praeesse voluit, hos vero cum silentio laborantes in monasteriis panem suum manducare. Abstinentiae virtutem non adeo magni habebat neque enim ignorabat eos qui corpus abstinentia contererent, illusiones e. gr.* 45 *nocturnas aliaque levia gravia existimantes crimina, spiritalibus saepe vitiis deditos esse. Igitur cibos, ut erat homo moderatus, non omnino aspernabatur: ipsos enim ait ad percipiendum a Deo creatos esse creaturisque Dei uti licere; sed praeter victum vestitumque nihil ulterius petendum lucrumque modestius faciendum esse. Eleemosynas quamvis non requisitus pauperibus erogabat. Nihil, inquit, mendica, nihil nega. Spiritalia autem*

quae condemnabat vitia erant superbia, avaritia, invidia, falsum testimonium, blasphemia, eaque haudquaquam leviora esse credidit corporalibus, scilicet gula aut fornicatione. Superbiam causam et radicem omnium malorum existimabat, qua populus contra regem, clerus contra sacerdotem, monachi contra abbatem, filii contra parentes, iuvenes contra seniores diversa sentientes exsurgerent. Paenitentiam vero remedium vitiorum adhibebat, doctoresque ecclesiae principesque laborare voluit, ut animas fidelium ad eam converterent, nolentes excommunicandos curarent. Utrisque, scilicet doctoribus et principibus Hiberniae, Furseus verbum Domini adnuntiare iussus est, ut et ipsi relicta iniquitate per paenitentiam ad salutem pervenirent animarum. Illam vero cave ne in extremam horam differas; tunc quidem, sicut censura Hibernica statutum erat, paenitentes admittendi erant, sed neque dona sacerdotibus accipere licebat neque corpora in loco sancto sepelire; Furseus ipse hominis in peccatis mortui vestimenta accipiens poenae causa stigma maxillae impressum pertulit. Munera illa paenitentiae causa in extremis oblata potius iuxta sepulchrum pauperibus dividenda erant. Corpus suum resumens et exsurgens sanctus ea quae viderat vel audierat omnibus populis Scottorum adnuntiabat atque Beda (III, 19) fratrem quendam seniorem monasterii sui superesse asseruit, qui narrare solebat hominem veracem religiosumque sibi notum fuisse, qui ipsum Furseum in provincia Anglorum orientalium vidisset illasque visiones ab ore eius accepisset. Duas adhuc angelorum visiones et uno et duodecim annis post priores sanctus expertus est, quibus ut in praedicationis officio persisteret admonebatur.

Visiones post Fursei biographum auctores permulti usque ad celeberrimum poetam Florentinum excogitabant aut excogitatas litteris mandabant, sed ille hoc litterarum genus primus proprie excoluit opusculoque eius mentes hominum vehementer commotae sunt. Neque solae ineptiae visionibus eius insunt, sed quae ad mores principum ordinisque ecclesiastici illius aevi spectant, ea certe alicuius momenti sunt, ipsaque quam auctor defendit disciplina temperata per se memorabilis est, cum ex ea cum Columbaniana comparata immensum discrimen colligatur, quod Scottorum regula interim subierat. Attamen a proposito nostro alienas visiones illas non edidi deletas iam ab Arndtio, cumque de sancti itineribus caelestibus fortasse satis praefatus sim, reliqua historiae ecclesiasticae vel iuris canonici peritis cedenda esse duxi.

Virtutes in aliquot tertii generis codicibus (C 2—6) vitae adiectae sunt satis prolixae, in quibus tota fere sancti vita una cum depositione et translatione iterum recurrit. Auctor ea quae in Vita leguntur partim ad verbum expilans, haud pauca ipse interposuit de virtutibus, quas in itineribus suis sanctus operatus esset, deque muneribus, quae cum fideles, tum sanati ei obtulissent. Ut Siggibercthus rex Saxonum orientalium praeter auxilium defensionis fundum ad monasteria construenda sancto concesserat (c. 3), ita Chlodoveus rex eidem in Gallias profecto licentiam totum regnum perlustrandi dedit, ut locum dignum sibi eligeret, sed ille iter quod coeperat impediri noluit (c. 5). Totum enim monasterii Perronensis territorium per villas singulas circumiens, hominibus sanatis, loca dono data collegit. Macerias villam ab Haimone duce accepit, postquam in Maioc villam pagi Pontivi adveniens filium eius a mortuis excitavit, neque vero ille ab eo impetrare poterat, ut secum subsisteret, sed 'vir Dei hoc respuens iter carpebat quod coeperat' (c. 6). Scilicet ad Antoilum locum ad fluvium Corbeiam situm in pago Ambianensi, ibique homo quidam se cunctaque propria amore eius Christo obtulit, postquam ipso spoliato mutus cum familia sua effectus sanitatem recepit (c. 8). Iam in Grandicurte expectabatur villa pagi Atrebatensis, ubi Ermenflides mulier multis possessionibus pecuniisque praedita se suaque propria ei devota vovit, multos postea vivens annos. Quae cum ei deversorium hospitale concedere noluisset, daemonio occupata, sed baculo eius per discipulum transmisso sanata erat (c. 9). Baculum illud, ad quotquot

infirmos mittebatur, confestim morbos omnes expellebat. Latiniacum autem et montem Cygnopum Perronensem ab Erchinoaldo accepit maiore domus, qui eum, ut filium ex baptismate susciperet, in palatium suum Perronense invitaverat (c. 10), deinde omnia sua propria ei monstranda curaverat, ut quo melius delectaretur locum ad habitandum sibi eligeret. Qui cum Latiniacum elegisset fontemque baculo in terram fixo elicuisset, qui adhuc auctoris aevo locum irrigans aegris multis salutem praestabat (c. 11), Erchinoaldus Deo gratias agens montem quem dixi etiam insuper addidit, ut si acceptior ei esset, haberet et ipsum (c. 12). Denique Bercharius quoque dux Laudunensis totam rem familiarem suam ad possidendum sancto tradidit, amore eius parentumque ipsius captus (c. 19). Ex villis, quas sanctus cum hominibus ditissimis conveniens virtutibus suis acquisivit, Macerias auctor maximi aestimasse videtur, ubi mortem quoque sancti contigisse voluit ad visitandos fratres in Saxoniam profecturi. De corpore autem inter Erchinoaldum, Haimonem, Bercharium concertatum est et paene armis res decisa esset, nisi postremo de duobus tauris aut pueris partes inter se convenissent, qui illud in villam Perronam et in mortem Cygnopum adduxissent, ubi reliquiae multae, scilicet Patricii, Beoani, Meldani, depositae erant (c. 19). Cum Erchinoaldus omnia sua sancto tradidisset, Leutsinda uxor non-sine causa lamentabatur inopiam, cui cum liberis pecunia fundisque nuda exposita esset, sed temeritatem suam caecitate luit, confestim sanata, ubi quidquid a iuventute acquisiverat, amore sancti Christo vovit (c. 21). Denique altera quoque femina divitiis possessionibusque multis ditata se ipsam cum hominibus suis cunctaque propria pro meritis sancti Deo vovit, postquam vehementi infirmitate correpta aquam ex fonte Perronensi apportatam, sed in vinum interim mutatam bibendo ita convaluit, ut postea cum omni familia sepulchrum adire posset (c. 23).

Ex virtutibus igitur colligi poterat, quam secundae res iis accidissent, qui se suaque omnia Furseo obtulissent, quamque adversis ii afflicti essent, qui ipsi iniurias intulissent, atque vel baculum eius aquaque ex fonte hausta salutem attulisse dicuntur. Praeterea iura monasterii Perronensis cum in villas quas dixi tum in Macerias certo certius iisdem stabilita sunt. Manifestum est auctorem, qui adeo monasterio illi consuluit, monachum fuisse Perronensem neque fidem ullam adhibendam esse tam fraudulentis fabulis[1]*, quae quo consilio conceptae sint neminem latebit. Causam in Gallias traiciendi sancto attribuens iter Romanum, quod ad limina SS. Petri et Pauli oraturus suscepisset (c. 4), aevi Carolingici vestigium apertum auctor reliquit. Medardum Eligio Autbertoque in describenda corporis translatione addens, stultitiae suae testimonium luculentum dedit, nam ille centum annos ante hos vixerat, atque sancto stirpem regalem affingens, fabulatorem ventosum se praestitit. Sermo naevis aevi Carolingici inquinatus est, adhibitis participiis pro finitis, vocabulis cum similibus commutatis, veluti* regimen *pro* germen *(c. 2. 3),* expectaculum *pro receptaculum (c. 3). Auctorem saeculo IX. ineunti attribuam vocabulaque nonnulla rariora quibus utitur, veluti* verbosare *(c. 20),* collecta *(c. 21), etiam in Hincmari operibus occurrunt.*

Sodales sancti biographum primarium non omnino fugerunt reverendissimi et spiritales viri, licet paucis tantum eos absolverit, germanos solos nominatim proferens (c. 8) Fuilanum et Ultanum. Beda igitur caput Furseo dicatum (III, 19) ita concludens: Quae cuncta in libello eius sufficientius, sed et de aliis commilitonibus ipsius, quisque legerit, inveniet, *de loco quem dixi sine dubio cogitabat neque ex ipsius verbis colligam, sicut ab aliis*[2] *conclusum est, Vitam Fursei non integram ad nos per-*

1) *E contrario Grützmacher de sancto eiusque vitis bis disputans ('Die Viten des heiligen Furseus', 'Zeitschr. f. Kirchengesch.' Gothae* 1899, *et locus ad Furseum spectans in Herzog, 'Realencyklopädie' VI, p.* 323[3]) *Virtutibus auctoritatem quandam quamvis mediocrem attribuit.*
2) *Ita Bollandus, AA. SS. Ian. II, p.* 36; *'Hist. lit.' III, p.* 614.

venisse, deperditis iis quae de ipsius commilitonibus 'sufficientius' dicta essent. 'Sufficientius' enim adverbium inprimis ad sanctum ipsum referendum esse manifestum est.

Attamen de fatis Fuilani schedulam reverendi socii Bollandiani nuper publici iuris fecerunt gravem rerumque plenam, quae in codicibus nonnullis (D) V. Fursei subiecta a posterioribus saepe retractata est. Omnia enim quae e scriptis recentioribus fabulosisque de sancto colligi licet frustula melioris notae ad additamentum illud redeunt[1]. *Fuilanus ille Merciis Annanem Saxonum orientalium regem debellantibus in Gallias adveniens ab eodem Erchinoaldo patricio a quo Furseus eodemque loco receptus est quo frater sepultus erat, i. e. Perronae, sed non multo post patronus a peregrinis Scottis animum avertit, expulsique ad Idubergam viduam Pippini I. maioris domus eiusque filiam Geretrudem confugerunt, quae Nivialae in pago Bracbatensi monente Amando monasterium construxerant. Fuilanus iam et ipse Iduberga cuncta necessaria ministrante condidit monasterium monachorum in villa quae ex nomine fluminis decurrentis tunc Bebrona appellabatur, deinde vero alio nomine Fossa (hodie Fosses-la-Ville). Denique pro grege sibi commisso iter faciens in monasterio Nivialensi post mortem Idubergae († 652) paululum requievit, dieque vigiliarum S. Quintini (Oct. 30) missas in ecclesia illa decantavit. Pergens dein iter coeptum eadem nocte in villula quadam cum tribus comitibus ab hominibus iniquis interfectus est. Quod cum diu latuisset scelus neque fratres vestigium quoddam repperissent, cursoribus a Geretrude emissis, corpora septuagesimo septimo post necem inventa sunt die, eodem quo Furseus obierat (Ian. 16). Tunc quidem Nivialam ad loca sancta visitanda advenerant Grimoaldus maior domus, frater Geretrudis, qui et ipse Scottorum adventu gavisus erat, sicut domus Carolingica eorum partibus semper studebat*[2], *et Dido episcopus Pictaviensis. Qui obviam procedentes propriis humeris sancti corpus devexerunt et in monasterio virginum deposuerunt, donec, sumptis reliquiis, in monasterium proprium translatum est, scilicet Fossuense. Huic eo quo Geretrudis mortua est tempore, scilicet a. 659, alter Fursei frater praeerat Ultanus*[3], *qui ipsi quo obitura esset diem praedixerat. Monasterium Fossuense adhuc Einhardi aevo Scottorum appellabatur*[4].

Additamenti illius auctor ea quae in monasterio Nivialensi ex die vigiliarum S. Quintini usque ad inventionem et translationem corporum gesta erant ea fide enarravit, ut ipsum testem oculatum fuisse paene pro certo haberi possit, neque quicquam relationi inest, quo auctoritas eius debilitaretur, immo omnia ad eam confirmandam concurrunt. E transmarinis regionibus, i. e. ex Scotia, homines peritos ad divinam legem docendam a Geretrude ascitos esse inter omnes constat[5], *et qui Grimoaldo maiori domus vel patricio ab auctore comes itineris Nivialensis datus est Dido episcopus Pictaviensis sane consiliorum eius socius intimus erat. Ipsi enim Dagobertum Sigiberti regis filium in Scotiam transportandum a. 656. commiserat, filio proprio nomine Childeberto rege constituto*[6]. *Schedula igitur ad tempus memorabile spectat, quo deposita stirpe Merowingica domus Carolingica primum apud Austrasios summa rerum potita est*[7], *odiumque paternum Vulfetrudi, Grimoaldi filiae, postea obstitisse, quae abbatissa Nivialensis amitae successerat (a. 658—669), ex V. Geretrudis (c. 6) colligitur. Etsi codicum aetas fidesque*

1) *Fontem quem habebant 'rusticano' vel 'non satis polito stilo' digestum esse testantur Foillani biographi primus nomine Paulus alterque ignotus; cf. de Buck, AA. SS. Oct. XIII, p.* 383. 386. 2) *Remigius de Buck, l. l. p.* 380. 3) *Peregrinus in V. Geretrudis c.* 7. *dicitur, 'qui est semotius in monasterio que appellatur Fossuensis', neque Ultani nomen legitur nisi in codicibus A 3a. b.* 4) *Translatio et Miracula SS. Marcellini et Petri auctore Einhardo (SS. XV, p.* 262). 5) *V. Geretrudis c.* 2. 6) *L. h. Fr. c.* 43. 7) *Cf. 'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 473.

non adeo magna est, tamen in sermone antiquitatis ususque Merowingici vestigia certa reperiri licet, veluti Annani, Idobergane, maiorum domus[1] *nom. Auctorem e grege monachorum Scottorum fuisse credam, qui virginibus Nivialensibus in divinis celebrandis assistebant, paucaque quae litteris mandavit, praeterquam quod originibus monasterii* 5 *Fossuensis lucem afferunt, una cum V. Geretrudis inter pretiosissima historiae Carolingicae monumenta enumeranda sunt.*

Cum Vitam Fursei sermone politiore retractatam rebusque memorabilibus auctam Beda Historiae ecclesiasticae III, 19, *inseruisset, cumque in Virtutibus eaedem fere res iteratae essent, occasio interpolandi librariis aliena cupide insequentibus data erat,* 10 *tantoque ardore ea potiti sunt sermonisque inculta expoliverunt, ut codices puri haud ita multi ad nos pervenerint. E tribus in quas libros distribui classibus prima sola (A) ex exemplari pendet neque immutato neque interpolato, nam interpolationes communes his codicibus minime adsunt; adsunt autem in altera (B), dum in tertia (C) sermonis pristini iacturam lugemus. Huius classis codicibus plerisque Virtutes accesserunt, quarta (D)* 15 *autem Additamentum Nivialense nobis servavit pretiosissimum.*

A 1*) Codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n.* 5041, *formae minoris, saec. IX. in., fol.* 79—98′, *humore infectus passim haud facilis lectu est. Descriptio libri specimenque scripturae extat in 'Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum' II, p.* 53 *et tab.* 31.

20 *A* 1**) Codex bibliothecae comitis de Leicester in Holkham Hall (Norfolk) asservatae n.* 129, *saec. XI/XII, fol.* 55—62′, *Vitam continet. De Virtutibus v. infra C* 2*b.*

A 2*) Codex Romanus bibliothecae Minervae B IV,* 18, *saec. IX., inter Alcuiniana fol.* 97—104. *V. Fursei exhibet*[2], *sed vocabula nonnulla perierunt.*

A 3*) Codex Rothomagensis n.* 1381 *(U* 67*), saec. XI, fol.* 133′—139.

25 *A* 4*) Codex Parisiensis n.* 3788 *(Colb.* 801, *Regius* $38\frac{6}{10}3$*), saec. XII, fol.* 78′—82.

B 1*a) Codex Bruxellensis n.* 7984, *saec. X, olim Weissenburgensis, deinde Molsheimensis, tum Musei Bollandianorum Antverpiensis (P. ms.* 20*), fol.* 24—33′.

B 1*b) Codex Caroliruhensis inter Augienses XXXII, saec. IX, inter multas* 30 *Passiones Vitasque sanctorum fol.* 68—68′. *XLIII. Vitam vel visionem Fursei exhibet, sed sex foliis deperditis in priore parte desinit, scilicet in verbis:* apparere poterat, plena deformita | *(c.* 8. *ed. Mabillon).*

B 1*c) Codex Parisiensis n.* 9741 *(Suppl. lat.* 496*), saec. XIII, legendarii S. Maximini monasterii Treverici tomus Ianuarium mensem comprehendens, p.* 223—232.

35 *B* 2*a*[1]*) Codex Londiniensis Musei Britannici inter Cottonianos Nero E I, pars prior, saec. X/XI, fol.* 93—97′.

B 2*a*[1*]*) Codex Londiniensis Musei Britannici Reg.* 8, *G VI, saec. XV, olim 'Collegii de Tateshall', fol.* 200—200′, *imperfectus desinit in verbis:* sed ex consuetudine humana continuit *(c.* 10. *ed. Mabillon), folio non consumpto.*

40 *B* 2*a*[2]*) Codex Londiniensis Musei Britannici Egerton n.* 2797, *saec. XI. in., fol.* 87′—101. *De Virtutibus v. infra C* 4*c.*

B 2*a*[3]*) Codex Rothomagensis U* 26, *saec. XI, olim monasterii Gemmeticensis, fol.* 135—143.

B 2*b) Codex Carnotenus n.* 507 *(*193*), saec. XI, olim ecclesiae maioris, fol.* 45 51—56, *initio ultimi capitis* 10. *in verbis:* causa ecclesiae *desinit.*

1) *Ita Contin. Fredeg. et L. H. Fr.; cf. SS. rer. Meroving. II, p.* 565. 2) *Cf. 'Arch.' XII, p.* 405.

B 2c) *Codex* Rothomagensis *U* 3, *saec. XI, olim monasterii Fiscamnensis, fol.* 42—44', *in verbis:* pacifici cordis lenitatem *(c.* 25. *ed. Mabillon) desinit, duobus foliis excisis.*

B 2d) *Codex* Londiniensis *palatii Lambethani n.* 173, *saec. XI. in., fol.* 180—190, *V. Fursei una cum capite Bedano III,* 19, *continet. Verba nonnulla desiderantur, cum pars folii primi superior lacerata sit. Ea quae hoc libro continentur enumeravit K. Hampe, 'N. Arch.' XXII, p.* 652.

B 2e) *Codex* Londiniensis *Musei Britannici Reg.* 5. *A. VII, saec. XII, de cuius origine fol.* 2. *haec adnotata sunt:* Liber de claustro Roffensi per Asketillum mo(nachu)m, *fol.* 74—84'. *V. Fursei exhibet Bedae auctori attributam:* Incipit vita beati Fursei, quam Beda venerabilis presbiter composuit.

B 2e*) *Codex* Londiniensis *palatii Lambethani n.* 94, *saec. XIII/XIV, fol.* 113—119.

C 1a) *Codex* Coloniensis *archivi urbani n.* 163 *(antea bibliothecae Wallrafianae VI,* 18*), saec. XI/XII, olim S. Iacobi Leodiensis fol.* 146—151.

C 1b) *Codex* Parisiensis *n.* 5568 *(Telleriano-Remensis* 268, *Regius* 4425*), saec. X/XI, olim S. Amandi in Pabula, fol.* 145—155.

C 1b^{1}) *Codex* Monacensis *lat. n.* 27128, *saec. XII, olim Ottoburanus fol.* 82'—92.

C 1c) *Codex* Aurelianensis *n.* 331, *saec. XI, olim S. Benedicti Floriacensis, p.* 119—128, *in hisce capitis ultimi* (10) *verbis desinit:* annis quattuor demo|, *quinque foliis excisis.*

C 1d) *Codex* Gratianopolitanus *n.* 1171 *(antea* 306. 342 *et* 49*), saec. XIII, olim domus Coreriae ordinis Cisterciensis, fol.* 84'—90.

C 1e) *Codex* Bruxellensis *n.* 9119, *saec. XII, fol.* 40—43.

Virtutes Vitam in reliquis huius classis codicibus subsequuntur, coniunctae quoque cum libris nonnullis A et B originis Britannicae, qui cum ex duplici fonte pendeant, distincta utraque parte, bis enumerandi erant et supra et hic.

C 2a) *Codex* Romanus *bibliothecae Victorii Emmanuelis n.* 1258, *antea S. Crucis n.* 40, *saec. IX. in. litteris Langobardicis exaratus post Gregorii dialogos fol.* 185. *V. Fursei, fol.* 199—205. *Virtutes continet, quibus extremi versus inde ab* aedificaverunt *(c.* 24*) desunt, deperditis fortasse foliis uno vel pluribus.*

C 2b) *Codex bibliothecae comitis de* Leicester *in* Holkham-Hall *(Norfolk) asservatae n.* 129, *saec. XI/XII, post Vitam (v. A* 1**) fol.* 62'—66'. *Virtutes exhibet.*

C 3) *Codex bibliothecae regiae* Hagae-Comitum *X,* 118 *(antea Th.* 277*) saec. X. ex., fol.* 23'—66'. *Vitam cum Virtutibus continet, praecedente laterculo capitum:*

Cap. I. De infantia Forsei — XLVIII. De ecclesiae constructione ab Erkenaldo et de sepulchro eius a beato Elegio ornato,

quem ad utrumque librum spectantem alter librarius fere aequalis supplevit.

C 4a) *Codex* Parisiensis *n.* 17625 *(antea Comp.* 40*), saec. X/XI, olim S. Cornelii Compendiensis, sanctos qui mense Ianuario coluntur comprehendens, fol.* 114—130'.

C 4b) *Codex* Parisiensis *n.* 11749 *(antea S. Germani a Pratis n.* 496, *olim* 463*), saec. XI, fol.* 5'—10'. *Vitam, fol.* 10'—13. *Virtutes continet, has vero inde a c.* 5. *ex. ita retractatas, ut ipsum non revolverim nisi raro.*

C 4c) *Codex* Londiniensis *Musei Britannici Egerton n.* 2797, *saec. XI. in., praemissa Vita (v. supra B* 2a^{2}*), fol.* 101—108'. *Virtutes exhibet, sed textus manu posteriore tanta licentia immutatus est, ut scriptura primaria haud raro discerni nequeat.*

C 4d^{1} *et C* 4d^{2}) *Codices* Duesseldorfensis, *olim S. Martini Coloniensis, C* 10a, *saec. XII, fol.* 201—208, *et* Bonnensis *S.* 369 *(*226a*), saec. XIII, fol.* 75'—83, *textum utriusque libri satis propinquum continent ad hanc familiam spectantem, sed interpolatum ex B* 1.

C 5) *Codex* **Berolinensis** *n.* 122, *inter Phillipsianos n.* 1875, *e bibliotheca Collegii Parisiensis Soc. Iesu in Meermannianam olim translatus, saec. XIII, fol.* 60, *textum haud raro licenter immutatum continet.*

Cum peregrinatio sancti Gallica eaque quae post ipsius mortem contigerant multo prolixius in Virtutibus quam in Vita enarrata essent, librarius quidam utrumque librum ita coniunxit, ut in appulsu litoris Gallici (c. 9) *hac seposita ad illas transierit, scilicet ad adventum in pagum Pontivum. In codicibus igitur huius generis locus quo uterque liber cohaeret ita compositus est:*

Vita c. 9: dimissus ordinatis omnibus [causa visendi Romam *add. C* 6*c*] navigavit, ibique [His peragratis *pro* ibique *C* 6*a*] a rege Chlodoveo et patricio Erchenaldo honorifice susceptus est.

Virtutes c. 6: Veniens primo [*ita C* 6*a;* Primo enim tangens Galliarum littora venit *C* 6*b. c*] in pagum Pontivum [Potivum *C* 6*a. b*] et in villam quae dicitur Maioc *et q. s.*

C 6*a*) *Codex* **Parisiensis** *n.* 5604 (*Colb.* 4912, *Regius* $4\underset{5}{3}47$), *saec. X, olim S. Iuliani Turonensis, fol.* 2—34.

C 6*b*) *Codex* **Londiniensis** *Musei Britannici inter Harleianos n.* 2800, *saec. XIII, legendarii Arinsteinensis tomus primus, fol.* 46—50.

C 6*c*) *Codex* **Bruxellensis** *n.* 207, *saec. XIII, fol.* 55—59'.

Ultimam denique classem D ii libri occupant, qui Additamentum Nivialense de Fuilano cum V. Fursei coniunctum exhibent. Est autem illud codicibus diversae originis subiunctum. Dum enim textus V. Fursei in D 1 *ad classem C pertinet, libri Austriaci D* 2 *ex exemplari meliore A pendere videntur:*

c. 9. loco nuncupante Latiniaco construxit] *A;* l. nuncupante Latinia c. *D* 2*a;* l. quem nuncupant L. c. *rell.,*

neque vero meliore fide descripti sunt, cum inprimis nomina propria saepe omissa aut misere depravata sint. Nihilominus textum Additamenti cura **Bollandianorum** *in Catalogo codicum hagiogr. bibl.* **Parisiensis**, *Bruxellis* 1889, *I, p.* 195 *sq., publici iuris factum ad hos codices haud raro optime restituere poteramus, emendatis aut additis non solum singulis verbis, sed etiam enuntiato toto.*

D 1) *Codex* **Parisiensis** *n.* 2768 *A* (*Lemovic.* 175, *Regius* $443\underset{1}{2}$), *saec. XI, fol.* 61—71'. *V. Fursei, fol.* 71'—73. *Additamentum continet.*

D 2*a*) *Codex* **Mellicensis** *F* 8, *saec. XIII. ex., fol.* 108—113.

D 2*b*) *Codex abbatiae* **S. Crucis** *prope Baden in inferiore Austria n.* 11, *olim VII. A.* 2. 1, *saec. XII. ex. fol.* 45'—48[1].

E tribus quas ad Vitam recensendam adhibui classibus A B C prior archetypi simillima est, utque praestantiae eius exemplum afferam, in hac sola c. 9. loco nuncupante Latiniaco *legitur more antiquo, dum in reliquis pronomen relativum occurrit interpolatum:* l. quem (quod *B* $2a^1$) nuncupant (noncupant *C* 3. 4*a. b*) Latiniaco (*B* 1*a;* Latiniacum *rell.*). *Sunt autem libri A bipartiti unusque A* 1 *contra reliquos A* 2. 3. 4 *stat. Codex A* 1 *licet mendis suis non egeat, tamen omnium purissimus est atque barbariem sermonis rationisque scribendi fere solus servasse videtur. Propinquus eius A* 1* *haud quidem raro easdem lectiones exhibet:*

c. 1. in eum] *A* 1. 1*; eum (*om.* in) *C;* in eo *plerique,*

c. 2. parentesque] parentes *A* 1. 1*,

1) *Reliqua huius generis exemplaria Campililiense, Zwettlense, Admuntense diligenter recensuerunt Bollandiani, Analecta XVII, p.* 28 *sqq.; cf. p.* 41.

c. 2. hac] *A* 1. 1^*; ac *A* 2. 3; *om B. C,*
c. 8. vitae] viae *A* 1. 1^*. 2,
sed praeterea cum codicibus C nonnumquam convenit:
c. 5. circumiret] circumire studuit *A* 1^* *cum C,*
sicut e libris Britannicis multi collatis pluribus exemplaribus exorti videntur esse. Exemplar, ex quo codices A 2. 3. 4 pendent, a librario non satis perito interpolatum erat, qui 18. *Kl. Febr. (c.* 9*) diem natalem sancti fuisse crediderit loco* 17. *festumque* 5. *Id. Febr. translationi attribuerit (c.* 10*), quod depositioni attributum est in Virtutibus (c.* 21*). Cum his libri A* 2. 3 *in loco conveniunt, ubi sanctus obiisse creditur, Macerias nomine (c.* 9*), unde concludi licet patrem communem saeculum IX. non superasse. Stirps ex ipso prognata diversae indolis est, nam dum A* 2 *a statu pristino non aberrat nisi perraro, librarius A* 3 *textum ad libidinem suam immutans vel ex Beda interpolavit (c.* 10*), multo deterior altero:*
c. 9. frequentatus] est ipsique *superscr. A* 2, *in textu A* 3;
tertius vero eorum frater A 4 *partim adeo immutatus et contractus est, ut comparari nequeat. Altera deinde classis B non paucis interpolationibus ex Beda Virtutibusque sancti aucta in duo genera discedit, quae lectionibus communibus inter se distincta sunt:*
c. 1. Fuit] in Hibernia *add. B* 1*a. b. c,*
ib. illum] *om. B* $2a^{1.\,1^*.\,2.\,3}$. *b. c. d,*
c. 9. in loco] *om. B* $2a^{1.\,2.\,3}$. *b. (c deest). d. e,*
iterumque in altero binae familiae discernuntur:
c. 1. litteris et monasticis] *om. B* $2a^{1.\,1^*.\,2.\,3}$,
ib. apparentibus fulgebat] a parentibus, *om.* f. *B* 2*b. c.*
Eorum ultimus, idem pessimus B 2*e in multis quidem cum B* $2a^{1.\,2}$ *convenit:*
c. 10. ipsius] prius *B* $2a^{1.\,2}$. *e,*
sed praeterea classium A et C lectiones exhibet, industriae Britannicae exemplum nobile. Tertia denique classis C, in qua sermo haud raro substitutis verbis similibus expolita est, item bipartita magis degeneravit, ubi primum Virtutes accesserunt:
c. 2. ac sufficienter] *C* 1*a.* b^1 *cum melioribus; haec om. C* 3. 4*a. b,*
atque in utroque genere libri nonnulli propius inter se coniuncti sunt:
c. 1. vir vitae] *om. C* 1*a. b.* b^1;
c. 5. memorans — iniunctum] *om. C* 4*a. b.* $d^{1.\,2}$.

Segregatis classium B C lectionibus peculiaribus textus is restat, qui cum in classi prima tum in codice praestantissimo A 1 *accuratissime servatus est, neque vero huic soli discrepanti credendum erat nisi in elocutione barbara, quam reliqui librarii minus clementer tulerant. Ex tot codicum copia in certamen vocavi A* 1. 2. 3. *B* 1*a. b.* $2a^1$. *C* 1*a.* 3. 4*a. b et C* 2*a initio fineque collatum, sed peculiares singulorum librorum C lectiones in universum non curavi.*

Codices qui Virtutes continent ita sese invicem explent, ut quae in libris C 3. 4*a. b. c.* 5 *desiderantur verba singula ex C* 2*a. b restituenda sint:*
c. 3. dedit auxilium [defensionis *add. C* 2*a. b; om. rell.*] et consolationis,
c. 4. Qui ad haec [rex *add. C* 2*a. b; om. rell.; sed cf. c.* 3: Qui et rex eius adquiescens sermonibus] respondit.
Pendent igitur C 2*a. b ex exemplari alio atque reliqui, idque praeter lectiones splendidas etiam menda continebat pauca:*
c. 22. letum petiit domum [donum *C* 2*a. b*].
Libri C 3. 4*a. b. c locum Scripturae sacrae eodem modo ad Vulgatam correctum exhibent:*
c. 2. vitam per(h)ennem] *C* 2*a. b cum C* 5; v. aeternam *C* 3. 4*a. b. c (cf. Matth.* 19, 29*),*

atque codices C 4a. c sibi admodum propinquos esse ex his locis colligitur:

c. 15. prestabit] monstrabit *C* 4*c*; monstravit *C* 4*a*,

c. 22. Interim parabatur domuncula] *om. C* 4*a. c*,

ib. et Medardo] *om. C* 4*a. c.*

5 *Fratrem autem eorum tertium C* 4*b inde a c.* 5. *retractatum esse dixi atque etiam C* 5 *haud raro immutatus est, ut taceam libros C* 6 *non adhibitos. Rationem scribendi minus politam aevi Carolingici codex C* 3 *melius quam antiquissimus C* 2*a servasse videtur; cf.* adque, diliciis, iteneris.

Codices Britannicos una cum libro B 1*b aut contulit aut inspexit W. Levison* 10 *socius noster; reliquos a me non evolutos contulerunt A. V. Müller socius A* 2, *W. Arndt b. m. B* 1*a, tertius cuius nomen excidit C* 2*a. Additamenti Nivialensis exemplar ad fidem codicis D* 2*a fecit G. H. Pertz b. m., quod cum D* 2*b collatum debeo patribus reverendissimis Sancruciensibus.*

Vitam solam Laurentius S u r i u s, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrip-* 15 *pinae* 1586, *tom. I, p.* 381—388, *ex 'egregiis MS. codicibus' princeps edidit, scilicet textum C haud ita multum immutatum. Deinde ipsam additis Virtutibus*

Iohannes B o l l a n d u s, *Acta sanctorum, Antverpiae* 1643, *Ianuarii tom. II, p.* 36—44, *ad codices permultos recensuit, scilicet Corbeiensem similem C* 4*a (Virt. c.* 15. *habuit* monstravit; *v. supra), Hibernicum similem Londiniensis nostri B* 2*a*[2] + *C* 4*c,* 20 *duos ecclesiae S. Audomari, Bertinianum, libros S. Mariae de Ripatorio, S. Maximini (nobis B* 1*c), D. Preudhomii canonici Cameracensis aliosque. Textum Vitae non spernendum formavit, in quo primae quoque classis lectiones occurrunt, scilicet libri A* 3 *similis, sed interpolationibus classis B editor minime abstinuit. Eo adhuc minus in Virtutibus profecit, quas in codicibus Corbeiensi, Bertiniano, Hibernico reppererat, cum* 25 *huic tertio nimiam fidem tribuens textum eum publici iuris fecerit, qui in libro nostro C* 4*c legitur a correctoribus immutato:*

c. 3. aliquid expectaculum] aliquem locum *Boll. cum m. al. C* 4*c.*

Iohannes M a b i l l o n, *Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis* 1669, *Saec. II, p.* 300—314, *utrumque librum denuo edidit 'ex Bollando et Surio ad MSS. codd. col-* 30 *latis', scilicet ad veterrimum monasterii S. Cornelii Compendiensis apographon (nobis C* 4*a) aliosque libros veluti Sangermanensem (nobis C* 4*b).*

Denique Carolus de S m e d t *et Iosephus de* B a c k e r *Acta sanctorum Hiberniae e codice Salmanticensi edentes (Edinburgi et Londinii* 1888*), col.* 77—102. *V. Fursei (praescr.* Incipit vita beati Fursei confessoris XVII. Kal. Februarii*), col.* 101—112. 35 *Virtutes (praescr.* Incipit liber secundus de virtutibus et miraculis sancti Fursei confessoris*) imprimendas curaverunt, sed codex ille saec. XIV. conscriptus textum adeo immutatum atque decurtatum continet, ut operam et oleum perdidisse videantur viri reverendissimi. Est enim propinquus libris deterrimis Britannicis, veluti nostro B* 2*e, atque Virtutes a c.* 6*:* Cum venisset beatus Furseus in pagum Pontiniacum *incipiunt,* 40 *sicut in C* 6.

Ex Vita Virtutibusque alter biographus, nisi fallor, monachus L a t i n i a c e n s i s, *quippe qui locum illum inprimis laudibus celebraverit*[1], *res gestas sancti sermone liquido ita confudit, ut in priore parte curriculum vitae (inc.* Laudabilis Dei nostri virtus*), in altera quae post mortem gestae erant translationem virtutesque (inc.* Sacram Christi 45 ac venerabilis Fursei memoriam*) tractaverit. Sancto pontificalem dignitatem attribuit neque approbavit ea quae de indole visionum auctor princeps exposuerat:* Eius namque visionis quam plurima quidam confingunt frivola, quae nos attingere non solum

1) *V. infra p.* 438, *n.* 3.

ipsa beati viri laudabilis taciturnitas, qui semper magis operibus quam sermonibus laudes Domini innotuit, sed etiam illius praedicatoris gentium non dispar transmutatio prohibet, dum audita caelestia dicere non audet. *Demonstrare igitur voluit ea a sancto non esse enarrata, quae de visionibus rettulerat biographus antiquus, unde frivola illa silentio praeterire maluit, etsi de veritate visionum minime dubitavit.* 5 *Librum ipsius e codice Parisiensi n.* 5291, *saec. XIII, integrum publici iuris fecerunt Bollandiani in Catalogo Parisiensi, Bruxellis* 1889, *tom. I, p.* 541—555, *postquam locos singulos in adnotatis ad Vitam antiquam attulit Mabillonius.*

Tertiam denique Vitam Arnulfus abbas Latiniacensis († 1106*) clero Perronensi dicavit, epistula praemissa, ex qua intellegitur Serloni confratri Rotbertoque* 10 *Argentoilensi opus ab ipso iniunctum esse, ut schedas ex armario et domestico et Perronensi conquisitas corrigendo et continuando in ordinem redigerent. Illi igitur de vita miraculisque sancti libros duos ad antiquissimas quas auctor collegerat schedulas edentes, expolito sermone, tres in libro priore de vita, quartam vetustate erosam partimque scriptoris inertia depravatam in posteriore de miraculis retractabant, in calce vero locum* 15 *Bedanum III,* 19, *adnotabant. Habebant autem praeter Vitam antiquam Virtutibus auctam alteramque tertiam quoque ad librum I. componendum schedulam, scilicet prolixam sancti genealogiam a Perronensibus acceptam, qua stirps ipsius regia confirmaretur; haud pauca fortasse invento proprio addebant. In altero libro, qui ad eundem atque prior finem pervenit, scilicet ad obitum et translationem sancti, ordo* 20 *rerum omnino perturbatus est. Iter enim Romanum, de quo teste Virtutum auctore sanctus cogitaverat, iam re vera expedivit, reversusque in provinciam Saxonum orientalium profectus est, deinde in Gallias rediit, Latiniacum construxit, tum in Saxoniam rediturus in villa Macerias obiit, unde Perronam corpus translatum est, ubi Erchinoaldus uxorque eius canonicos religiosos iuxta patrum decreta instituerunt, locum possessionibus amplis-* 25 *simis ditantes. Visiones auctor alterius libri, sicut ipse in epilogo testatus est, non attigerat, quae in libro priore ipsius biographi vetusti verbis fuse relatae sunt, cumque etiam curriculum vitae in utroque aliter enarratum sit, diversitates fortasse non solum ad fontes adhibitos sed etiam ad duplicem scriptorem referendae sunt. Hanc Vitam e codice S. Mariae Bonifontis descriptam et cum libro Nicolai Belfortii collatam edidit* 30 *I. Bollandus, AA. SS. l. l. p.* 44—54, *postquam ipsam in linguam francogallicam versam publice iuris fecit Iacobus Desmaius canonicus Perronensis, Parisiis* 1607. *Arnulfi autem epistulam in editis praetermissam e codice Vaticano Reginae Christinae n.* 573, *saec. XII, princeps eruit Hardy, 'Descriptive Catalogue', Londinii* 1862, *I,* 1, *p.* 241.

B. Krusch. 35

I.

INCIPIT[a] VITA SANCTI FURSEI.

Greg. Dial. II, prol.

(1). Fuit* vir vitae venerabilis Furseus[b] nomine, nobilis[c] quidem genere, sed nobilior fide, saeculi[d] dignitate inter suos clarus, sed[e] in divinorum munerum[f]

*) in Hibernia *add. B* 1*a. b.* 40

I. Cap. 1. *A* 1. 2. 3. *B* 1*a. b.* 2*a*¹. *C* 1*a.* 2*a.* 3. 4*a. b.*

Cap. 1. a) *praescr.* Incipit transitus beati Fursii *A* 1; Incipit vita et obitus Fursei abbatis *A* 2; Item eodem die vita sancti Fursei abbatis *A* 3; Incipit vita vel visio sancti Fursei (quod est *add. B* 1*a. b*) XVII. Kl. Febr. *B* 1*a. b.* 2*a*¹; Incipit vita beati Fursei confessoris Christi *C* 1*a*; Incipit vita sancti Fursei episcopi atque confessoris *C* 3; Incipit vita sancti Fursei confessoris, (que est XVII. Kl. 45 Febr. *add. C* 4*a*) *C* 4*a. b.* b) Fursius *pr. m. A* 1 *(saepe).* c) nobilis quidem *in litura A* 3; quidem *postea add. B* 1*a.* d) huius *add. B* 1*a. b.* e) et *C* 2*a.* 3. 4*a. b.* f) mune *B* 2*a*¹.

gratia ubique[a] praecipuus[b]. Huius viri infantia sacris quibusdam miraculorum praesagiis[c] apparentibus[d] fulgebat; summis etiam sacerdotibus per divinam gratiam[e] providentibus, sacris litteris[f] et monasticis erudiebatur disciplinis. Crescente vero aetate et[g] gratia providentiae[h], erga illum[i] omnium[k] affectus cottidie crescebat. Erat enim forma praecipuus, corpore castus, mente devotus, affabilis conloquio, amabilis aspectu, prudentia praeditus, temperantia clarus, in[l] interna fortitudine firmus, censura iustitiae stabilis, longanimitate largus[m], pacientia robustus, humilitate mansuetus, caritate sollicitus, et ita in[n] eum omnium virtutum decorem sapientia[o] adornabat, ut[p] secundum apostolum[1] sermo illius semper in gratia sale[q] esset[r] conditus.

(2). Bonorum ergo operum et[a] gratia[b] plenus, patriam[c] parentesque relinquens, sacrae[d] scripturae studiis aliquot[e] vacabat annis, ac[f] sufficienter instructus, monasterium in quodam construxit[g] loco, ubi undique religiosis confluentibus[h] viris, aliquos etiam parentum[i] pia sollicitudine evocare curavit. Hac[k] ex causa dum patriam parentesque[l] visitare properaret[m] et[n] inter illos sacri verbi semina spiritalia[o] spiritalibus seminaret eloquiis[p], quadam die[q] corporis[r] aegrotantis[s] molestia corripitur[t] hac[u] deinde ad paternam, amicis suggerentibus[v], commigravit domum. Quo[w], illo super alterius manum innitente[x], perrexit[y] hac[z] haud longe a domo[a], vespertinalem[b] exorsus psalmodiam, oratione[c] intentus, tenebris subito circumdatus restetit[d]. Nec[e] enim pedes movere infirmatus valebat, sed quasi iam mortuus ad proximam deportatus est casam. Et[f] cum se tenebrarum caligine circumdare[g] vidisset[h], quattuor manus desuper ad se extensas conspexit, tenentesque illum per brachia[i] niveis subvolabant pennis[k, 2]. — — — — — — — —

(3). Conspecit[a] duos venerabiles viros* illius provinciae, in qua vir Domini

*) quorum unus Beoanus, alter Meldanus vocabatur *add. B* 1*a*.

I. Capp. 1—3. *A* 1. 2. 3. *B* 1*a. b (ad l.* 23*).* 2*a*¹. *C* 1*a.* 2*a (ad l.* 4*).* 3. 4*a. b.*

Cap. 1. a) *om. C* 2*a.* 3. 4*a. b.* b) praecipuis *A* 1. c) praesagi¹s *A* 1. d) a parentibus fulgebat *B* 1*a. b*; apparentibus pollebat *C* 1*a*; pollebat a parentibus *C* 2*a.* 4*b*; a par| summ| etiam *in mg. suppl. C* 3; ornabatur *pro* app. fulg. *C* 4*a.* e) per divinam providentiam commissus, s. *C.* f) l. et m. *om. B* 2*a*¹. g) *om. C.* h) providente *A* 2. 3; Dei *pr. m. add. C* 4*a.* i) *om. B* 2*a*¹. k) (in *postea add. C* 4*a*; ac *add. C* 4*b*) bonorum affectuum (opus *postea add. C* 4*a*; *habet C* 1*a*) cott. *(om. C* 4*b) C; deinceps non collatus C* 2*a.* l) *om. A* 3. *B* 1*a. b. C* 4*b.* m) assiduus *C.* n) *ita A* 1; in eo *plerique;* ita eum decor, *om.* o. v. *C.* o) sapientiae *C et pr. m. A* 1. p) et *pr. m. A* 1. q) s. esset *in mg. suppl., sed verba fere evanuerunt A* 1. r) divino *add. B* 1*a. b.*

Cap. 2. a) *om. C.* b) grati(a)e fructibus pl. *A* 2. 3. c) *om. A* 1. d) ac *A* 1. e) aliquot v. annos *A* 2; aliquos v. annos *A* 3; (ali *postea add.*)quot v. annis *B* 1*a.* f) et cum sufficienter esset instructus *A* 3; (ac s. *om.*) instructus (quidem *add. C* 3. 4*a*; tandem dogmate divino *add. C* 4*b*) *C* 3. 4*a. b.* g) l. c. *A* 3. *B* 1*a. b.* h) v. c. *A* 3. i) parentes *B* 1*a. b*; parentibus suis *B* 2*a*¹. k) haec *pr. m. B* 1*a. b.* l) que *om. A* 1. m) properat *B* 2*a*¹. n) cum et *B* 1*a. b*; ut *C* 3. 4*a. b.* o) spiritalia *om. B* 1*b.* 2*a*¹; spiritalibus *om. A* 1. p) eloquio *A* 1. q) *om. A* 3. r) corpore *A* 2. s) aegrotatis *B* 2*a*¹. t) *ita pr. m. A* 1. u) *ita A* 1*; ac *rell.* v) commonentibus migravit *A* 1. w) Quo ille *A* 3; Ille vero s. *C.* x) intente *A* 1; inmitente *B* 2*a*¹; innitendo *A* 3. y) *(per eras.)*-rexit *A* 1. z) *ita A* 1. 1*; ac *A* 2. 3; *om. B* 1*a. b.* 2*a*¹. *C.* a) sua *add. C* 3. 4*a. b.* b) vespertinale ex. psalmodium *C* 3. 4*a.* c) *ita A* 1 *(pr. m.).* 1*; orationi *rell.* d) *ita pr. m. A* 1; restitit *plerique;* stetit *C.* e) dum *add. B* 1*a. b.* 2*a*¹. f) *post* Et 2 *vel* 3 *litterae ras. A* 1. g) *ita pr. m. A* 1; circumdari *rell.* h) videret, tres manõs *A* 1. i) b. (alis *in mg. suppl., fere evanuit*) niviis s. (p. *om.*) *A* 1. k) *in c.* 8. *editionis Mabillonianae desinit B* 1*b (v. supra p.* 429*).*

Cap. 3. a) *ita A* 1; Conspicit *rell.;* autem *add. A* 2. 3.

1) *Paulum ad Coloss.* 4, 6. 2) *Visiones omissae sunt.*

Furseus[a] haec[b] videns quasi obisse credibatur, praesules cunctorum memoria usque ad nostra tempora* cęlebratos[c], propius[d] ad se[e] accedentes[f] ac familiariter propria edicentes[g] nomina, qui Beoanus[h] et Meldanus vocabantur[i], loqui cum eo coeperunt[k]. — — — — — —

(4). Egressus inde verbum Dei** praedicabat et[a] ea quae viderat vel[b] audierat omnibus populis Scottorum[c] adnuntiabat. Erat vero in illo inconparabilis gratia, nihil terrenum cuiquam[d] petens, omni[e] petenti se[f] tribuens, praelatis et subditis equalis, magnatis[g] et regibus timendus, humilibus et contemptoribus saeculi imitandus[h], omnibus bonis amabilis, iniquis[i] et peccatoribus terrebilis, divinis virtutibus clarus. Ex obsessis enim corporibus daemonia fugabat[k] et pauperes recreabat[l].

(5). Dumque unius anni spatio Hiberniae[a] insoli[b] populos[c] per[d] doctrinae studium circumiret[e], instabat anniversarius[f], quo visione[g] a[h] corpore sublatus vidibat[i], memorans[k] semper, unius diei iter sibi fuisset[l] iniunctum[k]. Multis enim[m] sapientibus ac religiosis comitantibus[n] viris, eadem nocte molestia corporale[o] correptus[p], in solo[q] tantum pectusculo vita palpitante[r], vidit angelum Domini[s] ea quae ad opus praedicationis sunt congrua sibi[t] adnuntiantem et unius diei iter exponentem[u] hac[v] duodecim annos in opere praedicationis[w] completurum[x] praedicentem[y]. Quae[z] ita factum est[a].

(6). Completis vero[a] X[b] annis, omnibus sine[c] personarum acceptione verbum Dei[d] adnontians, inruentium popolorum multitudines non ferens, aliquantorum etiam

*) in Hibernia *add.* *B* 1*a*.

**) per universam Hiberniam *add.* *B* 1*a*. $2a^1$.

I. Capp. 3—6. *A* 1. 2. 3. *B* 1*a*. $2a^1$. *C* 1*a*. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 3. a) erat *add.* *B* 1*a*; notus erat *add.* *C* 1*a*. 3. 4*a*. *b*. b) *ita (sed* credebatur*)* *B* 1*a*. $2a^1$; h. v. quasi habis credibatur (ubi se credebat *A* 1*) pr. *A* 1. 1*; h. v. fuit, qui credebantur quasi pr. *A* 2. 3; h. v. q. o. credebat. Hos pr. *C* 1*a*; quos videns o. credebat. Hos pr. *C* 3. 4*a*. *b*. c) *ita* *A* 1. *B* 1*a*. $2a^1$. *C* 1*a*; celebratus *A* 1*; celebrati *A* 2. 3; c(a)elebrat *C* 3. 4*a*. *b* *(ubi* Quos *add.)*. d) proprius *A* 1. e) ad se *om.* *A* 2. 3 *(ubi* vero *add.)*. f) accedens *pr. m.* *B* 1*a*; vidit *add.* *C*. g) *ita* *A* 1. *B* 1*a*. $2a^1$; p. dic. *A* 2. 3 *(e corr.* d. p.*)*. *C*. h) *ita* *A* 1; B. et Medanus v. *A* 2. 3; v. (vocantur *B* 1*a*) B. *(corr.* Beanus *B* 1*a*; Beaanus *corr.* Beoanus *B* $2a^1$; Beonus *C* 4*b)* et M. *B* 1*a*. $2a^1$. *C*. i) et *add.* *C*. k) inciperunt *A* 1.

Cap. 4. a) (et *om.*) ea quae (vi *m. pr. superscr.*)derat *A* 1. b) et *C* 1*a*. 4*b*. c) Scotorum *corr.* Scott. *C* 3; *om.* *C* 4*a*. *b*. d) *ita* *A* 1. *B* 1*a*. $2a^1$; cuique p. *A* 2. 3; usquam competens *C*. e) omnipotenti *B* $2a^1$. *C* 4*b*. f) *ita* *A* 2. *B* 1*a*. $2a^1$. *C*; *om.* *A* 1; cum hilaritate *pro* se *A* 3. g) *ita* *A* 1. 2. *B* $2a^1$. *C* 1*a*; magnis *C* 4*a*; magnatibus *rell.* h) *om.* *A* 1; mitis (in *add.* *A* 2) tantum *pro* i. *A* 2. 3. i) i. et p. t. *om.* *A* 3. k) effugabat *A* 2. 3. l) *add.* visio tertia *A* 1; Finit vita annualis. Incipit visio tertia *A* 2; Incip. III. visio *B* $2a^1$.

Cap. 5. a) Hyb. *A* 1. *B* $2a^1$. *C* 4*b*; Hiverniae *A* 2; Ybern. *A* 3; *similiter infra.* b) *ita* *A* 1; insul(a)e *rell.* c) populum *A* 1. d) (per *om.*) d. studio *B* $2a^1$. e) circuire *(m. al. in litura* *C* 3; circumire *C* 4*a)* studuit, inst. *C*. f) *ita* *A* 1. *C*; anniversarius dies *B* 1*a*. $2a^1$; anniversarii dies *A* 2. 3. g) *ita* *A* 1; visionem *plerique;* visiones *C* 4*a*. *b*. h) (a *om.*) corporis *A* 1. i) *ita* *A* 1; videbat *B* $2a^1$. *C* 1*a*. 3. 4*a*; viderat *rell.* k) memorans — iniunctum *om.* *C* 4*a*. *b*. l) *ita* *A* 1; fuisse *rell.* m) eum *A* 2. n) v. c. *B* $2a^1$. o) *ita* *A* 1; corporali *rell.* p) et *add.* *(A* 3. *B* 1*a*. *C* 3*)*. q) in solum tanto *A* 1. r) palpitabat viditque *A* 2. 3. s) et *add.* *B* $2a^1$; D. adque o. *A* 1. t) *om.* *A* 2. u) exponenter *B* $2a^1$. v) *ita pr. m.* *A* 1*; ac *rell.* w) suae *add.* *B* $2a^1$. x) completo *A* 2; complendos *A* 3. y) predicantem *A* 2. 3. *C* 4*a et pr. m.* *B* 1*a*. z) *ita* *A* 1; Quod *rell.;* Q. i. f. est *om.* *A* 3. a) *add.* Finit tertia visio. Incipit vita per duodecim annos *A* 2, Quarta visio *B* $2a^1$.

Cap. 6. a) *pr. m. superscr.* *A* 1. b) annis X. *A* 1. *C* 3; annis XII (clm *superscr.*) *C* 4*a*. *b*; decim, *om.* a. *B* $2a^1$. c) (s. *om.*) acceptionem *A* 1. d) (D. *om.*) adn. (i. — mult. *om.*) *B* $2a^1$.

animos, invidia stimulante, contra se[a] commotus[b] esse deprehendens[c], relictis omnibus quae habere videbatur, paucis cum[d] fratribus ad insolam[e] quandam parvolam in mare[f] profectus est atque exinde non multum[g] post de Hibernia pericrina[h] litora petens[i] per Britannias[k] in[l] Saxoniam[1] transvectus est, ubi honorifice[m] a Siggibercto[n] rege[o] susceptus[p] verbo[q] Domini barbarum[r] mitigabat cor.[s]

(7). Conpletis vero[a] duodecim annis quos angelus[b] praedixerat, sanctus quadam[c] infirmitate correptus, angelica fruitur visione, ubi etiam[d] praedicationis instantiam[e] admonitur[f], nullum vivendi[g] finem audivit; certum[h] diem tacendo euangelicum[i] praeceptum admonens[k]: *Vigilate et orate, quia*[l] *nescitis diem neque horam*[m]. Quod vir Deo plenus intellegens, loco[n] monasterii a praedicto sibi[o] rege traditum adceleravit[p] construere. Quod monasterium* in quodam[q] castro constructum, silvarum et maris vicinitate amoenum** rex gentis illius Anna[r] ac nubiles[s] quique[t] tectis et[u] muneribus adornarunt[v]. *(Marc. 13, 33.)*

(8). His rite[a] gestis, vir sanctus ab omni saeculi atque[b] ipsius monasterii[c] cura alienare se cupiens, cum sapientibus fratribus[d] tractavit[e]. Habuit enim secum reverentissimos et[f] spiritalis verus, qui exemplum[g] tanti viri et[h] in[i] monasterii[k] probatione et in diversis laboribus vitae[l] ad[m] humilitatis et caritatis gratiam

*) vocabatur Cnoberesburg[2] (Cnoheresburh *B* 2a[1]) *add. B* 1a. 2a[1].
**) sancti Fursii fideliter *add. A* 1.

I. Capp. 6—8. *A* 1. 2. 3. *B* 1*a*. 2*a*[1]. *C* 1*a*. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 6. a) vel *add. B* 1*a*. 2*a*[1]. b) *ita A* 1. *B* 1*a*; commotos *rell. (ante* contra se *C* 1*a et pr. m. C* 4*b)*. c) deprehendit relictisque *A* 3 *(non A* 2*)*. d) p. secum assumptis fr. *A* 3. e) *ita A* 1; insulam (insilam *pr. m. B* 1*a*) q. parvulam *rell.* f) *ita A* 1. *B* 1*a*. 2*a*[1]; mari *rell.* g) multo post (p. *om. A* 2) primo de *A* 2. 3. h) *ita A* 1. i) poetens *A* 1 *(?)*. *B* 2*a*[1]. k) *m. al. corr.* Brittannias *C* 3 *et sic A* 2. *C* 4*a*. *b*; Britanias *A* 1; Brittannos *B* 1*a*. 2*a*[1]; Hiberniam *C* 1*a*. l) ad *B* 1*a*. 2*a*[1]. m) honorifice (est *add. B* 2*a*[1]) a *A* 3. *B* 1*a*. 2*a*[1] *(v. infra p.* 438, 13*)*; (ubi *om.*) et a S. rege honorifice susc. *C* 4*b*; honorificatus est (est *om. A* 2) a *A* 1. 2. *C* 1*a*. 3. 4*a*; susceptus est honorifice a rege *Beda, h. eccl. III,* 19. n) *ita A* 1; Sigeberto *plerique;* Sigiperto *A* 2; Sigberto *C* 3; Sigiberto *C* 4*b*. o) et *add. C.* p) Sus(pec: *in litura*)tus *A* 1; est et *add. A* 2. 3. q) verbum *A* 1. r) *ita A* 1; barbarorum m. cor *(m. al. corr.* corda *C* 3*) C*; barbara (barbarorum *B* 1*a*) m. corda *B* 1*a*. 2*a*[1]; barbara (barbarorum *A* 3) corda mitigare studebat *A* 2. 3. s) *add.* Finit vita per annos XII. Incipit visio quarta *A* 2, Quinta visio *B* 2*a*[1].

Cap. 7. a) etenim *A* 3. b) s. a. pr. *A* 3. c) quidam *B* 2*a*[1]. *C* 4*a*; quidem *C* 1*a*. d) et *add. (A* 1. 3). e) *ita A* 2. *B* 1*a*. 2*a*[1]. *C* 1*a*; instantia *rell.* f) *ita A* 1; ammonitur *B* 1*a*; admonitus *A* 3. *C* 3. 4*a*; ammonitus *A* 2. *B* 2*a*[1]; amonitus *C* 4*b*; monitus *C* 1*a*. g) vivente (?) *A* 1. h) *ita A* 2. 3. *B* 1*a*. 2*a*[1]; extremum diem tacendum *A* 1; Tert(c)ium diem t. *C* 1*a et pr. m. C* 3; Tercium vero die t. *C* 3. 4*b*; Tertio die t. *C* 4*a*: eo quod certus sibi exitus, sed incerta eiusdem exitus esset hora futura *Beda l. l.* i) *ita A* 2. *C*; euangelii pr. *A* 1; euangelicum, *om.* pr. *A* 3; euangelico praecepto *B* 1*a*. 2*a*[1]. k) ammonet *B* 1*a*. *C* 4*a*; admones *B* 2*a*[1]. l) *bis scr. in transitu a folio ad folium A* 1. m) Finit visio quarta. Incipit finis vitae illius *add. A* 2. n) *ita A* 1; locum *rell.* o) r. Sigiberto sibi *B* 1*a*. 2*a*[1]; sibi, *om.* r. *C* 4*b*; a pr. sibi r. — Q. monasterium *om. C* 4*a*. p) adcelebravit *B* 2*a*[1]. q) c. q. *A* 2. 3. r) *ita A* 1. *B* 1*a*. 2*a*[1] *(ubi* religiosus *add.)*. *C* 1*a*. 3; *om. A* 3. *C* 4*a*. *b*; *verba* r. g. i. A. *desunt A* 2. s) *ita A* 1; nobilis *A* 2. *B* 2*a*[1]; nobiles *rell.* t) quaeque *B* 1*a*. u) atque *A* 3; ac *Beda.* v) illud monasterium *add. B* 2*a*[1].

Cap. 8. a) *om. A* 1. b) ab *add. A* 2. 3. c) vir sanctus *iteratum A* 1. d) et spiritalibus viris *add. A* 2. 3 *(cf. n.* f*)*. e) tractant *A* 1; tractabat *B* 1*a*. 2*a*[1]. f) *ita A* 1; (et sp. *om.*) viros *A* 2. 3; et spirit(u)ales viros *rell.* g) *ita A* 1. 2; exemplo *rell.* h) *om. A* 1. i) *om. C* 4*a*. *b*. k) monasterio *B* 1*a*. l) viae *A* 1. 2. m) et *C* 4*a*; *om. C* 4*b*.

1) *Beda, H. eccl. III,* 19: per Brettones in provinciam Anglorum devenit. 2) *Ex Beda l. l. Hodie Burgh-Castle (Suffolk).*

proficerunt[a]. Inter quos etiam germanus[b] proprius habuit[c]: Fuilanum[d] sanctum admodum verum[e], cui etiam sortito*[f] monasterii et[g] animarum dereliquit[h] curam; alterum vero[i] Ultanum[k], diuturna monasterii[g] probatione[l] ad heremitalem vitam[m] multis iam annis ab eodem electum[n]. Derelictis omnibus curis et rebus, nudus ad fratrem suum**, qui iam theoricam[o] pascebat vitam, solus profectus est. Labore[p] cottidiano et orationibus continuis deservientibus[q], annum integrum ibidem phylosophantur[r].

(9). Tunc[a], quibusdam causis ingravantibus[b], ad[c] populo vel regi[d] altiores[e] ingeni ad consilium vocatus, immo etiam conpulsus, desideratum sibi herimi[f] dereliquid[g] locum. Omniaque animo[h] pervigili tractans ac turbatam esse provintia[i] gentilium incursione[1] perspiciens[k] nec[l] ibi diuturnum[m] monasterialem ordinem perpinsans[n], ad Galliarum litore[o], dimissis[p] ordinate[q] omnibus, navigavit, ibique a Francorum rege Chlodoveo[r] vel[s] patricio[2] Ercanwaldo[t] honorifice[u] susceptus[v], monasterium in[w] loco nuncupante[x] Latiniaco[3] construxit. Hac[y] non multum[z] post,

*) sacerdotio cum sanctis Gobbona[4] et Tibulla praesbiteris (presbiteros *B* 2*a*¹) *pro* sortito *B* 1*a*. 2*a*¹.

**) Ultanum *add. B* 1*a*. 2*a*¹.

I. Capp. 8. 9. *A* 1. 2. 3. *B* 1*a*. 2*a*¹. *C* 1*a*. 2*a* *(a. l.* 8*)*. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 8. a) *ita A* 1; profecerunt *A* 2. 3; proficiant *corr.* proficerant *B* 1*a*; profecerant *B* 2*a*¹; proficerent *C*. b) *ita A* 1; germanos proprios *rell.* c) h., e quibus unus erat nomine Foilanus et (F. cui etiam i. *A* 3) ipse sanctus sanctus admodum (ammodum *A* 2), c. etiam (c. e. *om. A* 3, *v. supra*) *A* 2. 3. d) *ita A* 1; Foilnanum *B* 1*a*; Foilnanum *corr.* Foilanum *C* 3 *et sic C* 4*a*; Folnanum *B* 2*a*¹; Foillanum (*C* 1*a*. 4*b*); Fullano *Beda*. e) *ita A* 1; virum *rell.* f) *ita A* 1. 2 *(pr. m.)*; sortito monasterio *A* 3; sortitam monasterii *C*. g) et — monasterii *om. C* 1*a*. h) derelinquit *B* 1*a*. 2*a*¹. *C* 4*a*; derelinquid *corr.* dereliquit *C* 3, *et sic C* 4*b*; reliquit *A* 2. 3 *cum Beda*. i) *om.(?) A* 1; nomine *add. A* 2. 3; vocabulo *add. Beda*. k) U. (Ultinus? *B* 1*a*) anachoretam (anachoritam *B* 2*a*¹) diut. *B* 1*a*. 2*a*¹. l) probationem mon. *A* 1. m) a *add. A* 2. 3. n) qui *add. A* 2. 3; electam *C*; relictum derelictum derelictis(!) *A* 1. o) *ita A* 2. 3; theoric^am posciba[t] (vitam *om.*) *A* 1; t(h)eorica pascebatur vita *rell.* p) *ita A* 1; Labori *rell.* q) *ita B* 2*a*¹; servientibus *A* 1; deservientes *rell.* r) philosophatur *A* 2, *corr.*; phylosabatur *A* 1.

Cap. 9. a) *c.* 9. 10. *collata sunt cum C* 2*a*. b) *ita A* 1; ingravescentibus *A* 2. 3; ingruentibus *rell.* c) *ita A* 1; a p. vel rege *rell.* d) vir *eadem m. superscr. A* 2, *habet A* 3. e) *ita A* 1; altioris ingenii *rell.* f) *ita A* 1. g) dimisit *A* 2. 3. h) animi pervigilem *A* 1. i) *ita A* 1; provinciam *rell.* k) prospiciens *A* 2. 3. l) sic sibi *A* 1; nec ibidem *C* 4*a*. *b*. m) diuturnam *A* 1. n) *ita A* 1; perpensans *rell.* o) *ita A* 1; litora *rell.* p) dimissus *C* 1*a*. 2*a*. 4*b*. q) *ita A* 2. 3. *B* 1*a*. 2*a*¹ *cum Beda;* ordinationibus *pro* o. o. *A* 1; ordinatis (que *add. C* 4*a*) *rell.* r) *ita A* 1. *B* 1*a*. *C* 4*a*; Hludowio *B* 2*a*¹; Flodoveo *A* 3. *C* 1*a*. 2*a*. 3. 4*b*; Flodveo *A* 2. s) et *C*; a *add. A* 2. t) *ita B* 1*a* (Ercunvaldo *Beda*); Ercanaldo *B* 2*a*¹; Herconaldo *A* 2. 3; Herkenaldo *C* 4*a*; Aerchenaldo *C* 4*b*; *om. A* 1. 1*. *C* 1*b*. *c*. *d*. *e*. 2*a*. 3; E. — patricio *om. C* 1*a*. u) honofice *A* 1. v) est et *add. A* 3. w) in l. *om. B* 2*a*¹. x) *ita A* 1 *et pr. m. A* 3; nuncupa(to *in litura*) *A* 2; quem (quod *B* 2*a*¹) nuncupant (noncupant *C* 3. 4*a*. *b*) Latiniaco *(ita B* 1*a*; Latiniacum *rell.) rell.;* Latineaco nominato *Beda*. y) *ita A* 1; Ac *rell.* z) *ita A* 1; multo *rell.;* primo *h. l. add. A* 2, *post* post *A* 3.

1) *Penda rex Merciorum Anglos orientales aggressus est, quo in bello reges et Siggiberchthus et Anna ceciderunt; Beda III,* 18. 2) *Erchinoaldo maiori domus patricii titulum praeter biographum et qui ex ipso pendet Bedam attribuit auctor Gest. abb. Fontanell. c.* 1 *§* 5. 3) *Lagny (arr. Meaux, dép. Seine-et-Marne) ad Marne fl. Nomen alter biographus a latere deducens loci situm ita descripsit (Catalog. Paris. ed. Bolland. I, p.* 547*):* Nam hinc silva peropaca tegitur, hinc Materna (marina *ed.*) aqua honestatur; hinc multiplex et delectabilis pratorum planities, hinc fecundissimarum vinearum floret densitas. His quasi quibusdam gemmulis resplendens supradictus locus pulchritudinis muneribus, delectabilis viri Dei nimium apparuit obtutibus; quem in parte sui delegat praesentiaque sui honorat.

fratribus ordinatis[a], cum rege[b] et patricio iter agens, infirmitate*) correpitur[c], ibique diu[d] iacens, virorum nubilium vel ipsius reverentissimi regis visitatione frequentatus[e], ab ore illius sermonibus[f] gratiae[g] condimentum vitae adsumebat[h] aeternae, et[i] sic praesentia relinquens**), ad aeterna conmigravit regna***).

5 (10). Corpus vero illius ab inlustri[a] vero[b] Erchynoaldo[c] patricio[d] retentum†).[e] causa[f] eclesiae, quam sibi magnopere construxerat[g], in villa[h] cui Perrona[i.1] vocabulum est[k] ponitur[l]. Et quia ipsius[m] eclesiae dedicatio inter[n] triginta[o.2] parabatur[p] dies, in quodam loco[q] in porticu interim corpus sanctum summa[r] cum diligentia custoditur[s] ac[t] post tantos dies ita inlaesus[u] invenitur[v], acsi[w] eadem
10 hora de[x] hac luce fuissit[y] egressus. Reverenter[z] ergo††) iuxta morem prope altare reconditur[a], ibique fere[b] annis quatuor demoratur. Constructus[c] vero ad orientalem[d] altaris[e] partem domuncolam, ibi post tot[f] annos inmaculatum[g] corpus[h] reverentissimis[i] subvectus[k] episcopis[l] Eligio[m] et Audopertho†††).[n.3] transfertur[o]

*) inf. corporis corripitur in loco cui nomen est Macerias[4]. Ibique *A* 2. 3.
15 **) in loco Maceria nominato (nominate *B* 2*a*[1]) XVII. Kal. Febr. *add. B* 1*a*. 2*a*[1] *(cf. Virtutes c.* 14*)*.
***) XVIII. Kl. Februarii *add. A* 2. 3. 4.
†) acceptum servatur in porticu quadam *pro verbis* r. c. *A* 3 *(ex Beda interpolatus)*.
††) die VI. Idus Febr. *add. B* 1*a*.
20 †††) et a Fullano et Emiano abbatibus et aliis sanctis *add. B* 1*a*. 2*a*[1].

I. Capp. 9. 10. *A* 1. 2. 3. *B* 1*a*. 2*a*[1]. *C* 1*a*. 2*a*. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 9. a) dimissis *add. B* 1*a*. 2*a*[1] *(v. supra p.* 438, 12*)*. b) r. Flodoveo (Flodveo *A* 2) et p. Herconaldo iter *A* 2. 3. c) *ita A* 1. d) deiacens *A* 1. e) *ita A* 1. *C*; frequentatus *et superscr.* est ipsique *A* 2; *haec in textum admisit A* 3; frequentatur *B* 1*a*. 2*a*[1]. f) sermonis *C* 4*a et e corr. C* 2*a*;
25 sermones *C* 1*a*. 2*a (pr. m.)*. 3. 4*b*. g) et *add. C*. h) assumebant *A* 2. 3. *C* 1*a*. 2*a*. 3. i) *om. A* 1.
Cap. 10. a) *ita A* 1. *B* 2*a*[1]. *C* 2*a*. 3. 4*b*; illustri *C* 1*a*. 4*a*; inlustre *A* 2. 3; inlustro *B* 1*a*. b) *ita A* 1; viro *rell.* c) *ita A* 1; Erchinoaldo *B* 1*a*; Erchinaldo *B* 2*a*[1]; Erchenaldo *C* 2; Aerchenaldo *C* 4*b*; Archenaldo *C* 4*a*; Herconaldo *A* 2. 3; Herchenaldo *C* 2*a*; Hernaldo *C* 1*a*. d) patritio *h. l. A* 1; patrocio *A* 3, *corr.* e) retente *A* 1; (qui *superscr.*) retentus (erat *superscr.*) *A* 2. f) casa *A* 1.
30 g) construxit *A* 1. *B* 2*a*[1]. h) loco *A* 3. i) Persona *A* 1; Parona *C* 4*a*; cui v. est Parrona *A* 3; quae vocatur Parrona *C* 4*b*. k) *superscr. A* 2. l) *om. A* 3. m) prius *B* 2*a*[1]. n) *ita A* 1. 2. *B* 2*a*[1]. *C* 2*a*. 4*a*. *b et pr. m. C* 3; intra *A* 3. *B* 1*a*. *C* 1*a*. o) viginti et septem *B* 1*a*. 2*a*[1] *(ex Beda)*. p) *ita A* 1. 2. *B* 1*a*. 2*a*[1]; d. p. *rell.* q) praefata *add. A* 3; locum portico *A* 1. r) c. d. s. *B* 1*a*. 2*a*[1]. s) custodiebatur *A* 3. t) at *C* 2*a*; et *A* 1. u) *ita A* 1; ill(a)esum *rell.* v) *m. al. in litura B* 1*a*;
35 servabatur *A* 2; repertum est *A* 3; inventum est *Beda*. w) *ita A* 1. *C cum Beda;* quasi *A* 2. 3. *B* 1*a*. 2*a*[1]. x) de hac *om. A* 1. y) *ita A* 1. z) Reverentur *A* 1. a) conditur *A* 2. *C* 4*a*. *b*. b) *om. A* 3; i. f. a. q. *exciderunt A* 2. c) *ita A* 1; Constructa — domuncula *rell.* d) orientem *A* 2. 3 *(pr. m.)*. e) p. a. *C*. f) a. tot *C* 1*a et pr. m. A* 3. g) et integrum *add. B* 1*a*. 2*a*[1]. h) *ita A* 1. 2. *B* 1*a*. *C* 4*a*. *b*; a *add. rell.* i) reverentissimum *B* 2*a*[1]. k) *ita A* 1. *B* 1*a*. 2*a*[1]; sub-
40 vectum *A* 2. 3. *C* 1*a*. 2*a*. 3; subiectum *C* 4*a*; suggestum *C* 4*b*. l) id est *add. A* 3. m) Elegio *A* 2. *B* 1*a*. *C* 1*a*. 2*a*. 3. n) *ita A* 1; Audeberto *B* 1*a*; Audberto *A* 2; Autberto *rell.* o) trasfertur *A* 1; refertur *B* 1*a*.

Ecclesias namque in praedicto fundo aedificat, quarum unam in honore domini salvatoris, alteram vero in memoria beati principis apostolorum Petri consecrat tertiamque sibi
45 quidem construit opere, sed cotidiana usque nunc miraculorum mirificat amplitudine, quae in eiusdem beati Fursei honore a posteris dedicata, multis praebet tam animarum quam corporum dona salutaria. *S. Petri ecclesia secunda olim abbatialis erat; S. Fursei tertiae non supersunt nisi reliquiae.* 4) Gobbano et Dicullo *Beda*.

1) *Péronne (dép. Somme). Ibi Scottorum monasterium iam saeculo VII. conditum est,*
50 *unde castrum et ipsum postea Perrona Scottorum appellabatur.* 2) *Beda:* Quod dum post dies XXVII esset factum. 3) *Cameracensi.* 4) *Cf. Fursei Virtutes c.* 14.

sine ulla putridine[*, a], ubi etiam recta fide petentibus merita illius clarescunt divinis virtutibus, adiuvante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et[b] regnat in saecula saeculorum. Amen[c].

EXPLICIT[d] VITA SANCTI FURSEI.

II.

INCIPIUNT[a] VIRTUTES SANCTI FURSEI.

(1). Rem[b] actam adque gestam, fratres dilectissimi, ad memoriam concitemus confessoris, ut cunctae proles divulgantes[c] restaurent ecclesias, quia pastor gregis et doctor istud despexit[d] saeculum, laudes terrenas, munera regalia, decus principis et aulam Christi diligens, penetravit regna polorum cum sanctorum milibus[e]: laetus pastor cum[f] ovili laetos[g] portans fructus[h]. Nam quos[i] elegit et amavit, non reliquid[k] postergum. (cf. Ioh. 10,12.)

(2). (V. Fursei c. 1.) Pius utique antistis[a] Furseus largus et humilis, qui cum esset ex regali regimine[b, 1] decore[c] affabili[d], ad congregandum promptus[e], efficax[f] in opere, omnia sibi commendata Deo diligenter, se et omnia sua propria in munus detulit salvatori. Omnia haec, ut audivimus[g] et credimus[h], pro intuitu amoris Dei[i] ultramarinis adimplevit[k] documenta partibus ac postremo meruit audire vocem Domini dicentis: (Matth. 11,28.) *Venite ad me omnes qui laboratis*[l] *et honerati*[m] *estis, et ego reficiam vos;* et iterum: (ib. 19, 29.) *Qui reliquerit propria, id est agros et*[n] *propincos*[o] *et cetera omnia propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam perhennem*[p] *recipiet*[q]. O virtus abstinentiae et mortificationis[r] carnis, quae et[s] haec omnia custodivit et docuit!

(3). (Vita c. 6.) Veniens namque[a] in Saxoniam[b], ibi a Sigeberto[c] rege honorifice susceptus est. Qui prae gaudio nesciens, quod opus ei[d] egisset bonitatis, obtulit ei munera, aurum[e] et gemmas et divitias innumerabiles. Ipse[f] praedictus Furseus pro nihilo[g] habuit haec omnia, sed petens ab eo aliquid[h] expectaculum[i, 2], ubi sibi[k] et suis

*) V. Id. Februarii *add.* *A* 2. 3. 4.

I. Cap. 10. *A* 1. 2. 3. *B* 1*a*. 2*a*¹. *C* 1*a*. 2*a*. 3. 4*a*. *b*. *II. Capp.* 1—3. *C* 2*a*. *b*. 3. 4*a*. *b*. *c*. 5.

I. Cap. 10. a) *ita A* 1. b) et r. *om. A* 2. c) *om. B* 2*a*¹. d) *ita B* 2*a*¹; E. v. s. F. abbatis *A* 3; *subscriptionem om. rell.*

II. Cap. 1. a) *ita C* 3; *praescr.* I. v. eiusdem *C* 4*c*; De virtutibus sancti Fursei *C* 4*a*; De miraculis sancti Fursei confessoris *C* 4*b*; *praescriptionem om. C* 2*a*. *b*. 5. b) (XX)VIII. Rem *C* 3. c) dev. *C* 4*a et pr. m. C* 3. d) disp. *pr. m. C* 3. e) militibus *C* 4*b*. f) *om. C* 4*b*. g) laetus *C* 4*c*. h) fructos *C* 2*a*. i) quod *C* 4*b*. k) dereliquit *C* 4*a*. *b*. *c*.

Cap. 2. a) *ita C* 2*a*; antistes *rell.* b) germine *C* 5. c) *m. al. corr.* sermone *C* 3; decorus *C* 5; *om. C* 4*c*. d) affabilis *C* 4*a*. *c*. 5; affabilis conloquio *Vita c.* 1. e) prumtus *C* 4*a*. f) effixas *C* 3. g) audimus *C* 3, *corr.* h) credidimus *C* 4*c*. i) Dei vel transmarinis *C* 4*c*. k) implevit *C* 3. l) laborastis *C* 4*a*. m) *ita C* 2*a et pr. m. C* 3. 4*c*; honorati *C* 4*a*; onerati *rell.* n) *om. C* 4*b*. o) *ita C* 2*a*. p) *ita C* 2*b*; perhemnem *C* 5; perennem *C* 2*a*; aeternam *C* 3. 4*a*. *b*. *c cum Vulg.* q) percipiet *C* 4*c*. r) mortificationi *corr.* mortificatione *C* 2*b*. s) *om. C* 5.

Cap. 3. a) V. nam(que *postea add.*) *C* 3; Veniensque *C* 4*b*. b) Saxonia *C* 2*b*. c) Sigeperto *C* 2*a*, *corr.*; Sigib. *C* 3. 4*a*. d) *eras. C* 3. e) g. et a. *C* 4*c*. f) *eras. C* 4*c*; vero *add. C* 4*b*. g) nichilo *C* 4*a*. *b*. h) aliquod *C* 4*b et m. al. C* 3. 4*a*. i) *ita C* 4*a*; aliqui : : : : : : aculum *m. al. corr.* aliquem locum *C* 4*c*; spectaculum *rell.* k) *om. C* 4*a*. *b*.

1) *Auctor* germine, *i. e. propagine, scribere voluit. Vita c.* 1: nobilis quidem genere.
2) *Fortasse receptaculum. Mabillon.*

post se venientibus praepararet hospitium. Qui[a] et rex[b] eius adquiescens sermonibus non solum eum[c] dilexit, verum etiam post eius regimen[1] clamans pro amore sancti dedit auxilium defensionis[d] et consolationis. Tunc vir Domini in ipsa praedicta traditione[2] construxit monasteria et[e] ecclesias[f] cum sanctis[g] pignoribus[h] dedicavit atque monachos et virgines ad serviendum Domino[i] cum cura regulari[k] constituit. Qui[l] venientes ad eum[m] debiles et claudos, cecos[n] atque leprosos[o], vel[p] etiam qui varias habebant[q] iniurias, cunctos salvabat ab infirmitatibus et cunctis se petentibus dabat[r] necessaria. Qui honorabilior ceteris effectus[s] cunctis praedicabat remedium penitentiae et cunctos[t] ab erroribus salvabat.

(4). Benedictus pater Furseus omnia sua[a] gubernata propriis germanis suis Foilnano[b] et Ultano ad custodiendum dereliquid[c]. Angelo admonente, petiit a[d] rege sibi licentiam dari in Romaniam[e] transmeare, ubi piis[f] precibus ad limina[g] sanctorum Petri et Pauli et ceterorum sanctorum orationibus vacaret. Qui ad haec rex[h] respondit, ei dicens, non dimissurum[i] eum, nisi ei[k] voto[l] vovisset iterum[m] reverti[n]. Qui Domini adleta[o] vovit[p], auxiliante Domino, reversurum[q] esse, petentesque omnes[r] eius[s] benedictionem, deduxerunt eum cum pace ad litora maris. Vita c. 8.

(5). Navigantes[a] autem, venit[b] in Galliam; statim[c] a rege Chlodoveo[d] et patricio Erchenaldo[e] honorifice susceptus[f]. Data[g] ei a rege licentiam[h] praevidere[i, 3] omnem potestatem suam, ut sibi condignum[k] locum inveniret; sed vir Domini iter quod coeperat petebat, ne impediretur. ib. c. 9.

(6). Sed longum est narrare, quanta in partibus transmarinis Dominus per[a] eum dignatus est operari miracula, et hoc potentissimo operi eiusdem divino

II. Capp. 3—6. *C* 2*a. b.* 3. 4*a. b (ad l.* 20*). c.* 5.

Cap. 3. a) Qui et *om., erasis litteris* Qu::: *C* 3; Quae et *C* 4*a*; Qui, *om.* et *C* 4*b*. b) re(x *m. al. in litura*) *C* 2*b*. c) (eum *m. al. add.*) | (eum *m. al. in litura*) *C* 4*c*; autem *C* 4*b*. d) *ita C* 2*a. b*; d. *om. rell.*; et consolationis *(m. al. corr.* consolationem*) C* 3; (et *om.*) consolationis *C* 4*b et C* 4*c (ubi* c. *cum verbis praecedentibus eras.)*; et consolationem *C* 4*a*. 5. e) *om. C* 4*c*. f) ecclesiam *C* 2*a*. g) cum suis *C* 2*b*; (cum *om.?*) scas (?) p. *eras. C* 4*c*. h) pigneribus *C* 4*a*. i) Deo *C* 2*b*. k) regali *C* 4*b*. l) que *m. al. add. C* 3; (Qui *om.*) venientesque *C* 5. m) eum *corr.* se *C* 4*a, et sic C* 4*b*. n) (c. *om.*) et l. *C* 4*c*. o) leprosus *pr. m. C* 2*a*. p) sed etiam *eras. C* 4*c*. q) habent *C* 5. r) debet *pr. m. C* 3. s) affectus *C* 4*b*. t) cunctis *pr. m. C* 2*b*.

Cap. 4. a) su: *(m. al. corr.* que*)* gubernabat *C* 4*c*. b) *ita C* 2*a. b*. 3. 5; Foillano *C* 4*b. c*; Foilano *C* 4*a*. c) et *add. C* 4*b*. 5. d) sibi a r. *C* 4*b. c*. e) Romanam *C* 5. f) pis *C* 2*a, corr.*; *om., versu exeunte, C* 2*b*. g) lumina *pr. m. C* 5. h) *ita C* 2*a. b*; *om. rell.* i) se *add. C* 4*c*. k) *om. C* 2*b*. l) vota *C* 2*b*. 4*a. b*. m) se *add. C* 2*b*. n) *ita C* 2*a*. 3. 5; revertent: (?) *m. al. corr.* revertendi *C* 4*c, et sic C* 4*a. b*; reversurum *C* 2*b*. o) *ita C* 2*b*. 4*b*; adleta *corr.* adhleta *C* 5, *et sic C* 4*a*; athleta *C* 2*a*. 3. 4*c*; vota *add. C* 4*a. b*. p) se *add. C* 5. q) se *add. C* 2*a. b*. 4*a. b, m. al. add. C* 3, *om. h. l. C* 5 *(cf. n.* p*), ante* r. *superscr. C* 4*c*. r) *om. C* 4*a. b*; Petensque (rex *m. al. superscr.*) eius *C* 4*c*. s) ei *C* 4*b*.

Cap. 5. a) *ita C* 2*b*. 4*a. b*; Navigans *rell.* b) venerunt *C* 4*b*. c) stat(im *m. al. in litura*) *C* 2*a*; que *add. C* 3. 5; autem *add. C* 4*a*. d) Clod. *C* 5; Flodoveo *C* 4*b et pr. m. C* 4*c*. e) Aerch. *C* 4*b*; Erkenaldo *constanter C* 4*a*; Herchenoldo *C* 4*c et sic deinceps.* f) est *add. C* 2*b*. 5 *et m. al. C* 4*c*; est et *add. C* 4*b*. g) *ita C* 2*b*. 3; est *add. C* 4*a. b. c*. 5; Data est *m. al. in litura C* 2*a*. h) *ita pr. m. C* 3; a r. licen(cia *m. al. in litura*) *C* 2*a*; licentia a r. *C* 2*b*; a r. licentia *rell.* i) providendi in omni potestate sua *C* 5. k) dignum *C* 4*c*; condignum habitandi quereret locum. Sed *C* 4*b*, *inde ex h. l. retractatus, quare eum non inspexi nisi locis selectis.*

Cap. 6. a) dign. (est *m. al. superscr.*) per eum operare m. *C* 4*c*.

1) *Cf. p.* 440, *n.* 1. 2) *I. e. fundo tradito.* 3) *Locum ita intellego: perlustrandi omne regnum eius.*

iungendum est miraculum. Veniens in pago[a] Pontivum[b] et in villa[c] quae dicitur Maioc, in qua audivit planctum magnum in domo Haimonis[d] ducis, eo quod filius eius[e] esset defunctus unicus quem habebat. Tunc petiit vir Domini illud corpus ad custodiendum per noctem. Quod impetravit et iussit corpus poni in secreto[f] cellulae secum. Clauso hostio[g], flectens genua et cum lacrimis Dominum deprecans, 5 pariter surgunt sanctus de pulvere[h], infans de feretro. Mane autem facto veniens Haimo[i] cum uxore sua et cum turba[k] plurima virorum et[l] mulierum lamentantium cum luminibus[m] ad domum ubi vir Domini[n] orabat, et invenerunt vivum quem mortuum suspicabantur, canentem et laudantem Deum[o] cum viro[p] sancto. cf. 2. Thess. 1, 10. Tunc Haimo cum omni populo laetus effectus, glorificans Deum, qui est gloriosus in 10 sanctis suis, dedit ei possessionem[q] suam noncupantem[r] Macerias[1] et* deprecatus est eum, ut ab eo numquam discederet. Vir Domini hoc[s] respuens, iter carpebat[t] quod coeperat.

(7). Tunc populi vociferantes post eum, osculantes eius vestigia et petentes eius[a] benedictionem; quos[b] omnes a variis infirmitatibus sanabat. Sed et Haimo[c] 15 provolutus ad[d] pedes eius dixit: 'Oro te, vir Dei, ut[e] quamvis non simus digni, ut nobiscum continuo maneas, vel tuum transitum nobis manifestes'. Vir Domini dixit: 'Quando in una nocte tres horas fulgureas[f] videris mutatas, tunc me transiturum scias'.

(8). Deinde veniens in pagum Ambianensem[a] et in curtem[b] vocabulum[c] 20 Antoilum[d. 2] super fluvium Corbeiam[e], ubi[f] obviavit[g] ei vir malignus, exuens eum pallio suo et minans eum cum discipulis suis fustibus[h], et pergens ad domum suam, portavit cappam[i] viri Dei, iactans[k] eam mulieri suae. Et insiliens super[l] eum spiritus malignus et super uxorem suam et unicam filiam suam[m], fregit lin-

*) Maioch *add. C 4c;* Maioc, in qua per eum Dominus primogenitum suum resusci- 25 tavit, *add. C 4b;* hereditatis, suae pergrandem villam, in qua filium resuscitaverat, Maio nomine *Vita altera.*

II. Capp. 6—8. *C 2a. b.* 3. *4a. c.* 5.

Cap. 6. a) pago *inter scribendum corr.* pagum *C 2a, et sic rell.* b) Pontium *pr. m. C 4c.* c) *ita C 4c.* 5 *et pr. m. C 3;* villam *rell.* d) Haymonis *C 4b;* Haimoni *pr. m. C 4c;* Aimoni *et sic* 30 *constanter C 2b.* e) *om. C 2b.* 4c. f) (se *m. al. add.*)creto *C 2b.* g) *ita C 2b.* 4a. c; ostio *rell.* h) et *add. C 4c.* i) Aimo *C 2a. b, ut infra.* k) p. t. *C 2b.* l) ac *C 2b.* m) liminibus *C 4c.* n) Dei *(C 2a).* o) Dominum *(C 4a).* p) s. v. *C 5.* q) possessiones suas *pr. m. C 2b.* r) *ita pr. m. C 3;* nuncupantem *C 2a. b.* 5; nuncupante *C 4b. c (pr. m.);* nomine *(C 4a).* s) hec *C 5; om. C 2b.* t) quod cep. carp. *C 5.* 35

Cap. 7. a) ei *C 3.* b) qui *C 4a. b.* c) Haiminus *C 4c.* d) (ad *m. al. superscr.*) ped(es *e corr.*) *C 2a.* e) *om. C 4a. b.* f) fulgoreas *C 3.* 4c *et e corr. C 5.*

Cap. 8. a) Ambianensium *C 4c.* b) curte *C 4c.* c) vocabulo *C 2a.* 3. 5. d) *ita C 2a.* 3. 4c. 5; Antoillum *C 2b;* Antiolum *(C 4a);* Attoilus *C 4b.* e) Corbeia *C 5.* f) *om. C 4b.* 5. g) iavit *e corr. C 2a;* ei o. *C 2b.* h) cedi *add. C 4a.* i) campam (?) *pr. m. C 3;* capam *C 2b.* k) iacta(ns 40 *e corr.*) ea *C 2a.* l) sub *C 2a.* m) eorum *C 5.*

1) *Mézerolles ad fl. Authie (cant. Bernaville, arr. Doullens, dép. Somme), haud procul distans a Frohen-le-Grand, i. e. Fursei domo, ubi fons Fursei ('la fontaine de St. Furcy') hodieque ab aegrotis celebratur.* 2) *Authuile (cant. Albert, arr. Péronne, dép. Somme). Rivus ad quem locus situs est nomine immutato hodie appellatur Ancre vel Encre neque* 45 *Corbeia, sed nomen antiquum monasterium celeberrimum servavit, confluentibus Ancre et Sumina conditum.*

guas eorum, et filia surda[a] et ceca effecta[b], nullus[c] alio loquebatur. Secutus est[d] eum vir Domini usque ad domum, petens hospitium; et responso non invento, misericordia[e] motus, fecit orationem pro eis, ut indulgentiam acciperent. Meritis[f] sancti crediderunt, simul et sanitatem[g] receperunt. Ipsi[h] conversi[i] Deum, pro 5 amore[k] sancti se[l] et cuncta propria in munus detulerunt salvatori[m].

(9). Deinde divino desiderio anelans[a] veniensque in Grandicurte[b, 1] in pago[c] Atrabitense, petivit[d] diversorium a femina nomen[e] Ermenflide[f], quae videbatur multas habere possessiones et[g] pecunias; sed minime impetravit. Statim ut vidit vir Domini duritiam eius, recessit, et in ipsa hora coepit eam inimicus exurere[h]. 10 Et ecce! nuntii[i] post eum venerunt ad invitandum eum, dicentes: 'Serve Dei, ecce[k]! vocat[l] te domina nostra. Veni, libera eam a vexante[m] sibi; scit enim, quod propter te tanta patitur mala'. Sed noluit vir Domini reverti ad eius habitaculum, quia sciebat[n], quod ei evenerat. Adtamen conpuncto corde pius pater misit unum ex discipulis suis cum baculo[2] suo ad eam; ut autem introivit domum, daemon[o] 15 cum tremore exiliens[p] ab ea, mulier[q] facta est sana. Veniens[r] autem post virum sanctum et provoluta pedibus eius, se et sua propria[s] ei devota[t] vovens, postea multis[u] vixit annis. O fratres dilectissimi, quam clara et quam pretiosa fuerunt[v] merita sancti; non solum namque per eius[w] manus virtutes clarescebant, verum etiam ex baculo, quem in manu frequentissime[x] portabat, ad[y] quotquot infirmos 20 mittebatur, statim sanabantur[z], et illud quod superius memoravimus cotidie per totam Galliam divulgabatur[a].

(10). Vir Domini memoratus Erchenaldus audiens eius[a] famam, obviam[b] ei[c] perrexit, orans et postulans, ut veniret ad domum eius ad palatium Perronensis[d] vici et[e] in sacrum[f] baptisma filium suum poneret et a fonte susciperet. Qui[g] 25 sanctus non rennuens, sed[h] sicut semet ipsum diligens, pariter pergunt. Venientes[i] autem ad locum nominatum, magna ibi fit laetitia; sed tamen sex vincti in carcere

II. Capp. 8—10. *C* 2*a*. *b*. 3. 4*a*. *c*. 5.

Cap. 8. a) c. et s. *C* 4*c*; et sic surdi et ceci effecti, ut — loqueretur *C* 5. b) facta *C* 2*b*. c) *ita* *C* 2*b*. 3; nullus ab alio *C* 4*c*; nullus alii *C* 5; nullus ex eis *C* 4*a*; nulli aliquid *m. al. in litura* *C* 2*a*. d) autem 30 *add.* *C* 5. e) non *add., sed pr. m. delet.* *C* 2*b*. f) Meriti *corr.* Meritis *C* 3; Merito *C* 4*a*. *c*; Qui ut meritis *C* 5. g) r. s. *C* 4*c*. h) que *add.* *C* 5. i) ad *m. al. add.* *C* 2*a*. 3; *habet* *C* 4*a*. 5; ad Dominum *C* 4*c*. k) (am *m. al. in litura*)ore *C* 2*a*. l) *m. al. in litura* *C* 2*a*; sed *C* 5; sed et *eras.* *C* 4*c*. m) salvatoris *C* 3 *et pr. m.* *C* 4*c* (?).

Cap. 9. a) anhalans *corr.* anhelans *C* 4*c*. b) *ita* *C* 2*b*; Grandem curtem *rell.* c) *ita* *C* 2*b*; 35 pago Atrabitensem *C* 2*a*; pago Attrebatensem *C* 4*c*; pagum Atrabitensem *C* 3. 4*a*; pagum Attrabatensem *C* 5. d) (p.·d. *om.*) ad feminam *C* 4*c*. e) *ita* *C* 2*b*; nomine *rell.* f) Hermenflidam *C* 4*c*. g) et p. *om., m. al. suppl.* hospicium petiit *C* 4*c*. h) e(xu *m. al. in litura*)rere *C* 2*a*; vexare *C* 4*a*. 5 *et m. al. in litura* *C* 3. i) nuntium *C* 4*a*, *corr.* k) *om.* *C* 2*b*. l) voca *pr. m.* *C* 2*a*. m) *ita* *C* 2*a*. 3 *et pr. m.* *C* 4*c*; vexantes sibi *C* 2*b*; vexante se *C* 5; vexatione *C* 4*a*. n) quod ei ev. sc. *C* 5. 40 o) *in litura* *C* 2*a*; daemone *C* 4*a*. p) *ita* *C* 5; esiliens *m. al. in litura* *C* 2*a*; (ex *m. al. suppl.*)iliens *C* 3; exili::s(?) *m. al. corr.* exilivit *C* 4*c*; resiliens *C* 2*b*; exiliente *C* 4*a*. q) lier *m. al. in litura* *C* 2*a*. r) Veniensque post *C* 5. s) propri: *pr. m.* *C* 3. t) devote *C* 5. u) v. a. m. *C* 4*c*. v) fuerant *C* 2*a*. *b*. w) m. e. *C* 4*c*. x) semper *C* 5. y) ad q. *m. al. in litura* *C* 2*a*; ad quodquot *C* 4*a*. z) (sana *m. al. in litura*)bantur *C* 2*a*. a) *ita* *C* 2*a*. 4*c*; devulgabatur *C* 3 *(pr. m.)*. 4*a*; devulgantur 45 *corr.* div. *C* 5; vulgabatur *C* 2*b*.

Cap. 10. a) *om.* *C* 2*b*. 4*c*. b) oviam *C* 2*b*. c) *pr. m. om.* *C* 4*c*. d) Parronensis *C* 4*a*; Paronensis *C* 5; Pronensis *C* 4*c*. e) ut *C* 2*b* *et m. al. in litura* *C* 2*a*. f) sacro baptismo *C* 4*a*. g) *m. al. corr.* Quod vir *C* 3. h) eum *add.* *C* 5. i) Venientibus *C* 4*a*.

1) *Grandcourt (cant. Albert, arr. Péronne, dép. Somme).* 2) *Cf. quae de baculo Cae-* 50 *sarii Arelatensis episcopi scripsi, SS. rer. Meroving. IV, p.* 452.

tenebantur in ipso vico. Ipsi ubi audierunt adventum eius, clamabant dicentes[a]: 'Ora pro nobis, serve Dei, propter Deum, quia[b] credimus per tuum adventum nos salvari'. Ad ubi audivit[c] vir Domini[d], misericordia motus, postulavit pro eis, ut dimitterentur, sed minime inpetravit[e]. Accedens[f] ad epulas vir[d] Domini, expectavit[g] mirabilia Dei; dixit enim se non esse pransurum, antequam vinctos ante se vidisset. Audiens[h] Dominus petitionem servi sui, et ecce! cunctis videntibus, qui erant retrusi absque ulla contagione advenerunt inlesi. Cuncti[i] adstantes simul cum[k] principe veniam postulaverunt et glorificaverunt Deum, eo quod eis[l] venisset virtus, salus et adiutorium.

(11). Tunc electus Domini Erchenaldus constituit tres domesticos suos, qui virum iustum per diversa loca deducerent, et[a] ubicumque sua propria fuissent, ei monstrassent[b], ut, qualis ei[c] locus amabilior[d] fuisset, ad habitandum daretur; qui et fecerunt. Sanctus vero Furseus e cunctis[e] locis Latiniacum expetivit. Veniens autem in ipsum praedictum locum, fixit baculum suum in terram[f], et mox ebullivit[g] fons magnus, qui usque hodie locum irrigat et multis a[h] diversis infirmitatibus praestat medicinam. Contigit autem, ut[i] dum praevideret quadam die locum, ecce! duo inergumini[k] a[l] beatissimo Furseo deprecati sunt remedium[m]. At ille, facto crucis signaculo, effugavit daemonium reddiditque eis salutis remedium.

(12). Tunc qui missi fuerant[a] cuncta quae viderunt[b] omnibus indicaverunt. Erchenaldus vero[c] ut audivit hoc, gratias aegit[d] Deo, qui talem ei[e] virum dedisset, unde talia processissent[f] miracula. Pergens itaque post virum sanctum, dicit[g] ei: 'Deo gratias ago, qui mihi talem[h] dedit[i] proprium, ubi tibi invenisti dignum habitaculum; edifica et ordina diligenter, ut sit tibi et tuis aptus perennis[k] temporibus[l]. Ego autem interim praeparabo montem Cygnopum[m. 1] qui Perrona[n] noncupatur[o], ut[p] si[q] acceptior tibi fuerit, habeas et ipsum, quia, Deo iubente, ibi[r] requiescent corpuscula nostra'.

Vita c. 9. (13). Ymno[a] dicto, sanctus Furseus Latiniacum[b] suis[c] manibus construxit, beatusque Erchenaldus Perronam[d] cum festinatione[e] praeparavit. Ac non multo[f]

II. Capp. 10—13. *C* 2*a. b.* 3. 4*a. c.* 5.

Cap. 10. a) *om. C* 4*c.* b) qui *pr. m. C* 2*a.* c) audivi *pr. m. C* 2*a.* d) Domini — vir *om. C* 4*c.* e) Vir autem Domini memoratus — impetravit *iterata, sed postea deleta sunt C* 2*a.* f) Accedentesque *C* 5; Accedentes autem *(C* 2*a. b).* g) expectabat *C* 4*a.* h) Audiensque D. *C* 5; Audiente Domino *C* 4*a.* i) que *add. C* 5. k) *m. al. corr.* coram *C* 3. l) ei v. *pr. m. C* 3; (eis *om.*) v. *C* 4*c*; evenisset virtus eis et s. *C* 2*a.*

Cap. 11. a) et — monstrassent *om. C* 2*b.* b) demonstrassent *C* 5. c) l. ei *C* 4*c.* d) ammabilior *C* 2*a.* e) cuctis *C* 2*b.* f) terra *C* 2*b.* g) bullivit *C* 4*a.* h) ac *C* 2*b.* 5; ac diversis *m. al. in litura C* 4*c.* i) *om. C* 4*c.* k) in : ergumini, *ras.* r *C* 2*b*; energumini *C* 4*c.* 5. l) ad beatissimum Furseum *C* 4*a.* m) auxilium *C* 4*a.*

Cap. 12. a) (fuerunt *pr. m.*) et cuncti qui *C* 4*c.* b) viderant 4*a. c.* c) *om. C* 4*c.* d) *ita pr. m. C* 3. e) *om. C* 4*a. c*; v. ei *C* 5. f) processisent *C* 3; processiset *C* 5. g) dixit *C* 2*b et pr. m. C* 2*a.* h) tale *(C* 3*)*; aliquid *add. C* 5. i) ded(it *e corr. m. al.*) *C* 2*a*; dederat *C* 3; mihi dederit (locum *m. al. in litura*), ubi *C* 4*c.* k) perhennis *C* 4*a.* 5. l) diebus *C* 4*c.* m) Cignopum *C* 2*b.* 4*c.* n) Perona *C* 5, *ut infra;* Perora *C* 2*b.* o) *ita C* 2*b.* 3. p) uti *C* 2*b*; et *C* 4*a.* q) sic *(= sicut) pr. m. C* 4*c*(?). r) tibi requiescunt *C* 4*a.*

Cap. 13. a) Immo *C* 2*b*; Hymno *C* 4*a. c.* 5. b) cum *add. C* 4*a et C* 4*c, sed eras.* c) m. suis *C* 4*c.* d) Perrona *C* 4*c.* e) c. festina(ti *m. al. in litura*)one *C* 2*a*; confestinatione *C* 4*c.* f) multu *pr. m. C* 2*a.*

1) *Nunc obsolevit vetus nomen illius monticuli, in quo S. Fursei ecclesia elegantissime erecta cernitur. Mab.*

post audientes[a] ultramarini cognati atque amici, simul cum sancto Emmiano[b] accele-raverunt venire[c] ad sanctissimum virum Furseum[d], qui eos honorifice suscipiens et simul cum eis[e] manibus operans[f], magnopere[g] construxit illum locum.

(14). Et post spatium annorum contigit ei[a], ut reverteretur in Saxoniam visitare proprios germanos suos, id est Foilnanum[b] et Ultanum, quos dimisit ad regendum suum[c] monasterium; qui in sua relinquens sede Emmianum[d] virum sanctum curam gregis agere[e], iter accelerabat. Veniens igitur[f] in praedictam traditionem Haimonis[g] vocabulo Macerias, sanctus Domini[h] infirmitate[1] corripitur et angelica perfruitur[i] visione[2]; praesentia relinquens, ad aeterna migravit regna. (Vita c. 8. — ib. c. 9. — ib. c. 7. 9.)

(15). Sed Haimo neglexit[a] dicta sancti viri tempusque transitus sancti[b]. Ad-veniens[c] ad prandium suum, vidit beatum Furseum cum suis duobus diaconis[d] et cum tribus cereis, quos posuerunt super mensam suam, et abierunt[e]. Tum[f] Haimo stupefactus interrogabat circumstantes se: 'Videtis gloriam, quam ego video?' Dixerunt se neminem[g] vidisse. Qui dixit eis: 'Ecce! vidi ante me virum sanctum[h] stantem, qui unigenitum[i] meum resuscitavit et signa magna nobis de-monstravit, cum duobus diaconis[k] et tribus cereis, quos posuerunt super mensam meam, et abierunt. Credo enim huic signo, quod[l] mihi mercedem praestabit, et nunc scio, quod[m] de[n] corpore migravit[o]. Pergamus ad[p] sepeliendum eum'. Tunc ipse cum omni[q] domu[r] sua et cum[q] cunctis pagensibus seu[s] cum clero vel turba virginum, cum turibulis[t] et cereis perrexit ad sepeliendum sanctum[u]. Qui[v] ve-niens in locum[w] vocabulo Macerias, ibi cum odoribus magnis[x], ymnis atque can-ticis custodiebat[y] corpusculum sancti[z].

(16). Audiens haec inluster[a] vir[b] Erchenaldus maior domus, illuc cum turba[c] multa[d] hostiliter perrexit. Qui veniens ad supradictum locum super flu-vium Alteiam[3], ubi sancta iacebat gemma, ibi Haimonem ducem praeparatum invenit, hostiliter vigilantem et custodientem corpus. Tunc Erchenaldus[e] dicit[f] Haimoni duci[g]: 'Redde mihi monachum meum, alioquin cras mane iudicet hoc[h] Deus inter me et te'. Haimo[i] respondit: 'Et mihi primogenitum meum resusci-

II. Capp. 13—16. *C* 2*a*. *b*. 3. 4*a*. *c*. 5.

Cap. 13. a) *ita C* 2*a*. *b*; haec *add. rell.* b) Emiano *C* 4*c*. c) *om. C* 4*c*. d) Fursęum *C* 4*c*. e) *m. al. C* 2*a*. f) operas *pr. m. C* 3. g) magnope(re *m. al. add.*) *C* 3; magno opere *C* 4*a*.

Cap. 14. a) *om. C* 4*c*. b) Foylnanum *C* 2*a*; Foillanum *C* 4*c*; Fiolanum *corr.* Foilanum *C* 4*a*. c) m. s. *C* 4*c*; ecclesiam suam, *pr. m. in mg. suppl.* m. s. *C* 5. d) Eminianum *C* 4*c*. e) ager : : *pr. m. C* 3. f) autem *C* 5. g) *post* H. *duo vel tres litt. ras. C* 4*c*; ducis *add. C* 4*a*. h) Dei *C* 4*a*. 5. i) *ita C* 4*a*. *c*; v. perf. *C* 5; perf. *om. rell.*

Cap. 15. a) :||eclexit *C* 3; neglessit *C* 2*b*. b) *om. C* 4*c*. c) (ad *eras.*)veniens *C* 4*c*; adve-niente *C* 5; que *m. al. add. C* 3. d) *ita pr. m. C* 2*a*; diaconibus *rell.* e) habierunt *C* 4*a*. f) Tunc *C* 2*b*. 4*a*. *c*. g) minime *C* 2*a*. *b et m. al. in litura C* 4*c*. h) *om. C* 4*a*. i) unicum *C* 2*b*. k) *ita C* 3 *et pr. m. C* 2*a*; *om. C* 2*b*; diaconibus *rell.* l) ac(?) m. m. monstrabit *eras. C* 4*c*; monstravit *pro* praestabit *C* 4*a*. m) quo *C* 2*a*. n) e *C* 3. o) *m. al. add.* ergo *C* 3. p) at(?) *pr. m. C* 4*c*. q) *om. C* 4*c*. r) *ita pr. m. C* 3. 4*c*. s) secum cl., *sed* se *eras. C* 4*c*. t) turrib. *C* 2*b et pr. m. C* 4*a*. u) eum *C* 5. v) Quo veniente *C* 4*a*. w) l. cui vocabulum *C* 5. x) y. m. *pr. m. C* 4*c*. y) custodiebant *C* 4*a*. *c*. z) sanctum *C* 4*a*, *corr.*

Cap. 16. a) inlustris *C* 4*c et m. al. C* 2*a*. b) *om. C* 2*b*. 4*a*. c) turbas, *ras.* s *C* 2*b*. d) magna *C* 4*c*. e) Erchenaldo *C* 2*a*; Archenaldus *C* 2*b*; Herchelnoldus, *infra* Herchenoldus *C* 4*c*. f) dixit *C* 2*a*. *b*. g) ducis *C* 4*a*, *corr.* h) *om. C* 5. i) H. r. *om. C* 5.

1) *Potius cum rege et patricio iter agens infirmitate correptus est teste biographo vetustiore c.* 9. 2) *Vita c.* 7: quadam infirmitate correptus, angelica fruitur visione. 3) *Authie fl.*

tavit; sed tamen quid inter nos haec ratio? Iubeantur crastino[a] iungi duo tauri indomiti, ut elevent feretrum et pergant, Deo iubente, ubicumque[b] voluerint'. Tunc vir Domini Erchenaldus laetus effectus dixit: 'Recte iudicasti; fiat secundum iudicium tuum'.

(17). Factum est autem, dum uterque[a] custodiret corpus beati viri adque confabularentur, ecce! puella ceca a nativitate, quae prostrato corpore tetigit[b] pallium quo[c] feretrum operiebatur et[d] recepit lumen[e] oculorum. O qualis extitit risus vel iocunditas! Quae prius palpitando venerat, cunctis videntibus[f] psallebat[g], currens, laudans[h] et glorificans Deum[i]: 'O beate[k] Furseae[l], qui totis visceribus iam pergis ad Christi regnum, qui non declinabas[m] dextra laevaque de consortio sanctorum, o Furseae, iam vernas[n] inter choros laetantium! O sanctissima anima, quae[o] iam audis a Domino: *Intra in gaudium Domini tui.* Bonum certamen certasti, ideoque et[p] cum angelis exultabis in eternum'.

Matth. 25,21. cf. 2. Tim. 4, 7.

(18). Mane autem facto fecerunt, ut haec probarentur quae[a] dixerunt. Tauros iungunt ad feretrum ac[b] statim elevant sanctum; qui tenentes rectam viam iteneris pervenerunt ad villam vocabulo Perronam[c]. Erchenaldus[d] vero post corpus pergebat cum turba populorum psallens et[e] glorificabat Deum. Et ecce! claudus iacebat in via, qui expectabat consolationem Domini, clamans et vociferans: 'Sancte[f] Dei Furseae, adiuva me; ego si potuissem tibi[g] adpropinquare[h], credebam[i] me tuis meritis salvari'. Tunc viri misericordes portantes[k] eum ante feretrum[l], fide poscente[m], recepit sanitatem.

(19). His rite[a] gestis, ecce! Bercharius[b] dux venit[c] Lugdoniensis[d, 1] cum exercitu magno[e], volens rapere corpus. Tunc dicit ei Erchenaldus: 'Quid est[f] hoc, Berchari, quod sic armatus advenis[g]?' Respondit ei[h] Bercharius: 'Meus est[i] legibus quem ducis, eo[k] quod ego prior omnibus in hac terra eorum[l] dux fui, et quicquid mea[m] fuit facultas, ad cultus[n] amoris eius et parentum ipsius tradidi ad possidendum illi[o]. Vivens voluit ad me venire, quod tu non permisisti. Tamen obsecro, quamvis[p] non meruissem illum videre vivum, ut mihi[q] saltim[r] dimittas corpus eius custodire[s], et hoc si nolueris, unum[t] e duobus elige, aut[u] duos[t]

II. Capp. 16—19. *C* 2*a. b.* 3. 4*a. c.* 5.

Cap. 16. a) in c. *C* 4*a*; crastina *C* 2*b*. b) *m. al. corr.* quocumque *C* 3.

Cap. 17. a) dum haec fabularentur atque utrique custodirent c. b. v., ecce *C* 4*c*; dum u. custodirent c. *(om.* b. v.*)* atque cum fabularentur, ecce *C* 4*a*. b) tetigit *post* operiebatur *C* 4*c*. c) o *e corr. C* 2*a*. d) *om. C* 4*a*. e) visum *C* 4*c*. f) et se vidente *m. al. superscr. C* 2*b*. g) psallens *C* 4*a*. h) et l. gl. *C* 2*b*; l. glorificata est *C* 4*a*. i) dicens *add. C* 4*a*. 5. k) beatę *C* 4*a*. l) *ita C* 3 *(pr. m.).* 4*a. c*; Fursee *rell.: item infra.* m) declinabis *C* 2*a. b*; declinas *C* 4*a*, *ubi* a *add.* n) vernans *C* 2*b et m. al. C* 2*a*. o) qui *C* 4*a*. p) *om. C* 2*b*.

Cap. 18. a) q. d. *om. C* 4*c*. b) *om. C* 4*a*. c) Perroram *C* 2*b*, *corr.;* Peronam *C* 5. d) Et E., *om.* v. *C* 5. e) *ita C* 3 *(pr. m.).* 5; et glorificans *C* 4*a. c*; (et *om.*) gl. (glorificabant *C* 2*b*) *C* 2*a. b*. f) Sanctae *C* 4*a*. g) *m. al. superscr. C* 2*a*. h) apropinquare: *C* 2*a*; propinquare *C* 5. i) crederem *C* 2*b*. 5. k) portaverunt *C* 4*a*. l) et *add. C* 4*a*. m) et *add. C* 2*b et in litura C* 2*a*.

Cap. 19. a) ricte (?) *pr. m. C* 3. b) Bercarius *C* 5. c) *om. C* 5. d) *ita C* 2*b*; Lugdonienses *pr. m. C* 2*a*; Lugdonensis *C* 3. 5; Lucdonensis *C* 4*a*; Lucdunensis *C* 4*c*. e) o *e corr. C* 2*a*. f) hoc est *C* 4*c*; est *om. C* 4*a*. g) advenisti *C* 2*b et e corr. C* 2*a*. h) *om. C* 2*b*. i) ex lege *C* 4*a*. k) eo quod *om. C* 2*b*. l) *om. C* 4*a*. m) in ea *C* 2*b*. n) *ita C* 2*b*. 3 *et pr. m. C* 5; cultum *rell.* o) illum *C* 2*b*; *om. C* 5. p) vis *m. al. suppl. C* 2*a*. q) me *C* 5. r) *ita C* 2*b*. 4c *et pr. m. C* 3; saltem *rell.* s) costod. *pr. m. C* 2*b*. t) unum — duos *om. C* 5. u) ut *C* 2*b*.

1) Laudunensis *alter biographus, i. e. Lugduni Clavati.*

pueros ad feretrum pone, ut eant[a] partem quam elegerint, et[b] hoc altus iudex inter nos hac hora diiudicet[c], quod placitum[d] sibi fuerit'. Respondit Erchenaldus[e]: 'Prout dixisti, fiat'. Tunc misit Erchenaldus unum puerum habentem septem annos de parte[f] Berchari[g] et[h] Bercharius similiter posuit[i] puerum suum de parte Erchenaldi. Qui statim elevantes feretrum, iubente[k] salvatore, deduxerunt sanctum[l] corpus[m] ad[n] montem Cygnophum[o]. Et praedicti viri post[p] corpus cum[q] eorum plebe et cum magna laetitia gaudenter[r] pergunt, ibique cum odoribus magnis condunt[s], ubi[t] ipse sanctus prius multorum sanctorum[u] condidit pignora[v], id est Patricii[w], Beoani[x], Meldani et ceterorum[y] quos secum detulit. Sed interim, hoc est inter[z] triginta dies, paratur[a] ecclesia[b] et edificatur in honore duodecim[c] apostolorum. Vita c. 10.

(20). Praedicti[a] coniux Erchenaldi nomine Leutsinda[b] furore repleta, eo quod tam diligenter diligeret sanctum, dixit viro suo: 'Ecce! me desolatam cum filiis meis et filiabus derelinquis absque pecunia et possessione, tradens omnia nostra in manus[c] eius, quem nos[d] ignoramus, vel ex[e] qua[f] origine ortus est[g]'. Cui dicit[h] Erchenaldus: 'Dulcissima mea Leutsinda[i], noli talia verba loqui'. Leutsinda respondit: 'Fac me extraneam de[k] tuo[l] consortio, si sic perseveras, ut coepisti'. Erchenaldus dixit: 'Cessa verbosare[m. 1] Leutsinda; quod si furor tuus non cessaverit, eris extranea de potestate mea et diliciis[n], quas[o] tibi tradidi'. Leutsinda[p] respondit: 'Utinam[q] numquam[r] pervenissem ad diem illum nuptiarum, unde nunc reproba effecta sum!' Erchenaldus dicit[s]: 'Karissima[t], si scires, quanta nobis venerunt bona a die[u], quo[v] nobis suam tradidit familiaritatem, numquam talia proveheres[w]. Scito certissime[x], quod si[y] furor suus[z] contra te eversus[a] fuerit, tu[b] cum tuis et omnia tua tecum ibunt in perditionem'. Subridens Leutsinda[c] dixit: 'Audite[d] cuncti: homo triginta dies[e] putrefactus quid mihi faciet mali?'

(21). Venit autem dies, quo templum edificationis praeparatum fuit, hoc est V. Idus Febr.[a]. Ibi magna[b] collecta[2] populorum adunata[c], Erchenaldus dixit: 9. Feb. 'Leutsinda[d], ecce! dies in qua probare poteris, quem semper dolose inquiris. Hodie,

II. Capp. 19—21. *C* 2*a*. *b*. 3. 4 *a*. *c*. 5.

Cap. 19. a) in *add.* *C* 4*a*. b) ut *C* 5. c) : : iudicet *C* 2*b*. d) sibi pl. *C* 4*a*. e) Erchinaldus *C* 5. f) partem *C* 2*b*, *corr.* g) *ita C* 2*b*; Bercharii *rell.* h) et B. *bis scr. erat C* 4*a*. i) puerum s. pos. *C* 4*a*. k) (iu *e corr.*)bente *C* 2*a*. l) *om.* *C* 4*c*. m) corp(us *e corr.*) *C* 2*a*. n) ad m. *om.* *C* 5; ad — viri post *om.* *C* 4*c*. o) *ita h. l.* *C* 2*a*. 3; Cygnopum *C* 4*a*; Cignopum *C* 5; Sinofum *C* 2*b*. p) *om.* *C* 4*a*. q) cum pl. e. *erasa C* 4*c*; cum sua pl. *C* 5. r) gaudent *pr. m.* *C* 3; gaudentes *C* 4*c*. s) cundunt *C* 4*a*; *om.* *C* 4*c*. t) *om.* *C* 5. u) *om.* *C* 4*a*. v) pignera (*C* 2*a*. 4*a*). w) Patritii *C* 4*c*. x) Beonii *C* 4*c*; et *add.* *C* 4*a*. y) aliorum *C* 5; sanctorum *add.* *C* 4*a*. z) intra (*C* 2*a*. 5). a) parabatur *C* 4*a*. b) ecclesie *pr. m.* *C* 3. c) ap. XII. *C* 3.

Cap. 20. a) Predicta *C* 2*b*. 4*a*. *c et m. al.* *C* 2*a*. b) Leuthsinda *semper C* 2*b*. c) manu *corr.* manus *C* 4*a*. d) *om.* *C* 4*c*. e) *superscr.* *C* 3. f) quo *C* 4*a*. g) sit *C* 5. h) dixit *C* 5. i) Leusinda *C* 4*a*. k) a *C* 2*b*. 5. l) *om.* *C* 5; c. t. *C* 2*b*. 4*c*. m) verbosari *C* 2*b*. 5 *et m. al.* *C* 2*a*. n) *ita pr. m.* *C* 3; delitiis *C* 4*a*. *c*; et de deliciis *C* 2*a* (*ubi* iciis *e corr.*). *b*. 5. o) : : quas *C* 3. p) irata *add.* *C* 3. q) ita *C* 4*a*. r) non *C* 5. s) dixit *C* 2*b*. 5 *et m. al.* *C* 3. t) Leutsinda *add.* *C* 4*c*. u) in *add.*, *sed eras.* *C* 4*c*. v) qua *C* 4*a*. *c*. 5. w) proveheris *C* 2*a*. *b*; pro : : : : : : *m. al. corr.* proferres *C* 4*c*. x) karissima *C* 5. y) *pr. m. om.* *C* 4*c*. z) illius *C* 5; eius *m. al. in litura C* 4*c*. a) e : : ersus (?) *m. al. corr.* mersus *C* 4*c*. b) *m. al. add.* *C* 2*a*. c) Leutsida *pr. m.* *C* 2*a*. d) A. c. *om.* *C* 4*c*. e) diebus *C* 4*c*.

Cap. 21. a) *m. al. in litura C* 2*a*. b) mag(na *m. al. suppl.*) c. *C* 3; m. colecta *C* 2*b*; c. m. (*C* 5); magna(que *m. al. add.*) congregatio *C* 4*a*. c) advenit *C* 4*c*. d) Leusenda, *m. al. superscr.* ti *C* 2*b*.

1) *I. e. garrire, maledicere.* 2) *I. e. conventus; cf. Ducange h. v.*

Deo iubente, transfertur sanctus ad locum quem ei praeparatum habeo, et si sic inveneris, ut dicis, centuplum restaurabo tibi pecunias tuas'. Tunc Leutsinda laeta effecta perrexit cum turba multa ad locum ubi sanctum iacebat[a] corpus; iubet discooperire sepulchrum[b] et ideo, quia non erat digna videre corpus, amisit[c] lumen oculorum. Quae diu iacens iuxta sancti[d] sepulchrum, quicquid a iuventute adquisivit, Christo propter amorem sancti Fursei vovit[e]; statim[f] ut credidit sanata est.

Vita c. 10. (22). Cuncti[a] adstantes, gaudio magno repleti, elevaverunt corpus cum magna[b] exultatione et condiderunt[c] dextra parte altaris apostolorum principis, ubi conditum iacuit annis[d] quattuor, ubi et multa patuerunt miracula. Interim[e] paratur domuncula, in qua[f] post tot annos[g] ab inlustribus viris Elegio[h], Autberto et[i] Medardo[1] episcopis translatum est. Sicque tunc inventum est inlesum, quasi eadem hora migrasset e[k] corpore. Ibi cum odoribus magnis clara tegunt[l] membra; ibi[m] et virtutes multae clarescunt per merita sancti. Ibi paralitici et leprosi curantur et daemoniaci liberantur; ceci visum[n] recipiunt atque cuncta necessaria, quae in fide poscuntur, illic, largiente Domino, praestantur. Laetus sacerdos laetum[o] petiit domum[p]; tristes et merore plenos laetos reducit[q] in domum caelestem.

(23). Et illud non est silendum, quod in memoriam reducimus[a]. Erat quaedam femina multas[b] habens divitias et possessiones, sed validam infirmitatem patiebatur cum suis hominibus[c], languores[d] ita, ut nullus alium posset adiuvare[e]. Quae ammonita[f] in somnis, ut pergeret ad sepulchrum sancti viri orationibus vacare; sed prae infirmitate non valuit[g] ire. Tamen conpuncta in fide et amore sancti missum[h] suum misit, praecipiens illi[i], ut cito pergeret ad[k] locum praedictum et posceret[l] sibi transmittere[m] de eulogiis sancti Fursei. Hoc[n] credebat[o] ex fide, quod postea agnovit in facto; ex[p] gustu[q] credebat sanari. Servus, quo[r] domina imperavit, perrexit. Veniens[s] ad virum, cuius[t] sollicitudo praeerat monasterii[u], dicit ei: 'Domina mea valde infirmatur[v]; obsecrat et petit[w], ut eulogias sancti ei transmittatis[x], quia per ipsas credit recipere sanitatem'. Qui frater dicit ei: 'Certe scias nos absque vino esse, nisi tantum, unde vix ad missas oblationes facimus, quia validissima[y] in[z] hoc anno et[a] in hac terra extitit plaga[2] tam in populo quam et[b] in fructibus'. Ille servus ut audivit verba excusantis[c],

II. Capp. 21—23. *C* 2*a*. *b*. 3. 4*a*. *c*. 5.

Cap. 21. a) c. i. *C* 5. b) s. — i. iuxta sancti *om.* *C* 4*a*. c) (a *in litura*)misit *C* 2*a*. d) *om.* *C* 4*c*; sep. sancti *C* 5. e) novit *C* 4*a*. f) que *add.* *C* 5.

Cap. 22. a) Tunc cuncti *C* 5. b) ex. m. *C* 4*c*. c) in *add.* *C* 4*a*; dextera *C* 4*c*. d) IIIIor a. *C* 4*c*. e) I. p. d. *om.* *C* 4*a*. *c*. f) quam *C*(2*a*). 4*a*. *c*. 5; *m. al. add.* iacens *C* 3. g) annis *C* 2*b*. h) Eligio *C* 4*a*. *c*. 5. i) et M. *om.* *C* 4*a*. *c*. k) de *C* 4*a*. *c*. l) *eras.* *C* 4*c*; teguntur *C* 4*a*. 5 *et m. al.* *C* 3. m) ubi *C* 3. 5. n) r. v. *C* 4*c*. o) *ita* *C* 2*a* *et pr. m.* *C* 3; letus *C* 2*b*; l(a)etam *rell.* p) donum *C* 2*a*. *b*. q) deducit *C* 4*a*. *c*.

Cap. 23. a) ducimus *C* 2*b*. b) multans *pr. m.* *C* 3. c) omnibus *C* 4*c*. d) *om.* *C* 4*a*. e) adiuvari *C* 2*b*. f) est *add.* *C* 5. g) v. *eras. (m. rec. in mg. add.)*, ire *om.* *C* 2*a*. h) ministrum *C* 4*c*. i) illi: *C* 2*a*. k) sepulchrum et *add.* *C* 2*b*. l) poscerę(t *pr.(?) m. superscr.*) *C* 4*c*. m) transmitti *C* 5. n) que *add.* *C* 5. o) reddebat *C* 4*a*. p) et *C* 2*a*. *b*. q) videlicet *add.* *C* 5. r) quod *C* 2*b* *et pr. m.* *C* 4*c* (?); cui d. *C* 4*a*; quo domnia *C* 3; secundum quod *pro* q. d. *C* 5. s) que *add.* *C* 5. t) cui s. erat *C* 4*a*; sollicitum qui preerat *C* 4*c*. u) monasterio *C* 4*c*. 5. v) inmatur *pr. m.* *C* 2*a*. w) petiit *pr. m.* *C* 3. x) transmittas *C* 5. y) validissimas *pr. m.* *C* 2*b*. z) *om.* *C* 4*a*. a) *om.* *C* 4*a*. *c*. 5. b) *om.* *C* (2*a*). 4*a*. c) excusacionis *C* 2*b*.

1) *Flagitiosum mendum a sciolo librario, qui Eligio Noviomensi Medardum praedecessorem centum iam fere annis mortuum iunxit. Boll.* 2) *Calamitas a Deo immissa in homines impios aut perversos. Forcell.*

dixit: 'Domine[a], vel fontem mihi[b] indica, ut hauriam et ex[c] ipso deferam, ut[d] ex[e] ipso desiderium suum impleat'. Pergens frater, monstravit ei fontem; qui ex eo ferens vas plenum et[f] tulit dominae suae et cuncta quae[g] ei contigerant[h] retulit. Gavisa mulier dixit: 'Vel ex ipso[i] mihi[k] da quem[l] adtulisti'. Quae ut gustavit, gratias agens[m] Deo[n], eo quod numquam melius[o] vinum bibisset, tunc praecepit omni familiae suae exinde gustum[p] dare[q] atque vicinis omnibus; qui ex eo biberunt. Claruerunt[r] merita sancti Fursei, et ipsa cum omnibus suis recepit sanitatem; omnibus haec[s] res claruit. Postea ipsa veniens cum omni domu[t] sua et cum parentibus[u], se ipsos et cuncta propria Deo[v] pro meritis sancti Fursei voverunt[w] et postea multis vixerunt annis.

(24). Crebrescentibus deinceps miraculis, beatae memoriae Erchenaldus et coniux ipsius[a] Leutsinda[b] aedificaverunt ei ecclesiam; sanctus Dei[c] vero Elegius[d] diligenter fabricavit manibus venerabilis[e] sancti Fursei sepulchrum. Ubi[f] praestantur beneficia orationibus eius[f], praestante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat[g] per[h] omnia saecula saeculorum. Amen[i].

III.

ADDITAMENTUM NIVIALENSE DE FUILANO.

Post discessu[a] vero beati[b] viri Fursei tempestas illa[c], quam ille[d] in spiritu praeviderat[e, 1], ultramarinis deseviebat[f] in oris. Expulso[g] namque christianissimo[h] rege Anna, incursu gentilium[2] monasterium, quod ibidem construxerat, monachis distractis[i] rebusque[k] omnibus spoliatus[l] est. Ipse[m] abbas Foilnanus, uterinus supradicti viri frater, sub custodia moriturus ductus esset[n], nisi illum divina dextera[o], nunciato adventu supradicti[p] Annani[q] regis perterritis gentilibus, propter multorum servasset profectum. Monachis enim[r] de captivitate redemptis, sanctis quoque inventis reliquiis, sacro altaris ministerio et libris in navi oneratis, ipse postremum[s] Francorum petivit terras, atque in eodem loco, quo beatus[t] Furseus sepultus est, a supradicto Erchinoaldo[u] patricio suscepti[v] sunt. Quo non multo

II. Capp. 23. 24. *C* 2*a. b.* 3. 4*a. c.* 5. *III. D* 1. 2*a. b.*

Cap. 23. a) Domne *C* 3. b) m. *om. C* 2*b*; i. m. *C* 4*c*. c) de *C* (3). 4*a*. d) et *C* 2*b*. 3. 5. e) de eo d. *C* 4*c*. f) *ita C* 2*b*; (et *m. al. in litura*) tulit *C* 2*a*; : : tulit *C* 3; detulit *C* 4*c*; adtulit *C* 4*a*; (et *om.*) tulit *C* 5. g) que ei *m. al. in litura C* 2*a*. h) contingerat *C* 2*b*. i) ipsa *C* 4*c*. k) *m. al. add. C* 2*a*. l) (aquam *add. C* 2*b*), quam *C* 2*b*. 4*c*. m) egit *C* 4*a. c.* 5. n) dixit *m. al. suppl. C* 3. o) melior *C* 2*b*, *corr.* p) gustu *C* 2*b*. q) daret *C* 2*a*. r) Et cl. *C* 4*a*; Clarueruntque *C* 5. s) heres *C* 4*a*. t) *ita pr. m. C* 3. 4*c*. u) et cum par. *iterata, sed eras. C* 2*b*. v) *om. C* 4*a*. w) noverunt *C* 4*a*.

Cap. 24. a) eius *C* 4*c*; sua *C* 4*a*. b) Leutisinda *h. l. C* 2*b*; *desinit C* 2*a*, *exeunte fol.* 205'. c) v. D. *C* 4*c*. d) *ita C* 3. 5; Eulogius *C* 2*b*; Eligius *rell.* e) venerabili sancto Fursęo *C* 4*c*. f) ubi — eius *om. C* 4*a*. g) regnas *C* 4*a*. h) in s. s. *C* 4*a*. i) *subscr.* Explicit *C* 3; Explicit vita sancti Fursei *C* 5.

III. ***Addit.*** a) *ita D* 2*b*; discessum vero *D* 1; vero discessu *D* 2*a*. b) *ita codd.* c) *ita D* 2*a. b*; tempestiva, quam *D* 1. d) ipse *D* 2*b*. e) providerat *D* 2*a. b.* f) dese : viebat *D* 1; seviebat *D* 2*a. b.* g) Expulsis *D* 2*b*. h) christianis, *om.* r. A. *D* 2*a. b.* i) *ita D* 2*a. b*; destructus *m. al. corr.* destructis *D* 1. k) que *om. D* 2*a. b.* l) *ita D* 2*a. b*; spoliatum *D* 1. m) atque ipse a., *om.* F. *D* 2*a. b.* n) *ita D* 1 *et C* 2*b*; est *D* 2*a*. o) dextra *D* 2*a. b.* p) praedicti *D* 2*a. b.* q) *ita D* 2*a. b*; Anne *D* 1. r) namque *D* 2*a. b.* s) postremas *D* 1. t) beat:s *D* 1. u) *ita D* 2*a*; Archenaldo *D* 1. v) *ita D* 2*a. b*; susceptus est *D* 1.

1) *V. Fursei c.* 9. 2) *Beda III,* 18; *v. supra p.* 424.

post a[a] patricio viros peregrinos despiciente expulsi sunt, sed a religiosissima Dei famula Idobergane[b] cognominae Itane eiusque filia sacra Christi virgine Garetrude[c] honorifice suscepti sunt, ipso[d] etiam Grimaldo praeside eisdem[e] sanctis congratulante viris, atque[f] in villa, quae ex nomine fluminis[g] decurrentis nuncupatur Bebrona[h, 1], ordinate[i] monasterium religiosorum construxit[k] monachorum, predicta[l] Dei famula Itane[m] cuncta necessaria ministrante. Contigit hic, postquam[l] predicta Dei famula, multis elemosinarum fructibus per diversa loqua dispensatis multisque[n] pauperibus consolatis[o], multis etiam peregrinis cum[p] omni humanitate susceptis, esurientes reficiens, algidos vestiens, tectum hospitibus praebens, inmensa quoque munera divinis ministeriis[q] exhibens sanctarumque virginum[r] agmen cum[s] supradicta nobili in Domino confirmans, ad superna conmigravit[t] regna, vir Domini Foilnanus, de quo supra memoravimus[u], pro utilitate gregis sibi commissi iter adgrediens, die[v] vigiliarum sanctissimi martyris Quintini missarum sollempnia in Nivialensi[w] ęcclesia decantans, senioribus[x] supplicans[y] fratribus, ut[z] corpus illius, sicubi inter vias mori[a] contigisset, a fratribus semper[b] cum eo laborantibus karitatis intuitu requireretur[c], valedicens[d] omnibus profectus est. Eademque[e] nocte a quodam iniquo homine per devia ductus, atque ad[f] cuiusdam villule[2] inhabitaculum[g] iniquorum hominum domicilium intrantes, cum fallaci suscepti sunt humanitate. Comites vero beati viri[h], de habitatoribus suspecti, noctem duxere pervigilem. Finitis vero matutinis laudibus, allocutus blande incolis[i], cum se sopori dedisset[k] post orationem, suis[l] alloquens, nec[m] de ullo hominum malum aliquod[n] suspicassent, surgentes viri diabolici cum aliis secum aliunde[o] adductis, sanctum interfecerunt[p] virum; comites quoque[q] illius pariter necarunt. Sed beato viro

652. — Oct. 30. — Oct. 31.

Addit. *D* 1. 2*a*. *b*.

Addit. a) postea patricia despicientes (post patria despiciente *D* 2*b*) peregrinos pulsi sunt *D* 2*a*. *b*. b) *ita scripsi (cf. Virt. Geretrudis cont. c.* 4*:* Idubergane sive Ittane*)*; I. c. Ita eius *D* 1; Dobertia cognomine Utane eiusque *D* 2*a*. *b*. c) *om*. *D* 2*a*. *b*. d) Ipsi *D* 2*b*. e) eiusdem *D* 1; eosdem sanctos c. (congratanter suscipiente *D* 2*b*) viros *D* 2*a*. *b*. f) mox *D* 2*b*. g) d. fl. *D* 2*a*. *b*. h) Ebrona *D* 2*a*. *b*. i) *ita* *D* 2*a*. *b*; ordinante *D* 1. k) construxere *D* 2*a*; construere cepit *D* 2*b*. l) Predicta — postquam *om*. *D* 1. m) *ita scripsi;* Utane *D* 2*a*. *b*. n) que *om*. *D* 2*a*. *b*. o) consultis *D* 2*a*. *b*. p) cum o. h. *om*. *D* 1. q) *ita* *D* 2*a*. *b*; cultibus *D* 1. r) que *add*. *D* 2*a*. *b*. s) quae (per *D* 2*b*) s. mobilia *D* 2*a*. *b*. t) conmigrasset regna. Quod vir *D* 2*b*. u) commemoravimus *D* 2*a*. *b*. v) diei *D* 1. w) in Nivialihensi *D* 2*b*; in nova Libensi *D* 2*a*. x) sanioribus *D* 1, *corr*. y) supplicaret *D* 2*b*. z) *om*. *D* 2*a*. *b*. a) mors ei (eius *D* 2*a*) c., *om*. a *D* 2*a*. *b*. b) *om*. *D* 1. c) redderetur *D* 2*a*. *b*. d) ergo *add*. *D* 2*b*. e) Et eadem itaque n. *D* 2*b*. f) in *D* 2*b*; *om*. *D* 2*a*. g) *ita* *D* 2*a*. *b*; habitaculum *D* 1. h) *ita* *D* 2*a*. *b*; *om*. *D* 1. i) incolas *D* 2*a*. *b*. k) post o. d. *D* 2*a*. *b*. l) suos a. *D* 2*a*; suosque a. *et add*. monuit *D* 2*b*. m) *ita* *D* 1; ne *D* 2*a*. *b*. n) aliquando (aliquandum *D* 2*a*) suspicarentur (Et ecce *add*. *D* 2*b*) *D* 2*a*. *b*. o) *ita* *D* 2*a*. *b*; *om*. *D* 1. p) v. i. *D* 2*a*. *b*. q) comitesque i. *D* 2*a*. *b*.

1) *Locus alio nomine Fossa appellabatur (v. infra), hodie Fosses-la-Ville in pago Lommensi Belgico. Eius situm ita descripsit alter biographus (apud de Buck, AA. SS. l. l. p.* 390*):* super fluviolum qui Bervenna dicitur atque ex situ loci Fossas nuncupatur. *Fluviolus hodie la Biesme appellatur (AA. SS. l. l. p.* 924*).* 2) *Locus Ampolinis appellabatur situs in pago Hainaugia, in silva Carbonaria (Charbeneria), vico Sterpeis (Strépy, arr. Soignies, cant. Roeulx) vicinus, quem postea S. Foillani monasterium ordinis Praemonstratensis occupabat prope Le Roeulx situm; cf. Miracula S. Foillani auctore Hillino (SS. XV, p.* 925*):* loco qui dicitur Ampolinis —, ubi fusus est cruor innoxius beati Foillani martyris et pedissequorum ipsius, facto procinctu determinatum est atrium, in cuius medio ligneum ecclesiolae constitutum est aedificium et altare ad laudem Dei sub honore martyris ipsius erectum. *In Vitis Foillani posterioribus (AA. SS. l. l. p.* 384. 388*) silva Sonefiae nomen fert, hodie Seneffe.*

Deo gratias clamante, ne vox illius diutius audiretur, venerandum illius capud[a] amputarunt atque in proximo tecto, ubi grex[b] porcorum commanebat, facta fossa nuda ac dilacerata sepelierunt[c] impiae IIII[or] corpora in unum. Et res[d] sic multis latuit diebus, quia eorum vestimenta et caballus[e] et quicquid habebant[f] foras transmittentes longe habitantibus vendiderunt Sed cum ad dictum placitum minime pervenissent[g], conmoti[h] fratres caritatis[i] sollicitudine, eumque[k] ubi et ubi denunciantes quaesierunt. Sed praedicta Christi virgo Garetrudis[l] ieiuniis et obsecracionibus Domino supplicans, missis ubique per vicina loca cursoribus, tenebrarum negocium in lucem[m] produxit claram, et[n] sic septuagesimo[o] septimo die obitus sui sacrata inventa sunt corpora. Hoc numero mistice in multis divine scripture locis adnotante[p], ipso die inventa[q] quo beatus Furseus[r], frater eius, ad[s] Dominum de corpore migravit. Suscepta vero corpora cum cereis ac[t] facellarum[u] luminibus, cum antiphonis et canticis spiritalibus a clero et populo per totam noctem ad monasterium[v] Nivialcham honorifice humeris deportata sunt. Cumque[w] ibidem vir venerabilis Dido Pictavensis[x] episcopus atque inluster[y] vir Grimaldus maiorum[z] domus locorum sanctorum visitandi gratia ipso adventantes[a] die, uterque eorum de adventantibus[b] a Domino[c] ammonetur corporibus. Nam quiescens episcopus post matutinis[d] laudibus, interrogatus in somnis, quid ageret[e], iubetur quantotius in occursum beati Haelyae properare. Qui ilico surgens, et quid ageretur, ministrum[f] inquirens, audivit ab[g] eo, quod veneranda ei[h] aderant corpora. Moxque vir venerabilis in occursum[i] pergens, multisque[k] perfusus lacrimis, oracione completa laudem Domini[l] exorsus, venerandi corporis onus una cum reverentissimo supradicto patricio suscipientes, propriis devexerunt humeris. Atque in monasterium[m] sanctarum virginum susceptus, reliquiis ab eo sumptis, veneranter[n] cum psalmis et canticis ad proprium deportatur[o] monasterium. Viris undique nobilibus in[p] obviam concurrentibus ac propriis gestantibus humeris, cum omni honore constitutus[q] in loco est celeberrimo, nominato[r] alio nomine Fossa; ubi prestantur[s] beneficia orationum, adiuvante[t] Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre[u] et Spiritu sancto vivit et regnat Deus[v] per omnia secula seculorum. Amen.

Ian. 16.

Addit. *D* 1. 2*a*. *b*.

Addit. a) amputaverunt c. *D* 2*a*. *b*. b) p. grex *D* 2*a*. *b*. c) impii s. *D* 2*a*. *b*. d) sic res *D* 2*a*. *b*. e) caballos *D* 2*a*. *b*. f) habuerunt *D* 2*a*. *b*. g) venissent *D* 2*a*. *b*. h) *ita D* 2*a*. *b*; comiti *D* 1; conciti *Boll.* i) karitatis *D* 2*a*. *b*; caritati *D* 1. k) eum ubique den. *D* 2*a*. *b*. l) *om. D* 2*a*. *b*. m) luce p. claram *D* 1; l. p. clarum *D* 2*a*. n) nam *pro* et sic *D* 2*b*. o) *ita D* 1; septuagesima septima *D* 2*a*; septuagesima, *om.* septima *D* 2*b*. p) *ita D* 2*b*; adnotantem *D* 2*a*; adnotato *D* 1. q) *ita D* 2*a*. *b*; sunt *add. D* 1. r) Furse : us, *ras.* h *D* 1. s) ad D. *om. D* 1. t) et *D* 2*a*. *b*. u) *ita D* 2*a*. *b*; famularum *corr.* facularum *D* 1. v) m. Nuualcham *D* 2*a*. *b*; m. (*e corr.* monasterio), *om.* N. *D* 1. w) *ita D* 2*a*. *b*; *om. D* 1. x) Pictavi *D* 2*a*. *b*. y) illustris *D* 2*a*. *b*. z) *ita D* 2*a*; maior *D* 1. 2*b*. a) *ita D* 2*a*; advenissent d. *D* 2*b*; die advenientes *D* 1. b) advenientibus *D* 1. c) Deo *D* 2*a*. *b*. d) matutinas laudes *D* 2*a*. *b*. e) a. (agere *D* 2*a*) iubetur, (tantum *add. D* 2*a*) in o. b. Dege (corporis *add. D* 2*b*) p. *D* 2*a*. *b*. f) *om. D* 2*b*. g) a ministro quod *D* 2*b*. h) v. erant c. *D* 1. i) *ita D* 2*a*. *b*; eius *add. D* 1. k) multis perfusis *D* 2*a*. *b*. l) l. a Deo exorsus *D* 2*a*. *b*. m) monasterio *D* 2*a*. *b*. n) *ita D* 2*a*. *b*; qui venerant *D* 1. o) deportatus est m. *D* 2*a*. *b*. p) *om. D* 2*b*. q) in l. c. *D* 1. r) n. a. n. F. *om. D* 2*a*. *b*. s) eius *add. D* 2*b*. t) per D. *D* 2*b*. u) Patri *D* 2*a*. (*b*). v) r. (D. *om.*) in s. s. *D* 2*a*. *b*.

VITA VEL PASSIO HAIMHRAMMI EPISCOPI ET MARTYRIS RATISBONENSIS

AUCTORE ARBEONE EPISCOPO FRISINGENSI.

Castra Regina vel Reginum vallo cum portis et turribus munita, quae in tabula Peutingerana depicta adhuc conspiciuntur, a Marco Aurelio imperatore bello Marcomannico (a. 174—179*) condita sunt*[1], *ad viam sita quae apud Helfendorf de via Iuvavo Augustam devertebatur*[2], *eaque legio III. Italica olim occupabat*[3], *cuius praefectus duci Raetiae subditus erat. Radaspona nomine Gallico*[4], *Germanico*[5] *Raganesburch, Reganesburh, Regenesburg similiterve saeculo VIII. appellata urbs inexpugnabilis*[6], *confluentibus Danubio et Regen fluviis constituta, in metropolin*[7] *gentis Baiuvariorum crevit, regium quoque palatium capiebat, moenibus vero antiquis privata est, quae lapidibus deficientibus ad oratoria aedificanda destructa esse feruntur*[8]. *Martyr ibi celebratur, qui postea Hemmerammus vulgoque Emmerammus*[9] *nominatus est, quo hodieque utuntur nomine corrupto, in libris vero melioribus Haimhrammus, Haimrammus*[10], *Heimrammus audit, i. e. corvus domesticus, si vocabula theutonica 'haim' et 'hram' in latinum sermonem verteris. Is in ecclesia S. Georgii*[11] *extra moenia urbis sita sub humo sepultus erat, immensae magnitudinis lapide superimposito, cui loco Hucbertus dux villam quandam dono dedit*[12]. *Cultu enim sanctus floruisse videtur, priusquam res ecclesiasticae Baiu-*

1) *Primordia urbis ex inscriptione a.* 1873. *eruta colliguntur; cf. F. Janner, 'Gesch. der Bischöfe von Regensburg', Ratisbonae* 1883, *I, p.* 7. 2) *C. I. L. III, 2, p.* 730. 3) *Notitia dignitatum § 35, 17 (ed. Seeck p.* 200*):* Praefectus legionis tertiae Italicae partis superioris, Castra Regina, nunc Vallato. 4) *Altera nominis pars* -bona *saepe usitata (cf.* Vindobona*) pro oppido accipi videtur; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 584. 5) *Förstemann, 'Namenbuch' II, col.* 1234[2]. 6) *Ita V. Haimhrammi c.* 6. 7) *Ib. c.* 4. 8) *Monach. Sangall. II,* 11 *(SS. II,* 754*).* 9) *Ita V. Haimhrammi codices B variant, dum* Haimhrammus *(A* 1 Haymhrammi *c.* 31, Haimhrami *c.* 25*) et* Haimrammus *in A* 1. 2 *legitur.* 10) Haimrammus ep. Gurbinianus ep. Ermperhtus ep. Gawipaldus ep. Ioseph ep., *aliis interpositis, hoc ordine sese subsequuntur in Libro confraternitatum S. Petri Salisburg. a.* 784. *inchoato (ed. Herzberg-Fränkel MG. Necrolog. II, p.* 26*), Heimrammus vero in charta a.* 772 *(Meichelbeck, Hist. Frisingensis I,* 2, *p.* 43*) legitur.* 11) *V. Haimhrammi c.* 34. 12) *Arnoldus, De miraculis beati Emmerammi I,* 1 *(SS. IV, p.* 549*):* Hucbertus, qui beato Georgio et sancto Emmerammo sub quodam Rathario adventitio episcopo donaverat curtem, quae in pitaciis, e quibus haec excerpsimus, Pirchinwanch nuncupatur.

variorum in ordinem redactae sunt. Quod cum Bonifatius consensu Otilonis ducis fecisset, provincia illa in quattuor dioeceses divisa quattuorque ordinatis episcopis[1], *qua de re papa a.* 739. *ei gratulatus est*[2], *Gawibaldus ecclesiae Ratisbonensis episcopus tunc institutus, sepulchro marmoreo constructo, corpus sancti transferendum curavit, principesque regionis illius auro argentoque, gemmis margaritisque, sculpturis denique variis locum exornabant*[3]. *Ecclesiam Haimhrammi monachi occupabant, qui plerique more illius aevi presbyteri aut diaconi ordinati neque vero abbati sed ipsi episcopo subditi erant. Itaque monasterium illud episcopale primordia fere eadem habuit atque Sangallense, eaedemque fraudes ibi factae sunt, ut regiis adnumeraretur*[4]. *Res eius in potestate erant episcopi neque de iis agi poterat nisi illo praesente aut consentiente, cumque crescente et re familiari et monachorum numero ad iura defendenda aut disciplinam exercendam unus non sufficeret, advocatum idem a.* 814. *instituit unumque e congregatione praepositum elegit*[5]; *abbatem vero non concessit ante a.* 975[6], *ex quo monasterium a rectoribus propriis gubernari coeptum est. Sed quamvis utrique episcopus eo usque praefuisset et episcopatui et monasterio, tamen res familiaris separata fuisse videtur atque nonnumquam expressis verbis in chartis declaratum est ea quae transegerat negotia 'ex ratione monasterii' episcopum transegisse*[7]. *Inter patronos Haimhrammus iam primum locum obtinet, iuxta quem Georgius deinceps non nominatur nisi raro*[8]; *e reliquis quibus ecclesia dicata erat sanctis solus Petrus aliquoties citatur*[9]. *Traditiones igitur, quarum antiquissima praesente Gawibaldo episcopo facta est*[10], *in universum 'ad sanctum Dei martyrem Emmerammum' solum spectant vel ad ecclesiam, ubi corpus eius sacrum iacebat*[11]; *crypta sancti a.* 791. *commemoratur sedente Sindberto episcopo*[12], *qui novam basilicam amplioribus spatiis et profusiore sumptu construxisse atque ornasse fertur*[13]. *Postea ante altare, ubi corpus martyris quiescebat, aut ad tumulum eius traditiones haud raro actae sunt*[14]. *Agitur sine dubio de altari principali, in quo ossa sancti condita erant, neque de confessione quam dicunt vel crypta quadam, atque valde dubium est, quin quem a.* 1894. *iuxta altare S. Iohannis eruerunt*

1) *V. Bonifatii auct. Willibaldo (Jaffé, Bibl. III, p.* 457*).* 2) *MG. Ep. III, p.* 293. 3) *V. Haimhrammi c.* 35. 4) *Ratisbonenses vero haec studia multo post Sangallenses scriptores aggressi sunt neque vetustiorem reperio Othlohe saec. XI. Arnoldus (II, 8) solam separationem episcopatus monasteriique et abbatem proprium defendens, ingenue confessus est episcopos eosdem fuisse abbates, sed Othloh, V. Wolfkangi c.* 15 *(SS. IV, p.* 532*), hunc ipsum locum ad verbum depromens, potestatem imperatorum vel regum adiecit, a quibus episcopi monasterium obtinuissent, abbateque contendit per eosdem illud privatum esse, atque in V. Bonifatii (Jaffé, Bibl. III,* 494*) 'regalem eius libertatem' ad Karolum M. rettulit. Certe Karolo M. Leonique (Mühlbacher n.* 352[2]; *Jaffé n.* 2500[2]*) atque imperatoribus papisque sequentibus attributa privilegia adhuc supersunt, quibus translatio sedis episcopalis ex monasterio in urbem Karolo imperatore facta, potestas imperatorum regumve, tributum denique sedi apostolicae persolvendum continentur, falsa nempe omnia, in chartulario saec. XI. ex. asservata, eodemque fere tempore charta Karoli a.* 794. *genuina adulterata est, ut abbas in illius aevum promoveretur; cf. Ioh. Lechner ('N. Arch.' XXV, p.* 627—635*). Arnoldi textus saeculo demum XVII. interpolationibus auctus est (I,* 5. *II,* 9*).* 5) *Chartam a.* 814, *in qua utriusque dignitatis prima mentio fit, edidit Th. Ried, Codex chronologico-diplomaticus episcopatus Ratisbonensis, tom. I, p.* 13. 6) *Riezler, 'Gesch. Baierns', I, p.* 380; *Janner l. l. p.* 362. 7) *E. gr. chartae a.* 830. 842; *Ried p.* 27. 36. 8) *E. gr. a.* 792; *Ried I, p.* 7. 9) *Charta a.* 778: ad casam, quae constructa est in honore sancti Petri et sancti Emmerammi *(Ried I, p.* 3*); a.* 819 *(Ried I, p.* 17*).* 10) *Ried I, p.* 2. 11) *Charta a.* 776 *(Ried I, p.* 3*).* 12) *Ried I, p.* 6. 13) *Arnoldus II,* 24. 14) *Chartae a.* 814 *(Ried I, p.* 12. 14*), a.* 821 *(Ried I, p.* 19*).*

sarcophagus cum ossibus in pulverem confestim versis Haimhrammo nostro recte attributus sit a doctis Ratisbonensibus[1].

Ut Arnolfus rex (a. 887—896*) Ratisbonae frequentius moratus martyrem nostrum peculiarem patronum venerabatur, iuxta quem palatium magnum extrui iussit*[2], *ita eius summus venator Irinc comes ecclesia nova aedificata Haimhrammo titulum sepulchralem dicavit, quem e codice Monacensi lat. n.* 14747 *(Rat. S. Emm.* 747*), saec. X, fol.* 165, *exscripsi*[3], *scilicet hunc:*

Hic corpus primum sancti requievit humatum
 Pastoris patrisque pii nostrique patroni
Heimrammi, cuius meritis hic signa patescunt,
 Quae Dominus sub honore suo patrare suescit.
Tunc in amore sui hanc aulam construxerat Irinc
 Excellens praeses regis summusque venator,
Illius auxilio ut semper fungatur in aevo
 Post finemque suum mereatur scandere caelum.

Cultui martyris vulgus die 10. *Kl. Oct. adhaeret iam inde antiquitus, nam Martyrologio saec. VIII. litteris Anglosaxonicis exarato, cuius fragmenta penes Hugonem comitem de Walderdorff virum de historia Ratisbonensi optime meritum extant, eodem die manu paulo posteriore illata sunt haec:* et sancti Emhrammis, *eodemque et Hrabanus*[4] *ipsius meminit:* Et sancti Emmerammi martyris, *et Usuardus*[5]: Apud Beuvariam sancti Heimmerani episcopi et martyris. Hic crimen stupri a quodam commisso sibi causa Christi imputari suasit ac proinde mortis discrimen patienter pertulit.

Ad ecclesiam Haimhrammi Ratisbonensem inprimis festivitatis ipsius die confluebant, quicumque morbis aut delictis[6] *propriis oppressi erant, ut intercessione martyris rebus adversis liberarentur, non solum ex eadem dioecesi, sed etiam ex vicina Frisingensi, quam item instituerat Bonifatius. Cum peregrinantes indigenae gravibus periculis expositi erant, tum Frisingenses difficultate atque longitudine viae vexabantur*[7], *ita ut, fama percrebrescente, in dioecesi propria loca reperta esse fatis martyris sacrata, nihil iucundius ipsis accidere potuisset. Id autem ita factum est.*

1) *Sarcophago vestigia nulla inerant, cuiusnam corpus eo contineretur. J. A. Endres, 'Die neuentdeckte Confessio des Hl. Emmeramm zu Regensburg', Ratisbonae* 1895 *(dissertatio separatim edita ex 'Römische Quartalschrift'), et Hugo comes de Walderdorff, 'Die neuentdeckte Confessio des h. Emmeramm zu Regensburg' (item separatim edita ex 'Augsburger Postzeitung') loco Arnoldi (I,* 14, *ed. Migne* 141, *col.* 1042*) eo nituntur, quo confessionis 'de pedibus ipsius', scilicet martyris nostri, meminit 'aramque suae requietionis antipodam' dixit altare S. Iohannis, sed pedes illi ad martyres antiquos alibi referuntur, ita ut altare illud vocetur 'ad pedes sanctorum'; Notae S. Emmerammi, SS. XV, p.* 1095. 2) *Arnoldus, De miraculis beati Emmerammi I,* 5 *(SS. IV, p.* 551*); E. Dümmler, 'Gesch. des Ostfränk. Reichs' III,* 477 [2]. 3) *Edidit Pez, Thes. Anecdot. VI, p.* 6*; Ried I, p.* 1. *Ex titulo illo munus quo Irinc fungebatur palatinum erui licet alias ignotum; cf. E. Dümmler l. l. III,* 487 [2]. 4) *Canisius, Lectiones antiquae, ed. Basnage II,* 2, *p.* 342. 5) *Ed. Bouillart p.* 156. 6) *V. Haimhrammi c.* 37. 7) *Ex dioecesi Frisingensi adultera (V. Haimhrammi c.* 36*) et puellula aegrota (ib. c.* 44*) oriundae erant, quae martyris ecclesiam Ratisbonensem visitaturae illa peccatis prohibita est, haec longinquitate:* Quae dum ex difficultatem et itineris prolixiore spatio ad beati Dei martyris corpore adducere recusassent, tamen ad venerandum locum, ubi beatus pontifex gloriosum consummavit martyrium *(scilicet Helfendorfensem perducta est).*

Erat in dioecesi Frisingensi villa Kleinhelfendorf ('B.-A. Rosenheim') ad viam publicam Campoduno Iuvavum usque sita, ibique locus amoenissimus crescente humo in cubiti altitudinem surgere videbatur neque hieme nivibus aut glacie tangi. Miraculum ad Haimhrammum martyrem relatum postquam nonnullis innotescere coepit, longe lateque 5 vulgatum est, fidelibus undecumque advolantibus, ut in honorem sancti preces fundentes vota sua ad effectum adducerent. Denique christiani quidam Arbeone teste[1] *Haimhrammo ecclesiam moenibus ductis aedificaverunt, ubi mox miracula innumera coruscare coeperunt, caecis visum, claudis gressum, mutis linguam recipientibus. De origine huius Haimhrammi ecclesiae in villa Helfendorf sitae per conditorem ipsum adhuc melius in-10 structi sumus. Ortlaip enim sedente Ermberto episcopo Frisingensi (a.* 739—747*) locum iusto pretio ab incolis mercatus moenibus eam fabricandam curaverat, sicut ipse a.* 772. *in charta testatus est, qua Arbeoni episcopo monachus Isnensis factus eam tradidit*[2].

Alter locus in eadem dioecesi situs, tribus scilicet milibus ab Aschheim ('B.-A. 15 München') villa publica distans, quae ecclesia Petro sacra iam inde antiquitus fruebatur, modo persimili in ora vulgi pervenit. Item nives eidem ita pepercerant, ut verno decore et amoenitate per totum annum florere videretur, licet tanta abundantia effunderentur, ut cubiti altitudinem attingerent. Cum autem locus in quadrivio situs esset ipsaque villa vicina admodum frequentaretur, praetereuntes multi miraculum admirabantur, 20 cumque ab incolis regionis illius naturam rerum exquirerent, in memoriam rediit Haimhrammus eiusque martyrium. Itaque vicini ecclesiam eidem inibi construxerunt, in qua item innumerae virtutes non mediocriter clarescebant[3].

Attamen locus ille per spatia annorum innumera[4] *incultus fuerat et oblivioni datus neque quisquam martyrii illius ibi reminiscebatur, priusquam miracula illa contigerunt, 25 atque etiam Helfendorfensis in solitudinem redactus per annos multos permanserat*[5], *destructis aedificiis dissipatisque incolis. Denique vel post ecclesiam utramque conditam anni permulti lapsi sunt, donec Haimhrammi martyrium litteris mandatum est.*

Cyrinus, qui vitam vel passionem martyris reverentia ductus conscripsit, sanctum in fine obsecrans, ut sibi misero subveniret peccatori, cum Iosephum episcopum 'prode-30 cessorem' suum dixerit[6], *sedi Frisingensi post eum praeerat, cumque qui huic successit Arbeo nomen suum germanicum*[7] *latine Heres*[8] *verterit, Heres autem Hieronymo*[9] *teste idem sit atque Cyrinus, recte conclusum est sub hoc nomine primum Baiuvariorum scriptorem latere, cuius de vita rebusque gestis in tomo insequenti agendum est. Opus eius necessitudine quadam cum actis a.* 772. *cohaeret. Verba enim quibus in charta Ortlaipi 35 Arbeoni ecclesiaeque Frisingensi data locus Helfendorfensis definitus est eadem fere sunt quae in Vita leguntur*[10]:

1) *V. Haimhrammi c.* 30. 2) *Meichelbeck, Historia Frisingensis I,* 2, *p.* 43. 3) *V. Haimhrammi c.* 25. 4) *Ita V. Haimhrammi A (c.* 25*)*; per multa annorum spatia *B.* 5) *V. Haimhrammi c.* 29. 6) *Ib. c.* 45. 7) *Goth. 'arbja', teut. olim 'arpeo', 'aripeo', 40 hodie 'erbe'; cf. Sepp, Anal. Boll. VIII, p.* 217. 8) *Charta a.* 755 *(Meichelbeck I,* 1, *p.* 53: Ego Heres, id est Arbeo, rogatus atque petitus haec donatione scripsi et subscripsi. 9) *Hieronymi liber interpretationis Hebraicorum nominum (Onomastica sacra ed. de Lagarde, Gottingae* 1870, *I, p.* 64*)*: Cyrinus haeres, qui apud nos melius effertur et verius per Q litteram, ut dicatur Quirinus. 10) *Id quod primus animadvertit Siegmundus 45 Riezler, 'Arbeo's Vita Corbiniani in der urspr. Fassung' ('Abh. d. bayer. Akad. d. Wissensch.', Monachii* 1888, *p.* 28*)*.

V. Haimhrammi	*Charta Ortlaipi a.* 772.
c. 12. ubi — certaminis elegerat campum *A* (ubi — campum certaminis elegit *B*); *cf.* certaminis campus *c.* 7. 8. 18. 24. 29,	ubi beatus Christi martyr H. campum elegit certaminis,

neque deerant, qui eadem ex hac deprompta esse statuerent[1]. *Deinde Vitae exordium idem est quo acta synodi publicae Dingolvingensis incipiunt eodem a.* 772. *celebratae*[2]:

V. Haimhrammi c. 1.	*Synodus Dingolving. a.* 772.
In nomine Dei summi. In perpetuo regnante domino nostro Iesu Christo, qui sanguine suo *et q. s.*,	Regnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo, in anno XXIV. regni religiosissimi ducis Tassilonis gentis Baiuvariorum,

ubi regnum utriusque distinguitur et Christi et Tassilonis ducis. Duobus igitur diversae originis documentis in unum annum 772. *concurrentibus, facere non possum, quin V. Haimhrammi circa eundem compositam esse statuam, et fortasse tertio huc referendum est iter auctoris Ratisbonense eodem anno susceptum, cum 'in ecclesia beati Emmerammi' versaretur ad loca nonnulla accipienda ecclesiae propriae Frisingensi et S. Corbiniano tradita*[3].

Acta synodalia legi Baiuvariorum addita Arbeo optime cognita habebat, qui in V. Haimhrammi c. 29, *verbis* quod scriptum est *praemissis, locum e capitulis synodi Aschaimensis*[4] *a.* 756. *celebratae deprompsit. Unius praeterea libri in eius operibus crebra reperiuntur vestigia, scilicet Dialogorum Gregorii M.*[5]

Utrumque locum Frisingensem, qui nives non tolerans ad Haimhrammi martyrium a rusticis relatus est, Arbeo ita conexuit, ut villam Helfendorf 'certaminis campum' eligeret, scilicet ubi membra abscisa essent, alteri vero Aschheim finem attribueret, ita ut prope illam naturae satisfaciens in ecclesia S. Petri[6] *primam sepulturam repperisset, antequam Ratisbonam pervenisset. In describendis tormentis crudelitate fere inaudita diffluens corpus voluit hoc ordine truncatum esse, ut primo digitorum summitates abscisae, deinde oculi eruti, tum nares auresque avulsae essent*[7], *quae pedes utrique, palmae, evacuatis articulis, deinde genitalia, tum lingua e palato soluta secuta essent*[8]. *Sine dubio passio Leudegarii ei in oculis animoque versabatur, cuius cruciatus sub ipsius manibus in immensum multiplicati sunt. Truncum absque membris cruore madefactum novem miliaria emensum esse*[9] *asseruit, donec sanguinolentus morte functus esset. Hoc saucii iter ab Helfendorf ad Aschheim usque difficile creditu est virique sancto deditissimi illud adeo mirati sunt, ut omnino negaverint id fieri potuisse, 'nisi clerici medicinae periti vulnera diligentissime tractavissent'*[10]. *Hoc vero praesumi licere ex Vita ipsa minime sequitur.*

Neque iis quae de abscisorum membrorum fatis Arbeo enarravit nimiam fidem tribuam, scilicet ea collecta ab incolis in spina alba condita esse, cum arbori illi miram sanandi vim superstitiose attribuissent, eodem vero die duos ignotos atque pulcherrimos viros per viam publicam equitantes advenisse eaque requisita abstulisse neque postea usquam visos esse[11]. *Martyr adhuc vixisse traditur, immo haud pauca tunc locutus*

1) *Sepp l. l. p.* 218. 2) *Ed. MG., LL. III, p.* 462. 3) *Meichelbeck I,* 2, *p.* 44. 4) *LL. III, p.* 457. 5) *Locus Dialogorum I,* 4, *in V. Haimhrammi c.* 2. *et* 7, *notissimus ille prologi:* dies, ut opinor, ante quam sermo cessabit *ib. c.* 2 *(recensio B sola) et* 31. *expilatus est, qui tertio redit in V. Corbiniani c.* 35. *Gregoriana diligenter adnotavit W. Levison socius.* 6) *V. Haimhrammi c.* 24. 31. 7) *Ib. c.* 17. 8) *Ib. c.* 18. 9) *Ib. c.* 24. 10) *Sepp l. l. p.* 238. 11) *V. Haimhrammi c.* 22. 23.

esse[1], cum omnibus fere membris atque etiam lingua privatus esset, id quod saniores critici vehementer detestati sunt.

Causa quam Arbeo attulit martyrii a nullo approbata est, sed ipsi studiosissimi sancti cultores nobiscum consentiunt credi non posse ea quae hac de re in Vita leguntur parum consentanea. Auctori demonstrandum erat, quomodo in duo dioeceseos Frisingensis loca pervenisset martyr, qui Ratisbonae sepultus summo cultu honorabatur. Quae cum meridiem versus sita essent, in itinere Romano lustrari poterant, idque susceptum esse idem voluit orationis causa, licentia a cunctis inhabitantibus[2] aut a principe[3] impetrata. Interitus autem culpam in feminam contulit, nam sanctum non negavit affabilem se praestitisse utrisque tam feminis[4] quam viris. Igitur Ota Theotonis ducis Baiuvariorum filia per iudicis, id est comitis[5], cuiusdam filium Sigibaldum nomine gravida reddita est, cumque stuprum amplius celandum non esset, Haimhrammo episcopo ambo se aperuerunt eiusque consilium adierunt, ut tormenta evaderent; ille autem non solum paenitentiam eis imperavit, sed etiam suasit, ut in se ipsum flagitium transferrent[6]. Itaque episcopus, quamvis esset innoxius, flagitii auctor a puella delatus[7] atque iussu Lantperhti fratris eius in itinere quod suscepisset Romano in villa Helfendorf eo quo dixi modo cruciatus est; puella autem exilio damnata in Italia diem supremum obiit[8]. Ne exemplum pessimum alii in sacris ordinibus constituti sequerentur, antequam urbe exisset, Wolfleico presbytero veram rei naturam Haimhrammus revelavit, ut ubi vitae ipsius finem audisset, omnes de innocentia sua certiores faceret, se vero vivo silentium faceret[9].

Mireris mendacium, ad quod episcopus confugisse perhibetur perniciosum sibi neque puellae profuturum, quam minus dehonestassent iuvenis nobilis quam amores episcopi, mendacium in episcopo eo minus tolerandum, quo magis totius ordinis ecclesiastici fama eo laederetur. His Suyskeni[10] argumentis omnes fere qui postea hanc vitam examinaverunt assensi, causam martyrii ab Arbeone allatam minime admittendam esse statuerunt, quae ratione omni penitus careret. Praeterea auctor sibi ipsi minime constat, nam episcopus in conspectu Lantperhti constitutus mox innocentiam suam aperte profitetur, se socerum terrenum non habere declarans, immo tantum abest, ut culpam alienam susceperit, ut contra ad sedem apostolicam appellaverit[11].

Martyrium sancti una cum translatione Ratisbonam, quam urbem amoenitatis[12] causa idem anteposuisse dicitur, maximam libri partem efficit (c. 8—34), dum capita priora (c. 1—7) tota eius vita reliqua occupat. Eum Pictavis et natum et episcopum institutum esse[13] neque linguam nostram novisse, ita ut interpretis Vitalis presbyteri inter Baiuvarios indiguisset, parum verisimile est. Nomen enim eius omnino theutonicum ad hominem referendum videtur esse origine Germanum[14] neque inter episcopos Pictavos idem reperitur[15] neque per saeculum VII. iis commode inseri potest.

Theotone[16] duce Baiuvarios regente ad convertendam Avarorum gentem sanctus Ratisbonam advenit, episcopo alio Pictavis instituto[17], sed bello inter Baiuvarios Avarosque exorto a progressu prohibitus[18] per triennium[19] apud illos consedit et idolorum cultum exstirpavit. Baiuvarii enim neophyti paganorum ritum magna ex parte retinuerant. Dux vero christianae fidei admodum deditus advenae non solum possessiones concessit, sed etiam pontificis aut abbatis provinciae illius dignitatem ei obtulit[20]. Haimhrammus igitur episcopis Scottorum more vagantibus adnumerandus videtur esse, monachis scilicet

1) V. Haimhrammi c. 19. 24. 2) Ita ib. c. 8. 3) Ita ib. c. 10. 4) Ib. c. 8. 5) Cf. Waitz, 'VG.' III, 2, p. 154[3]. 6) Ib. c. 9. 7) Ib. c. 12. 8) Ib. c. 13. 9) Ib. c. 11. 10) AA. SS. Sept. VI, p. 464. 11) V. Haimhrammi c. 14. 15. 12) Ib. c. 31. 13) Ib. c. 1. 14) Ita Sepp p. 221. 15) L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II, p. 84, n. 2. 16) V. Haimhrammi c. 4. 17) Ib. c. 3. 18) Ib. c. 5. 19) Ib. c. 7. 20) Ib. c. 5.

illis ordine episcopali praeditis, qui iure dioecesano neglecto modo hic modo illic pontificalia exercebant, eumque per urbes, oppida, vicos, domos discurrisse Arbeo testatus est[1]. *Theotoni duci liberos quos dixi idem attribuens Otam et Lantperhtum in exilio defunctos, in hoc temporali regionis illius domino sanguinem sancti viri adeo vindicatum esse asseruit, ut vel nepotes et pronepotes radicitus exterminati essent neque quisquam eorum remansisset, et ubi aedificia ipsius ceteris eminentiora quondam fastigia protulissent, ibi urtica et platanus postea pullulassent*[2].

De aevo Theotonis ducis viri docti minime inter se consentiunt. Theoto ille, cuius idem auctor in V. Corbiniani c. 10. *meminit, item gentem nove conversam rudemque adhuc in christianitatis religione regebat neque vero solus, sed totam provinciam cum filiis quadrifariam divisam tenebat, e quibus Theodobertus, Grimoaldus, Theodoaldus, Tassilo nominantur neque Lantperhtus. Merita eius de ecclesiis Baiuvariorum ritu romano reformandis nota sunt, scilicet ipsum ad sedem apostolicam a.* 716. *se contulisse*[3] *legatosque a papa ad Baiuvarios missos esse, quibus quod superest Capitulare*[4] *datum est. Ex hoc confirmatur complures tunc duces provinciae praefuisse eique christiana fide imbutae neque ecclesias defuisse neque sacerdotes, sed defuisse divisionem dioecesanam atque inter ministros ecclesiasticos fuisse canonice non ordinatos neque rectae fidei deditos, minime tolerandos, scilicet Scottorum sectae asseclas. Conversionem Baiuvariorum Theotone multo antiquiorem esse vel inde intellegitur, quod in actis synodi Aschaimensis a.* 756.[5] *ecclesiae distinguuntur temporibus 'priscorum antecessorum' Tassilonis ducis fundatae ab iis, quae ipsius temporibus ortae erant, atque inter omnes constat, iam Columbani discipulos ea de causa inter Baiuvarios laborasse*[6]. *A Theotone illo ad auctoris aevum vix sexaginta anni lapsi erant, dum ex Haimhrammi morte ad detectum locum Aschaimensem innumera, ut monui, annorum spatia numerantur. Uterque igitur Theoto, scilicet Haimhrammi et Corbiniani dux, et progenie et temporum intervallo distinguendi videntur esse et certe distincti sunt iam inde antiquitus. Arnoldus enim Diotoni, cui filii in regnum non successerant, alterum opposuit Theodonem, qui filios successores in regno habuerat, eundem, quo regnante Corbinianus Frisingam accessisset*[7]. *Cum igitur ne de duce quidem constet, quo sanctus vixerit, annus, cui a scriptoribus vetustioribus attributus est, intra duo saecula fluctuat, scilicet ex a.* 652.[8] *ad a.* 706, *dum qui novissimus historiam Baiuvariorum cum summa rerum peritia bonoque iudicio conscripsit S. Riezler*[9] *usque ad a.* 715/6. *progreditur.*

Licet ea quae in utriusque sancti Vita Arbeo tradiderit ad unum eundemque Theotonem referri vix posse persuasum mihi sit, tamen non negem re vera unum solum huius nominis ducem Baiuvariis praefuisse, sicut post Blumbergerum[10] *et Büdingerum*[11] *recentiores plerique statuerunt. Sane a Theotone illo saec. VIII. in. regnante series ducum in Libro confraternitatum monasterii S. Petri Salisburgensis*[12] *incipit neque ultra eum memoria Baiuvariorum excurrisse videtur, ut quae ante innumera annorum spatia gesta esse credebant huius ducis nomini ea coniungerent.*

1) *V. Haimhrammi c.* 7. 2) *Ib. c.* 28. 3) *Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 398. 4) *MG. LL. III, p.* 451. 5) *Ib. p.* 457. *Cf. Ratzinger, 'Forschungen zur Bayrischen Gesch.' p.* 406. 6) *V. supra p.* 23. 7) *SS. IV, p.* 549. 8) *Ita inscriptio saec. XIV. (Sepp p.* 245 *n.) et Series episc. Ratisbon. saec. XIV (SS. XIII, p.* 359*); a.* 680. *Hugo Ratisbon. saec. XII. ex. (Böhmer, Fontes rer. Germ. III, p.* 488*), a.* 706. *Auct. Cremifan. saec. XIV. in. (SS. IX, p.* 551*).* 9) *'Gesch. Baierns' I, p.* 96. 10) *Blumberger in 'Jahrbücher der Literatur', Vindobonae (*1836*) LXXIV, p.* 174. 11) *'SB. der philos.-hist. Classe der Wiener Akad.' (*1857*) XXIII, p.* 375. 12) *Ed. MG. p.* 26.

Atque etiam inter corpus sancti Ratisbonam translatum novumque sepulchrum cura Gawibaldi episcopi (c. a. 739—761*) paratum multorum annorum*[1] *intervallum fuisse Arbeo statuit. His caerimoniis qui tunc interfuerant presbyteri et diacones nonnulli eius aevo adhuc superstites erant. Miracula, quae extremam libri partem (c.* 36—47*) occupant, auctor partim ipse oculis viderat, partim fidelium narratione didicerat*[2] *atque miraculis inprimis iis quae in dioecesi Frisingensi contigerant, scilicet in villa Helfendorf alibi, ad vitam conscribendam eum commotum esse recte coniectasse mihi videtur Bernardus Sepp*[3]*. Homines, qui virtutem sancti experti erant, in dioecesi Frisingensi habitabant ipsius Arbeonis*[4] *temporibus aut Iosephi*[5] *decessoris (a.* 747—764*). Ne in hac quidem parte scriptoris veracis laudes auctor ubique meritus est. Nam ultimum miraculum in ecclesia Helfendorfensi patratum iam Suyskeno*[6] *suspicionem dedit, cum per annum puellam quandam sine alimento permansisse difficile creditu sit, fidesque debilitatur hominis tanta petulantia strictos veritatis limites transgressi. Magis probatur, quae maximam miraculorum partem (c.* 37—43*) occupat, artificis cuiusdam historia a latronibus capti ac primo genti Francorum, deinde Thuringorum venumdati. Qui in confinium Porathanorum aut Saxonum iam iactatus paganorum, ut erat operandi peritia instructus, cum aedificiis componendis, tum molendinis gratiam apud dominum suum sibi conciliavit, donec novis nuptiis ad fugam coactus est. Fata miseri Arbeo ita enarrans, sicut ab ipso ea acceperat, ad tempora illa condicionesque hominum parum certas, servorum denique sortem illustranda materiam pretiosam contulit neque quicquam in hac Vita repperi iucundius suaviusque lectu.*

Opusculum suum Arbeo tam male disposuit, ut postquam mortem sancti c. 24. *enarravit, ad eam c.* 31. *iterum redierit, ut sepulturam adiungeret. Formae indigestae accedit sermo tumidus atque incultus auctoris et theutonicae et romanae linguae rusticae periti*[7]*. Praeter parvum veritatis amorem alia vitia ipsum deformant haud pauca, scilicet animus vehemens atque ferox, saevitiae libidinibusque deditus. Interim ne nimium severe iudicetur, obstat aevum barbarum gratiasque ei habent habebuntque semper Baiuvarii, qui primus inter ipsos litteras coluerit. Quae de vita atque passione sancti tradidit ea maximam partem credi nequeunt neque credita sunt, excogitata aut exaggerata ad loca Frisingensia celebranda Helfendorf et Aschheim. Uterque incultus aut in solitudinem redactus erat per annos innumeros aut multos sanctusque oblivioni ibi datus, donec nivium observabatur modestia. Ex illo tempore martyrium finisque eius rumore populi ad loca illa relata sunt cultumque ecclesia Helfendorfensis sedente Ermberto episcopo (a.* 739—747*) constructa synodusque Aschheimensis*[8] *a.* 756. *celebrata testantur. Longe igitur ante Arbeonem loca illa memoriae martyris sacra fuerant, sed conexum moribus efferis corruptisque dictatum ipse invenit neque alius. De martyrio Haimhrammi nequaquam dubitandum est, sed inter saniores criticos*[9] *constat, rem se longe aliter habuisse quam Arbeo eam enarraverit.*

1) *V. Haimhrammi c.* 35: Post multum vero temporibus *(A).* 2) *Ib. c.* 31. 47. *Uterque locus e Gregorii dialogis depromptus est.* 3) *Anal. Boll. l. l. p.* 243. 4) *V. Haimhrammi c.* 36. 5) *Ib. c.* 44. 45. 6) *AA. SS. Sept. VI, p.* 485, *n.* u: *'Verane, an ope daemonis ficta haec fuerit tam diuturna puellae inedia, non inquiro; sed qualiscumque ea fuerit, negare illam nequeo ob Aribonis scriptoris synchroni auctoritatem'.* 7) *Cf. Siegmund Riezler, 'Arbeo's Vita Corbiniani' l. l. p.* 223. *Vocabula et theutonica et romana Arbeo adhibuit; cf. c.* 16. scuria = *germ. 'scheuer', c.* 36. testimonio = *ital. 'testimoniare', gall. 'témoigner'.* 8) *LL. III, p.* 458*:* in presente villa puplica noncupante Aschęim. 9) *Rettberg II, p.* 189 *sqq.; Sepp p.* 219.

In Lege Baiuvariorum I, 10. poenae statutae sunt et eius qui episcopum occiderit et episcopi, qui culpam susceperit, atque intima relatio consensusque neminem fugiet, quo titulus ille cum martyrio Haimhrammi coniunctus est[1]. *Episcopi homicida auri solvat tantum, quantum tunica plumbea ad staturam necati facta pondus habuerit; episcopum vero reum accusator occidere non audeat, sed ad regem vel ducem vel plebem eum deferat, et si convictus fuerit, secundum canones puniatur aut depositione aut exilio. Inter delicta, quorum episcopus damnandus erat, altero loco fornicatio enumeratur et fortasse Haimhrammus fornicationis aut reus aut suspectus actione nulla praemissa a parte laesa occisus erat. Lex autem Baiuvariorum medio saeculo VIII. litteris mandata est.*

Vitam Haimhrammi editurus summo gaudio afficior, quod vituperationem haud iniuste contra textus editos emissam facile removere poteram. Cum enim in utraque recensione et antea edita et ea quae cura Bernardi Sepp ut genuina nuper accessit sermonem Arbeonis rudem viri docti aeque desiderarent, inter schedas nostras codicem a G. Waitz b. m. collatum repperi, qui auctoris soloecismos quam maxime servans primigeniam libri formam raris exceptis locis continere videbatur.

A 1*) Codex Parisiensis n.* 2990 *A, saec. X, formae quadratae, olim collegii Soc. Iesu Claromontani, deinde Thuaneus, Colbertinus n.* 6482, *Regius C.* 4344. 5. 5. *A, inter complures diversae originis fasciculos fol.* 46′—78, *scilicet in quaternionibus* 7—11 *olim separatim extantibus, Vitam vel passionem Haimhrammi*[2] *continet initio mutilam, cum foliis excisis textus a verbis c.* 3: contristatus valde *incipiat iterumque hiet a verbis:* antiquum hostem *(c.* 8*) ad:* magis deberent *(c.* 9*). Extrema folia duo antiphonae vel responsoria de Haimhrammo occupant in appendice edita.*

A 2*) Codices Audomarensis, cui fere dimidia pars deerat a verbis c.* 28*:* et sic in posteris *ad c.* 46: gloriae in illo, *et*

A 3*) Fuldensis, olim Georgii Wicelii*[3], *deinde collegii Soc. Iesu, tum facta permutatione in Museum Bollandianorum Antverpiense translatus ibique signatus Q. Ms.* 6[4], *saec. IX. vel X, formae magnae,*

hodie latent, postquam a Suyskeno in AA. SS. adhibiti sunt. Cum igitur in angustias adductus essem, ne apparatu egerem, quo decessor meus usus erat, ad A. Poncelet S. I. amicum meum litteras dedi, isque ea liberalitate, qua semper studiorum nostrorum fautor existit, apographon codicis Fuldensis e Museo Bollandianorum erutum nobis obtulit, cui discrepantiae lectionum et Audomarensis et codicis S. Maximini Treverici (nobis A 4*a) manibus aliis illatae erant. Verborum ordo turbatus in Treverico haud raro praetermissus est, dum in A* 2 *vel eiusmodi diversitas saepe observatur.*

A 4*a) Codex bibliothecae seminarii Treverici R. n. I,* 11, *saec. XIII, olim S. Maximini, legendarii magni tomus Septembrem mensem continens.*

A 4*b) Codex Parisiensis n.* 5308, *saec. XII, olim Chesnii, deinde Colberti (n.* 18*), tum Regius C.* $359\overset{2}{3}$, *fol.* 81—87′, *praecedenti admodum cognatus est. Huius libri apographon a Luca Acherio acceperat Cointius, unde frustula pendent in Annalibus ecclesiasticis III, p.* 254 *sqq. publici iuris facta.*

A 5*) Codex Parisiensis lat. n.* 12612, *olim Corbeiensis, deinde Sangermanensis (n.* 469, *deinde* 503*), saec. XIII, fol.* 31′—35′. *Passionem Hamirammi(!) ad verba*

1) *Cf. Merkel, LL. III, p.* 228; *Riezler I,* 119. 2) *Catalogus codd. hagiogr. bibl. Paris. auct. sociis Bollandianis I, p.* 227. 3) *Is in opere quod inscripsit: 'Chorus sanctorum omnium Zwelff Bücher Historien Aller Heiligen Gottes', Coloniae* 1554, *X,* 17, *p.* 535—539, *Haimhrammi passionem enarrans codicem satis antiquum citavit 'Ex Bibliotheca Fulden̄'.* 4) *Eadem nota codici Bruxellensi n.* 9537, *s. XII, erat; cf. Catalog. Bruxell. I,* 2, *p.* 337.

c. 19: praeoccupare faciem Domini dum videretur, *admodum interpolata exhibet atque folio exciso locus c.* 2—5. *desideratur*[1].

Ax) Codex L o n d i n i e n s i s *Musei Britannici Arundel. n.* 91, *saec. XII, fol.* 13′ —16, *praescr.:* Incipit passio sancti Avitramni *(sic)* episcopi, X. Kal. Octobris, *inc.:*
5 Post passionem domini nostri Iesu Christi longe lateque fragrando, *desinit c.* 24. *in ipsa morte:* Eo mortuo ita cunctos pavor invasit, ut vix tanti viri corpus in plaustrum sullevare auderent. Passus est autem sanctus Avitramnus decimo Kal. Octobris, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria per omnia saecula saeculorum. Amen. Explicit passio sancti Avitramni episcopi. *Passionis huius*
10 *auctor codicem recensionis A eumque fortasse melioris*[2] *notae retractavit atque in breve coegit, sermone rustico haud raro sublato:*

c. 15. quaerendi] quaesiturus *Ax,*

ib. eum *(scil. consilium)*] *A* 1. 2*;* illud *A* 3. 4*a;* id *Ax.*

Nomen sancti ita depravatum (Avitramnus), sicut in hoc libro legitur, in apographa
15 *quaedam Usuardina irrepsit*[3].

B 1*) Codex* W i r z i b u r g e n s i s *Mp. th. q.* 23, *saec. IX. in., formae octavae, fol.* 38, *totus Haimhrammo dicatus praeter Vitam hymnos m. s. XI. exaratos continet, qui fol.* 1. *et maximam fol.* 38. *partem iam occupant, dum fol.* 37. *adhuc vacat. Folium* 33. *inter* 36. *et* 38. *transponas. Textum librarius ipse ad exemplar emendavit. Codici*
20 *a muribus arroso syllabae atque verba singula desunt.*

B 2*a) Codex* V a t i c a n u s *bibliothecae Palatinae n.* 846, *saec. X, fol.* 2′—9′.

B 2*b) Codex* S a n g a l l e n s i s *n.* 556, *saec. XI, p.* 4—50, *Vitam continet, quam eadem manu scripti versus hi excipiunt:*

Quisque legas hominum, mentem tractando revolve,
25 Quid sis, quid fueras quidque manere queas.
Hoc opus ad vestrum scripsi devotus honorem
Nec mihi quid melius quam pietatis amor.

B 2*c) Codex* E i n s i d l e n s i s *n.* 261, *saec. XI, p.* 1—78. *Vitam, p.* 79. *orationes eadem manu exaratas exhibet has:*

30 Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulae tuae Wicburgae et dirige eam secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae, ut, te donante, tibi placita cupiat et tota virtute perficiat. Per Dominum.

Omnipotens sempiterne Deus, misericordiam tuam suppliciter exoramus, ut famulam tuam Wicburgam cum omnibus sibi commissis magnae pietatis tuae pro-
35 tectione custodias et ab omnibus mundi huius periculis sempiterna provisione tueris[a], ut[b] gratiae tuae munere defensae semper caelestibus iocundentur. Per Dominum[c].

Wicburgam librarii munere functam esse abbatissam monasterii S. Benedicti superioris ('Obermünster') Ratisbonensis, post a. 1029. *mortuam, perspexit B. Sepp*[4].

40 *B* 2*d) Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 428—42, *saec. XV, olim monasterii S. Martini maioris Coloniensis*[5], *fol.* 58′—66′.

B 3*a) Codex* M o n a c e n s i s *lat.* 19162 *(Teg.* 1162*) e compluribus fasciculis compactus, fol.* 73—95. *V. Haimhrammi saec. X. scriptam continet. Textus postea ad*

a) *m. al. corr.* tuearis *c.* b) *in litura m. al. scr. c.* c) nostrum Iesum Christum *m. al.*
45 *add. c., sed vide supra.*

1) *Catalogus codd. hagiogr. Paris. auct. Bollandianis III, p.* 163. 2) *Cap.* 15. patere] *A* 1*;* pati *Ax;* facere te *A* 3. 4*a; om. A* 2. *V. infra p.* 469. 3) *AA. SS. Sept. VI, p.* 471. 4) *L. l. p.* 212. 5) *Catalogus codd. hagiogr. Bruxell. auctoribus Bollandianis I, p.* 236.

exemplar quoddam collatus sermoque barbarus passim correctus est, librariis aut lectoribus pluribus sibi succedentibus. Capita initio distincta sunt.

B 3*b) Codex Monacensis n.* 4618 *(Bened.* 118*), saec. XII, fol.* 47—64', *miraculum ad artificem spectans Thuringis venumdatum totum praetermisit, transiliens a verbis c.* 37: quod a quodam *ad c.* 44: (animo redit), quod. *In subscriptione auctor libri Cyrinus Ratisbonensi civitati episcopus attributus est temere:* Explicit vita vel passio sanctissimi martyris Christi Hemmerammi episcopi, (cu? *eras.*)ius festivitas colitur X. K. Octobris. Cyrinus episcopus Ratisbonae civitatis scripsit passionem sancti Hemmerammi episcopi et martyris.

B 4*) Codex Berolinensis Ms. theol. lat. Fol.* 267, *saec. XII, olim monasterii Springirsbacensis (dioec. Trevericae), fol.* 38—45'.

B 5*) Codex Monacensis n.* 9536 *(Ob.-Alt.* 36*), saec. XII/III, fol.* 109—115', *textum B valde retractatum exhibet, praescr. m. al.:* Passio sancti Emmerammi martyris Christi, *inc.:* In perpetuum r. d. n. I. Chr., qui precioso sang. suo mundum r. d. est, post cuius passionem predicatione apostolorum longe lateque mundus fidei rudimentis inbutus est, — — Sed ea que dictata conscripsimus ob reverentiam patroni nostri beatissimi martyris Hemmerammi pio l. d. ipsumque supplici devotaque prece exoramus, ut huius materie auctori Cirino subveniat p. *et q. s.*

Ex tot libris unum A 1 *barbariem Arbeonis propriam posteris servasse, comparato textu V. Corbiniani genuino, pro certo habetur, recensensque singulatim quae in codice illo contra leges grammaticas peccata sunt, similitudines alterius Vitae adnotavi, ut auctoris consuetudo confirmaretur. Neque vero omnes qui in A* 1 *deprehenduntur soloecismi in V. Corbiniani redeunt, cuius textus in tanta codicum penuria adhuc emendandus est, iterumque alterius operis codicem omnibus numeris perfectum minime esse vix moneri necesse est. Attamen subsidiis novis repertis rudem atque perplexum auctoris sermonem adhuc melius intellegi licet.*

decl. 1. *c.* 34. plagibus] *A* 1; plagis *A* 3. 4*a*.
[*Cf. V. Corbiniani c.* 22. plagis meridianae *gen.; ib. c.* 13: undibus].

decl. 2. *c.* 4. aridam arvam] *A* 1. 2; arida arva *rell. A;* arva sicca *B.*
c. 30. suamque fluentam] *A* 1; suam fluenta *B* 1 *et pr. m. B* 3*b;* sua fluenta *A* 3. 4*a.*
c. 39. temporalis voluptuosa gaudia] *A* 1; t. vite v. g. *interpolando B cum A* 4*a;* temporalia v. g. *A* 3.
[*V. Corb. c.* 16. *et charta a.* 757. *ab Arbeone scripta, Meichelbeck I,* 1, *p.* 35: pratas, iumentas].

decl. 3. *c.* 35. 46. quibus honoris] *A* 1 *(abl. pl.);* cuius honoris *c.* 35. *A* 3. 4*a et c.* 46 *B;* q. honoribus *c.* 46. *A* 3; quo honore *c.* 35. *B.*
[*Cf. V. Corb. Praef.:* tot fontis].
c. 13. milex] *A* 1 *et V. Corb. c.* 15; miles *rell. cum B.*
c. 24. 30. 31. moeniis] *c.* 24. *A* 1. 2, *c.* 30. *A* 1. 3, *c.* 31. *A* 1 *cum V. Corb. c.* 14. *chartisque ab Arbeone scriptis;* moenibus *c.* 24. *A* 3. 4*a cum B, c.* 30. *A* 4*a cum B;* septa *c.* 31. *A* 3. 4*a cum B.*
c. 30. moeneis] *A* 1 *et V. Corb. c.* 14. 19; moenibus *B;* am(o)enis muris *A* 3. 4*a.*
c. 35. extra meneis templi] *A* 1; extra septa t. *A* 3. 4*a;* extra ecclesiam *B.*
c. 45. intra meniis aditum] *A* 1; intra aditum templi *A* 3. 4*a;* ecclesiam *B.*
c. 3. 44. 46. parentorum] *A* 1; parentum *c.* 3. 46. *rell. cum B;* parentes *c.* 44. *B;* propinquorum *c.* 44. *A* 3. 4*a.*

decl. 3. *c.* 44. pecoras] *A* 1; pecora *A* 3. 4*a cum B.*
[V. Corb. c. 22. *et charta a.* 757. *ab Arbeone scripta l. l*: omnem utensiliam; *charta a.* 754. *ab eodem scripta, Meichelbeck I,* 1, *p.* 52: omnem agminam*].*
5 *c.* 9. scelum] *A* 1; scelus *rell. cum B.*
c. 36 *(bis).* scelo] *A* 1; scelere *rell. cum B.*
c. 44. senicis] *A* 1; senis *rell. cum B.*
c. 12. 17. sopolam *vel* sobulam] *A* 1; sobolem *rell. cum B.*
[Cf. V. Corb. c. 10: sobolis *dat. pl.].*
10 *c.* 6. 32. telli] *A* 1; telluris *c.* 6. *A* 2 *et c.* 32. *A* 3. 4*a cum B;* terr(a)e *c.* 6. *A* 3. 4*a.*
coniug. c. 40. cernisset] *A* 1; cerneret *A* 3. 4*a cum B.*
c. 33. cernissent] *A* 1; vidissent *A* 3. 4*a cum B.*
c. 14. decernisset] *A* 1; comperit *rell. A;* comperisset *B.*
15 *[non V. Corb.; cf. c.* 37: decrevisset*].*
c. 23. detulta] *A* 1; ablata *A* 2. 3. 4*a.*
[Cf. V. Corb. c. 35: abstultum*].*
c. 43. dividerat] *A* 1. 3; divisit *A* 4*a;* dividebat *B.*
c. 15. intulere] *A* 1 *(inf.);* inferre *rell. A cum B.*
20 *[V. Corb. c.* 3: retulens*].*
prostrare *v. infra p.* 464, 21.
c. 36. quieverat] *A* 1; quiverat *A* 3. 4*a*; poterat *B.*
c. 37. quievisset] *A* 1 *cum V. Corb. c.* 37 [quievi *charta a.* 754. *ab Arbeone scripta*]; quivisset *A* 3. 4*a;* valeret *B.*
25 *c.* 38. recedisset] *A* 1; recessisset *rell. A cum B.*
[V. Corb. c. 9: concedisset; *c.* 7: decedisset*].*
c. 45. sentisse] *A* 1. 3; sensisse *A* 4*a;* sentire *B.*
c. 36 *(bis).* 37. vellisset] *A* 1 *cum V. Corb. c.* 23; voluisset *A* 3. 4*a cum B.*
c. 35. vellissent] *A* 1; voluissent *rell.*
30 *c.* 31. vellisse] *A* 1; voluisse *A* 3. 4*a;* voluisset *B.*
act. pro pass. c. 13. nuncupantem] *A* 1. 2 *et ita etiam B c.* 24; nuncupatam *A* 4*a cum B;* quae nuncupatur *A* 3.
c. 31. nuncupantem] *A* 1; nuncupante *A* 3; nuncupata *A* 4*a;* vocabulo *B.*
act. pro dep. c. 33. 42. commorabant] *A* 1; commorabantur *rell. A;* conmanebant *c.* 33. *B.*
35 *c.* 42. contemplabat] *A* 1; contemplabatur *rell. A;* contemplans *B.*
[Cf. V. Corb. c. 10: contemplasset*].*
c. 31. frueret] fueret *A* 1; frueretur *rell. A;* remuneraretur *B.*
c. 28. gloriabat] *A* 1; gloriabatur *rell. A;* gloriabantur *B.*
c. 21. gradere] *A* 1; currere *rell. cum B.*
40 *c.* 27. loquere non desisteret] *A* 1; loqueretur *rell. A;* loquitur *B cum Vulg.*
c. 40. minaverat] *A;* minabatur *B.*
[Cf. V. Corb. c. 10: conaverat*].*
c. 15. patere] *A* 1; facere te *A* 3. 4*a;* pati *B.*
c. 36. revertere] *A* 1; reverti *rell. A cum B.*
45 *c.* 47. veneramus] *A* 1; veneramur *rell. A;* desudavimus *B.*
c. 27. verebant] *A* 1; verebantur *rell. A;* timebant *B.*
[Cf. V. Corb. c. 15: verebat*].*
pass. pro act. c. 17. absciderentur] *A* 1; absciderent *rell. A;* amputarent *B.*
c. 12. auderetur] *A* 1; auderet *rell. A*; praesumsisset *B.*

pass. pro act. *c.* 24. auderentur] *A* 1 *cum V. Corb. c.* 7; auderent *rell. A cum B.*
c. 37. carperetur] *A* 1; carperet *A* 3. 4*a cum B.*
c. 18. cessabatur] *A* 1; cessabat *rell. A*; interrupit *B.*
c. 35. construerentur] *A* 1; construerent *rell. A cum B.*
c. 39. cruciantur] *A* 1; parturiunt *A* 3. 4*a cum B.* 5
deberetur, deberentur] *persaepe A* 1 *cum V. Corb.*
c. 39. deficitur] *A* 1; deficiunt *A* 3. 4*a cum B.*
c. 24. deponerentur] *A* 1; deponerent *rell. A cum B.*
c. 40. detur] *A* 1; det *rell. A cum B.*
[Cf. V. Corb. c. 5: daretur, *c.* 6: dabatur*].* 10
c. 34. elegerentur] *A* 1; eligerent *A* 3; elegerunt *A* 4*a cum B.*
c. 35. 46. fulgeretur] *A* 1; fulgeret *rell. A et c.* 35. *B*; fulgeat *c.* 46. *B.*
c. 4. infunditur] *A* 1; infundit *rell. A*; infuderit *B.*
c. 12. inmitteretur] *A* 1; inmitteret *A* 2. 3; mitteret *A* 4*a*; *om. B.*
[Cf. V. Corb. c. 4: transmittebantur*].* 15
c. 32. obtemperaretur] *A* 1; obtemperaret *rell. A*; obtemperanti *B.*
c. 29. parceretur] *A* 1; parceret *rell. A cum B.*
c. 30. pergerentur] *A* 1; pergerent *rell. A cum B.*
ib. peterentur] *A* 1; peterent *rell. A*; petituri *B.*
c. 32. plueretur] *A* 1; plueret *A* 3. 4*a cum B.* 20
c. 45. presentarentur] *A* 1. 3; presentarent *A* 4*a*; *om. B.*
c. 42. prosperaretur] *A* 1; prosperum pararet *A* 3. 4*a*; prosperum preparet *B.*
c. 12. prostraretur] *A* 2; prostaretur *A* 1; prostraret *A* 4*a*; prosterneret *A* 3 *cum B* (*at* prostrare *A* 1 *cum B c.* 36). 25
c. 41. 42. staretur] *A* 1; staret *A* 3. 4*a et c.* 42. *B*; adstaret *c.* 41. *B.*
c. 44. sumeretur] *A* 1; sumeret *A* 3. 4*a*; sumere voluisset *B.*

inf. pro gerund. *c.* 12. occasionem egredere] *A* 1; o. egredi *A* 2. 3; occasionem egrediendi *A* 4*a cum B.*

ut *pro acc. c. inf. aut inf.* *c.* 5. aiebat, ut] *A* 1; petebat, ut *A* 2. 3. *x*; postulabat, ut *B.* 30
c. 19. videtur, ut — refrigeres] *A* 1. 2; videtur — refrigerare *rell. A cum B.*
c. 38. experimento rei fateor, ut — debeas] *A* 1; exp. cognosco, quod — debeas *A* 3. 4*a*; didici exp. *c. acc. c. inf. B.*

ut ne *pro* ne *saepe A* 1 *cum V. Corb.* 35

Nominibus duobus concurrentibus utrumque facit genetivum, neglecta vi praepositionum:

c. 11. post gloriae remunerationis] *A* 1. 2; p. gloriam r. *A* 3. 4*a cum B.*
c. 35. in tanti viri corporis praesentiae] *A* 1; in t. v. c. praesentia *rell. A*; *om. B.*
[Cf. V. Corb. c. 4: sub sanctae conversationis regulae, 40
c. 7: ad damnationis ultime — suspensionis,
c. 15: cum omni humanitatis reverentiae*],*

atque adiectivum eandem atque substantivum in exitu habet litteram, licet declinationes diversae sint:

c. 43. speranti viri] *A* 1; s. viro *rell. A*; viro seni *B.* 45
c. 45. summi p. pontifici] *A* 1. 3 *cum V. Corb. c.* 12; *om. B.*

Denique vocabula rariora, poetica aut notione aliena adhibita, depravata aut abundantia, quae ad auctorem referenda integra plerumque nullus servavit nisi A 1, *collegi haec:*

c. 3. Altemaniam] *V. Corb. c.* 9 (Altimaniam *V. Galli vet., cf. supra p.* 281, 11)*;* Altermaniam *A* 1*;* Germaniam *rell. A cum B.*
c. 40. ex imo cordis arcae] *A* 1*;* arcae *om. A* 3. 4*a cum B.*
[Cf. V. Corb. Praef.: pectoris arcem*].*
5 c. 3. urbis avid(a)e iam praedict(a)e] *A* 1*;* u. (civitatis *A* 4*a*) iam dict(a)e *A* 2. 3. 4*a;* praedictae urbis *B.*
c. 42. urbem avidam] *A B*
[avidus *notione passiva pro 'desideratus' accipi videtur*].
c. 8. calippe] *A* 1 *(i. e.* chalybe*); om. rell. A cum B.*
10 *[Cf. chartam a.* 763. *ab Arbeone scriptam, Meichelbeck I,* 2, *p.* 31: callippeum vasorum*].*
c. 24. in partibus campestriae distante] *A* 1. 2*;* in partes campestri (campestres *A* 4*a*) distantes *A* 3. 4*a;* in loco campestri distantem *B.*
c. 18. capside] *A* 1*;* truncato corpore *rell. A cum B.*
15 c. 10. 16. cautela clericorum] *AB. [Cf. V. Corb. c.* 9: cautellam clericorum*].*
c. 17. commassent] *A* 1 *(i. e.* compsissent?*);* absciderunt *rell. A;* vulgari quodam risui debiles reddiderunt *B.*
c. 25. decrescat] *A* 1*;* excrescat *rell. A cum B.*
c. 4. 24. decreverat] *A* 1*;* creverat *c.* 4 *rell. A;* excreverat *c.* 4. *B et c.* 24. *rell. A;* ex-
20 crevit *c.* 24. *B.*
c. 32. decreverant] *A;* crevissent *B.*
c. 25. decrevisset] *A;* excrevisset *B.*
[decrescere *notione contraria*].
c. 36. 44. in nostris diocenis] *A* 1*;* in nostra diocesi *c.* 36. *A* 3. 4*a cum B;* (in *om.*)
25 nostra diocese *c.* 44. *B;* in nostris dio(e)cesibus *c.* 44. *A* 3. 4*a.*
[Diocena = paroecia. Cf. Synod. Aschaim. c. 6, *LL. III, p.* 458: De deocenis, *c.* 14: per circuitu diocenum*].*
c. 8. 21. sui evocationis] *A* 1*;* su(a)e vocationis *rell. A cum B.*
[Cf. V. Corb. c. 1: evocatione languoris*].*
30 c. 10. in funere conversa] *A* 1; in luctum c. *rell. A cum B.*
c. 8. gennicus] *A* 1 *(i. e. gymnicus);* adleta *vel* athleta *rell. A cum B.*
c. 44. gluttum] *A* 1*;* gustum *A* 3. 4*a cum B.*
c. 18. (h)ymnificans Deum] *A* 1*;* h. Deo *rell. A; haec om. B.*
c. 34. hymnificabant Deum] *A* 1*;* h. Deo *rell. A*; ymnum Deo canebant *B.*
35 *[Cf. V. Corb. c.* 32: himnificabantur Deum*].*
c. 24. pavor inruit] *A* 1*;* p. invasit *rell. A cum B, sed infra c.* 35. *codd. omnes A et B:* timor inruit.
c. 13. 14. 15. 22. 36. 42. namque] *A* 1*;* autem *c.* 13. *rell. A cum B;* itaque *c.* 14. 15. 22. 42. *rell. A cum B;* quoque *c.* 36. *A* 3. 4*a. B.*
40 *[*namque *notione simili in V. Corb. c.* 3. 10. 11. 30*].*
c. 34. patibula] *A* 1 *(i. e. cruces)*; vexilla *A* 3. 4*a cum B.*
c. 35. perculsione] *A* 1*;* terrore perculsi *A* 3. 4*a cum B.*
c. 10. 39. prolibus] *A* 1*;* prole *rell.; om. B.*
c. 38. prolium] *A* 1; prolis *A* 3. 4*a;* filiorum *B.*
45 c. 12. prospicuas] *A* 1 *cum rell.;* perspicuans *A* 2*;* perspicuas *B.*
c. 18. prospicuus] *A* 1*;* perspicuus *rell. A cum B.*
-que *saepe abundat A* 1 *(cf. SS. rer. Merov. II, p.* 570*): in pronominibus* suusque, tuoque, nostrisque, *praeterea* modisque, nocturnisque, statimque, tantaque.

[Cf. V. Corb. c. 18: pro talique criminis factum,
c. 34: ad montisque ipsius latere*]*.

c. 10. satrapum] *V. Corb. c.* 10*;* satrabum *charta a.* 763. *ab Arbeone scripta (Meichelbeck I,* 2, *p.* 31*);* satratum *A* 1*;* satrapis *rell. A;* primoribus *B.*

c. 34. satrapibus] *A* 1 *cum V. Corb. c.* 36*;* satrapis *rell. A cum B.*

c. 25. ut faciem suam — veletur] *A* 1*;* ut f. s. — cooperiat (cooperit *A* 2) *A* 2. 3. 4*a cum B.*

c. 32. ut — facies caeli velaretur] *A;* f. c. obtecta videretur *B.*

ib. ut — facies telli (telluris *A* 3. 4*a*) velaretur] *A;* f. telluris cooperta videretur *B.*

c. 37. vulgarica] *A* 1 *cum V. Bonifatii (Jaffé, Bibl. III, p.* 445*);* vulgari *A* 3 *cum B; om. A* 4*a.*

Arbeo igitur declinationes inter se permutabat neque coniugationem recte formabat, praesens ad modum perfecti (intulere, retulens, prostrare), *perfectum autem ad modum praesentis* (cernisset, recedisset, concedisset) *componens, denique, ut alia praetermittam, activa pro deponentibus, passiva autem pro activis accipiebat, id quod auctorum saec. VIII, veluti Libri h. Fr.*[1], *mos usitatissimus est. Sermo codicis A* 1 *idem est qui in V. Corbiniani deprehenditur vocabulaque nonnulla rariora aliis illius aevi documentis confirmantur, veluti* diocenis *actis Synodi Aschaimensis a.* 756, vulgarica *V. Bonifatii auctore Willibaldo. In reliquis libris et A et B soloecismi pessimi sublati sunt aut eodem modo, veluti* athleta *pro* gennicus, cooperiat *pro* veletur, *aut diverso, sicut A* 3. 4*a* quiverat, quivisset, *B vero* poterat *et* valeret *exhibent pro formis genuinis* quieverat *et* quievisset. *Attamen vestigia barbariei primigeniae vel in his libris adhuc extant atque etiam B ea rara servavit, veluti* suam fluenta *B* 1 *et pr. m. B* 3*b pro* suamque fluentam *A* 1. *Discrepantibus inter se A* 1 *et V. Corbiniani, id quod raro fit, sine dubio elocutio barbara ad auctorem referenda est neque emendata, unde quod in illo legitur* decernisset, *in hac vero* decrevisset, *huic quoque textui librariorum doctrinam non omnino pepercisse manifestum est.*

Si verum est, id quod modo demonstrasse mihi videor, genuinum Arbeonis sermonem in solo codice A 1 *servatum esse, falsam esse oportet opinionem Bernardi Sepp recensionis B patroni editorisque principis, isque propter ipsam brevitatem hanc 'authenticam' existimans, alteram vero A propter ubertatem interpolatori attribuens sine dubio ignorabat neque brevitate neque ubertate unum alterumve probari posse, cum libri in formam et breviorem et ampliorem redigi possint, iidem inde antiquitus in utramque vero redacti sint. Atque Arbeonem ipsum uberi copiosaeque rationi dicendi studuisse inter omnes constat pompaeque rhetoricae qua utramque vitam exornavit male respondet primorum elementorum ignorantia puerilis. Dissentientibus igitur inter se utraque recensione A et B, lectionem coloris poetici aut floridi genuinam esse conici licet; praeterea quae auctori quaeve interpolatori tribuenda essent lectiones, comparatis aliis eiusdem auctoris locis aut quibus usus est fontibus, facile diiudicari poterat. Itaque ad opinionem meam probandam retractationis specimina in recensione B reperta collegi haec:*

c. 5. si ita dedignaret] *A;* Quodsi — resisteret *B.*
[Cf. V. Corb. c. 16: amittere non dedignaretur*]*.

c. 1. urbs antiqua sita dinoscitur] *A;* Erat — urbs quaedam nobilis *B.*

c. 19. cum — esse dinosceris] *A;* cum — esse videaris *B.*
[Cf. c. 1: florere dinosceretur *AB; c.* 15. fundata esse dinoscitur *AB]*.

c. 42. transmisso amnis fluenta (fluento *A* 3. 4*a*)] *A;* transito fluvio *B.*

c. 35. sua arte conpositione gypsi] *A;* suae compositionis arte ipsi *B.*

1) *SS. rer. Merov. II, p.* 218.

c. 13. diei illius (h)ymnificabat tertiam] *A;* tertiae diei horae officium Domino hilari mente offerebat *B.*

c. 35. Domini caeli hymnificantes] *A;* gratias Domino referentes *B.*
[Cf. supra p. 465, *l.* 35*].*

c. 8. diligentissima impertiebat secreta] *A;* secrete cura diligentissima studuit reformare *B.*
[Cf. c. 7: indigentibus inpertiebat *AB].*

c. 14. alta voce intulit] *A;* alta voce ait *B.*

ib. intulit verba] *A;* verba protulit *B.*
[Cf. c. 14: hilari vultu intulit *AB; c.* 26: mentionem inferimus *AB;*
V. Corb. c. 30: nefandum intulit sermonem*].*

c. 34. Eodem vero momento] *A;* eodem modo *B.*

c. 13. propriam animam martyrio Deo propinare] *A;* a. propriam Deo offerre per martyrium *B.*
[Cf. V. Corb. c. 18: animarum a viro Dei propinabantur sacramenta*].*

c. 18. psalmodiae non cessabatur] *A;* verba orationis non interrupit *B.*
[Cf. V. Corb. c. 1: psalmodiam diligere*; c.* 5: psalmodiae praeclarus*].*

Denique Gregorii Dialogi plenius exscripti sunt in A quam in B his locis:

Greg. Dial. I, prol.	*A c.* 31.	*B c.* 31.
didici, dies, ut opinor, ante quam sermo cessabit	didici, dies, ut opinor, prius cessat quam sermo	conperi, — dies utique prius quam sermo cessabit

[Cf. V. Corb. c. 35: dies, ut opinor, prius quam sermo cessavit*].*

c. 7. per vicos] *A cum Greg. Dial. I,* 4*; om. B (habent AB c.* 2*).*

Itaque auctoris verba in recensione B minus accurate reddita esse iam patet, scilicet conperi *pro* didici, utique *pro* ut opinor, *dum alia ibi omnino desunt. Etiam initium c.* 44. *in B totum immutatum est, cui praeterea c.* 29. *verba* sibi proponunt, *c.* 36. praesentata, pedibus nostris, *c.* 38. recessit *desunt ex recensione A supplenda, verbaque quae c.* 45. *ibi leguntur* ex cibi refectione *minus intellegenda sunt, cum contrarium et ratione postuletur et scriptum sit in A* (ex cibi recusationem), *ita ut potius* defectione *expectares loco* refectione.

Inter utramque igitur recensionem id differt, quod sermonem Arbeonis proprium servavit A, totum immutavit B, qui praeterea vitam in concinniorem formam redigens, etiam ea praetermisit quae praetermittenda non erant. Auctor ille, cui emendandi libri rustici cura commissa erat, vix post Ludowicum Pium regnantem ad opus suum aggressus est, cum codex antiquissimus saec. IX. in. attribuendus sit, ideoque et ipse in litterarum studiis haudquaquam multum profecerat. Exemplar vero quod habebat X ut aetate eminebat, ita textus praestantia omnia quae nobis praesto fuerunt superasse videtur. Itaque librarius B in exscribendo priore loco Gregoriano licet bis defecerit, tamen veram lectionem cessabit *solus servavit immutatam in A, eundemque locum idem iterum citans in c.* 2, *ubi desideratur in A, iterum anteponendus videtur esse. Eiusmodi loci haud ita multi mihi noti sunt, e. gr.:*

c. 8. decrevisset] *B cum Greg. Dial. I,* 8*;* voluisset *A.*

c. 27. Sed quidnam de sanctis viris dicendum est] *B;* Quid enim de s. v. d. est *A.*
[V. Corb. c. 5: sed quidnam ex eo dicendum est*].*

c. 38. speciosam] *B cum Greg. Dial. I,* 4*;* pulcherrima *A,*

dum in universum maiorem fidem recensio A meretur, atque in eo ipso c. 2, *in quo non parvum inter utramque discrimen vertitur, licet propter Gregoriana altera laudanda sit, tamen ordo rerum sermoque qualem A exhibet adeo cum V. Corbiniani convenit, ut vix fieri potuisset, ut certiorem ducem eligeremus:*

V. Corbiniani c. 5.	*A, c.* 2.
honestatem contemplabatur vultui, formam pusillam — eratque vir facundissimus, humanitati praecipuus, conversatione inter omnes praeclarus, corde contra vitia ad irascendum velox, — psalmodiae praeclarus.	Erat namque procerus statura, decorus forma, vultu sincerus, elemosinarum praecipuus, ieiuniis, castitate et continentia praeclarus, sermone facundus, ad eradicanda vitia sagax —, cuius ex ore — psalmodia inquiete emanavit.

Cum vero recensione B non omnino carere possemus, utraque columnis sibi oppositis nobis edenda erat.

Librarius A 1 *ut erat modicae facultatis socordiae deditus haud pauca peccavit, verbis imperfecte transcriptis aut aliter depravatis nonnullisque omissis:*

c. 5. iam] eam *A* 1.
c. 23. dubium] dum *A* 1.
c. 24. praetiosiore] praetiore *A* 1.
c. 27. intempesta noctis] *V. Corb. c.* 24; intempestate noctis *A* 1.
c. 28. cavere] abere *A* 1.
c. 30. res mira] res in irae *A* 1.
ib. membrorum sectionem] mucrorum rectione *A* 1.
ib. christianitatis] christianimitatis *A* 1.
ib. constructa constat] (constr. *om.*) constat *A* 1.
c. 36. incesta] incerta *A* 1.
c. 40. minime] mine *A* 1 *(cf. c.* 23*).*

Idem vero eadem tarditate atque stultitia prohibitus est, ne pravitatem sermonis genuini animadverteret, formas exemplaris monstruosissimas aequo animo quam fidelissime depingens, quas auctori suo restitutas ad hunc fontem supra enumeravi.

Reliqui eiusdem classis libri A 2. 3. 4*a. b ex eodem exemplari pendent, quod cura librariorum in politiorem formam redactum, immo adhibito alterius classis codice nonnumquam haud leviter immutatum erat:*

c. 3. ut suumque tellum *(ita scripsi;* suum quietellum *A* 1*)* propagines finitimorum (finitivorum *A* 1) pro condiscensione Aegypti exutus oblivione traderetur *(i. e. traderet)*] *A* 1; exire de terra sua et de domo patris sui et de cognatione sua (et de cogn. sua et de d. p. sui *A* 2) *rell. A;* exire de terra et de cognatione sua nec non et de domo patris sui *B. Cf. Gen.* 12, 1.

c. 5. fecunditer proles cupare *(i. e. excubare)*] *A* 1; praeesse *rell. A cum B.*

c. 31. ut opinor] *A* 1 *cum Gregorio;* utique *A* 3. 4*a cum B.*

ib. remoto (remota *A* 1) aere] *A* 1 *et supra c.* 24. *omnes;* etherium cum *A* 3. 4*a;* aethereum caelum *B.*

ib. sed — redeam ad ordine, dum, ut diximus, splendidior luce] *A* 1 *(cf. V. Corb. c.* 22: sed ad historiae narrationis redeamus ordine*);* sed — quid inprimis gestum sit, breviter pandam. Nam splendidior ulla presentis vite luce, ut iam diximus, *A* 3. 4*a cum B.*

ib. plaustro superponentes] *A* 1 (in plaustrum sublevare *supra c.* 24); feretro in(m)ponentes *A* 3. 4*a cum B.*

c. 47. stilus scribendi, ut estimo, non sustinet] *A* 1 *(cf. V. Corb. c.* 39: stilus scribendi non sustinet modum*);* st. scr. (scribendi *A* 3; scribentis *A* 2. 4*a*) narrare non sufficeret *A* 2. 3. 4*a*; stilus scribentis, ut estimo, non valet enarrare *B.*

Consentientibus igitur his libris cum B, duae causae distinguendae erant, scilicet condicio minus perfecta libri A 1 *et interpolationes archetypi aliorum (Y) ex altera classe pendentes, quibus solus textus rusticus pessum datus est, atque ad has plerumque consensus referendus erat. Haec ita se habere neque contrariam opinionem admittendam esse, quasi*
5 *ex origine communi ille ortus esset, ex ipsa praestantia exemplaris X, proavi codicum B, concludi licet, quod totam classem A aliquoties superans haud raro lectionem A* 1 *confirmaverit, dissentientibus reliquis.*

Dolemus hiatum, quo inde a c. 28. *magna codicis A* 2 *pars periit. In priore vitae parte omnes libri A in duas partes interdum dividuntur, ita ut unam faciant A* 1. 2,
10 *alteram A* 3. 4*a:*

c. 6. epode] *A* 1. 2*; om. A* 3. 4*a.*
c. 11. ut sacer prosagine] *A* 1*;* ut sacro praesagio *A* 2*; haec om. A* 3. 4*a.*
c. 16. praesulis] *A* 1. 2*; om. A* 3. 4*a cum B.*
ib. turma] *A* 1. 2*;* turba *A* 3. 4*a cum B.*
15 *c.* 17. abstracto nare] *A* 1. 2*;* amputatis naribus *A* 3. 4*a;* naribus abstractis *B.*
c. 19. inriguae mentis tuae] *A* 1. 2*;* inriguae menti tuae *B; haec om. A* 3. 4*a.*
c. 21. poti] *A* 1*;* potus *A* 2*;* potum *B;* poculi *A* 3. 4*a.*
c. 25. percommorantium] *A* 1. 2*; om. A* 3. 4*a;* commorantibus *B.*

Itaque textus A 1 *confirmationem optatissimam per librum A* 2 *expertus est, qui verba*
20 *insolita atque insueta saepe cum ipso servaverit, praetermissa aut immutata in reliquis. Fratres vero eius A* 3. 4*a ex patre communi nati et ipsi correctiones peculiares passi sunt, eo magis a via recta declinantes. E codicibus A* 4*a. b sibi adeo propinquis:*

c. 1. vocabulo] *om. A* 4*a. b,*
ib. a] vero *A* 4*a. b,*

25 *unus sufficere videbatur; textus enim eorum quam maxime expolitus est, adhibita fortasse denuo classi B:*

c. 39. temporalis [vite *add.* 4*a cum B*] voluptuosa gaudia.

Brevior deinde passio quam Ax exhibet magis cum A 2. 3 *et inprimis A* 2 *affinitate coniuncta est quam cum A* 4*:*

30 *c.* 5. aiebat, ut] *A* 1*;* petebat, ut *A* 2. 3. *x; haec om. A* 4*a;* postulabat, ut *B.*
ib. dedignaret] *A* 1*;* dedignaretur *A* 2. *x;* dignaretur *A* 3. 4*a.*
ib. coenubiis] omnibus *add. A* 2. *x;* cunctis *add. B.*

Ut codices A 2. 3. 4 *ex exemplari correcto Y pendent, eoque magis A* 3 *et A* 4 *correctorum curam sustinuerunt, ita studii illius primordia quamvis rarissima in arche-*
35 *typo eo iam adfuisse videntur, ex quo omnes qui supersunt libri pendent, scilicet in Z:*

c. 3. Altemaniam] *scripsi;* Altermaniam *A* 1 *(sine dubio* ger *superscr. erat Z);* Germaniam *rell. A cum B.*
c. 41. quae se *(pro* sibi*)* ibidem esse videbatur] q. se i. habere esse v. *A* 1 (habere *fortasse superscr. erat Z*)*;* quae ibidem (in eodem loco *B*) habere v. (potuit *A* 4*a*)
40 *A* 3. 4*a cum B.*

Codices alterius classis ita bipartiti sunt, ut reliquis omnibus unus codex B 4 *saepe oppositus sit:*

c. 1. pars] *B* 4 *cum A;* partes *rell. B.*
c. 31. illuc] *B* 4 *cum A* 1*;* illic *rell. B.*
45 *c.* 35. sustentatus] *B* 4 *cum A;* sustentus *rell. B (pr. m.).*
c. 44. pastoris] *B* 4 *(pr. m.) cum A;* pastoralis *rell.*

Libri B 1 *et B* 2 *eodem hiatu laborant hoc loco:*

c. 1. fama] *B* 3*a*. *b*. 4 *cum A; om. rell.,*

quibuscum alias etiam B 4 *deficit:*

c. 1. dinosceretur] *B* 3*a*. *b cum A;* nosceretur *rell.*

Itaque libro primario B 1 *ab universitate discedenti auctoritas nulla attribuenda erat veraque lectio etiam in reliquis classibus latere poterat. Enuntiatum totum (c.* 2: Nam — cessaret*) in codicibus B* 2*a*. *b*. *c*. *d desideratur, e quibus B* 2*a*. *b eo magis inter se coniuncti sunt. Necessitatis denique inter B* 3*a et B* 3*b intercedentis testimonium sufficiat hoc:*

c. 36. prope non erat] *om.* 3*a*. *b*.

Variae codicum affinitates primo aspectu explicantur stemmate hoc:

```
                              Z
          A                                   X
A 1              Y ———————————————————————— B
       A 2           α                 B 1          γ                     δ           B 4
              A 3           β            B 2a  B 2b  B 2c  B 2d     B 3a  B 3b
                       A 4a   A 4b
```

Codicem optimum A 1 *G. Waitz b. m. olim contulit una cum ea parte codicis A* 4*b, quae foliis primis deficientibus illi deest; deinde plagulas prelo subiectas petentibus nobis ad eundem officiosissime emendavit Henricus Lebègue v. c. Libri B* 2*a*. *B* 3*a et A* 4*a*. *B* 3*b cura O. Holder-Egger et W. Levison sociorum collati sunt, dum ea quae de A* 2. 3 *attuli ex schedis Bollandianorum deprompta officiositati A. Poncelet S. I. debeo, quo intercedente illas mihi commodatas esse supra monui.*

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1574, *tom. V, p.* 335—345, *s. t. 'Vita sancti Heimerammi vel Emmerammi Ratisponensis episcopi et martyris, ab Cyrino aeque Ratisponensi episcopo ante multa secula conscripta' textum omnino retractatum atque castigatum edidit. Multa enim in hoc opusculo Ratisbonensis cuiusdam, ut opinabatur, episcopi corrigenda repperit eaque quae minus assequebatur fortiter expunxit: 'Stylum', inquit, 'F. Laurentius Surius passim nonnihil mutavit, paucis omissis, quae depravate scripta, intelligi non potuere'.*

S. Suyskenus, Acta sanctorum, Antverpiae 1757, *Sept. tom. VI, p.* 474—484, *schedis musei Bollandianorum usus iisdem, quae nobis praesto fuerunt, textum ad A* 3 *recensuit collatum cum A* 2 *et A* 4*a*. *Praeterea alterum exemplar habebat ex codice S. Germani Pratensis descriptum (nobis A* 5*), quod priorem tantum Vitae partem neque hanc integram continebat.*

B. Sepp, Analecta Bollandiana, Bruxellis 1889, *tom. VIII, p.* 220—255, *adhibitis codicibus B* 1. 2*c*. 3*b, textum satis accuratum alterius recensionis princeps publici iuris fecit, quam 'authenticam' existimavit, sermonem mendosum ab auctore A correctum esse opinatus. Ignorans enim codicem A* 1 *in hanc perversam opinionem facilius adduci poterat vir de interpretanda hac vita bene meritus. Postea in codicem B* 3*a aliosque inferioris notae libros incidit mendaque nonnulla levia sustulit (ib. p.* 356 *sq.).*

Idem auctor eandem vitam eodem anno in 'Verhandlungen des historischen Vereines von Oberpfalz und Regensburg', Ratisbonae 1889, *XLIII, p.* 177—210, *s. t. 'Arbeo's Vita S. Emmerammi in ihrer ursprünglichen Fassung' iteravit, omissis adnotationibus criticis neque praefatione praemissa nisi modica.*

Meginfredus magister et praepositus Magdeburgensis Arbeonis librum, scilicet recensionem B[1], *in venustiorem sermonem a.* 1030. *redegit*[2] *iussu Arnoldi magistri et*

1) *Legerat enim B c.* 28: infra paucos annos, *B c.* 34: Theodum. 2) *Cf. G. Waitz, SS. IV, p.* 543.

per planitias[a] campestrium, ita ut[b] fafacies telli[d] velaretur; et nisi tanti viri et Dei martyres[e] ad urbem duxissent corpus[f], elimenta[g] aquarum ruinam provincie minarentur. Tunc nonnullis[i] per Dei dispensationem revelatum fuerat per nocturnas visiones, qui[l. 1] eas in palam deduxerunt. Collecta[m] cohors cum principe et sacerdotibus, inito consilio, convenientes, per quosdam[o] fideles tanti viri corpus quo iacebat ex humo tollentes et deducentes ad amnem Isuram[p. 2], poppi[r] inponentes, accensis caereis, fluminis[t] fluenta discensione[u] secuti sunt usque ad Danubium[3] amnem[w]. Cuius[x] contra[z] ortum fluentibus tanta prosperitate iter celerrime[a] tot[b] spatium navigio perrexerunt, quasi extenso velo fuisset in prosperitate ventorum peractum.

(33). Sed res mira[a] et valde a[b] fidelium contemplatione[d] honorifice tradenda[g]: inter tot ventorum flabra et procellarum, fluctuosa et promiscua[h] inundantia aquarum[i], supernorum infusione[m] imbrium et subternorum[n] intumiscentium amnium[o] undarum, ut ex his

B

amnes crevissent[c], et repletis alveis, facies telluris cooperta videretur; et nisi corpus tanti viri et Dei martyris ad urbem quantotius[h] ducerent, aquarum elimenta[k] ruinam provinciae minarentur. Tunc nonnullis per visionem noctu revelatum est et praeceptum, ut iuxta voluntatem martyris sub festinatione[n] ad urbem eius sacrum corpus deducere certarent. Igitur cohors, inito consilio, cum principe et sacerdotibus convenientes, tanti viri[q] corpus tulerunt ex loco quo iacuerat humatum, deducentes[s] ad Isuram[v] fluvium, et navi inpositum, cereis accensis, fluenta[y] per discensionem secuti ad Danubium usque venerunt. Quibus contra ortum[c] amnis[d] euntibus, tanta prosperitas navi[e] successit, ut nautae mirarentur, et tantum iter caeleri navigio perrexerunt, acsi extenso[f] velo perageretur prosperitate ventorum.

(33). Sed mira res[c] et valde fidelium contemplatione[e] honorificae[f] in exemplum trahenda! Nam inter tot ventorum flamina et fluctus procellarum ac desuper imbrium infusionem[k] lampades[l] tanta

Capp. 32. 33. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 32. a) *ita A* 1; plana campestria *A* 3. 4*a*. b) penitus *add. A* 3. 4*a*. c) : : crevisset *corr.* crevissent *B* 2*c*. d) *ita A* 1; telluris *A* 3. 4*a cum B*. e) *ita A* 1; martyris *rell.* f) *ita A* 3. 4*a cum B; om. A* 1. g) elimentum *A* 1. h) quantoties *B* 2*b*. i) *ita A* 1 *cum B*; fidelibus viris *add. A* 3. 4*a*. k) *ita pr. m. B* 2*b*; elem. *rell.* l) *ita A* 1; ut corpus sancti viri in adiutorium eorum ad civitatem deducerent *A* 3. 4*a*. m) igitur *add. A* 3. 4*a*. n) festatione *B* 2*a*. o) tant *add., sed delet. A* 4*a*. p) *ita A* 1 *cum B*; Isaram *A* 3; Ysaram *A* 4*a*. q) : : viri, *ras.* ti (?) *B* 2*c*. r) *ita A* 1; puppi *rell.* s) dedutes *pr. m. B* 2*c*. t) amnis *A* 4*a*. u) *ita A* 1; desc. *rell.* v) Is : ram *m. al. corr.* Isaram *B* 2*b*; Ys : ram *m. al. corr.* Ysaram *B* 3*a*, *et sic B* 3*b*; Iseram *B* 4. w) fluvium *A* 4*a*. x) Cui — fluenti *A* 4*a*. y) et *add. B* 4. z) intra *A* 3. a) cellerime *A* 1. b) *ita A* 1; per tot spatia *A* 3. 4*a*. c) hortum *B* 3*b et pr. m. B* 2*b*. 3*a*. d) ammis *B* 2*a*. e) nautis *B* 4. f) extento *B* 4.

Cap. 33. a) mira fit valdeque *A* 4*a*. b) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*. c) *om. B* 4. d) *corr.* contemplationi *A* 4*a*, *et sic A* 3. e) *pr. m. corr.* contemplationi *B* 1, *et sic rell.* f) honori : fice, *ras.* s (?) *B* 4. g) *ita A* 1; Nam *add. A* 3. 4*a cum B*. h) promiscuam inundationem *A* 4*a*. i) *ita A* 1; et *add. A* 3. 4*a*. k) effusionem *B* 2*b*. l) des *m. al. suppl. B* 2*c*. m) infusionem *A* 4*a*. n) subternarum intumesc. *A* 4*a*. o) annium *A* 1; amnes *A* 4*a*.

1) *B:* ut iuxta voluntatem martyris sub festinatione ad urbem eius sacrum corpus deducere certarent. 2) *Scilicet ad portum Isarae prope Oberföhring, qui vicus Monachio septentrionem versus* 3 *m. p. abest. Sepp.* 3) *Isara paulo infra oppidum Deggendorf in Danubium influit. Sepp.*

A

lampadibus non extinguerentur lumina, sed tanta securitate quietissimam in altum flamme[b] direxerunt atiem, acsi in cubiculo tranquillissimo sine commotione aeris stetissent. Hii vero, qui secus amnium[d] fluentis[f] commorabant, dum tantum in lampadibus inextinctis[k] martyris cernissent[l] meritum, suoque[m] percutientes pectore, in facies proprias[o] procedentes[p], Deum caeli adoraverunt.

(34). Cum autem pervenissent viri cum corpore beati Dei martyris ad civitatem quo tendebant et ibi, ut erant docti, salubrem elegerentur[c] portum, in[d] obviam his factus est[3] princeps terrae cum satrapibus[g] et sacerdotibus, deferentes patibula[h] cum turabulis[i]. Erat enim innumerabilis[l] cum viris et mulieribus promiscuus vulgus, quae[n] exaltata voce hymnificabant Deum[p. 4]; ex quorum vocibus tam prae gaudio quam timore, ut[s] tellus tremeret, esse videbatur[t]. Tunc collecto corpore per manus sacerdotum in beati Georgii[5] ecclesiam deferentes, et[v] ibi, ut erat dignus[w], sub[x] humo in honore sepelierunt. Eodem vero momento caelus[b] tantam reddidit

B

claritate iugi lumine ardebant, acsi in loco[1] tranquillissimo stetissent[a], ut[2] aperte claresceret[c], quo lumine honoraretur in caelis, cui nec ad modicum lumen contigit in terris defuisse[2]. Quidam vero[e], qui secus[g] fluenta amnium[h], Isurae[i] videlicet et Danubii, conmanebant, cum vidissent tanti Dei[n] martyris meritum in lampadibus non extinctis, pectora[q] percutientes in faciemque prostrati, Deum caeli adoraverunt.

(34). Cum autem pervenissent[a] viri ductores beati martyris ad urbem quo tendebant[b], ut erant docti, portum salubrem elegerunt. Factus[e] est enim obviam Deoto[f] princeps terre cum satrapis necnon et multitudo non modica clericorum, adiecto[k] populo vulgari; sacerdotes vero vexilla cum turibulis[m] deferebant[o]. Erat quoque promiscui sexus vulgus[q] innumerabile, qui voce consona ymnum Deo canebant[r], qui talem eis patronum destinavit; quorum clamore tam prae timore quam gaudio tremere tellus[u] et ipsa videbatur. Sumpto itaque corpore per manus venerandorum[y] sacerdotum in ecclesiam[z] beati Georgii[a] martyris[c] deferentes, ut erat dignum[d], summo honore sepelierunt. Igitur eodem modo[6]

Capp. 33. 34. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 33. a) stetisset *corr.* stetissent *B* 1. 2*c*. b) flamine *A* 4*a*. c) clarescer(et *m. al. in litura*) *B* 2*b*. d) animum *A* 1. e) horum *add.* *B* 2*c*. f) *ita* *A* 1; fluenta commorabantur *rell.* g) s. fl. a. *in litura* *B* 3*a*. h) animum *B* 2*a* *cum* *A* 1. i) v. Isurae *B* 2*a*; v. Is(a *m. al. in litura*)rae *B* 2*b*; (Ysa *in litura*)rae v. *B* 3*a*; Hysurae v. *B* 3*b*; Isarae v. *B* 4. k) *ita* *A* 3. 4*a*; *om.* *A* 1; non extinctis *B*. l) *ita* *A* 1; vidissent *A* 3. 4*a* *cum* *B*. m) *ita* *A* 1; sua perc. pectora *A* 3. 4*a*; pectora perc. *B*. n) *in rasura maiore* *B* 2*c*. o) *ita* *A* 1; *om.* *A* 3. 4*a* *cum* *B*. p) *ita* *A* 1; procid. *rell.* q) pecto *B* 1.

Cap. 34. a) pervidissent *pr. m.* *B* 3*b*; venissent *B* 4. b) tendebat *B* 2*c*, *corr.* c) *ita* *A* 1; eligerent *A* 3; elegerunt *A* 4*a* *cum* *B*. d) *ita* *A* 1; *om.* *A* 3. 4*a*. e) Factum *B* 2*a*. f) *corr.* Dieoto *B* 2*c*. g) *ita* *A* 1; satrapis *rell.* h) *ita* *A* 1; vexilla *A* 3. 4*a* *cum* *B*. i) *ita* *A* 1; thuribulis *A* 3. 4*a*. k) adlecto *B* 4. l) *ita* *A* 1; innumerabile — promiscuum *A* 3. 4*a*. m) turibus *pr. m.* *B* 4. n) *ita* *A* 1; qui *rell.* o) deferebat *B* 2*c*, *corr.* p) *ita* *A* 1; Deo *rell.* q) i. v. *B* 4. r) dicebant *B* 4. s) *ita* *A* 1; (ut *om.*) t. tremere (esse *om.*) *A* 3. 4*a*. t) videretur *A* 3. u) *om.* *B* 2*a*. v) *ita* *A* 1; *om.* *rell.* w) *ita* *A* 1; dignum *rell.* x) *ita* *A* 1; cum summo honore *A* 3. 4*a*; summo honore *B*. y) verandorum *pr. m.* *B* 2*c*. z) ęcclesia *B* 4. a) Georii *pr. m.* *B* 3*a*. b) *ita* *A* 1; c(a)elum *rell.* c) martyr:is *B* 2*c*. d) dignum *ante* erat *pr. m. suppl.* *B* 2*c*.

1) *A:* cubiculo. 2) *A omisit:* ut — defuisse. 3) Deoto *addit* *B*. 4) *B addit:* qui talem eis patronum destinavit. 5) *Ecclesia beati Georgii martyris extra muros castri Romani (hodie 'untere Stadt') ad africum sita erat. Sepp.* 6) *A recte:* momento.

A

serenitatem, ut nubs[a] in nullis compareretur[d] plagibus[e].

(35). Post multum[a] vero temporibus sacerdotibus visum fuerat, ut de loco corpus sancti Dei martyris mutare deberentur[c], adductis cimentariis[d], qui sua arte conpositione gypsi sepulchrum[f] cum marmore construerentur[h]. Cum autem, ut erant docti, structura[l] perfecissent, eiecto populo extra meneis[n] templi, ostium ecclesiae sacerdotes qui erant[o] seris[q] munierunt. Erat autem ordinator rei infra ecclesiam venerabilis[s] Dei cultor Gawibaldus[t] episcopus[2], qui in his diebus urbis[u] Radaspone regebat pontificatum, cum presbiteris et diaconibus, quorum adhuc[w] supersunt. Cum autem humum removissent ex[z] sepulchro[a], — erat enim[c] inmense magnitudinis lapis superpositus, quem cum timore et psallentio[e] movere vellissent[h], stabant[i] hincque et inde per girum, — eo[k] iam remotu[l] ex dextro in[n] levoque[o] quasi mensurae[p] palmis et

Greg. Dial. IV, 27.

B

caelum[b] tantae serenitatis erat, ut in[c] nullis locis nubes ulla appareret.

(35). Post multa tempora visum erat sacerdotibus, ut corpus illud in locum alium transferre[b] debuissent, adductisque[e] cementariis, qui suae conpositionis arte ipsi[g, 1] sepulchrum cum marmore construerent[i]. Cum[k] ergo structuram, ut erant docti, perfecissent[m], eiecto extra ecclesiam populo, ostium sacerdotes qui intro[p] erant seris munierunt. Erat autem ordinator eiusdem[r] loci venerabilis Dei cultor Gawibaldus episcopus, qui his diebus pontificatum urbis supradictae cum honore regebat, cum presbyteris et diaconibus, quorum adhuc[v] supersunt. Cumque a sepulchro[x] humum[y] removissent, erat inmensus lapis desuper[b] constitutus, quem cum timore et silentio[d] amoverunt, et stabant[f] hinc et[g] inde per girum. Remoto autem eo a parte dextera[m] in levam quasi mensura palmi

Capp. 34. 35. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 34. a) nubes *A* 4*a*. b) *m. al. superscr. B* 4. c) *om. B* 2*c*. d) compararetur *A* 1; appareret *rell. cum B*. e) *ita A* 1; plagis *rell.*

Cap. 35. a) *ita A* 1; multa v. tempora *rell.* b) trasferre *B* 1; transferre:, *ras.* t *B* 4. c) *ita A* 1; deberent *rell.* d) *ita A* 1; cem. *rell.* e) :adductisque *B* 1; que *om. B* 2*a*. f) *ita A* 3. 4*a cum B*; *om. A* 1. g) ipse *B* 3*b*, *corr.* h) *ita A* 1; construerent *rell.* i) *ita B* 2*c*. 4 *cum A*; constituerent *rell.* k) (cum aptam *in litura*) str. *B* 3*a*; ergo *om. B* 4. l) *ita A* 1; structuram *rell.* m) perfecisset *pr. m. B* 2*c*. n) *ita A* 1; septa *A* 3. 4*a*; extra ecclesiam *B*. o) aderant *A* 4*a*. p) introierant *B* 2*a*. q) serris *A* 1. r) eisdem *B* 1. s) *om. A* 4*a*. t) *ita A* 3; Gavibaldus *A* 1; Gabaldus *m. al. corr.* Gaubaldus *A* 4*a*. u) civitatis Ratispone *A* 4*a*. v) *m. al. add.* aliqui *B* 2*b*, multi *B* 2*c*, quidam *B* 3*a*; quidam *ante* adhuc *add. B* 3*b*. 4. w) *ita A* 1 *cum B;* alii *add. A* 3; multi *add. A* 4*a*. x) sepulchrum *pr. m. B* 3*a*. y) humo *pr. m. B* 3*b*. z) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*; a *B*. a) monumento *A* 4*a*. b) asuper *B* 2*a*. c) *om. A* 3. d) psallentio *B* 2*c cum A*. e) silentio *A* 4*a cum B*. f) stabat *pr. m. B* 2*b*. g) *om. B* 3*a*. h) *ita A* 1; voluissent *rell.* i) *ita A* 1; stabant hinc inde *A* 3; stabantque hinc et inde *A* 4*a*. k) vero *add. A* 4*a*. l) *ita A* 1; remoto *rell.* m) dextra *B* 3*b*. 4 *et m. al. B* 3*a*. n) *ita A* 1 *cum B*; *om. rell.* o) latere *add. A* 4*a*. p) *ita A* 1; mensura palmi et semis *rell. cum B*.

1) *A recte:* gypsi. 2) *Gawibaldus episcopus Ratisbonensis, qui post Wicterpum in versibus 'De ordine conprovincialium pontificum' saec. IX. med. compositis ita celebratur (SS. XIII, p.* 352*):*

Post alius Cawipaldus qui nomine dictus,

e tribus episcopis erat, quos in provincia Baioariorum a Bonifatio ordinatos esse ex epistula Gregorii III. a. 739. *data colligitur (MG. Ep. III, p.* 293*), dum ex a.* 732. *regiminis eius annos scriptores posteriores auspicantur (e. gr. SS. XIII, p.* 47. 359*). Eiusdem Willibaldus Bonifatii biographus his verbis meminit (Jaffé, Bibliotheca III, p.* 457*):* tertius Goibald *(al.* Gaibald*)*, qui aecclesie civitatis Reginae pastorale excubitoris subiit magisterium.

A

semi, tunc omnibus[a] timor inruit, ita ut manus omnium ex[c] lapide laberentur, ex cuius perculsione[d], resolutis viribus, retrorsum ceciderunt. Sed tantum unus ex his qui erant[g] ad dextris, solidatis manibus, in[i] lapide superposito pectore, permansit. Sed res mira et in Dei laude eximie veneranda! Lapis tante[l] ponderis inmensitate gravatus, aere suffultus, tamdiu sustentatus est ab[m] uno, quousque qui erant pavidi exterritique vires reciperentur[o] et currentes[p] manus inmisissent. Nam si hoc martyris merita non sustenuissent[t], quid aliud fieri potuisset[u], nisi ut ossa subposita in monumento[w] comminuerentur? Hoc vero aliter tantae[x] pavoris inruisse estimandum non est, nisi ut in[y] tanti viri corporis praesentiae[z] his signis[a. 3] monstraretur in terris, quibus[b] honoris eius anima fulgeretur[c] in caelis. Tunc tanta celeritate et securitate lapidem removerunt, acsi minime in se gravitatis pondus habuisset. Sublato[g] corpore, Domini[h] caeli hymnificantes, in locum quem construxerant posuerunt. Tunc imperantes principibus regionum[l], collectis artificibus innumeris, ex auro et argento sancti martyris sepulchro[p] superpositam[4] fabricati sunt,

B

et semis, timor super omnes inruit, ita[b] ut prae pavore omnium adstantium manus a[e] lapide laberentur, ex quo terrore perculsi, viribus[f] dissoluti, retrorsum ceciderunt. Unus autem ex ipsis qui a[h] dextris stabant, pectus lapidi subponens[k], permansit inperterritus[1],

et tamdiu lapis ille ab uno sustentatus[n] est, quousque ceteri vires reciperent et succurrendo[q] manus inmisissent[r]. Nam si hunc[s] merita martyris non sustinerent, quid aliud[2], nisi etiam ossa monumento[v] posita poenitus comminueret? Sed pavorem hunc inmensum idcirco omnipotens Deus, ut reor, sacro corpori adstantibus incussit, ut aperte monstraretur in signis, quo eius anima honore fulgeret in caelis. Tunc[d] tanta caeleritate lapidem et securitate removerunt, acsi in se gravitatis aliquod minime pondus[e] habuisset. Et sublato[f] Dei martyris corpore, gratias Domino referentes, in locum alium quem construcxerant[i] posuerunt. His ita gestis, principes[k], collectis artificibus innumeris, ex auro[m] et argento Dei viri beati[n] Hemmerammi[o] martyris sepulchrum adornare fabricatura coeperunt,

Cap. 35. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 35. a) *ita A* 1 *(cf. supra c.* 24*:* cunctis pavor inruit*);* super omnes *A* 3. 4*a cum B*. b) *om. B* 2*c*. c) *ita A* 1; *om. rell.*; a *B*. d) *ita A* 1; ex c. terrore perculsi *A* 3. 4*a*; ex quo terrore perculsi *B*. e) *pr. m. superscr. B* 2*c*. f) que *add. B* 4 *et m. al. B* 3*a*. g) *ita A* 1; aderant a d. *A* 3. 4*a*; a dextris stabant *B*. h) ad *B* 2*a*. i) *ita A* 1; (in *om.*) l. (lapidi *A* 4*a*) sub(p)posito *A* 3. 4*a*; pectus lapidi subponens *B*. k) subposuit *pr. m. B* 3*b*. l) *ita A* 1; tanti *rell.* m) *ita rell. cum B*; ab uno *om. A* 1. n) *ita B* 4 *cum A et m. al. B* 2*b*. *c*. 3*a*; sustentus *rell.* o) *ita A* 1; reciperent *rell.* p) *ita A* 1; succurrentes *A* 3. 4*a*; succurrendo *B*. q) do *in litura B* 3*a*. r) inmisisset *B* 1, *corr.* s) m. h. *B* 4. t) *corr.* sustenuisset *A* 1; sustinuissent *rell.* u) potuissent *A* 4*a*, *corr.* v) *corr.* monumenta *B* 4, *et sic B* 1. w) *ita A* 1. 4*a cum B*; momento *A* 3. x) *ita A* 1; tanti pavoris *A* 3; tanto pavore *(corr.* pavori*) A* 4*a*. y) *om. A* 4*a*. z) *ita A* 1; pr(a)esentia *rell.* a) *ita A* 3. 4*a*; s. *om. A* 1; in signis *B*. b) *ita recte A* 1 *(pro* quibus honoribus*)*; cuius honoris *A* 3. 4*a*; quo honore *B*. c) *ita A* 1; fulgeret *rell.* d) Tanta tunc *B* 4. e) *om. B* 3*a*. f) sublat: *pr. m. B* 4. g) itaque *add. A* 3. 4*a*. h) *ita A* 1; Domino *rell.:* Deum *c.* 18. 34. i) conspexerant *B* 3*b*. k) princeps *B* 2*a*. l) ut *add. A* 3. 4*a*. m) arg. et auro *B* 2*a*. n) *om. B* 4. o) *ita B* 2*b*. 3*b*; Emm. *rell.* p) *ita A* 1; sepulcrum (monumentum *A* 4*a*) superpositum *A* 3. 4*a*.

1) *A addit:* Sed res mira et in Dei laude eximie veneranda! Lapis tante ponderis immensitate gravatus, aere suffultus. 2) *A addit:* fieri potuisset. 3) *B addit:* aperte. 4) *Superficiem, nisi fallor;* sepulchrum adornare fabricatura coeperunt *B*.

A

ita ut in ea[a] gemmarum cum margaretis[c] conpositionis rutilent[d] atque sculpturae varietates[g] fulgescunt[h] genera, sicut praesens dies probat[k].

(36). Nostris namque[a] temporibus cuiusdam rustici coniux[b], infirmitate superveniente, praesentem[e] oculorum lumen amisit; quam vir suus ob cecitate[g] dispexit et contra summi Dei praecepto[i] alia[k] sibi in matrimonio sotiavit. Dum nos[l] res innotuisset, quia sub pastoralis[o] curae in nostris[p] diocenis[1] utreque[q] fuissent, his[r] arguere adulterium[t] studui, perpetrata[u] incesta minime tacui, paenitentiam de commisso scelo[w] indicavi. Sed eam ex habitaculo proicere minime valui, quia utrasque[y] in praedicti viri domo commorabant[z]; sed[a] suadente diabolo, quamvis non palam, tamen de incesta[b] coniugem adulteria pedem peccanti[c] offitio minime retraxit. Sed dum ipsa adultera quadam die ad beati Dei martyris festivitatem vellisset[d] accedere, aliis in comitatu illuc pergentibus sociata est. Dum autem pervenissent[h] ad locum qui dicitur Vivarius[2] iuxta civitatem,

Sept. 22.

B

ita ut in ea[b] gemmarum compositiones rutilent[e] ac[f] sculpturarum varietates, sicut haec dies[i] probat, omnimodo fulgescant.

(36). Nostris quoque temporibus cuiusdam[c] rustici coniux[d], infirmitate superveniente, praesens oculorum lumen amisit; quam vir suus ob cecitatem dispexit[f] et contra Dei praecepta[h] in matrimonium sibi aliam sociavit. Dum autem nobis res innotuisset[m], quia pastoralis[n] cure in nostra diocesi utrique essent, de adulterio increpavi et poenitentiam[s] de scelere commisso indicavi[v]. Sed de eodem habitaculo iniquam mulierem non potui ullo interdictu[x] eicere, et hoc modo utreque simul in domo viri praedicti commorabantur.

Cum autem quadam die mulier adultera ad beati Dei martyris festivitatem accedere voluisset et aliis illuc[e] euntibus esset[f] sociata, cum venisset ad locum qui ab incolis[g] loci Vivarius[i] appellatur templumque

Capp. 35. 36. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 35. a) *ita A* 1. 3; eo *A* 4*a*. b) eo *B* 2*c*. c) *ita A* 1; margaritis con(m)positiones *rell.* d) rutulent *A* 1. e) rutilant *corr.* rutilænt *B* 2*c*. f) *ita B* 2*b*. *c*. 3*b*; ac sculpturam *B* 4; (ac *periit*) sculptarum *B* 1; (scul *in litura*)pturarumque *B* 3*a*. g) varietatis *A* 4*a*. h) fulgescant *A* 3. i) *om. B* 4. k) comprobat *A* 4*a*.

Cap. 36. a) *ita A* 1; quoque *A* 3. 4*a cum B.* b) coniunx *A* 4*a*. c) cuidam *B* 1. d) coniunx *B* 3*a*. e) *ita A* 1; praesens *rell.* f) dixpexit *pr. m. corr.* dispexit *B* 1. g) *ita A* 1; cecitatem *A* 3. 4*a*. h) praeceptum *B* 4, *corr.*; praecepto *A*. i) *ita A* 1; praeceptum *A* 3; mandatum *A* 4*a*. k) *ita A* 1; aliam *rell.* l) *ita A* 1; nobis res *A* 3; res nobis *A* 4*a*. m) innotuissent (?) *pr. m. B* 4. n) *ita B* 4; pastoralis cura *plerique;* pastorales cura *B* 2*a*; pastorali *(m. al. add.* sub*)* cura *B* 3*a*; sub pastoralis curae *A*. o) *ita A* 1; pastoralis cura *A* 3; pastorali cura *A* 4*a*. p) *ita A* 1; nostra diocesi *A* 3. 4*a*. q) *ita A* 1; utrique *rell.* r) *ita A* 1; hos *rell.* s) poenitentia *pr. m. B* 2*b*. t) *ita A* 1; adulterii *A* 4*a*; *om. A* 3 (?); de adulterio *B*. u) perpetrata incerta *A* 1; de perpetrato incesto (incestu *A* 3) *A* 3. 4*a*. v) indixi *B* 4. w) *ita A* 1; scelere *rell., ut infra.* x) interdicto *pr. m. corr.* interdictu *B* 1. 4. y) *ita A* 1; utreque *rell.* z) *ita A* 1; commorabantur *rell.* a) *ita A* 1; *om. rell.* b) incerta coniugem a. *A* 1; inceste coniugis adulterio *A* 3. 4*a*. c) *ita A* 1; peccantis *A* 3. 4*a*. d) *ita A* 1; voluisset *A* 3. 4*a*. e) illic *B* 2*c*; *om. B* 2*a*. f) e& *(i. e.* eet*) B* 1. g) colis *eadem m. corr.* incolis *B* 3*a*. h) venissent *A* 3. i) Ivuarius *B* 3*b*; Vivariis *pr. m. B* 4.

1) *Ita pro dioecesi acta synod. Ascheim.; v. supra p.* 465. 2) *Iuxta fontem Vivarium a parte meridiana S. Emmerammi iugera* 266 *sita erant, quae monasterio Carolus M. a.* 794, *die* 22. *Febr. dono dedit (Ried l. l. I, p.* 8; *Monumenta Boica XXVIII, n.* 2; *cf. Mühlbacher, Reg. n.* 321 [2]*).*

A

distante[a] a beati martyris ecclesia in spatio passuum fere[b] CC, dum oculis intueretur[d] forinsecus templum, statimque[f] in commisso scelo reprehensa est. Coepit infelicitate[h] sua tremere, conpaginas[l] membrorum dissolvere, se[m] in sua miseria terrae prostrare[n], ita ut erecta in plantis dum fuisset, pedem ad carpendum iter movere[r] minime potuisset; dum vero revertere[u] vellisset, statim omnes conpagines membrorum solidarentur[x]. Dum[y] in his angustiis desudaret[b], cuidam sacerdoti supervenisse contigit; et dum acta illius subtiliter inquisisset, suae adulterinae miseriae[d] hoc contigisse professa est. Cui vir Dei monitionem inpendit, ut ad nos reverteretur. Quae reversa dum fuisset, in[i] nostris obtutibus praesentata, pedibus nostris cum[l] lacrimis provoluta est et suae miseriae coram adstantibus[m] confessionem alta voce dedit et protinus adiunxit, in hoc se[n] veniam apud Deum praevaleret impetrare, ut amplius sub uno aedificiorum tegimine[q] cum eodem viro non maneret[r], a quo adulterina conmiscione[s] fuerat sociata. Dum autem monitionis[3] nostrae atque increpationes[u] acciperet formam et de perpetratis secundum iudicium nostrum paenitentiam egisset, tanta securitate ad[x] beati Dei[y]

B

forinsecus[c] intueretur passibus ferme ducentis ab urbe, in commisso[e] est scelere[g] deprehensa. Cepit etiam infelix tremere et[i] conpaginibus[k] membrorum dissolvi seque in sua miseria terre prostrare[o], et[p. 1] erecta dum fuisset in plantis, ad iter carpendum pedem[q] nullo modo movere potuisset[s]; dum autem[t] reverti voluisset[v], omnes statim[t] membrorum conpagines[w] solvebantur. Nam dum[z] in his angustiis desudaret[a], contigit quendam supervenisse[c] sacerdotem; qui dum acta eius subtiliter inquisisset, adulterinae[e] miseriae[f] hoc sibi contigisse[g] professa est. Cui[h] vir Dei monitionem impendit, ut ad nos citius reverti debuisset. Quae dum fuisset obtutui[k] nostro[2] cum lacrimis provoluta, coram adstantibus puram confessionem alta voce dedit et protinus adiunxit, in hoc se veniam coram summo iudice Deo promereri[o], ut ulterius sub edificio uno cum ipso viro non maneret[p], cuius commixtione inlicite fuerat violata. Cum autem increpationis et ammonitionis formam a nobis suscepisset[t] et iuxta praeceptum nostrum[v] de commisso penitentiam egisset, tanta ad beati martyris[w] ecclesiam

Cap. 36. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 36. a) *ita A* 1; distantem *A* 3. 4*a*. b) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*; ferme *B*. c) intrinsecus *pr. m. B* 4. d) f. i. *A* 4*a*. e) commissio *B* 2*a*. f) que *om. A* 4*a*. g) c : elere *pr. m. B* 2*b*; scelerae *B* 3*b*. h) *ita A* 1; infelicitatem *rell.* i) et — dissolvi *om. B* 3*a*. k) compagibus *B* 3*b*. 4. l) *ita A* 1; compagines *A* 3. 4*a*. m) sed *A* 1. n) *ita A* 1 *cum B*; prosternere *rell.* o) prostare *B* 2*a*; prosternere *B* 2*c*. 4. p) Et erecta *in litura B* 3*a*. q) *om. B* 1. r) *ita A* 3. 4*a cum B*; *om. A* 1. s) potuissent *corr.* potuisset *B* 2*b*; potu(erat *m. al. in litura*) *B* 3*a*; potuit *B* 4. t) *om. B* 2*c*. u) *ita A* 1; reverti voluisset *rell.* v) voluissent *corr.* voluisset *B* 2*b*. w) conpag(in *in litura*)es *B* 3*a*; conpages *B* 3*b*. x) *ita A* 1; solidabantur *A* 3; consolidabantur *A* 4*a*; solvebantur *B*. y) autem *add. A* 3. 4*a*. z) cum *B* 2*c*. a) desudasset *pr. m. B* 3*b*. b) sudaret *A* 4*a*. c) subvenisse *B* 4. d) coram astantibus *add. A* 4*a* (*cf. infra l.* 22). e) adulerine *pr. m. B* 2*c*. f) *m. al. add.* peste *B* 2*c*, causa *B* 3*a*. g) contingisse *B* 2*c*. h) autem *add. B* 3*b*. i) *ita A* 1; et *A* 3. 4*a*. k) obtutu *B* 2*c*. l) pr. est c. l. *A* 4*a*. m) omnibus *pro* a. *A* 4*a*. n) *ita A* 1; si *Suysk. e coni.*; se — praevalere (p. *om. A* 4*a*) *A* 3. 4*a*; se — promereri *B*. o) i *e corr. B* 3*a*. p) permaneret *B* 4. q) *ita A* 1; tegmine *A* 3. 4*a*. r) remaneret, cui ad. *A* 4*a*. s) *ita A* 1; commixtione *A* 3. 4*a*. t) susciperet *B* 2*a*. *b*. u) *ita A* 1; increpationis *A* 3. 4*a*. v) nostrum — processit ac *in litura B* 3*a*. w) Emmerammi *add. B* 2*c*. x) a *A* 1. y) *om. A* 4*a*.

1) *A:* ita ut. 2) *Adde ex A:* praesentata, pedibus nostris. 3) *B:* increpationis et ammonitionis.

A

martyris ecclesiam processit, acsi umquam[b] membrorum dolore[c] non pertulisset[d]. Hoc enim, ut testimonio[e·1], in exemplum superna pietas tradidisse[f], ut palam daretur intellegi, quibus distantiis a regno Dei alienentur adulteri, dum suorum electorum ecclesiis[k] ingredere non possunt. Sed dum[l] huius mulieris revolvero sententiam, veritatis ad memoriam reducitur sermo, ut[o] sacer[o*] in sua vaticinatione electorum mentibus discribitur[q]: *Quaerite Dominum, dum inveniri potest; invocate eum, dum prope est;* unde recte subiungitur: *Relinquat[t] iniquus viam suam.* Quomodo enim quis Dominum invenire[u] potest, nisi tramitem relinqueret[v] iniquitatis? Hic enim non videbitur[w], et prope est; illuc[x] autem videbitur, et prope non est. Sicut et haec[y] mulier, dum beati Dei martyris ecclesiam in sua coinquinatione videret, prope non erat, quia adpropinquare non quieverat[b]; dum autem prolixius ad confitendum recessisset, prope erat, quia de perpetratis[c·2] paenitentiam agebat.

Is. 55, 6. — Ib. v. 7. — cf. Ps. 118, 150 sq.

(37). Mira mirandis succedunt! A quodam religioso et prudente viro audire me contigit[c]. Agebat[d] enim, ut[e] quadam die[g] ad beati Dei martyris ecclesiam pro suisque[i] delictis ad intercedendum vellisset[k] accedere, contigit ei, ut iter solus

B

securitate processit, acsi numquam[a] dolorem membrorum pertulisset. Hoc ergo pietas superna tradidit in exemplum, ut aperte daretur intellegi, quibus distantiis alienentur[g] adulteri[h] a regno[i], dum suorum electorum ecclesias non possunt ingredi. Sed dum mulieris huius revolvero[m] sententiam, ad memoriam redit sermo propheticus, qui in suo vaticinio[n] mentibus[p] ita scribit electorum, dicens: *Querite Dominum, dum inveniri potest; invocate eum, dum prope est;* unde recte[r] subiungitur: *Derelinquat impius viam suam.* Quomodo enim quis Deum poterit[s] invenire, nisi tramitem reliquerit iniquitatis? Hic enim non videbitur, et prope est; illic autem videbitur, et prope non erit. Sicut et haec mulier, dum beati martyris ecclesiam in sua coinquinatione videret, prope[z] non erat, quia adpropiare non poterat; dum autem prolixius ad confitendum[a] secessisset, prope fuit, quia paenitentiam de peccatis agebat.

(37). Unde silentio praetereundum[a] non est, quod[b] a quodam religioso et prudenti viro me[f] contigit audisse. Aiebat enim, quia[h] quadam die ad beati martyris ecclesiam pro suis delictis minuendis accedere voluisset; sed contigit ei, dum

Capp. 36. 37. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b* *(ad l. 28)*. 4.

Cap. 36. a) unquam *corr.* nunquam *B* 4; umquam — non *A* 1. b) *ita A* 1; numquam, *om.* non *A* 3. 4*a cum B*. c) *ita A* 1; dolorem *rell.* d) pretulisset *A* 1. e) *ita A* 1; estimo *A* 3. 4*a*; ut t. *om. B*. f) *ita A* 1; tradidisset *A* 3; tradidit *A* 4*a cum B*. g) alienantur *B* 4. h) a r. adult. *B* 2*c*. i) Dei *add. B* 4 *et m. al. B* 3*b*; *m. al. add.* superno *B* 3*a*. k) *ita A* 1; ecclesias ingredi *A* 3. 4*a*. l) *ita A* 1 *cum B*; h. m. dum (cum *A* 4*a*) revolvo s. *A* 3. 4*a*. m) revolvo *B* 4. n) vaticio *B* 1. o) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*. o*) *ita A* 1; quem *add. rell.*; qui *add. B*. p) mentis *B* 4. q) *ita A* 1; describit *A* 3. 4*a*. r) *om. B* 1; U. r. s. *m. coaeva in mg. suppl. B* 2*b*. s) potuit *pr. m. corr.* poterit *B* 1. t) *ita A* 1. 3 *(Itala ed. Sabatier II, p.* 614: Relinquat impius vias suas et vir iniquus cogitationes suas*)*; Derelinquat impius *A* 4*a cum B et Vulg.* u) *ita A* 3. 4*a cum B*; *om. A* 1. v) *ita A* 1; reliquerit *A* 3 *cum B*; dereliquerit *A* 4*a*. w) videtur *A* 4*a*. x) *ita A* 1; illic *A* 3. 4*a*. y) m. hec *A* 4*a*. z) pr. non erat *om. B* 3*a*. *b* *(versu ex.)*; *m. al. suppl.* pater *B* 3*a*. a) confid. *pr. m. corr.* confit. *B* 1. b) *ita A* 1; quiverat *A* 3. 4*a*. c) criminibus *add. A* 4*a*.

Cap. 37. a) pretereundo *B* 1. b) quod — *c.* 44: revolvero, animo redit *om. B* 3*b*. c) quod dico *add. A* 4*a*. d) *ita A* 1; Aiebat *rell.* e) *ita A* 1. 3; quod *A* 4*a*; quia *B*. f) *om. B* 2*a*. g) dum *add. A* 4*a*. h) *m. al. in litura B* 4. i) *ita A* 1; que *om. A* 3. 4*a*. k) *ita A* 1; voluisset *A* 3. 4*a*.

1) *Ital. 'testimoniare', gall. 'témoigner'.* 2) *B*: peccatis.

A

carperetur[a]. Dum autem pervenisset in solitudinem, quae mutata vulgarica[c, 1] locutione Feronifaidus[d, 2] appellatur, incidit in latrones, qui eum expoliaverunt, vinctisque manibus, concatinato[e] ore, ut verba exprimere[g] non quievisset[h], extra terminum eicientes, eum genti Francorum venundati sunt. Quidam ex his qui eum pretio redimerat[n] in partibus aquilonis Duringorum[p] genti[q] cuidam eum[r] venundavit in coniacente confinio Porathanorum[u, 3] genti[v], quae ignorant[w] Deum. Et dum[x] praedictus senex gentilium idolorumque cultoribus proximatum[a] cerneret, caepit viribus, ut praevaluit, temporali domino suo praesenti[b] atque absenti dignum[c] praebere famulatum. Erat enim operandi peritiae[e] instructus, ita ut molendinam[f] non mediocriter[g] domino suo proficisse[i] operaretur, et aedificiorum conpositionis[l] mirifico conposuit[m] modum. Huius rei[n] invenit gratiam in conspectu patris familiae[o].

B

solus iter carperet[b] et venisset in solitudinem quandam, que locutione vulgari Feronifaidus appellatur, in latrones incidisse. Qui expoliatum illum et manibus vinctum, concatinato ore, ut[f] verba edere non valeret, extra terminum genti[i] Francorum venundant. Quidam[k] vero qui eum[l] exinde redimerat[m] genti Duringorum[o] partibus aquilonis tradidit in confinio Parahtanorum[s] gentis, quae ignorant[t] Deum. Cumque se praedictus senex gentilium idolorumque cultoribus proximum[y] cerneret, coepit viribus[z], ut potuit, domino suo temporali tam praesenti quam absenti dignum omnino praebere famulatum. Erat enim operandi peritia instructus, ita ut molendinam[d] domino suo perfecisset edificiorumque miro modo conpositiones, et ob hoc[h] in conspectu eius gratiam invenit[k].

cf. Gen. 39, 4.

Cap. 37. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. 4.

Cap. 37. a) *ita A* 1; carperet *A* 3. 4*a*. b) caperet *B* 4. c) *ita A* 1; vulgari *A* 3 *cum B*; v. *om. A* 4*a*. d) Feroius fundus vocatur *A* 4*a*. e) cum catenato *A* 4*a*. f) *eadem m. superscr. B* 3*a*. g) exprime *A* 4*a*. h) *ita A* 1; quivisset *A* 3. 4*a*. i) gentis *B* 4. k) Quadam *B* 2*a*. l) exinde eum *B* 2*a*. *b*. m) redimeret *B* 2*c*. n) *ita A* 1; redemerat *A* 3; redemerant *A* 4*a*. o) Turingorum *B* 4. p) *ita A* 1 *cum B*; Thur. *A* 3. 4*a*. q) *ita A* 1. 4*a*; gentis *A* 3. r) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*. s) Parachtanorum *B* 2*a*. *b*; Parahtinorum *B* 2*c*. t) *ita B* 2*a*. *b cum A; ignorat rell.* u) *ita A* 1; Porahtanorum *A* 3; Parathanorum *A* 4*a*; Parahtanorum *B*. v) *ita A* 1. 4*a*; gentis *A* 3. w) *ita A* 1. 3; ignorat *A* 4*a*. x) se *add. A* 3. 4*a cum B*. y) esse *add. B* 2*a*. z) ut v. *B* 2*a*. *b*. a) esse *add. A* 3. 4*a*. b) *ita A* 3. 4*a cum B*; praesentiae *A* 1. c) *ita A* 3. 4*a cum B*; *om. A* 1. d) molendinum *B* 4 *et m. al. B* 3*a*. e) *ita A* 1; peritia *A* 3. 4*a*. f) *ita A* 3 *cum B*; molentinam *A* 1; molendinum *A* 4*a*. g) *ita A* 1; non mediocrem *A* 3; non mediocre *post* d. suo *A* 4*a*. h) modo *iterat., sed delet. B* 2*b*. i) *ita A* 1 *(cf. infra p.* 516, 12: proficisse se cernisset*)*; operando perfecisset *A* 3. 4*a*; perfecisset *B*. k) venit *corr.* invenit *B* 3*a*. l) *ita A* 1; conpositiones *B*; munitiones *A* 3. 4*a*. m) *ita A* 1; composuisset modo *A* 3. 4*a*. n) *ita A* 1; occasione *add. A* 3. 4*a*; ob hoc *B*. o) *ita A* 1; patrisfamilias *A* 3. 4*a*.

1) *Willibaldus, V. Bonifatii (ed. Jaffé, Bibliotheca III, p.* 445*) de Gregorio II. scripsit:* qui et vulgarica Romanorum lingua dicitur iunior. 2) *Vocabulum Germanicum ita interpretatur Arnoldus, De Miraculis beati Emmerammi I,* 3 *(SS. IV, p.* 550*):* Verroniwaida, quod sermo Latinus exprimit Longinqua pascua, *compositum scilicet ex 'verro' = longinquus et 'weida' = pascua.* 3) Saxonorum genti *infra legitur. De Bructeris ad inferiorem Lupiam fl. sedentibus cogitavit Zeuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme' p.* 352, *qui Borthari a Gregorio III. papa (MG. Ep. III, p.* 291*) appellantur nomenque dederunt pago Borahtrae, atque Boructuaros una cum Saxonibus recensuit Beda, Hist. eccl. V,* 9. *Quod si recte coniectatum est, Arbeo erraverit oportet, nam illi Saxonum finitimi erant neque Thuringorum. Multo minus Seppii coniecturam probem ad pagum Bardengowe oppidumque Bardowiek Porathanos referentis.*

A

(38). Et dum hoc continuo per triennium, ut potuit, implevisset et tamen nihilominus a Dei cultura, ieiuniis[b] et orationibus non recedisset[d], contigit, ut quidam de[g] conservis suis moreretur, qui, relicta atque[i] viduata coniuge iuvencula atque secundum huius[g] carnis putridinem[1] pulcherrima[o], sine prolium[p] procreatione recessit[q]. Cui[r] seni temporalis dominus suus praecepit, ut eam sibi in matrimonio sotiaret et domui cum substantiis frueretur. Religiosus autem senex contrario respondit, dicens: 'Uxorem in cognatione mea reliqui, dum pro peccatis meis innumeris captus[v] fuissem et[w] ex eadem regione exterminatus, ut huius[x] traderer locis; sed, ea vivente, quomodo aliam in matrimonio ducam?' Unde suusque[a] dominus sagacissimis atque asperrimis sermonibus subiunxit[c], dicens: 'Si eam non acciperis[e], haec[3] addat mihi Dominus et haec[f.3] faciat, si non tradidero te genti Saxonorum[g], quae[h] tot idolorum cultores[k] existunt. Scio enim, si uxorem[l] apud me recipere[m] recusas[n], experimento rei[p] fateor, ut commorare minime debeas, sed fugire[q] magis adoptas, et ego ex tuoquae[r] pretio fraudatus frustra[s] remaneam[t]'.

Greg. Dial. I, 4

cf. 2. Reg. 3, 35.

B

(38). Cumque hoc continuo per triennium, prout poterat[a], ex pura voluntate ministraret et tamen a Dei[c] cultura et oratione[e] minime recessisset[f], accidit, ut[h] quidam de conservis eius moreretur, qui[k], relicta[l] vidua iuvencula secundum huius carnis[m] putredinem speciosam[n], sine procreatione filiorum[2]. Quam temporalis dominus huius[s] seni in matrimonium volebat sociare, ut domo et omnibus defuncti substantiis frueretur. Sed senex idem obtemperare huic facto nolens, respondit, dicens: 'Uxorem in cognatione[t] mea reliqui, cum pro[u] innumeris meis captivitati huic traderer peccatis et eo modo his[y] locis devenirem; nunc igitur, ea vivente, quomodo aliam in matrimonio ducam[z]?' Unde dominus eius asperrimis[b] sermonibus adiunxit, dicens: 'Haec mihi faciat Dominus et haec[d] addat! Nisi illam in matrimonio sumpseris, genti te Saxonum tradam, quae tot idolorum cultibus dedita[i] est, quia novi et didici experimento, si accipere mulierem hic rennueris, nullo[o] modo te mecum velle commorari, sed magis fugere, ut de pretio tuo remaneam omnimodo fraudatus'.

Cap. 38. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. 4.

Cap. 38. a) potuerat *B* 2*c*. b) *ita A* 1. 4*a*; c., ut invenisset o. *A* 3. c) c. D. *B* 2*a*. *b*. d) *ita A* 1; recessisset *rell.* e) operatione *B* 2*c*. f) recepisset *B* 2*b*, *corr.*; inveni *pr. m. corr.* recessisset *B* 4. g) *om. A* 4*a*. h) de c. suis ut q. moriretur *B* 2*c*. i) *om. A* 3. k) *om. B* 4. l) vincu *add. B* 2*c*. m) carnem *B* 1. (2*b*). n) speciosa *B* 2*c*. 3*a*. 4. o) que cum *add. A* 4*a*. p) *ita A* 1; prolis *A* 3. 4*a*; filiorum *B*. q) *ita A* 1; decessisset *A* 3. 4*a*. r) Eidem temp. *A* 4*a*. s) huius (?) *corr.* huic *B* 2*c*, *et sic B* 2*a*. 4; *om., sed m. al. add.* eius *B* 3*a*. t) na *m. al. in litura B* 3*a*. u) *superscr. B* 3*a*. v) non *add. A* 1. w) et *om. A* 4*a*; ex *om. A* 3. x) *ita A* 1. 3 *(pro* his *et* his locis *B)*; huius terre traderetur locis *A* 4*a*. y) has *B* 1; huius *A* 1. 3. z) ducam — matrimonio *m. coaeva in inf. mg. suppl. B* 2*b*; matri|nio *B* 2*c*. a) *ita A* 1; que *om. A* 3. 4*a*. b) asperrimus *B* 1, *corr.* c) subiuxit *A* 4*a*. d) *ita B* 2*a*. *b cum A; om. rell.* e) *ita A* 1; acceperis *rell.* f) *om. A* 3. 4*a*. g) *ita A* 1; Saxonum *A* 3. 4*a*. h) qui *A* 4*a*. i) tradita *B* 2*a*. *b*. k) *ita A* 1. 4*a*; cultor existit *A* 3. l) apud me u. *A* 4*a*. m) *ita A* 1; accipere *A* 3. 4*a cum B*. n) *ita A* 1; et *add. A* 3. 4*a*. o) (n *m. al. in litura*)ullo *B* 3*a*. p) *ita A* 1; exp. cognosco, quod apud me c. (commorari *A* 4*a*) *A* 3. 4*a*. q) *ita A* 1; fugere *rell.* r) *ita A* 1; quae *om. A* 3. 4*a*. s) vacuus *A* 4*a*. t) *ita A* 1; remanebo *A* 3. 4*a*.

1) *V. Corbiniani c.* 18: quae secundum huius carnis putridinem videbatur decora. 2) *Adde* recessit *ex A*. 3) *Scilicet adversa.*

A

(39). **Dum[a] diurnis sermonibus in[b] invicem luctarentur et haec[c] senex praedictus cerneret[d], quod imperium domini sui prohibere[e] non posset, nisi se prohibendo tamquam ipse[f] captivaretur[1] in gentem ignorantem Deum, quorum vitam, ut innotuit ex vicinitatem[h], tamquam praecipitium mortis pertimiscebat[i], necessitate conpulsus, sibi eam sotiare secundum suique domini voluntatem confessus est. Ille autem, adprehensam[k] praedicte mulieris dexteram manum, circumvoluto pallio, ut mos[2] nuptiarum conpellit, coram adstantibus conservis, coniuge et prolibus[o] hilari vultu tradidit eam[q] illi in matrimonium; quia propter peritiam artis illius dilexerat eum nimis. Tunc religiosus senex cum sua recepta sotia ad[t] illius habitaculum, ubi[u] eam sibi in matrimonio sotiare debuerat[v], reversus[w] est. Quae[x] cum cubiculum[u] intrassent[y] et alimentum secundum nuptiarum[z] consuetudine recepissent, in lectum quam[b] ipsa paraverat ingressi sunt. Cui religiosus senex monita, ut potuit, inpendere studuit[c]: 'Provide[d] namque[e], karissima soror, ne vi[f] huius commiscionis delictum[g] supernum et summum offendamus artificem rerum; quia temporalis[h] voluptuosa gaudia in paucis deficitur[i] diebus et ventura ani-**

B

(39). Cum autem diuturnis **sermonibus** invicem tali sermone **luctarentur et senex** praedictus cerneret non **posse se con**temnere imperium domini sui, **quin in** gentem ignorantem **Deum traderetur,** quorum[g] vitam quasi mortem **pertimuit,** necessitate coactus, sibi eam sociare confitetur. Quod audiens vir, **adprehensam** mulieris manum circumvolvit **pallio et,** ut moris est nuptiarum, **coram adstantibus** sene[l] in matrimonio **concedit, ut** aberet[m]; dilexit enim **illum[n] ob peritiam** artis. **Religiosus autem senex, muliere recepta, perrexit ad habitaculum,** quo in matrimonio sibi[p] **mulierem sociaret. Ac dum cubiculum intrantes et[r] alimenta iuxta consuetudinem nuptiarum percepissent, lectum quem[s] ipsa paraverat ingressi sunt. Cui senex: 'Praevide', inquid, 'carissima filia, ne hac thalami commixtione summum artificem offendamus et supernum; quia temporalis vitae gaudia paucis diebus deficiunt et[a]**

Cap. 39. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. 4.

Cap. 39. a) *ita A* 1; Cum autem diuturnis *A* 3. 4*a cum B*. b) in inv. *om. A* 4*a*. c) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a cum B*. d) videret *A* 4*a*. e) *ita A* 1; contem(p)nere *A* 3. 4*a cum B*. f) *om. A* 4*a*. g) quarum *B* 4. h) *ita A* 1; vicinitate *rell.* i) *ita A* 1; pertimesc. *rell.* k) *ita A* 1; ad(p)prehensa — dextera (dextra *A* 4*a*) manu *A* 3. 4*a*. l) *ita B* 2*b (pr. m.)*. *c*; seni *B* 1. 2*a*. 3*a (sed* i *e corr.)*. 4. m) *ita B* 4; abiret *rell.*; haberet *coni. P. Geyer*. n) eum *B* 2*c*. o) *ita A* 1; prole *A* 3. 4*a*. p) concedit *corr.* sibi *B* 4. q) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*. r) *eras. B* 2*c*; *om. B* 4. s) quod *B* 2*c*. t) *om. A* 4*a*. u) ubi — cubiculum *om. A* 4*a*; *alio atramento marg. adscripta A* 3. v) deberet *A* 3. w) *ita A* 1; perrexit *A* 3. 4*a cum B*. x) *ita A* 1; cumque *A* 3. y) intrasset *A* 4*a*. z) n. consuetudinem *A* 3; consuetudinem n. *A* 4*a cum B*. a) et — parturiunt *om. B* 4. b) quem *A* 3. c) dicens *add. A* 3. 4*a*. d) *ita A* 1; Previde *A* 3. 4*a cum B*. e) inquit *pro* n. *A* 3. 4*a cum B*. f) ne vi h. commixtionis *A* 3; ne in commixtione *A* 4*a*. g) hac dilectum *A* 4*a*. h) *ita A* 1; temporalis *et add.* vite *A* 4*a cum B*; temporalia *A* 3. i) *ita A* 1; defic(t)iunt *A* 3. 4*a*.

1) *Notione activa pro* captivaret. 2) *Pari modo presbyter christianus manus sponsorum stola circumvolvit. Sepp. — Morem tradendi Arbeo ipse in charta a.* 754. *ita descripsit (Meichelbeck I, 1, p. 52):* involuto palleo ipsam epistulam super altare posita tradidit in manus supradicti venerabilis Ioseph episcopi.

A

marum detrimenta sine[a] fine cruciantur[b]. Fruere[d] nunc artificii mei in diliciis lucra[f]; tantum hoc sustenta[g], ut ne me copulationis iugo[i], vivente coniuge[i], praecipites in animae[l] interitum'.

(40). Illa autem[a] carnalis[b] voluptatibus sustentata[c], secundum[d] monitionem sui sotii minime consentit[e]; sed verba, quam[f] prudenter ei inpendere debuerat, suoque[h] domino devulgare[k] minaverat. Cum haec[m] vir venerandus senex minime[n] proficisse[p] se cernisset[q], sueque[r] sotiae asperrima[u] et voluptuosa desideria blandis sermonibus linuit[x], dicens: 'Providendum namque[z] est[a], karissima soror, ne gentilium[d] more christianis[e] sotiare expedit copulis, sed magis per triduum abstinere oportet et Deum[g] lacrimis deprecare[h], ut detur[i] germen iustum in coniunctione; quia mulier non propter libidinem accipienda est, sed propter sobolum[k] procreatione socianda[l] [1]'. Haec cum audisset[l], dispexit[m], faciem suam avertit[n] ad parietem, sub tegmine thori a viro se[o] religioso suffulsit[r] tristis[s]; sopore subpressa[t] obdormivit. Ille autem cum la-

cf. Tob. 8, 5.

B

animarum[c] detrimenta sine fine parturiunt. Nunc itaque[e] fruere artificio meo in deliciis et hoc tantum mihi indulge[h], ne me iugo[k] copulationis huius, coniuge vivente, praecipites in[m] interitum'.

(40). Illa autem carnali voluptate devicta, viri sui petitionem minime audivit; sed quae prudenter ei impenderat[g] minabatur suo domino verbis asperis[i] devulgare[l]. Cumque se venerandus senex[o] in his minime proficere cerneret, sociae[s] suae lascivia[t] et voluptuosa desideria[v] blandis sermonibus[w] ita linivit, dicens: 'Videndum', inquid[y], 'nobis est, carissima soror[b], ne gentilium ritu[c] nuptiis christianis sociemur, sed potius per triduum abstineamus[f] Dominumque deprecemur, ut det nobis germen iustum in coniunctione; quia mulier non pro libidine, sed pro sobolis procreatione est assumenda'. Haec autem mulier cum audisset, dispexit, et faciem ad parietem convertens [2], tristis obpressa sopore dormivit[p]. Ille autem cum[q] lacrimis ex

Capp. 39. 40. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. 4.

Cap. 39. a) s. f. *om.* *A* 4*a*. b) *ita* *A* 1; parturiunt *A* 3. 4*a* *cum* *B*. c) um *e corr.* *B* 3*a*. d) itaque *add.* *A* 3 *cum* *B*; namque *add.* *A* 4*a*. e) autem *pro* itaque *B* 2*a*. *b*. f) lucro *A* 4*a*. g) *ita* *A* 1; hoc mi(c)hi concede *A* 3. 4*a*; hoc mihi indulge *B*. h) indulge — huius *in inferiore mg. suppl.* *B* 3*a*. i) *ita* *A* 3. 4*a* *cum* *B*; *om.* *A* 1. k) *om.* *B* 2*a*. *b*. l) mee *add.* *A* 4*a*; in i. animae meae *A* 3. m) *m. al. superscr.* *B* 2*b*; *suppl.* *B* 4.

Cap. 40. a) *ita* *A* 3. 4*a* *cum* *B*; vita *pro* autem *A* 1. b) *ita* *A* 1; carnalibus *A* 3. 4*a*. c) suis intenta *pro* s. *A* 4*a*. d) *ita* *A* 1; *om.* *A* 3. 4*a*; monitionis *A* 4*a*. e) consensit *A* 4*a*. f) *ita* *A* 1; qu(a)e *A* 3. 4*a*. g) impendere *B* 1. h) *ita* *A* 1; que *om.* *A* 3. 4*a*. i) acerrimis *B* 2*c*. k) divulg. *A* 4*a*. l) div. *B* 2*a*. *c*. 3*a*. m) *ita* *A* 1 (*infra p.* 521, 15: haec); in his, *om.* vir *A* 3. 4*a* *cum* *B*. n) mine *A* 1. o) *m. al. suppl.* *B* 4; vir *B* 2*c*. p) proficisci *A* 1 (*cf. supra p.* 513, 21). q) *ita* *A* 1; cerneret *A* 3. 4*a* *cum* *B*. r) *ita* *A* 1; que *om.* *A* 3. 4*a*. s) sociam su(ā *m. al. in litura*) *B* 3*a*. t) lasciv | et voluptuos(e *in litura*) *B* 1; lasciviam (*corr.* lascivam) et voluptuosam *B* 3*a*. u) *ita* *A* 1; lascivia *A* 3 *cum* *B*; lasciva *A* 4*a*. v) *om.* *B* 3*a*. w) sermonis *B* 1. x) *ita* *A* 1; lenivit *A* 3. 4*a*; linivit *B*. y) n. est i. *B* 4. z) *ita* *A* 1; nobis *pro* namque *A* 3. 4*a* *cum* *B*. a) inquit *add.* *A* 3. 4*a* *cum* *B*. b) filia *B* 2*c*. c) ritum *B* 4. d) m. g. *A* 4*a*. e) *ita* *A* 1; christianas nuptias sociamus (sotiemus *A* 4*a*), sed *A* 3. 4*a*; nuptiis christianis sociemur *B*. f) abstinemus *B* 2*c*. g) cum *add.* *A* 3. 4*a*. h) *ita* *A* 1; deprecari *rell.* i) *ita* *A* 1; det *rell.* k) *ita* *A* 1; p. sobolis procreationem (*om.* soc.) *A* 3. 4*a*; pro sobolis procreatione est assumenda *B*. l) *ita* *A* 1; mulier *add.* *A* 3. 4*a* *cum* *B*. m) *ita* *A* 1; desp. *et add.* eum et *A* 3, illum et *A* 4*a*. n) *ita* *A* 1; convertit *A* 3. 4*a*; convertens *B*. o) r. se *A* 3. 4*a*. p) domivit *pr. m.* *B* 4; obdormivit *B* 2*c*. q) ex i. c. p. ind. cum l. *B* 4. r) *ita* *A* 1; avertens *A* 3. 4*a*. s) sicque *add.* *A* 3. 4*a*. t) depressa *A* 4*a*.

1) *Gregorii M. Regula pastoralis III*, 27. 2) *A addit:* sub tegmine thori a viro se religioso suffulsit.

A

crimis ex imo[a] cordis arcae[b] indesinenter Deo fundebat preces, ut eius angustiae opifex serenus[g] subvenire digneretur[h], ut[i] ne tanti viri et Dei martire[m] Haimrammi, cuius requisitionis[o] tot angustiae se[p] incumberet, ne[r] in oblivione remaneret[s], ut[t] ipse merendi[u] misero misericordiam non[v] inpenderet.

(41). Cuius orationi[a] tanta celeritate misericordia[c] Domini subsecuta est, ut mox, cum obdormisset, quidam pulcherrimus vir procere stature[e] ante lectum eius staretur[h], qui baculo quem manibus gestabat[i] latus dormientis percussit, dicens: 'Surge et vade ad beatum[k] martyrem ecclesiam, ubi te iturum pervovisti[p]'. Vir senex respondit: 'Quomodo sine alimento tot spatia[q] ignota[r] perambulabo?' Cui iterum qui adstabat adiunxit: 'Surge, ne hesites; sume[t] in superiore cenaculo panem quae est; ipse tibi in[u] alimentum sufficiat usque ad perfectionem itineris tui'. Vir autem[r] tanti[w] visionis expergefactus, qui[x] paenitus, postquam ad se reversus fuerat, ignorabat, sive[a] vigilans an[b] dormiens monitionem reciperetur[d]; tamen surrexit,

B

imo cordis[1] preces[c] indisinenter[d] fundebat[e], ut[f] eius inopiae subvenire dignaretur[k], ne tanti Dei[l] viri, scilicet martyris Hemmerammi[n], auxilio in oblivione remaneret[q], et ipse omnipotens Deus misero misericordiam daret.

(41). Cuius oratione[b] subito Dei clementia est subsequuta, et[2] mox, cum dormiret, vir quidam pulcherrimus[d] ante lectum quiescentis adstaret[f], quique[g] baculo quem manibus gestabat latus dormientis percussit, dicens[g]: 'Surge et vade ad ecclesiam beati martyris[l] Hemmerammi[m], ubi te iturum[n] devovisti[o]'. Cui vir senex respondit: 'Quomodo sine alimento ignota[s] tot terrarum spatia perambulabo?' Cui iterum qui adstabat adiunxit: 'Surge, ne hesites; sed sume panem positum in superiori cenaculo, et ipse tibi in[v] alimentum sufficiet ad perfectionem itineris tui'. Vir autem tanta visione expergefactus[y], postquam ad se reversus est, ignorabat[z], utrum vigilans vel dormiens hanc reciperet[c] ammonitionem. Surrexit ergo[e], ut[f] vir qui[g]

Capp. 40. 41. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. 4.

Cap. 40. a) himo *A* 1. b) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a cum B*. c) *om. B* 2*a*. *b*. d) *ita B* 1; indes. *rell.* e) *ita B* 4 *cum A*; fundit *B* 3*a* (*ubi* Deo *add., sed eras.*); funderet *plerique.* f) Deus *add. B* 4. g) *ita A* 1 (*infra p.* 518, 22: supernus); rerum *A* 3. 4*a*. h) *ita A* 1; dignaretur *A* 3. 4*a*. i) *ita A* 1; et *A* 3. 4*a*. k) dignetur *B* 2*a*. *b* (*pr. m.*). l) *om. B* 2*a*. m) *ita A* 1; martyris *A* 3; martiris *A* 4*a*. n) *ita B* 2*c*; Emm. *rell.* o) quisitionis *A* 1; causa *add. A* 3. 4*a*. p) *ita A* 1; sibi incumberent *A* 3; incumberent sibi *A* 4*a*. q) maneret *B* 2*c*. r) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*. s) remanerent *A* 4*a*. t) *ita A* 1; sed *A* 3. 4*a*; et *B*. u) *ita pro* maerenti *A* 1; misericors Deus *pro* m. *A* 3. 4*a*; omnipotens Deus *pro* m. *B*. v) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*.

Cap. 41. a) *ita A* 1; orationem *A* 3. 4*a*; oratione *B* 1. b) *ita B* 1; orationem *rell.* c) *ita A* 3. 4*a*; misericordiae, *om.* Domini *A* 1. d) cum *add. B* 4. e) statu *A* 1. f) adsta(bat *m. al. in litura*) *B* 3*a*. g) *om. B* 4. h) *ita A* 1; staret *A* 3. 4*a*. i) portavit *A* 4*a*. *ita A* 1; beati martyris e. Heimerammi, ubi *A* 4*a*; beati Dei martyris Hemmerammi e., ubi *A* 3; e. beati martyris Hemmerammi, ubi *B*. l) *om. B* 2*a*. m) *ita B* 2*b*. *c*; Emm. *rell.* n) *ita B* 2*c*; iterum *B* 4; iterum *corr.* (*pr. m. B* 1; *m. al. B* 2*b*) iturum *B* 1. 2*b*. o) devo(visti *m. al. in litura*) *B* 3*a*; vovisti *B* 2*c*. p) *ita A* 1; vovisti *A* 3; voluisti *A* 4*a*; devovisti *B*; Cui *add. A* 3. 4*a*. *B*. q) terrarum *add. A* 3. 4*a cum B*. r) *om. A* 4*a*. s) ignotata *B* 1. t) summe *A* 1; sed sume panem qui est in superiore cen. *A* 3. 4*a*. u) in a. *om. A* 4*a*. v) *bis scr. B* 1. w) *ita A* 1; tanta visione *A* 3. 4*a*. x) *ita A* 1; qui p. *om. A* 3. 4*a*. y) experfactus *pr. m. B* 2*c*. z) ignarabat *pr. m. corr.* ignorabat *B* 1. a) *ita A* 1; utrum *A* 3. 4*a cum B*. b) vel *B*. c) reciperit *pr. m. B* 2*b*. d) *ita A* 1; reciperet *A* 3 *cum B*; acciperet *A* 4*a*. e) igitur *B* 2*c*. f) *eadem m. superscr. B* 3*a*; *om. B* 4. g) quia stabat *B* 2*a*.

1) *A addit:* arcae. 2) *A:* ut.

A

ut vir qui adstabat indicaverat[a], in superiorem[c] cenaculum pulcherrimum, que[d] a quodam ponere non prospexit, panem repperit[e], cuius[1] conparem[f] pulchritudini[i] eadem nocte cum praedicta mulieri[l] in[m] eadem domo non comedit. Quem repertum[n] gremio commendavit, relictisque omnibus, quae se[o] ibidem esse[o] videbatur[q], ne[r] de proprio[s] lucro temporali domino suo abstrahendo damnum inferret[t], excepto singulari habitu et pipinnam[u], quam manibus gestabat[v].

(42). Tunc dum[a] inde regressus ad solitudinem sub festinatione, ut praevaluit, carpebat iter[d], sine intermissione cum lacrimis Deo fundebat praeces, ut per merita beati sui martyris[g] in se speranti prosperaretur[h] iter. Peractis namque[m] suis[n] in profectionibus continuis diebus XV, tantaque[p] prosperitate et securitate supernus opifex, unius panis sacietate cottidianis[r] aviditatibus, membris ex faticatione itineris[t] distinatione perduxit, ut huius hora[v] diei XV. tertia in montem[w] staretur super plantatione[x]

B

adstabat indicaverat[b], et panem in cenaculo superiori repperit ita candidum, qualem antea numquam viderat; quem etiam nuptiali tempore[g] cum[h] praedicta muliere comedere[k] non volebat, sed repertum gremio commendabat. Relictisque omnibus, quae in eodem loco habere videbatur, et neque[p] de lucro proprio aliquid inde auferebat, excepto habitu singulari et bipinni, quam propria manu gestabat.

(42). Regressus autem ad solitudinem sub[b] festinatione[c] perrexit et sine intermissione Domino preces cum lacrimis fudit, ut per merita[e] beati martyris[f] Hemmerammi sibi prosperum iter praeparet[i]. Peractis itaque[k] continuis[l] diebus in profectione[o] quindecim, tanta prosperitate ac securitate supernus iudex eum reduxit ex itinere fatigatum, ita[q] ut in[s] tertia hora quintae decime diei staret in monte contra Radaspona[u] inter

Capp. 41. 42. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. 4.

Cap. 41. a) *ita A* 1; et *add. A* 3. 4*a cum B*. b) iud.(?) *pr. m. B* 2*b*. c) *ita A* 1; superiore cenaculo *A* 3. 4*a*. d) *ita A* 1; quem numquam p. conspexit *A* 3. 4*a*; qualem antea numquam viderat *B*. e) invenit *A* 4*a*. f) *ita A* 3; conparare *A* 1; comparatione *A* 4*a*. g) temppore *B* 1. h) *sequitur finis Vitae* nisi quia — intravit *(c.* 46. 47*), folio transposito, B* 1. i) pulcritudinem *A* 4*a*. k) *superscr. B* 3*a*. l) *ita A* 1; muliere *rell.* m) *ita A* 1; tempore nuptiarum *pro* in e. d. *A* 3. 4*a*; nuptiali tempore *B*. n) inventum *A* 4*a*. o) sę *(pro* sibi, *ut p.* 517, 6*)* ibidem habere esse videbatur *A* 1, *lectionem primariam cum emendata coniungens;* (se *om.*) i. (in eodem loco *B*) habere videbatur (potuit *A* 4*a*) *A* 3. 4*a cum B*. p) ne *B* 1. q) *ita A* 1; et *add. A* 3. 4*a cum B*. r) nec *A* 4*a*; neque *B*. s) propri *A* 1. t) *versu exeunte om. A* 4*a*. u) *ita A* 1; pipenna *A* 3; bipenni *A* 4*a*; bipinni *B*. v) ni(c)hil secum inde sustulit *add. A* 3. 4*a*; *om. A* 1 *cum B*.

Cap. 42. a) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*. b) *ante* sub *ras.* et (?), *post ras. syllaba B* 3*a*. c) vestinatione *pr. m. B* 2*c*. d) *ita A* 1; et *add. A* 3. 4*a cum B*. e) b. m. (Emmerammi *in mg. suppl.*) merita *B* 2*b*. f) H. m. *B* 2*c*; m. E. *plerique*. g) sibi *add. A* 3; Heimerammi sibi *add. A* 4*a cum B*. h) *ita A* 1; prosperum pararet iter *A* 3; prosperum iter pararet *A* 4*a*; prosperum iter praeparet *B*. i) *ita B* 1. 2*a*; pr(a)epararet *B* 2*b*. *c*. 3*a*. 4. k) *om. B* 2*a*. *b*. l) continuos *B* 2*b*, *corr.* m) *ita A* 1; itaque *A* 3. 4*a cum B*. n) *ita A* 1; in profectione *pro* suis in pr. *A* 3. 4*a cum B*. o) perfectione *B* 1. p) *ita A* 1; que *om. A* 3. 4*a cum B*. q) *om. B* 4. r) *subaudias* sedatis. s) *om. B* 2*a*. *b*. 3*a*. 4. t) lassatis *add. A* 4*a*. u) Radasponam *B* 2*a*. *b*. *c et pr. m. B* 3*a (lectio var.* Ratisponam*)*; Radaspiniam *m. al. corr.* Radasponam *B* 4. v) *ita A* 1. 3; diei hora, *om.* XV. *A* 4*a*. w) *ita A* 1; monte staret *A* 3. 4*a*. x) *ita A* 1; plantationem *rell.;* que *h. l. add. A* 3, *post* v. *A* 4*a*.

1) *Aliter B:* Quem etiam nuptiali tempore cum praedicta muliere comedere non volebat, sed repertum, *ut supra*.

A

vinearum, — inter[a] confluenta Danubii et Imbris[c, 1] sitis[d] dinoscitur; — ex cuius vertice viri[e] Dei martyris[f] contemplabat[g] ecclesiam et urbem avidam[k, 2], moeniis et turrium constructione munitam. Qui dum agnosceret, magnas Deo referebat[l] laudes[m], per callem descendebat ad portum amnis. Erat namque dies dominicus, cuius ad sollemnitatem, missarum[o] celebratione[q], qui commorabant[r] cum[r*] magna devotione ad sancti martyris pergebant[3] ecclesiam. Quibus religiosus vir senex in comitatu latenter adiunctus est, et dum[v] portum pervenissent, puppem[w] ingressus, transmisso amnis fluenta[y], ad portum salubrem plagae urbis[z], ad beati Dei martyris[c] — ut vir nocturnisque[d] temporibus, ante lectum illius qui[e] adstabat, divinitus praeceperat — perrexit[f] ecclesiam. Quam ingressus terraeque prostratus, cum lacrimis maximas Deo referebat[g] laudes, qui speranti[h] in se ex tot angustiis ex sui sacri[i] martyris meritis eruere dignatus est.

B

Danubii et Imbris[b] fluenta iuxta plantationem vinearum, et ex eodem iugo montis urbem avidam[h] videns, beati[i] Dei martyris ecclesiam contemplans, magnas et inmensas Domino gratias referebat, et demum ita descendens, venit ad portum. Erat autem dominicus dies, quo multitudo virorum ac[n] mulierum non modica ad ecclesiam beati patroni[p] sub omni celeritate properabat. Quibus et senex itineris[s] comes effectus est, et navem[t] ingressus, transito fluvio, ad ecclesiam beati viri[u] Dei, ut vir per somnum monuerat[x], pervenit. Quam cum esset ingressus, terrae prostratus, cum lacrimis maximas laudes[a] Domino refert[b], qui servum suum ex tot angustiis liberare et reducere dignatus est.

A

(43). Completo[a] iam missarum sollemnitate, religioso[d] sene extra aditum ecclesiae regresso, panem quem gremio commendaverat, cuius fortitudine tot spatia conplevit[e] itineris: in alimentum corporis sibi[f] sufficienter tertiae portionis utebatur duasque panis[h] portionis[i] de gremio pertulerat[k] et coram

B

(43). Completa ergo[b] sollemnitate[c] missarum, religiosus senex extra aditum ecclesiae regressus, panem quem gremio commendaverat, cuius adiutorio tot spatia itinerum peregit, ostendit duasque portiones, quae ex alimento superfuerant[g], in conspectu totius populi particulatim

Capp. 42. 43. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. 4.

Cap. 42. a) *ita A* 3. 4*a cum B*; sunt *A* 1. b) Ymbris *B* 2*a*. *b*. 4. c) urbis *A* 4*a*. d) *ita A* 1; sita esse d. *A* 3. 4*a*. e) *ita A* 1; sancti *A* 3. 4*a*; beati *B*. f) Heimerammi *add. A* 4*a*. g) *ita A* 1; contemplabatur *rell.* h) avid(e *e corr.*) *B* 3*a*. i) etiam *h. l. add. B* 2*c*, *post* Dei *B* 2*a*. *b*. 3*a*. 4. k) *ita A* 1. 3 *cum B;* arduam *A* 4*a*. l) agebat preces et per *A* 4*a*. m) laudes per c. d. *om. A* 1. n) et *B* 1. (4). o) que *add. A* 4*a*. p) Petri *corr.* patroni *B* 4. q) *ita A* 1; celebrationem *rell.* r) *ita A* 1; commorabantur *rell.* r*) eum *A* 1. s) itineri *pr. m. B* 2*c*; iteneris *pr. m. B* 3*a*. t) navim *B* 2*c*. u) Petri *(pro* viri*) eras. B* 4. v) *ita A* 1; ad *add. A* 3. 4*a*. w) pupem *A* 1; puppim *rell.* x) mouerat *B* 1. y) *ita A* 1; fluento *A* 3. 4*a*. z) civitatis *A* 4*a*. a) D. l. *B* 2*a*. *b*. b) refret *B* 4. c) Heimerammi *add. A* 4*a*. d) *ita A* 1; que *om. A* 3. 4*a*. e) qui *ante* nocturnis *A* 4*a*. f) *ita A* 1. 3; ad *add. A* 4*a*. g) agebat *A* 4*a*. h) insperanti in *A* 1 *(sed cf. p.* 518, 18*)*; sperantem in *A* 3. 4*a*. i) Heimerammi *add. A* 4*a*.

Cap. 43. a) *ita A* 1; Completa *rell.* b) ero *B* 2*a*; enim *B* 2*c*. c) m. s. *B* 2*a*. *b*. d) *ita A* 1; religiosus senex — regressus *A* 3. 4*a cum B*. e) implevit *A* 4*a*. f) sui *A* 4*a*. g) superfoti erant *B* 2*a*. h) *om. A* 4*a*. i) *ita A* 1; portiones *rell.* k) protulerat *A* 4*a*.

1) *Regen fl.* 2) *V. supra p.* 475, *n.* 1. 3) *B:* sub omni celeritate properabat.

A

cunctis adstantibus particulatim[a] pauperibus dividerat[b]; merita Dei martyris, in se per divinam providentiam ostensam[c], palam[e] adstantibus produxerat[f]. Quid aliud[g] in[h] panis augmentatione ostenditur, qui per[i] continuis diebus quindecim suae portionis tertiae in Deo speranti viri[k] sufficerat[l], nisi ut ipse in membris suis imitare[m, 1] permisisset, — id est in eius gloria martyris, qui summi[r] imitatione capitis et amore cruorem fuderat, — qui per semet ipsum quinque panibus[s] numero populorum satiavit milia[u] quinque? Qui per capitis providentia[v] duodenos conplevit ex fragmentorum[w] cophinos, in gloriam membris[x] sui remanere duas sinebat panis portiones.

cf. Matth. 14, 17—21.

(44). Dum huius viri senicis[a] in sancti Dei martyris[b] gloriam revolveram, repente ad memoriam venisse me[d] contigit rem, quam narro. Quadam die puellula in nostrisque[g] subiacentibus diocenis[h] primo diluculo progressa ad congregationem[k] cure pastoris, suique[l] genitoris pecoras eicere dum fuisset, contigit, eam cuiusdam quem ignoro spiritum recipisse[p], ita ut nihil[q] in alimentum tam edendi genus quam potandi sumeretur[t] et sic ieiuniis[u] per diebus permaneret

Greg. Dial. III, 7.

B

cum gaudio pauperibus dividebat. Unde et martyris Dei merita per divinam providentiam sibi adesse in[d] itinere praedicabat, quae eum ex tot locis incognitis incolomem ad propria perduxerunt. Quidnam in augmentatione panis ostenditur, qui continuis quindecim diebus tertia parte porcionis viro seni sufficerat, nisi ut[n] ipse[o] membris suis imitare[p] se[q] permittit, qui pro eodem capiti vitam et sanguinem indubitanter tradunt? Quique per semet ipsum de quinque panibus tot[2] milia satiavit[t] et cophinos fragmentorum duodecim[n] fecit adimpleri, idem in gloria martyris sui viro pauperi concessit, ne deficeret panis, donec ad optabilem[y] locum pervenisset, et non solum sufficeret, sed etiam duae portiones remanerent.

(44). Sed dum huius senis acta in laude[c] Dei martyris revolvero, animo redit, quod[e] me quorundam relatione audisse[f] contigit. Quadam die puella quaedam nostra diocese[i] constituta primo diluculo progreditur ad exercitationem curae pastoris[m], ut genitoris sui pecora ad pascua perduxisset[n]. Contigit[o] ei cuiusdam quem ignoro spiritum recepisse, ita ut nihil[r] alimenti in usum[s] omnino sumere voluisset, sed hoc modo multis diebus ieiunando permansit. Sicque

Capp. 43. 44. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b* *(a l.* 22*)*. 4.

Cap. 43. a) *ita A* 1 *cum B*; particulam *A* 3. 4*a*. b) *ita A* 1. 3; divisit *A* 4*a*; dividebat *B*. c) *ita A* 1; ostensa *rell.* d) in i. *om. B* 4. e) omnibus *add. A* 4*a*. f) manifestavit *A* 4*a*. g) alius *A* 3. h) *ita A* 1 *cum B; om. A* 3. 4*a*. i) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a cum B*. k) *ita A* 1; viro *rell.* l) *ita A* 1 *cum B*; suffecerat *A* 3; sufficiebat *A* 4*a*. m) *ita A* 1; imitari *rell.* n) *om. B* 4. o) *superscr. B* 2*b*. p) *ita pr. m. B* 2*b*; imitari *rell.* q) se p. *m. al. superscr. B* 2*b*; se praemittit *B* 4. r) *ita A* 1. 4*a*; sui *A* 3. s) panum *A* 4*a*. t) sociarat *pr. m. B* 4. u) *ita A* 1; q. m. *A* 3. 4*a*. v) *ita A* 1; providentiam *rell.* w) *ita A* 1. 4*a*; fragmentis *A* 3. x) *ita A* 1; membri(s *imperfecta*) sui *A* 4*a*; membris suis *A* 3. y.) optavilem *pr. m. corr.* optabilem *B* 1.

Cap. 44. a) *ita A* 1; senis *rell. cum B*. b) gesta *h. l. pr. m. add., sed m. al. post* gloriam *A* 4*a*, *et sic A* 3; acta *post* senis *add. B*. c) de *pr. m. superscr. B* 1. d) *ita A* 1. 3; cont. michi *A* 4*a*. e) *in* quod *redit B* 3*b*. f) audisset (?) *pr. m. B* 4. g) *ita A* 1; que *om. A* 3. 4*a*. h) *ita A* 1 *(cf. supra p.* 510, 13*)*; dio(e)cesibus *A* 3. 4*a*; nostra diocese *B*. i) diocesi *B* 2*a*. *b*. 4. k) *ita A* 1; exercitationem c. pastoralis *(sed* pastoris *pr. m. B* 4*) A* 3. 4*a cum B*. l) *ita A* 1; ut sui gen. pecora ad pascua perduxisset, cont. *A* 3. 4*a cum B*. m) *ita pr. m. B* 4 *cum A* 1; pastoralis *rell.* n) revocaret *B* 2*c*. o) autem *m. al. add. B* 3*a*. *b*; que *add. B* 4. p) *ita A* 1; recepisse *rell.* q) nil *A* 3. r) *ita B* 1. 4 *cum A*; nil *rell.* s) usu *B* 2*a*. *b*. t) *ita A* 1; sumeret *A* 3. 4*a*. u) *ita A* 1; ieiunans (per *om.*) d. permansit *A* 3. 4*a*; d. ieiunando permansit *B*.

1) *B addit* se. 2) *A:* quinque.

A

multis. Facta[a] autem parentorum[b] ad eam collectio non modica, qui eam obsecrando atque increpando cibum[d] sumere cogebant. Illa autem modisque[f] omnibus alimentum recipere recusabat et huius delectationem in suis membris minime sentire professa[h] est. Ille[i] autem praedicti propinqui[k] puellae paxillum[l] in os vim[n] inprementes, aqua[o] cum lacte mixtam infundentes[q]; cuius propinationis gluttum[r. 1] dum[s] sorberet invita, statimque[t] erecto capite cum sanguine mixtum revomeret[v].

(45). Dum haec[a] se minime proficere[b] parentes eius cernerent[c], dimiserunt. Inito ab his consilio, ut eam summi[e] praesentarentur pontifici, cuius sub cure[g] pastoralis fuerat constituta; quae prodecessore[l] nostro beatae memoriae Ioseppo episcopo[2], cui Deo auctore successi in honore, praesentata dum[m] fuisset, qui eam per manum[o] inquisitione arguere studuit[q], in eisque[r] praesentiae exiguitatibus ut alimentum sumeret[t]. Illa autem quasi quisquiliis necessitate edendi pertulisse in membris nec famis se sentisse[u] penuriis[v] professa

B

factum est, ut parentes eam adirent et omni conamine obsecrando, increpando[c], ut alimento[e] sumeret, conpulerunt. Sed illa modis omnibus haec eadem alimenta recusabat percipere[g] et cibi potusque delectationem non se habere profitetur. Propinqui vero puelle aquam lacte mixtam ori[m] vi infundentes, temptabant, si forte vel[p] ita cibum sumeret aut potum. Cuius gustum dum invita sorberet, erecto statim collo sanguine mixtum revomebat[u].

cf. 2. Tim. 4, 2.

(45). Dumque parentes hoc cernerent, quidnam inde agere possent[d], ignorantes abierunt. Consilio autem[f] inito, venerunt et beatae memoriae prodecessore[h] meo Iosepo[i] episcopo, cui in[k] sedem successi, puellam praesentaverunt, qui et eam arguere studuit et in omnium conspectu, ut alimentum sumeret, cogit[n]. Illa autem quasi quisquilias[p] cybum potumque respuens, nequaquam famem[s] sentire se profitetur. Unde et accidit inaudita res

Capp. 44. 45. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 44. a) est *add.* *A* 4*a*. b) *ita* *A* 1; propinquorum *A* 3. 4*a*; parentes *B*. c) *om.* *B* 3*a*. *b*. d) *ita* *A* 1; ut c. sumeret *A* 3. 4*a*; ut alimento sumeret *B*. e) *ita* *B* 1; alimentum *rell.* f) *ita* *A* 1; que *om.* *A* 3. 4*a*. g) accipere *B* 4; recipere *A*. h) confessa *A* 4*a* (?). i) *ita* *A* 1; Illi *A* 3. 4*a*. k) *ita* *A* 3. 4*a*; propinqui *pro* Illi *B*; p. *om.* *A* 1. l) *ita* *A* 1; pauxillum *A* 3. 4*a*. m) ortui (?) *m. al. corr.* ori vi *B* 2*b*. n) in os vi *A* 3; vi in os *A* 4*a*. o) *ita* *A* 1; aquam *rell.* p) *om.* *B* 1. q) *ita* *A* 1 *cum* *B*; infuderunt *A* 3. 4*a*. r) *ita* *A* 1; gustum *A* 3. 4*a* *cum* *B*. s) cum *A* 4*a*. t) *ita* *A* 1; que *om.* *A* 3. 4*a*. u) revemebat *B* 1, *corr.*; removebat *B* 2*a*; remomebat *B* 3*b*, *corr.* v) *ita* *A* 1; revomuerat *A* 3. 4*a*; revomebat *B*.

Cap. 45. a) *ita* *A* 1. 3; se hec *A* 4*a*. b) *ita coni. Suysk. (cf. supra p.* 516, 12*)*; prospicere *A* 1. 4*a*; perficere *A* 3. c) viderent *A* 4*a*. d) inde agerent ign. *B* 2*c*. e) *ita* *A* 1. 3; summo presentarent p. *A* 4*a*. f) *superscr.* *B* 4. g) *ita* *A* 1; cura pastorali *A* 3. 4*a*. h) praedecessori *B* 4. i) Ioseppo *B* 2*a*; Iosepho *B* 3*b*. k) ad *B* 2*c*. l) *ita* *A* 1 *cum* *B*; prodecessori *A* 3; predecessori *A* 4*a*. m) *ita* *A* 1; est *pro* d. f. *A* 3. 4*a*. n) coegit *B* 4. o) *ita* *A* 1; manuum inquisitionem *A* 3. 4*a*. p) quisquilia *B* 4. q) *ita* *A* 1 *cum* *B*; statuit *A* 3. 4*a*. r) *ita* *A* 1; in eiusque pr. exig. *A* 3; in eorumque praesentia exiguum *A* 4*a*; in omnium conspectu *B*. s) se f. s. *B* 2*c*; f. se s. *B* 4. t) *ita* *A* 1. 3; iubet *add.* *A* 4*a*; cogit *add.* *B*. u) *ita* *A* 1. 3; sensisse *A* 4*a*; sentire *B*. v) *ita* *A* 1; penuriam *A* 3. 4*a*.

1) *I. q. haustus.* 2) *Iosephus episcopus Frisingensis, cui Arbeo ipse a.* 764. *successit, a.* 12. *Otilonis ducis traditionem quandam accepit, i. e. a.* 747, *computante comite de Hundt, 'Ueber die Bayrischen Urkk. aus der Zeit der Agilolfinger' ('Abhandl. d. hist. Classe der Bayer. Akad. d. Wissensch.'* 1874, *XII, p.* 194*).*

A

est. Res autem mira, ut[a] sine alimentum[b] annum perduravit integrum et operationem manuum non amisit[c]; sed tantum[f] quod[g] pallidam faciem ex cibi recusationem[i] expressit. Cuidam[k] per divina[l] inspiratione secreta[m] cordis monuit, ut eam ad beati Dei martyris ecclesiam ducere[n] debuissent[2]. Quae[o] dum ex difficultatem[q] et itineris prolixiore spatio ad beati Dei martyris corpore[r] adducere recusassent, tamen ad venerandum locum[3] ubi beatus pontifex gloriosum consummavit martyrium perduxerunt[t]. Quae intra meniis[u] aditum ingressa dum fuisset[v], prostrato corpore dum[w] orasset, statim edendi[x] intra visceribus[y] stomacho animus[a] aderat, ita ut ex aviditate corporis, ut potuit, citius surrexit et panem sibi ad manducandum[4] poposcit. Et dum adductus ei fuisset, cum gratiarum actione suscepit et tanta securitate coram adstantibus sumpsit, acsi[c] umquam[d] ex cibo prohibito[e] non fuisset.

B

et mira, quia sine alimento annum fecit integrum et tamen operacionem manuum non amittens[d]; faciem quoque tantum[e] ex cibi[h] refectione[1] pallidam habebat. Cuidam autem divino spiramine in somno revelatum est, ut puella ad sepulchrum Dei martyris deduci debuisset, quatinus remedium ibi corporale mereretur[p] percipere. Quod dum parentes eius ob longa itineris spacia recusarent, ad venerandum locum[s] ubi martyrio coronatus est puellam perducere satagunt. Quae dum ecclesiam esset ingressa et prostrata in terram orasset, statim intra viscera animus edendi aderat, ita ut velociter surgens panem ad manducandum sub[z] celeritate postularet. Cumque esset adductus, cum gratiarum accione percepit et tanta voluntate[b] comedit, acsi ei cibus nullo umquam tempore fuisset prohibitus.

A

(46). Sed quid aliud[a] sciendum[b] est, nisi ut dominus martyris sui merita ostendere voluisset,

B

(46). Sed[c] quid aliud in hoc miraculo intellegendum est[d], nisi quia aperte martyris merita Dominus ostendere voluit, cum[e] puella tam diu ieiuna ad ecclesiam[3] ubi ipse minime[f] iacuerat licentiam acceperat comedendi? Quod beati

Capp. 45. 46. *A* 1. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 45. a) *ita A* 1; quod *A* 3. 4*a*; quia *B*. b) *ita A* 1; alimento *A* 3. 4*a*. c) ammisit *A* 3. d) omittens *B* 4. e) *ita B* 4 *cum A*; tunc *B* 1; tamen *rell.* f) tanta *inter scr. corr.* tantū *A* 4*a*. g) *om. A* 4*a*. h) cib; *B* 1; cybi *B* 2*b*. i) *ita A* 1; recusatione *rell.* k) *ita A* 1; autem *add. A* 3. 4*a cum B*. l) *ita A* 1; divinam inspirationem *A* 3. 4*a*. m) *ita A* 1; secreto c. revelatum est, ut *A* 3. 4*a*; in somno revelatum est, ut *B*. n) *ita A* 1. 3; inducere *A* 4*a*. o) *ita A* 1; quam *A* 3; Qui *A* 4*a*; Quod *B*. p) me | retur *pr. m. B* 4. q) *ita A* 1; difficultate *A* 3. 4*a*. r) *ita A* 1; corpus *A* 3. 4*a*. s) *om. B* 1. t) *ita A* 3. 4*a*; *om. A* 1; puellam perducere satagunt *B*. u) *ita A* 1; intra aditum templi *A* 3. 4*a*; ecclesiam *B*. v) *ita A* 1; et *add. A* 3. 4*a*. w) *ita A* 1; *om. A* 3. 4*a*. x) edenti *A* 1. y) *ita A* 1; viscera *A* 3. 4*a cum B*. z) sibi *pr. m. B* 4. a) animo *A* 3. b) *m. al. corr.* voluptate *B* 3*a*. c) et si *A* 4*a*. d) *ita A* 1. 4*a*; numquam, *om.* non *A* 3. e) *ita A* 1; prohibita *A* 3. 4*a*.

Cap. 46. a) *ita A* 1. 3; in hoc *add. A* 4*a*. b) sen | ctendum *A* 4*a*. c) Quid. Sed *B* 1. d) *quae sequuntur ad* intravit (524, 4), *folio transposito, supra p.* 518, 5 *leguntur B* 1. e) Dum *B* 1. f) mini(me *m. al. in litura*) *B* 3*a*.

1) *In A legitur* recusationem, *quod potius* defectione *reddendum erat quam* refectione. 2) *B addit:* quatinus remedium ibi corporale mereretur percipere. 3) *Kleinhelfendorf.* 4) *B addit:* sub celeritate.

A

ut[a] cunctis palam daretur in[b] terris, quibus[c] honoris fulgeretur in caelis[1]? Sicut de[i] caeco veritas discipulis suis informat pectora, ut parentorum[m] nec suo hoc[n] contigisse[o] peccato[p], sed Dei[q] pro ostensionis gloriae in illo. Ita[t] namque praedictae puellae contigisse existimo in miraculis, quibus[w] praevalet[x] de superna[z] pietatis providentiam se poscentibus intercedendo dimittere peccatis[b], ut per visibilia exempla[d], ecclesiis ipsius quae coruscant miracula, remittere ipsum[e] intercedendo informemur[f] peccata.

(47). Nam[a] si ea que per memet ipsum didici huius viri miracula, aut quae fidelium narratione cognovi[c, 2], quibus adhuc cotidie erga eius corpore[e] fulminantur tot insignes[f] virtutes[g], stilus scribendi[h], ut[k] estimo, non sustinet[3]. Sed ea quae deprompsimus[l] pro reverentia viri Dei et veneramus[o] ipsumque[p] Deo devotum

B

Dei[c] martyris meritis et oratione[d] nemo debet dubitare, quo[f] cognoscitur[g], cuius[h] honoris[k] gloria fulgeat[l] in caelo, cum per eius dignitatem tot miracula coruscant[r] in terra. Nam de caeco[s] ipsa veritas ait[u], cum a discipulis inquireretur[v], cur ita nasceretur, nec proprio delicto[y] nec parentum hoc ei contigisse adfirmat[a], sed ut opus Dei manifestaretur[c] in illo. Ita namque praedictae puellae aestimo in miraculo contigisse, quatinus circumstantes crederent, quod, eodem patrono[g] interveniente, possint delicta dimitti.

cf. Ioh. 9, 1—3.

(47). Si[b] igitur ea quae per memet ipsum didici huius viri Dei miracula, vel quae ratione[d] fidelium cognovi, quibusve cottidie adhuc erga corpus eius miraculis virtutes clarescunt insignes[i], stilus scribentis, ut estimo, non valet enarrare[m]. Sed ea quae dictata[n] habemus hucusque ob reverentiam beati huius martyris[q] Hemmerammi[r] proprio labore desudavimus ipsumque venerando

Greg. Dial. I, prol.

Capp. 46. 47. *A* 1. 2 *(a l. 7).* 3. 4*a*. *B* 1. 2*a.b.c.* 3*a.b.* 4.

Cap. 46. a) *om. A* 4*a*. b) intelle(i)gi *pro* in t. *A* 3. 4*a*; in terra *B*. c) *superscr. B* 4. d) factum esse *add. B* 4. e) *ita A* 1; q. honoribus fulgeret in c. *A* 3; *haec om. A* 4. f) o *m. al. in litura B* 3*a*; qua *B* 4. g) cognosc(eretur *m. al. in litura*) *B* 2*c*. h) *post* cuius *vocabulum eras. B* 3*a*. i) sicut legimus in ewangelio de ceco nato Dominum dixisse, ut *et add.* neque *A* 4*a*. k) is *e corr. B* 3*a*. l) fulget *B* 4. m) *ita A* 1; parentum *A* 3. 4*a cum B*. n) *ita A* 1 *cum B*; *om. A* 3. 4*a*. o) contigisset *A* 4*a*. p) ut c(a)ecus nasceretur *add. A* 3. 4*a ex Ioh.* 9, 2; *om. A* 1 *cum B*. q) pro ostensione gl. Dei *A* 3. 4*a*. r) cur. *B* 1, *corr.* s) caelo *B* 1. t) *in* Ita *redit A* 2. u) *om. B* 4. v) inquireret *B* 1. w) que *A* 4*a*. x) *ita coni. Suysk.*; praevalent *codd.* y) i *e corr. B* 3*a*. z) *ita A* 1; supern(a)e piet. providentia *rell.* a) *eras. B* 2*c*. b) *ita A* 1; peccata *A* 3; peccato *A* 4*a*. c) manifestetur *B* 2*c*. 4. d) *ita A* 3. 4*a*; eximia *A* 1; *om. A* 2. e) *ita A* 1; ipso intercedente *rell.* f) reformemur *A* 2. g) patronio *B* 2*c*, *corr.*

Cap. 47. a) *ita A* 1; Si ea igitur q. *rell.*; Si igitur ea q. *B*. b) S(i dicam *m. al. in litura*) igitur *B* 3*a*; Sed ea igitur quae *B* 3*b*. c) *ita rell. cum B*; innotui *A* 1; agnovi *Greg.* d) *m. al. corr.* narratione *B* 2*c*. 3*a cum A et sic supra c.* 31. e) *ita A* 1; corpus *rell.* f) insigne *A* 1. g) dicere voluissem *add. A* 4*a*. h) *ita A* 1 *(cf. V. Corb. c.* 39: stilus scribendi non sustinet modum*)*; scribenti *A* 3; scribentis *A* 2. 4*a*. i) comprehendere volo *m. al. in mg. add. B* 2*c*. k) *ita A* 1; narrare non sufficeret *pro* ut e. non sust. *rell.* l) *ita A* 3. 4*a*; depromisimus *A* 1; promisimus *A* 2. m) enarre *B* 2*c*, *corr.* n) dicta *B* 1. 4. o) *ita A* 1; veneramur *rell.* p) *ita A* 1; ipsique Deo devoti *A* 4*a*; ipsumque Deum devoti *rell.* q) et pontificis sancti et gloriosissimi *add. B* 3*b*. r) *ita B* 3*b*; Emm. *rell.*

1) *Eadem supra c.* 35. *leguntur.* 2) *Similia supra c.* 31. *leguntur.* 3) *Cf. Greg. Dial. I, prol.*: stilus scribentis non apte susciperet.

A	*B*
supplicamus, ut misero subveniat Cyrino[b, 1] peccatori[c].	suppliciter imploramus, ut intercedendo[a] misero Cyrino[d] subveniat peccatori, et quo ipse cum gloria intravit, eum mereamur[f] imitari per dominum nostrum Iesum Christum[h], filium tuum[i], qui tecum vivit et regnat[k] in secula seculorum. AMEN[l].
EXPLICIT VITA[e] VEL PASSIO SANCTI HAIMRAMMI[g] MARTYRIS.	

Cap. 47. *A* 1. 2. 3. 4*a*. *B* 1. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. 4.

Cap. 47. a) intercedentibus *B* 1; intercedente *B* 4; interce(ssione *in litura, m. al. add.* sua) *B* 3*a*. b) Cirino *A* 4*a*. c) praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen *add. A* 2. d) Ciryno *B* 2*c*; Cirino *B* 4. e) *ita A* 1; vita vel *om. rell.* f) mereatur *B* 3*a*. g) Emerammi *h. l. A* 4*a*; episcopi et *add. A* 3. 4*a*. h) 10 *litteris rasis, desinit B* 2*c*. i) *littera* Q. *addita, desinit B* 4; filium (Dei, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit *m. al. in litura*) *B* 4. k) Deus *m. al. add. B* 3*a*, *habet B* 3*b*. l) EXPLICAT PASSIO SANCTI HEMMERAMMI *add. B* 2*b*; Explicit vita vel passio sanctissimi martyris Christi Hemmerammi episcopi, (cu? *eras.*)ius festivitas colitur X. K. Octobris. Cyrinus episcopus Ratisbonae civitatis scripsit passionem sancti Hemmerammi episcopi et martyris *litteris maioribus add. B* 3*b*.

ANTIPHONAE ET RESPONSORIA
DE HAIMHRAMMO.

Vitam vel passionem Haimhrammi in codice optimo Parisiensi n. 2990 *A, saec. X (A* 1*), antiphonae et responsoria fol.* 79—80'. *excipiunt, quae sermone admodum barbaro composita esse ex paucis quae G. Waitz b. m. exscripserat verbis intellexi. Cum igitur schedae illae antiquitatem quandam olere viderentur, Henricum Lebègue virum de studiis nostris bene meritum adii, ut eas describendas curaret, isque laborem quamvis difficilem libenter subiit magnaque patientia perfecit. Pagina enim ultima iniuriam temporum adeo passa est, ut perdifficilis lectu sit magnaque ex parte scriptura legi omnino non possit.*

Ea autem quae de Haimhrammo ibi enarrata sunt omnia ex Arbeonis libro pendent, cuius verba plerumque integra auctor servavit. Praesto ei erat Vitae textus idem qui in A 1 *legitur, cumque capita priora in hoc desiderentur, lectiones nonnullas apud illum deprehendi, quae sermoni Arbeonis genuino magis respondere videntur textu reliquorum librorum. Auctor in exemplari suo pro* Gallorum regno *c.* 6. *reppererat* Wandalorum, *quod in A* 1 *re vera legitur, atque etiam c.* 2. *eandem lectionem tradidit, immo tertio eam repetivit neque Baiuvariorum meminit, licet ducem eorum nominaverit Theodonem. Avaros denique auctor ita dilexit, ut ipsis pontificem tribuerit Haimhrammum coenobiique cuiusdam originem ad eundem rettulerit, quamquam iter illud Arbeone teste minime perfectum est.*

Cantum autem veterem de Haimhrammo in Pannonia inter monachos clericosque olim vulgatum esse, donec cura Arnoldi antiphonae et responsoria nova edita sunt, ipsumque ut nullius auctoritatis iussu Anastasii archiepiscopi Strigoniensis per novam editionem abolitum esse supra monui[2] *nullusque dubito, quin is ipse idem fuerit atque ille quem iam publici iuris facimus ad Wandalos Avarosque spectans Baiuvariosque ignorans.*

B. Kr.

1) *De hoc Arbeonis nomine v. supra p.* 455. 2) *Supra p.* 471.

*ANTIPHONAS VEL RESPONSORIA DE SANCTO HAIMRAM[MO].

*f. 79. Arbeo c. 1.

AN. Pectavorum oppido puer Haimrammus
nobilis genere, nobilior opere[1]. Psal.: *Beatus*. Ps. 1, 1.
AN. Beatus Haimrammus in pueritiae
5 aetatis caepit mundum dispicere et amare
caelestia. Psal.: *Quare fremuerunt*. Ps. 2, 1.
AN. Puer Haimrammus mundum dispiciens,
liberalium litterarum inbutus studio
se atquisivit. Psal.: *Domine quid multiplicati*. RPA. Ps. 3, 2.
10 R. Erat namque procer statu, decorus Arbeo c. 2.
forme, vultu sincerus, elemosynarum praecipuus, ieiuniis et castitate continentiae
praeclarus, V. sermone facundus[a], ad eradicandam vitia sagax·: Ieiuniis et castitate.
15 R. Ingrediente sancto Haimrammo et Wandalorum[2] oppida, per vicos, infidelium[b] domos
huc illucque discurrens, praedicando sapienter[c] archana eructuans, inbecillis
*lactem[d] emanans[e], V. et quod ore praedicans[f], *f. 79'.
20 exemplo confirmans[f], ita ut a cunctis diligeretur.
Milis Christi[3] sagacis sermonibus radicitus ib. c. 7.
ex corpore abscedebat; contra mites humilis apparuit, contra potentes erectus
leonis fortitudinem ostendebat.
25 V. Quidquid singulari habitu a fidelium perciperat[g] manibus, cum gratiarum actione indigentibus inpertiebat·: Leonis.
Cuius ex ore quasi limpha[h] amnis in ima ib. c. 2.
convallium prosilente psalmodia. Psal.: *Cum invocarem*. Ps. 4, 2.
30 Psalmorum studium inquiete emanavit,
dum cuncta Davitica ex more finiret. Psal.: *Verba*. Ps. 5, 2.
Postquam princeps vero illius dulcia verba cunctaverat[i], sinendi locum spatium dedit. Psal.: *Domine dominus noster*. Arbeo c. 5. Ps. 8, 2.
35 Sacerdos Dei famulus professus in hoc Arbeo c. 6.
illud venisse Wandalorum[4] regno, ut
gentes Hunorum, quae ignorabant Deum caeli,
ad christianitatem convertere cotidie
*debuisset. V. Prospiciens terram nemorosam *f. 80.
40 et locupletes vineas copiosas ferroque, auro
et argento et purpura habundantes[k].

App. A 1.

a) fecundus *A* 1. b) *ita A* 1; et fidelium *supra p.* 474, 12. c) sapientibus *Arbeo*. d) *ita recte A* 1; lac *supra p.* 474, 14. e) emans *A* 1. f) *ita recte A* 1; praedicabat — confirmabat
45 *supra p.* 474, 15. g) *ita supra c.* 7. *codd. B.* h) lymphae — prosilientes *supra p.* 473, 26. i) gustaverat *Arbeo*. k) habundanter *A* 1; habundantem *supra p.* 478, 9.

1) *Cf. V. Fursei c.* 1: nobilis quidem genere, sed nobilior fide. 2) *Lectionem* Wandalorum *pro* Gallorum, *in V. Haimhrammi c.* 6. *codex A* 1 *exhibet, cui capita priora desunt, sed eandem etiam in c.* 2. *ibi extitisse, ex his schedis colligi licet.* 3) Vitia
50 *desideratur.* 4) Gallorum *codd. V. Haimhrammi omnes praeter A* 1.

Arbeo c. 8. R. Vir[a] sanctus per spiritum providens finem suum[b] vitae ad-
propinquantem, ut eum omnipotens Deus a vincula[c] laboris
sibi sociare et perenni gaudio remunerare
voluisset, V. ipse intrepidus expectabat
finem, ut robustus in certamine permansisset. 5
ib. c. 3. R. Haimerammus episcopus emissione[1] gentibus
praedicando expetivit, beatus ille pontifex, qui
ib. c. 1. pro Christi nomine talia insudabat, cuius post pas-
sionem Domini longe lateque flagrando in par-
ib. c. 2. tibus mundi fama percrevit. V. Ad eum profluen- 10
tes Wandalorum caterva discurrit[d] et igno-
bilitate, locupletes et inopes.
cf. ib. c. 5. 6. AN. Dux vero Theodo beatum Dei famulum
Ps. 14, 1. Wandalorum regno ire permisit·: *Domine quis habitabit.*
AN. Avaris[e] coniungens, pontifex eorum se esse 15
cf. Arb. c. 5. professus est et cenubio construit devotus ve-
Ps. 20, 2. nisse. Psal.: *Domine in virtute.*
Arbeo c. 1. AN. Ita dumtaxat, superno arbitrii[f] inspirante,
* f. 80'. *ut summum promereretur pont[i]f[icatus] honorem.
Ps. 23, 1. Psal.: *Domini est terra(?).* 20
Arbeo c. 2. RPA. Pontifex Haimerammus pectora[g] subditor[um] i[mb]re
caelesti[h] rigare insudabat, ita ut pa[ene][i] o[tium]
cf. Iob 29, 15. 16. ori minime concideretur[k]. Pes erat
clodi et oculus ceci, recreator[l] pauperum, gen[itor]
orf[a]norum, defensor viduarum, gementium conso- 25
lator. V. Dominicarum ovium ad pascendum in eius
p[ec]tore inerat cura.
Arbeo c. 11. INTAT. Vir b[eatus] incriminatus fallaciter, urbem reli-
ib. c. 12. quid, partibus Romae perrexit.
ib. c. 10. Caterva populi huius civitatis egressione illi- 30
us in funere conversi sunt, ne tanti princi-
p[is[m] orb]ati remansissent.
Erat enim vir sanctissimus spiritu p[roph]etiae plenus.
ib. c. 11. Presbiterum vocavit, futura
commendant[n]. 35
INI. Cum . . melius . . . . sua . . .
. . . omnibus . . . . ris . . . .
debe . . s . . . .
ib. c. 13. Theodoni f[i]lius post Haimerammo d . . . . . .
cf. ib. c. 16. ill[e] vero orationibus instatur. Incumbens 40
tyrann[us] cum tepidas . . . . at
p . .

App. A 1.
a) Viae *A* 1. b) suae *supra p.* 480, 2. c) vinculo *supra p.* 480, 3. d) nobilitate *desideratur.* e) Avari *A* 1. f) *lege* arbitro; *supra p.* 473, 13: iudice. g) orat (?) *A* 1. h) *ita Arbeo;* caelitis rigore *A* 1. i) pa(tet?) oppidu auri *et add.* frenum *A* 1. k) concederet *supra p.* 473, 32. l) reconditor *A* 1. m) pontificis *Arbeo.* n) *expectes* commendans. 45

1) *I. e. locus, quo quis emissus est. Forc.*

VITA BAVONIS CONFESSORIS GANDAVENSIS.

Erat monasterium S. Petri quod Ganda vocabatur in castro Gandavo situm ibique ubi Legia Scaldisque fluvii confluunt, in pago Bracbatensi; erat alterum quoque haud procul ab eo extra pomoerium in monte vicino situm monasterium Blandinium nomine, item Petro et Paulo apostolis sacrum, in pago dioecesique Tornacensi constitutum ad Scaldim fluvium. Bavonis confessoris ossa in illo asservabantur, locusque tanto splendore ipsis illustratus est, ut nomen sancti ei postea accesserit, quod apud indigenas sonat S. Baefs, idem denique solum ei remanserit, apostoli memoriam oblitterans. Monasteriis his vicinis ipsa vicinitas fons et caput facta est discordiae perpetuae, quique vinculis artis inter se coniuncti erant, aemulatione pessima accensi fratres telis venenatis sese persecuti sunt. Utrumque originem suam ad Amandum rettulit conditorem, qui fanis destructis monasteria ecclesiasque munificentia regis fideliumque utriusque sexus adiutus in his regionibus condidisse dicitur. Ea vero in Vita primigenia nominatim non citata sunt[1]. *Amandus in pagum Gandao nomine ad Scaldim fluvium situm teste eodem auctore advenit, ritibus paganorum commotus, potestatemque vel invitos baptizandi a Dagoberto rege per Aicharium episcopum accepisse dicitur*[2]. *Ipsius discipulum Bavonem sacerdotem, i. e. presbyterum vel episcopum, fuisse ex carmine Alcuini colligi licet arae aut basilicae cuidam inscripto, scilicet hoc*[3]:

Haec loca sanctificet venerandus Bavo sacerdos,
Discipulus vita patris condignus Amandi.

Blandinienses quoque primum abbatem suum Florbertum nomine ab eodem Amando ordinatum esse statuerunt eique donationem attribuerunt, quam Chlodoveus rex anno primo regni sui, i. e. a. 639. *p. Chr., confirmasset; maximam autem bonorum partem 'de thesauris monasterii' ab ipso abbate acquisitam esse contenderunt. Haec ad titulum possessionis stabiliendum multo post illa tempora et, nisi fallor, non ante saec. IX. in. litteris mandata sunt*[4], *unde ea pro certo affirmare nolim, atque etiam id quod in tabulis Einhardi abbatis*[5] *legitur, scilicet villam quandam monasterio ab Amando oblatam esse,*

1) *V. Amandi c.* 15. 2) *Ib. c.* 13. 3) *MG., Poetae Car. ed. Dümmler I, p.* 133. 4) Commemoratio de illis homines, qui tradiderunt vel vendiderunt res suas ad S. Petri monasterii Blandinio temporibus S. Amandi presulis et abbati Florberti, quam ipse domnus supradictus episcopus primitus ibi ordinavit *(ed. van Lokeren, 'Chartes et documents de l'abbaye de Saint Pierre au mont Blandin à Gand' I, p.* 5; *de Smedt, AA. SS. Nov. I, p.* 375*) ex libro censuali monasterii Blandiniensis deprompta est, de quo v. O. Holder-Egger, SS. XV, p.* 621. *Charta Chlodovei si genuina fuerit, 'annos ab incarnatione Domini* 659'. *interpolatos esse oportet.* 5) Memoratorium, qualiter domnus ac venerabilis Einhardus abba instituit stipendia fratrum *(ed. van Lokeren l. l. p.* 9*).*

quam Dagoberti regis largitione ille possedisset, utrum verum an falsum sit, deperdita charta, diiudicari nequit.

Utrumque monasterium immunitate et defensione regia fruebatur concessa a Karolo M.[1], qui ad classem parandam navesque inspiciendas a. 811. ad Scaldim fluvium pervenit 'in locum qui Gand vocatur'[2]. Utrumque Einhardo abbati quamvis laico gubernandum commissum est liberalitate fortasse Ludowici Pii, qui eo petente utriusque privilegia confirmavit, scilicet Blandiniense a. 815[3], S. Bavonis a. 819[4]. Erat autem hoc a. 813. incendio consumptum[5] atque etiam alterum desolatum iacebat, ita ut haud pauca restauranda repperisset novus abbas. Utrumque clerici neque monachi occupabant, nam 'canonicis' S. Bavonis Karolus rex a. 864. privilegia igni cremata renovavit[6] atque Blandinienses clerici enumerantur 24 sedente Einhardo abbate[7], eiusque chartae praestariae praeter ipsum et vicedominum a. 829. subscripserunt custos presbyter, decanus presbyter, 6 alii presbyteri, 2 diaconi, 2 subdiaconi, 4 clerici[8]. Vir litterarum studiis praeclarus et inter doctos imperatoris magni sodales fortasse princeps, qui sermonis elegantia aequales plerosque adeo praestabat, ut barbaries eorum apud posteros fere oblitterata sit[9], stipendia haud parva e monasteriis capiebat, quae gratia imperatorum in eum plurima congesta erant, magnaque diligentia ea colligenda curabat, qua de re homines censuales apud S. Bavonem et in Blandinio monasterio constituti nobis adhuc melius instructi erant[10]. Rebus monasterii Blandiniensis ante ipsum communiter fruebantur et abbas et fratres, qui stipendia sua ab illo accipiebant, unde rerum necessariarum inopiam atque penuriam saepe passi erant. Bonus ut erat rerum dispensator, confusionem illam minus tolerans et rem familiarem ita divisit, ut partem peculiarem fratribus dimitteret arbitratu proprio disponendam, et eleemosynas monasterio oblatas bipartivit[11]. Separata igitur mensa fratres victu cotidiano non amplius fraudari poterant atque etiam abbas ea quae sibi iam restabant fixa tenebat neque deminutionem ultra patiebatur. Einhardus cum in omnibus quae possidebat monasteriis residere nequiret, tamen apud S. Bavonem nonnumquam versabatur[12], quo fratrum rogatu reliquias martyrum suorum Marcellini et Petri a. 828. misit[13]. Cum Iudith imperatricem Compendium subsequi iussus paulo post aegrotasset, ut Gandavum in navi vehi ibique bonam valetudinem apud sanctum suum expectare permitteretur[14], petivit petitumque impetravit. Eo a. 840. defuncto[15], tempora nubila monasterio S. Bavonis exorta sunt, quod Nortmannorum incursionibus a. 851. in favillas

1) Eius chartae perierunt sicut 'antecessorum regum', quibus Blandinienses gloriabantur. 2) Ann. regni Franc. ed. F. Kurze p. 135. 3) Ed. van Lokeren l. l. p. 15; cf. Mühlbacher Reg. n. 581[2]. 4) Ed. Serrure, 'Cartulaire de St. Bavon' p. 2; cf. Mühlbacher, Reg. n. 689[2]. 5) Miracula S. Bavonis I, 4, ed. Holder-Egger SS. XV, p. 592. 6) Serrure l. l. p. 4. 7) Fundatio Blandiniensis coenobii, ed. O. Holder-Egger SS. XV, p. 624. 8) Ed. van Lokeren l. l. p. 17. 9) Hanc barbariem si noscere cupis, legas sis ipsius Einhardi quam citavi chartam praestariam a. 829. a Rinhado scriptam, ubi de ipsas res, infra monasterio aliosque soloecismos reperies, qui aevo Karolingico ab imperitis hodie abiudicari solent. 10) Ad hos Willibaldum presbyterum Einhardus misit, ut censum suum reciperet, litteris ad Gandavenses datis, scilicet ad Luithardum presbyterum et Erembertum vicedominum, quas edidit K. Hampe, MG. Ep. V, p. 137. 11) Hanc divisionem Einhardus vocatus abbas epistula sanxit data ad presbyteros et diaconos seu reliquam congregationem in monasterio Blandinio Deo servientem (ed. van Lokeren l. l. p. 16) singulaque fratrum stipendia in Memoratorio adnotata sunt, cuius supra p. 527, n. 5, memini. 12) E. gr. a. 827; cf. Translationem et Mirac. SS. Marcellini et Petri (SS. XV, p. 243). 13) Ib. p. 260. 14) Cf. Einhardi epistulas, ed. K. Hampe l. l. p. 116 sqq. 15) Jaffé, Bibliotheca IV, p. 499.

redactum est[1]; *corpus vero patroni in locum tutiorem monachi a.* 846. *transtulerant ad S. Audomarum*[2].

Bavonis festum vel missa, sicut ab Einhardo dicitur[3], *una cum Germani, Remigii, Vedastis die* 1. *Octobris celebratur, quo nomen eius Martyrologiis saec. IX. illatum est,* 5 *scilicet Wandalberti*[4]:

Hos virtute Bavo et sancto comitatur honore,

Hrabani[5]: In Galliis — Germani — Remedii — Vedasti episcopi. Ganda monasterio sancti Babonis episcopi. Quorum omnium conversationes et gesta miraculis plena conscripta habentur,

10 *Usuardi*[6]: In portu Ganda sancti Bavonis confessoris.

Hrabanus tria attulit memoria admodum digna, sancto scilicet nomen fuisse Babonis, dignitatem autem episcopi, denique gesta cum omnium quos eo die commemoravit sanctorum, tum huius litteris esse mandata.

Supersunt quidem gesta, sed cum iis quae Hrabanus legerat parum conveniunt. 15 *Biographus Bavonem, quod ei a vulgo inditum esse contendit nomen (angl. 'baby', nobis 'bube'), qui Allowinus, i. e. omnibus carus, in baptismate nominatus esset, Amando comitem adiunxit, de cuius conversatione in castro Gandavo haec enarravit. Fanis idolisque dirutis, praeter basilicam in honorem Petri apostoli etiam* '*clericorum coenobium*' *in ipso castro construxit, ibique Bavo genere nobili in ducatu Hasbaniensi* 20 *ortus, coniuge defuncta Agglethrude, filia Adilionis comitis, ipsius sancti manibus* '*clericatus honorem*' *accepit.* *Clericorum monasterio Florbertum abbatem Amandus praefecit; Bavo vero postquam episcopum gentibus praedicaturum prosecutus terrasque ad monachorum vitam cognoscendam pervagatus domum rediit, cellulam ab abbate petiit, isque consensum non ante dedit quam regulam Benedicti (c.* 3) *secutus congregationem* 25 *ea de re consuluisset. Fratres monasterio oboedienter egressi cellae illi aedificandae operam dederunt, cumque unus ex abbatis hominibus servitio addictis in ipso opere per diabolum periisset, ad castrum deductus, ut ibi sepeliretur, a Bavone in cellula eius, quo corpus exanime afferri iusserat, resuscitatus est. Denique sanctus sua sponte in custodiam publicam coniectus est, ubi usque in proximum exitus diem eum retrusum esse* 30 *biographus asseruit, sed, ut erat memoria parum tenaci, conversationis in ipsa cella mox iterum idem meminit. Triennio postquam ab Amando conversus est Bavo dissolutionem naturae propinquam abbati fratribusque monasterii sui adnuntiavit, dieque* 1. *Octobris defunctus eo loco sepultus est, 'qui dicitur Gandavum castrum, cuius nunc coenobium aperte vocatur Ganda'.*

35 *Vita iussu abbatis cuiusdam S. Bavonis Gandavensis conscripta est, sicut ex prologo colligi licet, auctoremque Mabillonius fere coaevum, non omnino aequalem neque vero adeo aetate disparem existimaverunt Historiae litterariae auctores*[7], *dum ipsum saec. VIII. attribuit Bailletus. Monasterium in ipso castro conditum intellegendum est S. Bavonis atque Blandiniense biographus adeo suppressit, ut vel Florbertum abbatem* 40 *Bavonianis adiudicaverit, quem alteri praefuisse fere certum est*[8]; *inprimis vero cellae sancti consuluisse videtur, quae iuxta chorum Bavonianum posita aevo Iohannis de Thilrode*[9] *adhuc conspiciebatur. Ea autem quae de eiusdem monasterii origine enarravit,*

1) *Prudentii Ann. a.* 851. 2) *SS. XV, p.* 592. 3) *MG. Ep. V, p.* 137. 4) *MG. Poetae II, p.* 595. 5) *Migne, Patr. lat. CX, col.* 1171. 6) *Ed. Bouillart* 45 *p.* 161. *Sed qui in codicibus nonnullis Adonianis legitur locus ad Bavonem spectans dubiae fidei est.* 7) '*Histoire litt.*' *III, p.* 635. 8) *Difficultatem antiquitus eo removere conabantur, quod utriusque monasterii Florbertum statuerunt abbatem; v. Iohannes de Thilrode, SS. XXV, p.* 566; *Mabillon, Ann. I, p.* 350. 9) *L. l. p.* 565.

scilicet clericorum illud fuisse ex Amandi temporibus clericorumque abbatem Florbertum institutum esse, unde Amando quoque clericatus honorem attribuit, a vetere auctore dictata esse nequeunt. Ut enim constat saec. IX. canonicos in monasterio illo resedisse, ita non minus constat per saec. VII. clericorum monasteria in Galliis inaudita fuisse neque canonicorum instituta ex ecclesiis maioribus in monasteria transiisse, antequam Chrodegangus regulam suam edidit[1]. *Sanctus autem, qui teste biographo monasterii clericorum sodalis, deinde in cellam reclusus erat, sacerdos potius ab Alcuino, a Hrabano episcopus dicitur, unde Vitam quam habemus neque huic neque illi praesto fuisse conici licet. Scriptores graecos latinosque tanta abundantia quamvis aliquantulo confusius auctor attulit, ut de aevo Merowingico ne cogitandum quidem sit, sermoque paulo affectatus neque ubique facilis intellectu viri est in litteris adeo exercitati, qualem ante alteram saec. IX. partem in Galliis vix repperisses. Scripturae sacrae locos cumulatius auxit, ut textum aliquo modo extenderet. Ea quae de conversatione Amandi in Gandavo castro deque fanis dirutis enarravit verbis nonnullis servatis ex Vita illius vetere deprompsit. Finem patroni monente W. Levison v. c. iisdem verbis descripsit quibus Martini Sulpicius, cuius epistulis usus est; locum autem celebrem, unde aequalitatem eius Mabillonius collegit, e Gregorii Dialogis ad verbum exscripsit. Librum gestorum Bavonis saec. X. ex. aut XI. in. et citavit et expilavit monachus coenobii eiusdem, qui Miracula patroni libris tribus*[2] *descripturus ab origine exorsus est, eundemque Othelboldus*[3] *abbas S. Bavonis (a.* 1019—1024*) in epistula ad Otgivam comitissam attulit, qui nomina sanctorum enumeraturus, quorum corpora ibi continerentur, novas de sancto sparsit fabulas, scilicet ipsius Hasbaniensis pagi eum fuisse comitem, Geretrudis consobrinum.*

Clerici in monasteriis degentes per medium aevum eodem semper exitu finiebantur, ut licentius viventes expellerentur monachique eis successores darentur, atque eandem rerum naturam posteriores quoque S. Bavonis scriptores statuerunt, scilicet post ecclesiam S. Petri Gandavensis dedicatam clericos institutos Bavonemque tonsura clericali praeditum esse, biennio autem post amotis clericis monachorum catervam ab Amando congregatam iisque Florbertum abbatem praepositum esse[4]. *Mors sancti annis* 629—631. *p. Chr. in Annalibus*[5] *medii aevi attributa est calculo temerario, cum cui ipsius spiritum apparuisse biographus rettulit, Geretrudis virgo anno demum* 626. *nata esset, id quod I. Perierus recte opposuit.*

Ea autem quae de Bavone scripta supersunt omnia ex aemulationibus utriusque monasterii et S. Bavonis et Blandiniensis exorta gravem suspicionem inferunt doloque semper eodem utraque pars usa est, ut alterum monasterium aut omnino silentio supprimeret aut certe aetate minus statueret proprio ab Amando condito. Ita vel vetus patroni biographus coenobii clericorum meminit solius in ipso Gandavo castro constructi, scilicet S. Bavonis, vel abbatem Florbertum suis vindicans. Cum autem Blandinienses et ipsi in eodem castro siti esse voluissent idque Adalwino abbate (a. 986—995*) expressis verbis in litteris*

1) *Mabillonius, Ann. II, p.* 163: *'Verum longe incertius est, an umquam in basilica sancti Remigii canonici exstiterint, cum institutum canonicorum extra cathedrales ecclesias ante Chrodegangum Mettensem episcopum his in partibus fere inauditum sit'.* 2) *Primum librum integrum, reliquos multis omissis edidit O. Holder-Egger, SS. XV, p.* 589 *sqq.* 3) *Ep. edidit W. Wattenbach, 'N. Arch.' VIII, p.* 370. 4) *Ann. S. Bavonis Gandensis saec. XIV, SS. II, p.* 185. 5) *A.* 629. *Ann. Laub. (SS. IV, p.* 11*); a.* 630. *Sigeberti Chron. (SS. VI, p.* 323*); a.* 631. *plerique, e. gr. Ann. Elnon. min. (SS. V, p.* 17*); Ann. S. Bavonis l. l. Hunc calculum etiam auctor Chronici Vedastini (SS. XIII, p.* 693*) sequitur mortem sancti anno solius regis Dagoberti secundo, i. e.* 631. *p. Chr., tribuens, sed praeterea sicut solet suam semitam ingreditur, paganum eum asserens lustro ante ab Amando baptizatum esse.*

testati essent paenitenti cuidam datis, Otwinus[1] *abbas monasterii S. Petri Gandavensis veterem discordiam renovatam esse conquestus, non aliud castrum Gandavum nisi ad Scaldim fl. situm sibi notum esse respondit, ubi Legiae idem coniungitur, cum Blandinii natura omnino discreparet. In hoc certamine documenta tanta ubertate aut adulterata aut conficta sunt, ut longum esset ea enumerare, satisque erit ad disquisitionem salsam O. Holder-Egger*[2] *socii lectores curiosos revocare, qui quae in utroque monasterio factae sunt fraudes suis aculeis castigavit. Hoc unum praetermittere nolo, Blandinienses denique in calumniis suis adeo progressos esse, ut adversariorum patronum genere nobilem, quem in comitis Hasbaniensis dignitatem sui diligenter promovissent, ex praedone impiissimo*[3] *mentirentur ab Amando conversum esse conviciatores turpissimi igne et sulphure perpetuo cruciandi!*

Postquam Wintershoven villa in pago Hasbaniensi sita monasterio S. Bavonis ab Ottone II. imperatore a. 977. *restituta est, ossa patroni loci illius Landoaldi nomine sociorumque eius a.* 980. *monachi domum transtulerunt*[4]. *Eo intervallo poeta quidam domesticus res a Bavone gestas versibus heroicis descripsit, incipiens ita:*

Fertur apud priscos mos hic viguisse poetas.

Vita haec Bavonis ***metrica***, *cuius auctor rusticitatis suae sibi ipse conscius erat:*

Cuius scribendam nunc audeo sumere Vitam
Carmine versifico, sed rusticitate repleto,

ante Landoaldi translationem lucem aspexit, qui etiam tum in villa Wintershoven in sepulchro requiescebat:

Cuius membra loco pausant feliciter illo,
Qui Curtis hiemis prisco stat nomine dictus.

Novum autem sanctum cum historia patroni poeta ita coniunxit, ut alteram eius sororem matrem Bavonis statueret. Monasterii incolas primo clerum vocavit, post Florbertum abbatem institutum monachos.

De antiquitate Gandavi castri atque de origine nomineque sancti auctor ***Carminis*** *saec. X. ex. vel XI. in. compositi egit, monachus S. Bavonis fortasse idem*[5], *qui Miracula sancti litteris mandavit. Is primus nomina parentum eius comperta habebat, scilicet Eliolfi patris et Adaltrudis matris.*

Omnia fere quae legendae postea accesserunt comprehendit, qui ultimus veterem sancti Vitam iussu fratrum Gandavensium retractavit ***Theodericus***[6] *abbas S. Trudonis (a.* 1099—1107*), cum adhuc monachus discordiis domesticis expulsus apud eos morabatur. Is imperitiam suam grammaticae et ipse excusans argumentosam loquacitatem in se requiri noluit neque enim militis gesta descripturum Donati regulis Aristotelicisque argumentis vinciendum se esse existimavit. Qui cum decessoribus suis multo plura scire vellet, nativitatem sancti per papae, imperatoris, regis Francorum tempora multipliciter determinavit, quae inter se minime consentiunt, multaque de locis enarravit, ubi ille conversatus esset, antequam in monasterium suum rediisset. Tunc*

1) *Ep. ed. socii Bollandiani, Analecta III, p.* 189; *O. Holder-Egger, 'N. Arch.' X, p.* 374. 2) *'Zu den Heiligengeschichten des Genter St. Bavosklosters' ('Hist. Aufsätze, dem Andenken an G. Waitz gewidmet',* 1886, *p.* 622 *sqq.).* 3) *Ita interpolator saec. XIII. Ann. Blandin. (SS. V, p.* 21*):* S. Bavo qui et Alloynus ex **predone impiissimo** a sancto Amando episcopo conversus. 4) *Adventus et elevatio S. Landoaldi, ed. O. Holder-Egger, SS. XV, p.* 607 *sqq. Cf. dissertationem eiusdem: 'Zu den Heiligengeschichten des Genter St. Bavosklosters' l. l. p.* 626 *sqq.* 5) *Id quod coniecit O. Holder-Egger, 'N. Arch.' X, p.* 369. 6) *Rodulfi Gesta abb. Trudon. VI,* 2 *(SS. X, p.* 255*); Wattenbach, 'GQ.' II,* 149[6].

monachos clericis ibi successisse voluit sub Florberto abbate aliaque iteravit quae postea excogitata erant, veluti nomina parentum, neque socios praetermisit Landoaldum cum Amantio. Antiquitatem Gandavi castri non solum ex traditione fabulosa collegit, sed etiam certiora indicia attulit, nostri fere aevi antiquariorum vestigia secutus, res scilicet ex agris effossas: Nos, *inquit,* antiquitatem loci ex eo recte colligimus, quod pleraque vidimus ibi reperta indicia, utpote muri et vasculorum cocti lateres. Praeterea, quod mirum forsitan legenti videbitur, ferrea diversi sexus et aetatis calceamenta multaque id genus, quae nos facile in assensum antiquitatis cogunt. *Miseram ecclesiarum monachorumque condicionem, qua et ipse afflictus erat, in calce deplorabat.*

Vitae Bavonis veteris codices 1. 2 *Miracula quoque sancti continent saec. X. ex. aut XI. in. conscripta, quorum supra memini; libri autem tertiae classis et iis carent et prologo biographi genuino.*

1) *Codex G a n d a v e n s i s universitatis n.* 308 *(antea n.* 210 *et* 150*), in monasterio S. Bavonis saec. XI. in. splendidissime exaratus, figuris litterisque primariis pulcherrime pictis, omnia fere comprehendit, quae de patrono sanctisque monasterii ipsius tunc edita erant*[1]. *Insunt autem inter cetera haec:*

fol. 1—21′. *V. Bavonis vetus.*

fol. 21′—22′. *Epistula Otwini m. s. XI. postea addita spatium vacuum relictum iam occupat.*

fol. 23—58. *Miracula Bavonis.*

fol. 60′—81′. *V. Bavonis metrica.*

fol. 83—86. *Carmen de S. Bavone.*

2) *Codex B r u x e l l e n s i s n.* 7460, *saec. XIII, olim monasterii Vallicellensis ordinis Cisterciensis, a D. Balthasare Moreto a.* 1637. *facta permutatione comparatus atque in museum Bollandianum translatus, ubi P.* 159 *signatus erat, item Vitam (fol.* 2—5*) et Miracula Bavonis (fol.* 5—10′*) continet.*

3a) *Codex C o l o n i e n s i s archivi urbani n.* 163, *saec. XI/XII, olim S. Iacobi Leodiensis, postea bibliothecae Wallrafianae VI,* 18, *f.* 156—160. *Vitam Bavonis absque Miraculis exhibet, insequente V. Vedastis auctore Alcuino.*

3b) *Codex V a l e n t i a n e n s i s n.* 513 *(antea* 471 *A), saec. XII. paginis bipartitis exaratus, fol.* 143′ *sqq. textum V. Bavonis*[2] *exhibet a librario non multo posteriore frequenter interpolatum correctumque.*

3c) *Codex P a r i s i e n s i s n.* 5327, *saec. XI, olim bibliothecae S. Amandi in Pabula, deinde Telleriano-Remensis n.* 269, *Regius n.* 41$\underset{3}{7}$9, *saec. XI, mutilus a verbis c.* 4*:* pontificem, qui morabatur *incipit.*

3d) *Codex P a r i s i e n s i s n.* 5270, *saec. XIII, olim comitum Bethuniorum (Theol.* 75*), deinde Regius* 3859, *saec. XIII, f.* 72—76′.

4) *Codex B r u x e l l e n s i s n.* 9636—7, *saec. XI/XII, olim monasterii S. Laurentii prope Leodium siti, fol.* 211—214.

Cum saepe inter libros 1. 2 *et classem tertiam haesitare fas esset, utris maiorem fidem tribuere liceret, auctores quibus biographus usus est contulimus, scilicet Sulpicium Severum et Gregorium M., duosque locos repperimus, quibus res decidi posset:*

1) *Librum descripserunt socii Bollandiani, Analecta III (*1884*), p.* 188 *sqq., O. Holder-Egger, 'N. Arch.' X (*1885*), p.* 368 *sqq.* 2) *V. Mangeart, 'Catalogue des Manuscrits de la bibliothèque de Valenciennes' (*1860*); 'Catalogue général des mss. des bibl. de France, Départ.' XXV (*1894*), p.* 410.

c. 14. **relaxaret**] 1. 2; mutaret 3*a*. *b*; relaxabat *Sulp.*

c. 16. **cessaret**] 1. 2; finiretur 3*b*; finietur 3*a*. 4; cessabit *Greg.*

Sermo igitur genuinus in codicibus tertiae classis immutatus est, aliis vocabulis substitutis, immo tota verborum structura transformata:

5 *c.* 6. **Igitur, petitione Allowini audita, — susceperunt eam, sicque**] 1. 2; petit(c)ionem auditam — susceperunt viri Dei (D. v. 3*b*) Alluini (Adluini 3*b*) et quam 3*a*. *b*.

Ablativus absolutus in libris 1. 2 *minus recte adhibitus procul dubio ad biographum referendus est, dum sermo emendatior classis tertiae grammatici cuiusdam curam olet.* 10 *Quod vero ad ordinem verborum pertinet, non eadem inter utramque partem ratio vertitur. Ex locis enim Sulpicianis colligi licet tertiam potius classem in his diversitatibus praestare, ita ut proavus codicum* 1. 2 *verborum collocationem suo arbitratu immutasse videatur, et fortasse aliae quoque lectiones melioris notae e libris illis eruendae sunt. Codex* 3a *barbariem auctoris nonnumquam cum* 1 *servavit:*

15 *c.* 9. **venumdavi**] 1; venundavi 3*a*; venundedi 2. 3*b*,

etsi locis nonnullis multo magis interpolatus est quam 3b. *Ad huius vero familiaritatem et* 3c *se applicat et* 3d. *Ultimus denique qui totus retractatus est codex* 4 *ex exemplari simili* 3a *manifesto pendet.*

E codicibus quos ad textum recensendum adhibui 1 *et* 3a *a memet ipso,* 2 *a* 20 *W. Levison,* 3b *a K. Hampe sociis nostris collati sunt; e reliquis* 3c. *d ipse inspexi,* 4 *totum contulit W. Arndt b. m., etsi inventa librarii illius indigna erant, quae posteris traderentur.*

Theoderici librum non totum silentio praetereundum esse duxi, sed et in commentario ad Vitam veterem locos nonnullos attuli et specimina aliquot in calce addidi, 25 *scilicet initia et prologi et vitae fusiusque epilogum, ubi tempora adversa auctor flebiliter planxit. Codices autem nobis praesto fuerunt*

1) *Coloniensis archivi n.* 171, *antea Wallrafianus VI,* 13, *saec. XV, fol.* 68—78, *ex exemplari hiante exscriptus, quare spatium saepe vacuum relictum est, et*

2) *Hagensis L* 29, *saec. XV, fol.* 214'—221.

30 *I. Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Saec. II, Parisiis* 1669, *p.* 396—403, *Vitam Bavonis veterem praetermissa altera praefatione, scilicet c.* 1, *quod nihil historicae veritatis contineret, princeps publici iuris fecit e codicibus monasteriorum Compendiensis et Conchensis, praeter quos Corbeiensem ac Sangermanensem in adnotatis citavit, textum formans similem libri nostri* 2.

35 *I. Perierus, Acta sanctorum, Antverpiae* 1765, *Oct. I, p.* 229—235, *ad eandem Vitam edendam praeter editionem priorem apographon adhibuit descriptum e codice S. Audomari vetustissimo collatumque cum altero vetustissimo S. Bavonis libro, scilicet nostro* 1, *praeter quem codice tertiae classis usus est. Idem p.* 235—242. *Vitam metricam ex eodem codice* 1 *descriptam atque p.* 243—252. *Theoderici librum adiunxit a Surio erutum.*

40 *Hanc Vitae veteris et libri Theodericiani editionem ad verbum iteravit*

I. Ghesquierus, Acta sanctorum Belgii selecta, Bruxellis 1784, *tom. II, p.* 498 —509, *et p.* 511—531.

Denique Vitae veteris textus in breve coactus (inc. **Igitur Alloinus vir Dei, quod nomen sacro accepit baptismate***) e codice bibliothecae publicae Namurcensis*[1] *n.* 15, 45 *saec. XIII. in., fol.* 19—20, *olim monasterii S. Huberti in Ardenna silva siti, editus est in 'Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' (*1868*) tom. V, p.* 420—425.

B. Krusch.

1) *Ipsum descripserunt socii Bollandiani in Analectis I, p.* 495.

I.

INCIPIT PROLOGUS IN[a] VITA SANCTI BAVONIS CONFESSORIS CHRISTI.

Vilem et infimum cunctis poscere videris populis meque indoctum queris nitere virum per Scithias[b] gentes et Parthias patrias. Nam liberalium omnium artium et humanarum doctrinarum matrem fuisse Athenas legimus, ubi antiquitus veteris floruit scientia linguae latinae[1] sub Piscistrato[c] auctore[2], et unde nostrae artes fusae sunt poene omnes. Non, inquam, me Hesperia nec Roma aut Ausonia[d] tenuit, genuit vel aluit nec Tytirus[3] docuit nec fultus sum Aristotilis argumentis, Varronis, Democriti, Platonis, Demostenis et ceterorum doctorum: inops ingenii sum verborumque[e] flumine siccus prorsus multum me fateor inertem. Me etiam pondus inertiae premit et in imis volvit, quando scientia vacuus[f] haec utcumque fragili audeo conscribere stilo; nobis egregii exemplo[g] sint dicta doctoris Hieronimi[h] sacerdotis, quibus refragare valeamus detrahentium laqueos. Me ovantem fateor[i] esse, pater sancte, quia meum pigrum perdurare animum minime passus es nec malitioso corde exultare nec se inquisitionibus stimulare malivolis; sed coegisti, quantum valet imperita lingua, ut eloquentissimorum virorum omnium imitetur vestigia. Tibi, pater, quicquid ars mea[k] cogitaverit aut invenire valuerit, patefacere curabo. Nec putes, ignaviam hinc inflari[l] nostram; vere non est in visceribus tepitudinis meae aliqua extollendi calamitas, sed prorsus iacet humilitas, eo quod scientiae nobis non manet sublimitas. Individua dilectione et caritate mihi coniuncta est sanctitas vestra. Quid tantum verbis de vestris oportunitatibus loquor? Igitur de viro Dei Allowino, sancto videlicet Bavone, quod expetendum iudicastis, ut valemus, voluntatem vestram explere cupimus. Mihi Dominus servorum suorum ultimo praestet de vestra semper conversatione gaudere et cum grege vobis commisso et cum sancto Bavone, qui Allowinus[4] nomine alio vocatur, regna caelorum promereri[m].

I. Prolog. 1. 2.

Prolog. a) *ita* 2; I. p. super vitam almi confessoris Christi Bavonis *praescr.* 1; *prologum om. rell.* b) *ita* 2; Sithias 1. c) *ita* 1; Piscitrato 2. d) *ita* 1; Ausonius 2. e) *ita* 1; que *om.* 2. f) *ita* 1; fatuus 2. g) *ita* 1; exempla 2. h) *ita* 1; Iheronimi 2. i) esse fateor 2. k) me 1. l) *ita* 1; inflammari 2. m) *subscr.* Explicit prologus 2.

1) *Latina et graeca doctus huius prologi auctor aliquo modo inter se permiscuit.* 2) *A. Gellius, Noctes Atticae VII,* 17, 1: Libros Athenis disciplinarum liberalium publice ad legendum praebendos primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus. 3) *Tityri nomine Vergilius appellatur, quia pastor quidam quem cecinit ita vocabatur.* 4) *Nomen recte interpretatus est poeta domesticus ('N. Arch.' X, p.* 372, *v.* 76):

Qui bonitate sui thesauro gratior omni,
Allowinus, id est 'cunctorum carus', et esse
Et dici meruit tempusque per omne manebit.

Nam e duabus partibus prior 'omnis' significat, posterior autem 'amicus, sodalis'; cf. Förstemann, 'Altd. Namenbuch' I, col. 39. 1315.

INCIPIT VITA SANCTI[a] BAVONIS[b] CONFESSORIS CHRISTI[c].

1[d]. Bonorum parvulorum indoles non tam dignitate generis quam moribus clarescere solet, Domino approbante, qui dixit: *Nolite parvulis*[e] *prohibere, quin veniant ad me,* (Matth. 19, 14.) et Sapientia dicente: *Relinquite infantiam et vivite et per vias prudentiae ambulate.* (Prov. 9, 6.) Ergo si munda et recta sunt[f] opera pueri, ex studiis eius intellegi potest, ut ait quidam: *Quomodo invenies eum in senectute, quem non cognovisti*[g] *in iuventute?* (Eccli. 25, 5.) Et iterum: *Excipe doctrinam et invenies sapientiam.* (ib. 6, 18.) Non enim omnibus expediunt omnia. (cf. 1. Cor. 6, 12.) Nemo potest quicquam accipere, nisi ei datum[h] fuerit de caelo. *Omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei.* (Rom. 3, 23.) *Et non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.* (ib. 9, 16.) Felices sunt, quorum Deus spes[i] est et[k] quorum desideria dignanter inflammat et ad perfectionem[l] roborat, quia non poterit dissolvi, quod ex Deo est, ut ait ipse: *Vos amici mei estis, si feceritis, quae ego praecipio vobis.* (Ioh. 15, 13.) Qui enim adheret sancto viro, assiduitate operis illius suscipit exempla[m], quibus accendatur ad amorem veritatis. Valde est[n] laudabile bonum esse cum bonis, sed multo[o] magis est[p] laudabile bonum esse cum malis. Sancta enim aecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus[q] angusta. Et ideo non solum malorum mores, sed etiam consortia fugienda sunt. Si fueris namque socius conversationis bonorum, eris et consors virtutum eorum. Non longo fastidio tendam, quae de Dei[r] viro narrare[s] cupio, quia civitas in monte posita latere non potest, neque candelabrum ob aliud accenditur, nisi ut luceat in domo[t]. (cf. Matth. 5, 14. 15.)

2[a]. Igitur Allowinus[b] — quod nomen sacro accepit[c] babtismate, quem vulgus Bavonem nominat — genere nobili, parentibus inclytis, Hasbaniense[d] editus ducatu, uxori[e] iunctus est, filiae videlicet[f] Adilionis comitis, de qua genuit Agglethrudem[g], prolem dignam Deo, virginem Christi, cui in primis annorum crepundiis vox summo missa persultavit throno altissimi: 'Crede', inquiens, 'creata, maiorum quoque[h] prosapia verbo Dei solius parentes procreabis, qui utrumque fecit hominem'. Tempore quippe suae iuventutis beatus Bavo actibus pravis exercebat[i] saeculi voluntatem. Constans erat in turpibus et incensus obscenis laterum flexionibus, sed, Christo auxiliante, hoc iuge ipsius vitium cito versum[k] est in bonitatem. Ab illo etiam tempore legis iudicia non contempsit, sed et[l] omnium materiem[m] scelerum evitavit; affines[n] suos non nocuit, sed et[o] pauperibus latius manum porrexit, amicitiarum fidem non[p] rennuit, sed[q] appetivit; nec tam fortunam excoluit, quam virtutes imitatus est. Misericordia[r] sublevavit oppressos, inde-

I. Capp. 1. 2. 1. 2. *3a. b.*

Cap. 1. a) atque beatissimi *add.* 1. b) discipuli sancti Amandi *h. l. add.* 3*a*, *post* confessoris *haec superscr.* 3*b*. c) *ita* 1. 2; *om.* 3*a. b*; cuius festa celebrantur inclita Kl. Octob. in Gandavo castro *add.* 1; cuius festivitas est Kl. Octobris *add.* 2. d) *om. codd.* e) parvulos (3*b*). f) *ita* 1. 2; sint 3*a. b.* g) congregasti 3*d cum Vulg.* h) f. d. 3*b*. i) eorum *add.* 2. k) *ita* 1. 2. 3*a*; in (3*b*). l) profectionem, *m. al. superscr.* vel per 2. m) *om.* 3*a*. n) *ita* 3*b*; namque *add.* 1; Est nanque (valde *om.*) l. 2; Non v. est l. 3*a*. o) *ita* 1. 2; valde *pro* m. m. 3*a*; bonis sed valde *m. al. in litura* 3*b*. p) *ita* 1. 2. 3*b*; l. est 3*a*. q) autem *add.* 3*b*. r) v. D. 2. 3*b*. s) c. n. 3*b*. t) monte 3*a*.

Cap. 2. a) Cap. II. *et sic deinceps* 1; *numeri desunt* 2; *capita non distincta sunt in rell.* b) Alluinus *vel* Adluinus 3*a*; Adluinus *constanter* 3*b*. c) excepit 3*a. b.* d) Hasbaniensi 3*a*; Asbaniense 3*b*. e) *ita* 1. 2; uxore ducta feminae i. 3*a. b.* f) scilicet 3*b*. g) *ita* 1; Aggletrudem 2. 3*b*; Agledrudem 3*a*. h) *om.* 1 *(non* 2*)*. i) *ita* 3*a (sed* voluntates*)*. *b*; s. e. v. 1; s. v. e. 2. k) cito in bono mutatum est 3*a*; est *om.* 2. l) *om.* 3*a. b.* m) materiam 1. n) Affinibus suis 1 *(in mg. viridi colore corr.* Affines suos*)*. 3*b (e corr.* Afinibus s.*)*. o) *ita* 1; *om. rell.* p) non minus retinuit 3*a. b.* q) *ita* 1. 2; quam 3*a*. r) *ita* 2; etiam *h. l. add.* 1, *post* subl. 3*a. b.*

sinenter recolens in omni cultu pietatis maxime[a] Deum in[b] hoc sibi[c] propitium peccatorum[d] suorum, si[e] omnes[f] iniuste oppressos sublevare[g] satageret ab[h] eo, Ps. 36, 24. cui[i] dicit propheta: *Cum ceciderit iustus non conlidetur, quia Dominus supponit*[k] *manum suam*[h].

3. Eodem quoque tempore coniunx eius obiit, filia videlicet[a] Adilionis comitis, 5 de qua genuit Agglethrudem[b], ut praelatum est. Quae postquam migravit[c] de hac luce, aliam noluit[d] ducere uxorem; sed, inspirante Domini misericordia, ad viam conversionis Amandum sanctissimum pontificem expetiit. Cum lacrimis veniam postulans, pedibus quoque[e] beati pontificis provolvitur, cum[f] conpunctione sua confessus facinora, et de contrariis sibimet eum passionibus[1] alloquitur, pro 10 peccatis maximis et minimis penitentiam acturus[g]. Deinde[h] vir Domini Amandus animarum sollicitudinem gerens, quas ad regna caelestia secum ducere festinabat, verba scripturarum ei protulit, quibus lucraretur Domino, ita dicens: 'Vitia prudenter sunt[i] tollenda, subtiliter[k] occulta scrutanda et aperte[l] cognita leniter aliquando arguenda et aliquando vehementer increpanda. Nota tibi[m] facio verba Domini, 15 Matth. 10, 32. quibus vitam comprehendas[n] aeternam. Dominus[o] dixit: *Omnis ergo*[p] *qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego*[q] *eum coram patre meo, qui est in caelis.* ib. 5, 23. 24. Et[r] alibi: *Si ergo offers munus tuum ante altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius recon-* Ioh. 16, 20. *ciliari fratri tuo, et tunc veniens, offeres munus tuum*[r]. Item: *Amen*[s] *dico vobis, quoniam* 20 *plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit; vos tristes*[t] *eritis, sed tristitia vestra* Matth. 21, 22. *in letitiam*[u] *convertetur.* Item dicit[s]: *Omnia quaecumque petieritis in*[v] *oratione cre-* Luc. 21, 36. *dentes, accipietis.* Et[w] item: *Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini* Matth. 4, 17. *fugere omnia quae futura*[x] *sunt et stare ante filium hominis*[y]. *Penitentiam agite, ap-* ib. 5, 6. *propinquabit enim regnum caelorum.* Et[z] iterum: *Beati qui esuriunt et sitiunt*[a] *iusti-* 25 ib. 19, 29. *tiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et*[b] *omnis qui reliquerit domos aut agros, patrem aut matrem, fratres aut sorores, filios aut filias propter nomen meum, centuplum accipiet* ib. 10, 28. *et vitam aeternam possidebit.* Et[c] rursum: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt; sed potius timete*[d] *eum qui potest et*[e] *animam et corpus per-* ib. 6, 33. *dere in gehennam. Quaerite ergo primum regnum Dei et iustitiam eius et haec omnia* 30 Luc. 5, 31. 32. *adicientur vobis. Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non veni* Matth. 19, 21. *vocare iustos, sed peccatores in penitentiam. Vende omnia quae habes et da pauperibus et veni sequere me*[c].

I. Capp. 2—4. 1. 2. 3*a. b.*

Cap. 2. a) *om.* 3*a. b.* b) in hoc *om.* 3*a. b.* c) *ita* 3*a*; fore *h. l. add.* 1, *post* prop. 2. 3*b.* 35 d) p. s. *om.* 1. e) et 3*b.* f) *om.* 1. g) sublevandos esse ab eo 3*a. b.* h) ab — manum suam *om.* 1. i) cum dicat 3*a. b.* k) supponet 3*a.*

Cap. 3. a) *om.* 3*a. b.* b) Agg(le *m. al. in litura*)thrudem 1; Aggletrudem *in ras.* 2; Agletrudem (3*b*); Agledrudem 3*a.* c) de h. l. m. 1. d) d. n. 2. e) p. illius prov. 3*a. b.* f) *verba* cum, sua, facinora, passionibus *m. s. XII. superscr.* 3*b*; *eadem om.* 3*d*; cum — alloquitur *om.* 3*a.* 40 g) facturus 3*a. b.* h) Dein 3*a. b.* i) t. s. 1. k) o. s. 3*a.* l) apertae 3*a et e corr.* aperta 3*b.* m) *ita* 3*a. b*; f. t. 1. 2. n) comprehenderis, *ut videtur,* 2, *corr.* o) D. d. *om.* 3*a.* p) enim 2. q) *m. al. superscr.* 3*b.* r) *ita* 2. 3*a. b*; Et alibi — offeres munus t. *om.* 1. s) *ita* 3*a. b*; Amen — dicit *om.* 1. 2. t) vos vero plorabitis, sed 3*a.* u) laetitia 3*a.* v) *ita* 3*a. b*; in o. *om.* 1. 2. w) *ita* 2; Et *om.* 3*a. b*; Et alibi 1. x) ventura 2. y) Et iterum *add.* 3*a. b (cf. n. z).* z) Et i. 45 *om.* 3*a. b.* a) sciciunt 1. b) *om.* 3*a. b.* c) *ita* 3*a. b*; Et — me *om.* 1. 2. d) eum t. 3*a.* e) *om.* 3*a.*

1) *Mala cogitatio, quam quis in mente volutat. Ducange.*

4. Auditis ergo[a] his verbis[b] divinis Allowinus vir Dei, quae sanctus Amandus ei secundum euangelicam nuntiaverat[c] disciplinam, inspirante Deo, saeculi huius divitias reputans velut umbram praetereuntem aut faenum arescens, facultates praediorum suorum ad loca sanctorum[d] legaliter distribuit[e] et pauperibus erogavit atque ad memoratum pontificem qui morabatur in castro cuius vocabulum est Gandavum[1] repedavit. In* eodem[f] etiam castro indiderat[g] olim antiquitas simulacra nefanda et idola, quae pro Deo illic[h] a[i] populo colebantur. Ibidem[k] vero[l] consistens praefatus Dei pontifex pro nomine Christi omnia fana destruxit[2], idola[m] contrivit et ad sanctam christianitatem omnes revocavit. Basilicam autem ibi in honore beati Petri apostoli fecit construi, quam, reliquiis insertis, altissimo Domino consecravit cum magno honore; in qua virtutes multas postea dominus noster Iesus Christus fecit, cecis visum, claudis gressum, paraliticis soliditatem, infirmantibus sanitatem indulgens. Deo etiam[n] annuente clericorum[3] coenobium in ipso castro honorifice est constructum, ubi[o] die noctuque laus a[p] fidelibus Deo decantatur. His expletis, in eodem monasterio beatus confessor Bavo plenissima devotione ante oraculum templi Domini se prosternens, comam capitis sui[q] abscidere[r] depraecatus est, et adeptus venerandi pontificis Amandi manibus clericatus honorem, meruit fieri consors apostolorum. Dimisit comam capitis[s], et invenit coronam gloriae; reliquid vestimenta saecularia, et suscepit stolam[t] candidam; reliquid pompam huius mundi, et indutus est loricam[u] fidei. Quapropter et dignus effectus est consortio angelorum.

cf. Eccl. 7, 1. Ps. 36, 2.

cf. 1. Thess. 5, 8.

5. Deinde[a] vir Domini Amandus** perrexit gentibus verbum[b] Domini prae-

*) Quod videlicet castrum iuxta Scaldim, ubi idem amnis Scald Legiam[4] flumen recipit, situm est *cum loco insequenti:* In eodem etiam castro — Christi omnia *m. s. XII. scripsit, aliis erasis,* 1.

**) commendato[5] ei ac relicto castro *add.* 1.

I. Capp. 4. 5. 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 4. a) ergo his *om.* 3*a*. *b*. b) d. v. 3*b*. c) nuntiarat 3*a*. d) *deinde* 6 *litt. ras.* 3*b*. e) distribuat 3*b*, *corr.* f) eo 3*a*. *b*. g) indidit 3*a*. h) illi colebant 3*a*. i) a p. *om.* 3*a*. *b*. k) illic 3*a*. l) *om.* 3*a*. *b*. m) i. c. *om.* 3*a*. *b*. n) siquidem 3*a*. *b*. o) et *add.* 3*b*. p) Dei a f. 3*a*; a f., *om.* Deo 1. 2. q) sui: 3*a*. r) *ita* 1. 3*b*. *c*; abscidi 2. 3*a*. s) sui *add.* 3*a*. *b*. t) aeternae gloriae ornamenta *pro* st. c. 3*a*. u) lorica 3*a*. *b*.

Cap. 5. a) Dein 3*a*. *b*. b) *ita* 3*a*; v. Dei pr. 3*b*; pr. v. D. (Dei 2) 1. 2.

1) *Locus ex V. Amandi c.* 13. *depromptus est:* Amandus audivit pagum quendam praeter fluenta Scaldi fluvii, cui vocabulum Gandao indidit antiquitas, diaboli laqueis vehementer inretitum, ita ut incolae loci illius, relicto Deo, arbores et ligna pro Deo colerent atque fana vel idola adorarent. 2) *Ex V. Amandi c.* 15: Fana etiam, quae ante adorare consueverant, propriis destruentes manibus, ad virum Dei omnes unanimiter pervenerunt. Nam ubi fana destruebantur, vir Domini Amandus tam ex munificentia regis, quam de conlata religiosorum virorum religiosarumque feminarum statim monasteria aut ecclesias construebat. 3) *V. Bavonis auct. Theoderico* § 12 *(AA. SS. l. l. p.* 244*):* ecclesia erigitur, consummatur et in honore beati Petri apostoli sollemniter consecratur. Sic plantata vinea domini Sabaoth, clericos in primis, monachos subinde, qui viderent fructum in tempore suo, induxit, et expostulata episcopali auctoritate, papa etiam Martino in ipsum consentiente, locum perpetua donavit libertate *(scilicet Amandus)*. 4) *V. Bavonis auct. Theoderico* § 10 *(AA. SS. l. l. p.* 244*):* Gandam accessit, castrum scilicet super duo flumina Scaldem et Legiam constitutum. *Hodie Lys vel Leye fl. — Locus a monachis S. Bavonis interpolatus est ad spes Blandiniensium praecidendas; cf. O. Holder-Egger l. l. p.* 635. 5) *Nota impudentem Bavonianorum interpolationem.*

dicare; quem beatus Bavo prosequutus est, ut praedicatione eius pasceretur. Ardebat autem[a] nimium[b] animo, ut potaret[c] et hauriret iustitiam; tantam enim[d] menti eius Deus inspiraverat ubertatem, ut semet ipsum magna laceratione corporis cum[e] alacritate castigaret mentis. Vulnera[f] nimirum sibi imposuit, medens morbos animae, ut bene agens securus posset esse in die Domini. Circumspexit infirmitatem cotidie suam, ne de acceptis virtutibus superbiret; quia plerumque cor rectorum, quamvis magna ex[g] parte proficiat[h] mens, tamen interdum[i] actibus laborat carnalibus. Ideoque[k] necesse est, ut recurrant sepissime ad fluenta sacrae scripturae; quia sicut escis caro, ita et divinis eloquiis[l] interior[m] nutritur homo. Propterea et haec quae[n] subsequuntur documenta fidei beatus Amandus[o] praedicare non cessabat, audientibus turbis[p] et sancto Bavone[q], ita disputans: 'Qui enim vult cum Deo semper esse, frequenter oret'. Etiam[r]: 'Quid est vita praesens, nisi vapor ad modicum parens? (cf. Iac. 4, 15.) Apprehendite[s] vitam aeternam[t], ad quam vocati[u] estis, et gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis. Apprehendite arma militiae[v], (cf. 2. Cor. 10, 4.) loricam fidei et resistite[w] laqueis diaboli per potentiam Dei. (cf. 1. Thess. 5, 8. cf. 2. Tim. 2, 26.) Nihil[x] fortius eo qui vicit diabolum et nihil infirmius eo qui carne superatur. Vita hominis temptatio est, unde[y] diaboli sagittae sunt restinguendae[z] vigiliarum, ieiuniorum, hospitalitatis[a] et elemosinarum officio. Virtus igitur praecipua[b] est, natum in carne non carnaliter vivere, et[c] unde caro[d] atteritur, inde[e] incrementa virtutum spiritualium surgere'. Ut igitur vir Dei Bavo suprascriptum pontificem sibi licentiam dari[f] petiit monasteria circumire Christi athletarum, quatinus[g] vitam monachorum et conversationem coenobitarum posset agnoscere, tantum ardorem et cordis conpunctionem Dominus ei[h] largitus est, ut vita bonorum coenobitarum non esset contentus, sed magis ac magis semet ipsum erigeret[i] in Dei famulatu[k], et[l] cum gemitu[m] et lacrimis in afflictione[n], vigiliis, ieiuniis et orationibus frequenter positus, vitam sanctorum exerceret nec ullo modo daret suo corpori requiem, inaediis, nuditate, frigore, siti et multis tribulationibus se ipsum macerans. Vitam nimirum cupiebat finiri suam, ubi comam capitis abscidit et arma militiae et pompam saeculi dimisit. (Rom. 2, 10.) Ista[o] non separant a Deo, sed coniungunt hominem Deo, quia pax omni operanti bonum crescit et gratia. (Ioh. 15, 13.) *Nemo,* inquit Dominus, *maiorem*[p] *caritatem habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis*[o].

6[a]. Ergo Allowinus[b] vir Dei reversus[1] ad suprascriptum[c] castrum Gandavum ad venerabilem virum Florbertum abbatem[d], quem almus pontifex Amandus

I. Capp. 5. 6. 1. 2. 3*a. b.*

Cap. 5. a) enim *m. al. in litura* 3*b.* b) *om.* 3*a. b.* c) potaretur 3*a.* d) (e. *om.*) menti (menti: 3*a*) su(a)e D. inspiravit 3*a. b.* e) (c. a. *om.*) c. (m. *om.*) 3*a. b.* f) *ita* 3*a. b*; n. sibi i. v. 1. 2. g) *om.* 3*a*; *m. al. superscr.* 3*b.* h) *ita* 1; proficiant mentis 3*a*; proficia:t men::: *m. al. corr.* proficiat mens 3*b*; proficiat animus 2. i) *om.* 3*a. b.* k) *ita* 1; que *om.* 2 *(versu ex.).* 3*a. b.* l) *om.* 3*a.* m) h. i. n. 3*b*; n. i. h. 3*a.* n) doc. q. subs. 2. o) A. *post* p. non c. 3*a.* p) turmis 3*b*; *om.* 2. q) Bavoni 3*b.* r) Et, *om.* iam 3*a. b.* s) Apprehende 3*a et pr. m.* 3*b*: *item infra.* t) *om.* 3*b.* u) vocatus es 3*a.* v) et *add.* 3*a.* w) resiste 3*a et pr. m.* 3*b.* x) Nil 3*b.* y) *om.* 3*a. b.* z) restringendae 1. a) hospitalitatum 3*a.* b) *om.* 3*a. b.* c) ut 3*a.* d) *bis scr. erat.* 1. e) inde surgat incrementum v. sp. Ig. 3*a. b.* f) dare 3*a. b.* g) ut 3*a. b.* h) l. est ei 3*a.* i) erigere 3*b.* k) famulatum 3*a. b.* l) ut 3*b.* m) *ita* 3*a. b*; l. et g. 1. 2. n) *ita* 3*a. b*; a. et v., in o. et i. 1. 2. o) *ita* 3*a. b*; Ista — suis *om.* 1. 2. p) h. m. c. 3*b.*

Cap. 6. a) *om., sed caput distinctum est* 1. b) Adlowinus *h. l.* 1. c) superscriptum 3*b*; supradictum 2. d) abba(tem *m. al. in litura*) 1.

1) *Ante reditum bina loca Bavo ad eremiticam vitam degendam adiit, scilicet Beilam et Medmedung, teste Theoderico (§* 19. 20, *AA. SS. l. l. p.* 247; *textum cum cod. Colon. n.* 171, *saec. XV. contuli):* Rapta temporis et loci oportunitate, saltum quem Beilam (Beliam *cod.*)

ibidem constituit super gregem clericorum[1] rectorem, petiit eum sibimet[a] humiliter cellulam[b], in qua familiariter Domini misericordiam pro facinoribus suis deprecaretur largiri. Ut vero[c] pius pater monasterii audivit[d] eius petitionem, cum gaudio eam[e] suscepit et eiusdem fratribus monasterii, iuxta[f] praeceptum pii patris 5 Benedicti[2] convocata omni congregatione, eius patefecit preces, ut si forsitan iuniori revelatum fuisset, quod placitum esset omnipotenti, cum omni aviditate cordis susciperet et compleret id quod scriptum est: *Omnia fac cum consilio, et post factum non paenitebis*. Igitur, petitione[g] Allowini audita, fratres, narrante monasterii abbate, animo gratanti[h] susceperunt eam, sicque quam petiit ab eis 10 cellulam[3], largiente Deo, impetravit. In qua retrusus Deum piis et[i] indefessis precibus invocabat, quia scriptum est[k]: *Querite et invenietis, pulsate*[l] *et aperietur vobis; omnis enim qui petit accipit, et qui querit invenit, et pulsanti aperietur*[l]. Iste autem[c] vir[m] Dei non aurum vel argentum seu gemmas pretiosas sive ornamenta huius[n] saeculi quesivit, quas post conversionem[o] pro nihilo reputavit, sed Dei[c] zeli 15 ardor eum[p] erexit in vigiliis, ieiuniis, gemitu[q], inediis et pauperum elemosinis, supra quam scribi possit[r]. In afflictione igitur[c] corporis positus[s] tot cae-

Matth. 7, 7. 8.

I. Cap. 6. 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 6. a) h. s. 3*a*. b) cellam 3*b*. c) *om.* 3*a*. *b*. d) *ita* 3*a*. *b*; p. eius a. 1; eius p. a. 2. e) *om.* 3*a*. f) m. ipsius patefecit preces, i. prec. p. p. B. congregata o. c., ut 3*a*. *b*. g) petit(c)ionem (A. *om.*) 20 auditam — susceperunt viri Dei (D. v. 3*b*) Alluini (Adluini 3*b*) et quam 3*a*. *b*. h) gratante 3*b*. i) et i. *om.* 3*a*. *b*. k) Petite et accipietis *add.* 3*a ex Vulg.* l) pulsate — pulsanti aperietur *om.* 3*a*. m) Dei vir 3*b*. n) *ita* 3*a*. *b*; s. h. 1. 2. o) temporis *add.* 3*a*. *b*; reliquit *pro* pro n. rep. 3*a*. p) *ita* 3*a*. *b*; er. eum 1. 2. q) gemitibus et lacrimis, inediis 3*a*. r) potest 3*a*. s) erat *add.* 3*a*.

nuncupant ingressus, repente in remotiori devexae vallis latere annosa fagus oculis eius 25 offertur, cuius concavitas pedum non minus sex spaciosa, altitudo in modum fornicis camerata, et quae hominem erectum posset in altum sustinere. Hoc quasi habitaculum ab angelis Dei sibi reputans praeparatum ingreditur. — — — Est usque hodie eandem mirae magnitudinis fagum videre, qui in aeternam huius sancti Dei memoriam adhuc in se continet antiquum altare, ubi et presbyter parrochiae frequenter ecclesiam convocat et 30 communicat. Nec desistit arbor contra morem tam annosa adhuc florere et germinare. — — Igitur inde digressus, longa rursus per dispendia aliam requirit heremum athleta Dei Allowinus Metmedung nomine, a sua Ganda distantem duorum tantummodo miliariorum itinere. Locus in densissimum nemus silvescens, vasta et paene inaccessibili palude distentus. — — — Ingreditur, cum sarculo humum sarrit, cellulam permodicam erigit et in ea se quasi 35 sepelit. Cibos saltus ministrabat, amnis potum. Vestimenta ipse detulerat secum sagum et cilicium. *In loco qui vocatur Medmedunc (hodie Mendonck, cant. Loochristy) primo post conversionem Bavonem habitasse Theoderico vetustior contendit auctor Miraculorum S. Bavonis III,* 1 *(SS. XV, p.* 596*)*. 1) *At Theodericus l. l. §* 20: comperto, quod beatus Amandus monachos in Gandensi ecclesia substituisset et venerabilem virum Florbertum in abbatem 40 ordinasset. 2) *Regula S. Benedicti c.* 3: Quotiens aliqua praecipua agenda sunt in monasterio, convocet abbas omnem congregationem et dicat ipse, unde agitur. — — Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia saepe iuniori Dominus revelat quod melius est. — — Si qua vero minora agenda sunt in monasterii utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio, sicut scriptum est: 'Omnia fac cum consilio et post factum non 45 paeniteberis'. 3) *Cella illa iuxta chorum monasterii S. Bavonis extabat teste Iohanne de Thilrode (SS. XXV, p.* 565*)*: cellam inibi, que usque in hodiernum diem cernere cupientibus, licet post plurimas eversiones innovata, enucleate patet, iuxta chorum Deo servientium reverenter construxit.

cf. Eccli. 32, 24.

lestia instrumenta animo exercebat, quot misericordia altissimi eius animo[a] ingerebat.

7. Die[a] quadam huius temporis fratres ipsius[b] monasterii ad obedientiam sunt egressi[c], ut cellam[d] viri Dei Bavonis construerent. Laborare igitur[e] ceperunt manibus et[f] aedificium fabricare. Praedicti vero[g] abbatis[h] Florberti homines[1] cum vehiculo[i] cymentum[k] ministrarent[l], ex ipsis quidam nomine Attinus[m] super plaustrum unum sedit, quem egressi de vico canes circumdederunt et[n] ceperunt[o] insistere fortiter. Hic autem[o*] captus laqueis[p] diaboli repletusque[q] est[r] invidia[s], virum Dei Bavonem non erubuit blasphemare; sed omni[t] bestia cruentior diabolus in omnibus confusus[u], nihil quidem ei nociturus, si virum Dei non blasphemaret, tanto eum[o*] impugnare[v] studuit subiectum sibi, quanto ipsum perspexit ad[w] famulatum pristinum redisse[x]. Videns[y] enim cruentus idola sua in Dei templa[z] mutari, frendens rugiensque quesivit quem devoraret. Animalia itaque[a] cum vehiculo super hominem praedictum proiecit; qui oppressus hoc pondere exalavit spiritum vitae[a]. Videns eum turba iam mortuum, cum fletu corpus eius in navi deduxerunt ad memoratum castrum Gandavum, ut tumularetur[b] illic, sicut mos est mortuos sepelire. Videns[c] eum vir Domini Bavo mortuum, ingemuit dolore nimio; cum lacrimis sibi pectus tundens ac reputans sibi culpam, eo quod accepisset mortem in labore suo, ad cellulam[d] suam[a] ipsius corpus[e] defuncti iussit efferri. Protinusque[f] vir Domini orationi[g] incubuit, cum fletu magno his verbis Domini misericordiam exorans: 'Deus omnipotens, pater domini nostri Iesu Christi[h], qui non solum peccata dimittis, sed etiam iustificas[i] peccatores, et reis non tantum poenam relaxas, sed donas et praemia, fragilitati meae haec adiumenta concede et effectum caeleste[k] benignus inspira miserationum tuarum, ut inveniar auxilio tuo[l] sancto adiutus; qui Lazarum quatriduanum faetidum de monumento suscitasti, prosit nobis indignis misericordia tua, ut hii[m] qui in tua pietate confidunt citius exaudiantur largitate donorum tuorum. Renova spiritum gratiae tuae salutarem super istud corpus defuncti[n] famuli tui, reddens ei spiraculum[o] vitae, qui[p] vivis et regnas in saecula saeculorum[p], sanctificator et conditor generis humani, qui cum filio tuo aeterna caritate[q] regnas. Ut tuae[r] mysterio[s] curationis efficiaris[t] honorandus ab omnibus servis tuis pandasque[u] praesentiam tuam, ut in tua misericordia exultemus et[v] in tua gloria laetemur, praesta, qui vivis et[w] regnas Deus cum Filio et Spiritu sancto per cuncta saecula saeculorum. Amen[1]'. Oratione igitur[l]

cf. Ezech. 16, 54. — cf. 1. Petr. 5, 8. — cf. Ioh. c. 11.

I. Capp. 6. 7. 1. 2. 3*a. b.*

Cap. 6. a) cordi 3*a. b.*

Cap. 7. a) vero *add.* 2. b) *ita* 3*a. b*; m. i. 1. 2. c) directi 3*a. b.* d) cellulam 2. e) *om.* 3*a. b.* f) *om.* 3*b.* g) *om.* 3*a. b.* h) *ita* 3*a. b*; F. a. 1. 2. i) vehiculis 3*a. b.* k) *ita* 1. 2 *(pr. m.)*; cementum 3*a. b.* l) ministrabant 3*a. b.* m) Adinus 3*a. b.* n) ac 3*b.* o) *ita* 3*a. b*; ei f. i. c. 1. 2. o*) *om.* 3*a.* p) diab. laqueis 2. q) que *om.* 2. r) *ita* 2. 3*a. b*; *om.* 1. s) et *in ras. add.* 2. t) (o. *om.*) b. cruens (d. *om.*) in o. 3*a*; omni — diabolus *in litura* 3*b.* u) confusa nihil ei nocitura 3*a*; confisus nichil ei nociturum 3*b.* v) *ita* 3*a. b*; st. i. 1. 2. w) a famulatu pristino 3*a. b.* x) recessisse *in litura* 3*b.* y) Vidit e. cr. *in litura* 3*b*; Vidit cruens idola 3*a.* z) templum 3*a. b.* a) *om.* 3*a. b.* b) illic tum. 2; t. illuc 3*b.* c) Videns eum *(ita* 3*a;* vero 3*b)* vir D. B. (iam virum *add.* 3*b*) mortuum, i. 3*a. b*; Quem denique ut vir D. B. agnovit extinctum, i. 1. 2. d) *ita* 1. 2. 3*a*; cellam 3*b.* e) d. corpusculum deferri i. 3*a. b.* f) que *om.* 3*a. b.* g) *ita* 3*a. b*; i. o. h. (hiis 2) v. cum f. m. 1. 2. h) *om.* 3*b.* i) *ita* 3*a. b*; p. i. 1. 2. k) *ita* 1; c(a)elestem 2. 3*a. b.* l) *om.* 3*a.* m) *ita* 1. 2; hi 3*a. b.* n) defuncti: 2. o) spm̄ *(i. e.* spiritum*)* 3*b.* p) *ita* 3*a. b*; qui — saeculorum *om.* 1. 2. q) clarit. 2. r) tuo 3*a.* s) ministerio 2. t) efficiar 3*a. b.* u) que *om.* 3*a. b.* v) (et *om.*) in quo l(a)etabimur in gloria 3*a. b.* w) et r. *om.* 3*a. b.*

1) *I. e. servi.*

completa quasi post horarum spatium[a] trium mortuus ille, iubente Deo[b], animam recepit, quam exalaverat, et sanus effectus stetit supra[c] pedes suos ac post[d] per multa annorum[e] curricula vixit[f] incolomis.

8. Haec itaque[a] tanta miracula in Dei milite admirando, karissimi, satagamus in hoc agone praesentis vitae illum[b] sequi, ut etiam cum eo mereamur[c] a Deo cum electis illius aeterna gaudia percipere in caelis. Nihil in hac vita praesenti consolationis saeculi[d] honorisque querere debemus, sed gaudere abiectione paupertatis, non solum abicere facultates mundi[e] huius, sed etiam de cordibus saeculi voluptates eradicare. Ad memoriam etiam[f] redeat, quod vir Domini Bavo pro nomine Christi multas facultates dimisit[g], quatinus in caelesti regno centuplum reciperet, insuper[d] et vitam aeternam; cuius precibus mortuum Dominus suscitavit. (cf. Matth. 19, 29.) Quanti ad eum venerunt, tantis sua commendavit[h] munera. Pinguissima[i] enim[k] gratia[l] humilitatis fervorem in[m] omnibus inflammat[n] karitatis, ut oleum lumen habundare facit. Omnes ergo suas[o] pro Christo erogavit possessiones non damni gratia, sed etiam[p] lucri adinventione: quia ille numquam deficit, qui bono exemplo proficit, et cuius humilitas multorum[p] superbiam[q] confundit. Vir autem Domini[r] Allowinus caelesti desiderio afflatus, magis ac magis cotidie in Dei famulatu[s] crescebat, et, ut ita dicam, non panis[t] inedia satis videbatur ei affligi, sed[u] quanto magis proficiebat in bonitate, tanto etiam amplius se simul lamentis, ieiuniis, vigiliis et orationibus affligebat. Iugi quoque[v] lacrimarum inundatione faciem rigabat, ut verbum veritatis consummaret dicentis: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* (Matth. 5, 5.)

9. Quadam namque die prospexit[a] quendam virum ad se venientem regressum de exilio, quem olim sub saeculari habitu degens venumdaverat[b]. Quo viso, innumeris se lamentis tradidit, eo quod in eo tantum scelus perpetraverit. Tunc demum ad eum conversus eiusque genibus provolutus, inquit: 'Ego enim te vinctum loris[c] venumdavi[d]; queso, ne memineris iniuriae quam tibi inrogavi atque precem quam postulo ne digneris abnuere. Rogo, ut propter scelus in te commissum corpus meum flagellis cedas caputque meum more latronum decalves[1] et me vinctum pedibus ac manibus, ut dignus sum, in custodiam trudas[e]. Forsitan enim divina pietas, si hoc[f] feceris[g], veniam mihi praestabit'. Tunc memoratus vir pedibus[h] sancti Bavonis provolutus, dicit se hoc nullo modo audere[i] in dominum

I. Capp. 7—9. 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 7. a) *ita* 1. 2. 3*b*; t. sp. 3*a*. b) *om.* 1. c) super 3*a*. *b*. d) post *om.* 3*b*; per *pr. m. superscr.* 3*a*. e) c. a. 3*b*. f) mansit 3*a*.

Cap. 8. a) Hec i., carissimi, cogitemus in h. a., *reliquis omissis*, 3*b*; Post haec ait sanctus Bavo ad circumstantem turbam: 'Haec, karissimi, cogitemus in h. a. 3*a*. b) (i. s. *om.*), ut (etiam cum eo *om.*) 3*a*. *b*. c) mereamus 3*b*. d) *om.* 3*a*. e) h. m. 3*b*; h. *om.* 3*a*. f) *ita* 3*a*. *b*; r. e. 1. 2. g) amisit 3*a*. *b*. h) m. commodavit (*m. al. corr.* commendavit 3*b*) 3*a*. *b*. i) Pinguuissima 1. k) etiam 3*a*. l) *ita* 3*a*. *b*; h. gr. 1. 2. m) in o. *om.* 3*a*. *b*. n) *ita* 3*a*. *b*; inflammabat 1; inflammavit 2. o) pro Chr. suas 2. p) *om.* 1. q) c. s. 1. r) Dei 2. s) *ita* 3*a*. *b*; cr. f. 1. 2. t) pane (i. *om.*) v. satis affligi 3*a*. *b* (*pr. m.*); *m. al. corr.* panis inedia v. ei satis affligi 3*b*. u) quia quanto m. —, tanto amplius se lamentis 3*a*. *b*. v) *om.* 3*a*. *b*.

Cap. 9. a) *ita* 1. 2. 3*a*; perspexit (3*b*). b) venundarat 3*a*. *b*. c) *om.* 3*b*. d) *ita* 1; venundavi 3*a*; venundedi 2. 3*b*. e) tradas 1. f) h(a)ec 3*a*. *b*. g) fecerit *pr. m.* 3*b*. h) s. B. ped. 3*a*. i) facere *h. l. add.* 3*a*. *b*, *post* in d. s. *m. al. add.* 2 *cum Mab.*; *om.* 1.

1) *I. e. crines cum ipsa capitis pelle detrahere, si decalvare recte intellexerit I. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' II, p.* 288[4].

suum. Sed vir Domini, ut erat eloquentissimus, quandoque illum[a] persuasit facere quae poposcerat. Diu[b] ergo coactus ac renitens, tandem eius precibus devictus, quod sibi iusserat implevit. Vinxit[c] scilicet manus viri Dei et[d] caput totondit lignoque pedes strinxit[e] ac custodiae illum publicae mancipavit; ibi[f] usque in proximum exitus[g] diem vir Domini retrusus[1], vinctis pedibus, perstitit, diebus ac noctibus flere non desinens[h] actus saeculi, quos quasi molem sarcinae ante oculos mentis ponere consueverat. Qui Domini famulus tot virtutibus plenus non semet ipsum exaltabat intumescens; sed magis ac magis humiliabatur[i], hordeacio[k] tantum[l], cinere[m] mixto, contentus pane atque potu aquae, quam ad mensuram bibebat. Ita vero quattuor fere mensibus in hac austeritate Deo militans, siceram[n] et vinum nullo modo gustavit; ibidem cilicio tectus et cinere, iuxta morem prophetae[2] in nervo[3] pedem suum posuerat; stratum quoque eius erat[o] nuda humus, in quo[p] parumper diem[q] requiescere[r] solebat. Vilissimum[s] autem[t] cilicium super stratum ipsius expansum erat, cinis desuper aspersus et capiti illius[u] lapis suppositus, cum dormiret. Sic ergo[v] sua membra dampnaverat, quae olim saeculi delectatio inquinavit[w]. Magis autem[x] odoramenta virtutum Deo laudabiliter offerre studuit post conversionem, quam in suis tabescere iniquitatibus[y], memorans [cf. Levit. 26, 39.] praeceptum[z] apostoli, qui dixit: *Ubi habundavit delictum, superhabundet*[a] *et gratia*; [Rom. 5, 20.] et iterum: *Fuistis*[b] *aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino.* [Eph. 5, 8.]

10. Vir itaque[a] sanctissimus[b] Domini Allowinus in hac retrusione positus austeritatem[c] atque inediam libenter sustinuit. Nec[d] in hac afflictione[e] obedientiae normam[f] reliquit, sed abbatem sibi praelatum magnopere poposcit, ut ita eum retruderet super pavimentum, ut si quando ad omnipotentis Dei laudes dicendas assisteret, dextra levaque pavimento[g] ita circumseptus[h] foret, ne[i] declinandi facultatem in nullam[k] partem haberet, sed diebus ac noctibus quasi in agone suspensus ad Deum oraret[l], ad ethera tendens et alta suspiria trahens. Quod et factum est. Tum[m] vir Domini magis ac magis ingemiscens iamque[n] caelestem patriam anhelans, ministro sibi parenti[o] praecepit, ut lapidem sibi[p] afferret. At ille iussionem implens, detulit laterem grandem. Cui vir Dei[q]: 'Adhuc', inquit, 'maiorem perquire[r]'. Tandemque lapidem inventum, qui vix duorum manibus vehi poterat, detulit viro[s] Dei. Quem vir Dei gaudio magno repletus suscepit, et dum ad laudes Dei dicendas assisteret, ipsum humeris portabat.

I. Capp. 9. 10. 1. 2. 3*a. b.*

Cap. 9. a) illi 3*a. b.* b) p. Qui tandem eius pr. victus, c. ac r. (itens *m. al. in litura* 3*a*), quod sibi 3*a. b.* c) vincit *pr. m.* 3*b.* d) *om.* 3*a. b.* e) s : : : : : : : *corr.* eius strinxit 2. f) ubi 3*a. b.* g) sui *add.* 3*a.* h) desistens actibus 3*b.* i) humiliabat 2 *(pr. m.).* 3*a.* k) *ita* 1; hordeaceo (3*b*); ordeaceo 2. 3*a.* l) *om.* 3*b.* m) *ita* 3*a. b*; p. cin. m. cont. 1. 2. n) *ita* 3*a. b*; ciceram, *om.* et vinum 1; auste : : at : d : : : lit : : : | : : ceram *corr.* austeritate Deo militans vinum et | siceram 2. o) *ita* 3*a. b*; n. erat 1. 2. p) *ita* 1. 3*a. b*; qua 2. q) *ita* 1; p. in die 3*a*; p. per diem 2. (3*b*). r) quiescere 3*a. b.* s) *littera maior versum ducit* 2. t) *bis scr. erat.* 3*b.* u) eius 3*a.* v) etiam 3*a. b.* w) inquinaverat 3*a.* x) M. ergo studuit od. — off. post c. eius quam 3*a. b.* y) ininiquitat. 2. z) preceptorum 3*b.* a) super(h)abundavit 2. 3*a cum Vulg.*; et *om.* 3*a cum Vulg.* b) autem *add.* 2.

Cap. 10. a) autem 3*a*; *om.* 3*b.* b) D. s. 3*a.* c) austeram inediam 1. d) Nam 3*a.* e) retrusione 3*a. b.* f) narmam *pr. m.* 3*a*; non *add.* 3*a. b.* g) pavimenti 3*a. b.* h) circumsceptus 1. i) nec 2. k) *ita* 1. 3*a*; in ullam 2. 3*b (e corr.).* l) manus *add.* 3*a. b.* m) *ita* 2. 3*a. b*; Cum 1. n) *ita* 1. 2 *(pr. m.)*; ad *add.* 3*a. b.* o) parenti — sibi *pr. m. om.* 2. p) *om.* 3*a.* q) Domini 3*b*; ait: A. *(om.* i.*)* 3*a. b.* r) perquire : :, *ras.* re 2. s) D. v. 3*b.*

1) *Scilicet custodia publica tentus, etsi ipsum in cellula sua restitisse auctor infra c.* 11. *statuere videtur. Magis sibi Theodericus* § 27. *constat, qui sanctum post cruciatus 'in illa sua nobili nova cellula' receptum, deinde rite reclusum esse contendit die V. Id. Nov. a.* 629. 2) *Iob* 13, 27. 3) *Theodericus addit:* quem vulgo cippum.

11[a]. Sed antiquus hostis humani generis inimicus, qui humanum[b] genus temptare non desinit maximeque contra electos vim nequitiae[c] suae exercet, quia quantum illos proficere cernit, tanto deterius invidiae[d] facibus[e] accenditur, praedictum virum Dei[f] ex eadem cella moliebatur eicere diversis minis[g] ac nefandis[h] imaginibus, quibus[i] eandem cellam replere simulabat[k]. Bestiarum enim, volucrum[l] et serpentium[m] diverso genere gestiebat ei formidinem ingerere, ut saltem ita egrederetur. Sed fortissimus Domini athleta quanto sibi antiquum[n] hostem adtentius vidit insistere, tanto fortius contra eum agonem suscipiens, cotidie certare non desinit[o]. At[p] vero maligni spiritus nihil suam[q] industriam profecisse cernentes confusi recesserunt, nihilque amplius[r] viro Dei ingerere audentes, evanuerunt. Tunc praefatus vir Domini[s] magnas omnipotenti Domino[t] gratias referens, non hoc suis viribus deputavit, sed Domini[u] misericordiae, qui[v] ubique in se sperantibus dignatur[w] adesse. Opus ergo ceptum indesinenter faciens, manum in aratro positam non retraxit neque retro respexit, quia recoluit a beatissimo Amando hunc euangelicum[x] nuntiatum fuisse sermonem: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

cf. Luc. 9, 62. Matth. 24, 13.

12. Appropinquante vero remunerationis eius die, indesinenter vir Domini Allowinus in confessione Dei[a] perduravit. Cum vero se paululum sopori dedisset, angelum Domini in specie columbae super[b] se venientem conspexit. Quem hoc visu perterritum statim divinae consolationis gratia refovet, atque totam cellulam, in qua idem vir Dei[c] erat, inestimabilis suavitatis[d] fraglantia replet[1], ut palam daretur[e] intelligi angelum lucis et suavitatis illuc advenisse. Nec inmerito ei angelus lucis[f] in[g] specie columbae ostenditur, quia simplicitatem[h] columbae gerebat in corde, licet[i] astutiam[k] serpentis non desereret[l] in temptationibus[m]. Liquet enim, quia super[n] redemptorem humani generis ad fluenta[o] Iordanis Spiritus sanctus in specie columbae demonstratus est, ubi paterna vox auditur super Filium suum dilectum, in quo ei bene complacuit, ubi et Pater in voce, Filius in homine, Spiritus sanctus in columba totaque Trinitas simul manifeste declarata est; sine dubio etiam[p] beato viro[q] Bavoni ipsa Trinitas angelum in specie[r] columbae ostendit, quia ipse eandem Trinitatem intrinsecus fixam in corde gerebat, certus sine dubio, quia neque mors neque vita neque ulla creatura posset eum separare a dilectione[s] quam habebat in Christo.

cf. Matth. 3, 16. cf. ib. 10, 16. cf. ib. 3, 17.

13[a]. Sed ut tanti viri praecedentium meritorum opinio longe lateque cresceret, qui[b] sicut civitas in monte posita latere non potuit, quadam die super

cf. Matth. 5, 14.

I. Capp. 11—13. 1. 2. 3*a. b.*

Cap. 11. a) ***numerus deest, sed caput distinctum est*** 1. b) hominum genus 3*a. b.* c) *ita* 3*a*; sue nequitie exercet *m. al. in litura* 3*b*; s. e. n. 1. 2. d) invid(ie *in litura*) 3*b.* e) *ita* 3*a. b*; a. f. 1. 2. f) Domini 3*a. b.* g) diversissimis ac 3*a.* h) *ita* 3*a. b*; i. n. 1. 2. i) que 3*b*; *om.* 3*a.* k) repleverunt. B. 3*a. b.* l) gest. ei f. i. volu:rum *(ras.* h?*)* et s. d. gen. 3*a.* m) serpentum (3*b*). n) antiqum 1. o) desiit 2. (3*a*). p) Ut 1. q) eorum 3*b.* r) *om.* 3*a. b (ubi m. al. post* ingerere *add.).* s) Dei 2. t) Deo 3*a.* u) m. D. 3*b.* v) quae 3*a.* w) dignanter 3*b.* x) sibi *postea add.* 2; e. s. sibi praedicatum fuisse 3*a. b.*

Cap. 12. a) Domini 2; *om.* 3*a.* b) *in litura* 3*b.* c) Domini 3*a.* d) *ita* 3*a*; r. s. flagrantia 3*b*; r. f. s. 1. 2. e) detur 3*b.* f) pacis, *m. al. superscr.* vel lucis 2. g) in sp. *m. al. add.* 3*b.* h) *ita* 3*a. b*; c. s. 1. 2. i) et 3*a*; *om.* 3*b.* k) (astuti *m. al. in litura*)am 3*b.* l) deserebat 3*a. b.* m) *m. al. superscr.* vel cogitationibus 2. n) (s. *om.*) redemptori 3*a. b.* o) *ita* 3*a. b*; I. f. 1. 2. p) *om.* 3*a. b.* q) *deinde circa* 8 *litt. ras.* 3*b.* r) c. sp. 1. s) Dei *add.* 3*a. b.*

Cap. 13. a) *om., sed caput distinctum est* 1. b) *ita* 1. 3*a. b*; qui(a *al. ut videtur m. add.*) 2.

1) *Cf. Gregorii M. Dial. IV,* 14: tanta illic fragrantia odoris aspersa est, ut omnes — — inaestimabili suavitate replerentur.

se vexillum[a] sanctae crucis de[b] caelo descendisse vidit, ut tanto ei fides[c] de remuneratione augeretur, quanto magis ac[d] magis caelestibus optutibus[e] dignus foret; et tanto securior aperiret[f] pulsanti Domino ostium, quanto cognovisset indicia sibi certa fuisse a Domino ostensa. Sed vir Domini nihil dubitans, nihil[g] hesitans, cum ineffabili[h] gaudio dissolvi concupivit et ad[i] Christum pergere. Illud tamen indesinenter aiebat: 'Domine, non mea voluntas, sed tua fiat'. Audenter inquio: Licet ei ratio temporis non praestaret[k] martyrium, gloria tamen martyris non carebit; quia voto atque virtute potuit esse martyr et[l] voluit. In semet ipso vero sponte[m] omnes poenas atque supplicia suscepit, quibus plerumque humana cedit infirmitas, et a confessione[n] Domini non recessit, immobilis perseverans in opere mandatorum Domini, ita ut ulceribus congaudens et cruciatibus, quelibet inter tormenta rideret. Sed quanquam gladio[o] persequutoris minime truncaretur, implevit[p] tamen sine cruore martirium. Quas ille pro spe aeternitatis humanorum[q] dolorum non pertulit passiones[r] fame[s], vigiliis, nuditate, ieiuniis, opprobriis[t] invidorum, insectationibus improborum, cura infirmantium, sollicitudine periclitantium[s]? Quo enim ille[u] dolente non doluit, quo scandalizante[v] non ustus est, quo pereunte non gemuit? praeter cotidiana illius adversum humanae spiritualisque[w] nequitiae diversa certamina, dum in eo variis temptationibus[x] appetito exuberat[y] fortitudo vincendi, patientia expectandi[z] et aequanimitas sustinendi[a], veluti Domino sibi ingeminante[b] semper: 'Gaude et exulta, quoniam merces tua copiosa est in caelis[c]'.

cf. Matth. 7,7. — cf. Luc. 22,42. — Sulp. Sev. epist. 2, 9. — ib. 2, 11–13. — cf. Matth. 5, 12.

14. Operae praetium est et illud inserere lectioni[a] huic, qualiter beatus vir Allowinus, qui ex ortu nativitatis suae a dilectione vocatus est Bavo, de hac luce migraverit[b]. Igitur sanctissimus atque religiosissimus vir Domini Bavo post confessionem[c] penitentiae, quam a beato Amando pontifice perceperat, annis[d] tribus praeter quadraginta dierum abstinentiam quam[e] explevit, Domino annuente, sagaci studio mirificoque[f] effectu in hoc saeculo propter regnum caelorum[g] militavit. Plenus namque virtutibus et sanctitate intellexit vir[h] Deo plenus ultimum sibi appropinquare diem. Qua de re nuntiavit abbati et fratribus sui monasterii dissolutionem[i] sui corporis imminere ac quendam presbiterum[k] fidelem longe a se positum nomine Domlinum[l] evocari voluit[m] Turholtensis[n, 1] monasterii, quia[o] cupiebat eius perfrui colloquiis. Multum namque itineris erat[p] spatium atque vastae solitudinis[q] densorum lignorum saltus occupaverat iter quod erat inter

Sulp. Sev. ep. 3, 6.

I. Cap. 13. 14. 1. 2. 3*a*. *b*.

Cap. 13. a) *ita* 3*a*. *b*; s. v. 1. 2. b) e 3*a*. c) *ita* 3*a*. *b*; de r. aug. f. 1. 2. d) *ita* 3*a*. *b*; ac m. *om*. 1. 2. e) *ita* 3*a*. *b*; d. f. o. 1. 2. f) *ita* 3*a*. *b*; p. D. o. a. 1. 2. g) nil 3*b*. h) *ita* 3*a*. *b*; g. i. 1. 2. i) *ita* 3*a*. *b*; p. ad Chr. 1. 2. k) *ita* 3*a*. *b*; m. non praestiterit 1. 2; non poterit praestare m. *Sulp*. l) ut 3*b*. m) (sp. *om*.) susc. o. p. a. s. 3*a*. *b*. n) *ita* 3*a*. *b cum Sulp.*; D. c. 1. 2. o) *ita* 3*a*. *b*; p. gl. 1. 2. p) *ita* 3*a*. *b cum Sulp.*; s. cr. t. i. m. 1. 2. q) *ita* 3*a*. *b cum Sulp.*; d. h. 1. 2. r) passione fames 3*b*. s) fame — periclitantium *om*. 2. t) *ita* 3*a*. *b cum Sulp.*; inv. o., impr. ins. 1. u) d. i. 3*a*. v) scandazante 1. w) spiritalisque 3*b*. x) certaminibus 3*b*. y) exsuperat *Sulp*. z) expact. *corr*. expect. 1. a) et *add*. 1. 2 *(sed eras.)*; v. *om*. 3*a*; s. v. *om*. 3*b*. b) *ita* 1; i. s. *m. al. corr*. s. i. 2; inquiente, *om*. semper 3*a*. *b*. c) cęlo 2.

Cap. 14. a) h. l. 3*b*. b) migravit 3*b*. c) *ita* 3*a*. *b*; p. c. 1. 2. d) annorum trium 3*a*. e) et *add*. 3*b*. f) mirifico *(e corr*. mirico 3*b)*, *om*. que 3*a*. *b*. g) Christi 3*a*. *b*. h) vir Deo pl. *om*. 3*a*. i) *ita* 3*a*. *b cum Sulp.*; c. s. d. 1. 2. k) f. pr. 2; f. *om*. 1. l) Domilinum 3*a*. *b (ubi* mi *eras.)*. m) fecit 3*a*. *b*. n) Thurolt. *m. al. corr*. Thurholt. *h. l.* 2. o) concupivit 3*a*. *b*. p) i. sp. intererat a. 3*a*. *b*. q) ac *add*. 3*a*. *b*.

1) *Thourout monasterium, unde Turholtensem pagum olim deduxerunt, quem falsa lectione ortum esse probavit C. Piot, 'Les pagi de la Belgique' p.* 37.

cellam beati viri et monasterium Turholtense, in quo presbiter[a] praefatus morabatur. Tandem[b], arcessito ministro, ad memoratum[c] presbiterum ire praecepit. At ille obedientiam non renuens et viam qua pergeret minime sciens, cepit iter agere nescius[d] sibi iniunctum. Sed, angelo Domini comitante, ad eundem pres-
5 biterum sub omni celeritate pervenit, et per vastam solitudinem rectissimo tramite utrique ad virum Dei incredibili festinatione pervenerunt. Quo viso, vir beatissimus magno repletus est gaudio eique praecepit, ut curam gereret[e] funeris sui. Cumque caelesti[f] patriae indesinenter anhelaret et a colloquiis divinis non cessaret, oculis ac manibus in caelum semper intentus, invictum ab oratione spiritum (Sulp. Sev. ep. 3, 14.)
10 non relaxaret[g], corpore et sanguine redemptoris nostri se muniens, sanctam animam carne solutam[1] die primo[h] mensis Octobris[2] reddidit[i] omnipotenti Domino, (Oct. 1.) poli aula cum ineffabili triumpho exceptus. Statimque virgini beatissimae Gertrudi[k, 3] cum aliis virginibus secum commorantibus longe[l] a se positis spiritus ipsius apparens[m], iubet sibi vestimenta mitti ad sepeliendum corpus suum; quod
15 et[n] factum est.

15. Cumque funeris illius officium expleretur, mulier quaedam, quae multo iam tempore a daemonio vexabatur, glebam[4] sancti viri tetigit[a], et statim sana[b] facta est.

16. Alius namque[a] freneticus male a daemonio vexabatur. Qui ut pervenit
20 ad viri Dei sepulchrum, Domino annuente pristinam recepit sanitatem, acsi nullam (V. Amandi c. 25.) antiqui hostis pertulisset lesionem[b]. Multa[c] quidem et alia sunt quae per eum Do- (ib. c. 26.) minus operari dignatus est, quae nobis incognita[d] sunt et[e] Deo nota. Quod si omnia quae de eius gestis[f] comperimus vellemus[g] persequi[h], dies, ut opinor ante quam sermo cessaret[i]. Pauca e pluribus dixisse sufficiat, ne studiosis (V. Arnulfi c. 30.)
25 lectoribus et ad alia festinantibus[k] fastidium ingerere videamur. Sepultus namque (V. Amandi l. l.) est vir Dei cum magnifico honore in loco qui dicitur Gandavum[l] castrum, cuius nunc cenobium aperte vocatur Ganda. Ubi multa fidelibus[m] praestantur orationum (V. Geretr. c. 7. V. Amandi l. l.) eius beneficia, et laudatur[n] ab omnibus nomen domini[o] Iesu Christi; cui est cum aeterno[p] Patre[q] et[r] Spiritu sancto virtus[s], honor, gloria et[t] imperium, laus et potestas[u]
30 per infinita[v] saecula saeculorum. Amen[w].

I. Capp. 14—16. 1. 2. 3*a. b.*

Cap. 14. a) *ita* 3*a. b*; praef. m. presb. 1. 2. b) *ita* 1; Tandem accersito 2; Tandemque accersito 3*a. b.* c) *ita* 3*a. b;* pr. m. 1. 2. d) perficere volens officium *add.* 2 *cum Mab.* e) *ita* 3*a. b*; f. s. g. 1. 2. f) Cumque ad caelestem patriam 3*a. b.* g) *ita* 1. 2; mutaret 3*a. b*; relaxabat *Sulp.* h) *om.* 3*a. b.*
35 i) *om.* 1; D. omnipo : : : : : pol : : : | la *(i. e.* omnipotenti poli aula, *om.* redd.*) corr.* D. o. r. in p. a. 2. k) Gherdrudi 3*b.* l) longius 3*a. b.* m) *m. al. suppl.* 3*b*; *om.* 3*a.* n) ita 3*a.*

Cap. 15. a) tegit *pr. m.* 3*b.* b) *ita* 3*a. b*; f. est s. 1. 2.

Cap. 16. a) quoque 2. b) (lesionem mul *m. al. in litura*)ta 3*b.* c) *caput h. l. distinctum est* 2. d) s. i. 3*a.* e) sed 3*a.* f) virtutibus 3*a. b.* g) velimus 3*a.* h) *corr.* prosequi 2.
40 i) *ita* 1. 2; cessabit *V. Amandi;* finiretur 3*b*; finietur 3*a.* k) properantibus 3*a. b.* l) Gandivum 3*a.* m) fidelium 1. n) ibi *add.* 3*a. b.* o) nostri *postea add.* 2. p) coeterno 2. q) una *add.* 1. 2. r) *om.* 3*b.* s) *om.* 3*a.* t) et — potestas *om.* 3*a.* u) *m. al. in litura* 1. v) per aeterna s. (saeculorum *om.*) 3*a.* w) *subscr.* Explicit vita sancti Bavonis confessoris 2; *Mir. Bavonis sequuntur* 1. 2.

1) *Cf. Gregorii M. Dialog. III,* 1 *et IV,* 14: sancta illa anima carne soluta est.
45 2) *Annum Theodericus § 42 (AA. SS. l. l. p.* 251*) ita definivit:* gloriosa assumpcio Kalendarum Octobrium die primo, anno a conversione sua quadraginta dies minus de tercio, dominicae incarnacionis sexcentesimo tricesimo primo, Heraclio Romanum imperium, Martino universalem amministrante pontificatum. 3) *Consobrinus ipsius Bavo ab Othelboldo appellatus est; cf. 'N. Arch.' VIII, p.* 370. 4) *I. e. corpus. Perierus.*

II.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITAM SANCTI BAVONIS[b].

Postquam Dominus et salvator noster vineam — —

Sed quia stultum est ante historiam effluere, obtrectancium, quos nullos futuros non putamus, meras nenias[c] et caninam facundiam non curamus magnopere, adversus quos nos[d] facile tuebuntur et fratrum[1] quorum me, ut haec auderem, coegit imperiosa auctoritas et semper imperterrita obediencialis caritas. — — — — utile locutus sit.

INCIPIT[a] VITA SANCTI BAVONIS CONFESSORIS.

Gloriosus Dei athleta Allowinus cognomento Bavo ante saecularia tempora praeelectus et praedestinatus a Deo, Francorum principum genus et Austrasiorum ducum heres, Gallia Belgica pago Hasbaniensi[b] loco haud obscuro natus et alitus est, Pelagio, qui beato Gregorio praesedit[c], universalem pontificatum amministrante, Iustino minore in sceptris agente, Franciae monarchiam Clodoveo gubernante. Pater eius Filolfus, mater Adeltrudis dicta est. — — —

Quis enim siccis oculis pertranseat regna — signum desolacionis — in se divisa, populorum quasi maris commociones, lapidum[d] sanctuarii in capite omnium platearum dispersiones[e]? Dispersi sunt heu! lapides sanctuarii, quia qui dicebantur episcopi, confractis et venumdatis ovilibus Christi, commissas oves opposuerunt lupis et in fugam[f] versi sunt, non pastores sed mercenarii. (cf. Ioh. 10, 12.) In exemplum sunt ecclesiae manu eorum combustae, altaria sanguine humano cruentata, monachorum examina, pars captivata, pars proturbata[g], ius et lex, omnia confusa. Et quia quorundam hominum peccata manifesta sunt, praecedencia ad iudicium, cum inebriati fuerint[h] sanguine aliorum, laqueos alterutrum[i] tendunt; (cf. ib. 2, 10.) in[k] invicem, quod vel dictu nefas[l] est, episcopi supplantant et supplantantur, captivant et captivantur, ut liquido pateat, quia suorummet manibus ira Dei desaeviens in reos ulciscitur. Ipsa Romanae dignitatis virgo praevaricata abiit retro et in diebus nostris fractae sunt mammae pubertatis[m] eius. (cf. Ezech. 23, 3.) Non est dux neque sacerdos neque locus sacrificii, Iherusalem calcatur a gentibus, (cf. Luc. 21, 24.) quia, qui faciat bonum, est nullus. Miseri Israhelitae, in quorum comparatione Nabugodonosor servus Dei scribitur[n]! (Hier. ep. 60, 17.) Quibus autem inter tot mala vix aut nullo modo vivere licet, quoniam dicere aut scribere aliquid libet? Quod solum restat, sanctos Dei patres[o] et patronos nobis paremus, quorum felici remigio mare huius saeculi enavigemus, et qui pro reatu iam mergimur, ex beneficio omnipotentis manus relevemur, quae verbo ventos sedare (cf. Matth. 8, 26.) et tranquillitatem nutu potest imperare. Ad quod obtinendum beatus Bavo medius constituatur: Bavo in corde, Bavo semper sit[p] in ore; ipse defensor et patronus, ipse apud omnipotentem iudicem intercessor sit continuus, qui me haec cum devocione scribentem, te, christiane, intueatur cum fide legentem[2].

II. Prolog. et Vita. 1. 2.

Prolog. a) *om.* 2. b) confessoris *add.* 2. c) nennias 1. d) nō 2.

Vita. a) *om.* 2. b) Hasp. 1. c) *ita* 2; praesidet 1. d) lapides 1. e) dispersiciones 1. f) fusam 1. g) perturbata 2. h) a *add.* 2. i) alterum 1. k) *om.* 1. l) nephas 2. m) ubertatis 1. n) scribit 1. o) preces 1 (?). p) B. sparsit 1 (?).

1) *Scilicet Gandavensium.* 2) *Sulpicii Severi epist.* 3, 21: Illinc nos, ut spero, custodiens, me haec scribentem respicit, te legentem.

VITA DESIDERII CADURCAE URBIS EPISCOPI.

Desiderius e sodalibus iunioribus contubernii illius aulici Chlothario regnante florentis, ex quo optimi aevi illius episcopi exorti sunt, unde iterum iterumque ad illud revertamur necesse est, origine Aquitanus, in territorio Albigensium[1] *possessiones paternas habebat, sed solum natale Obrege ei attribuitur*[2] *oppidum fere ignotum, in confinio Narbonensis provinciae situm. In palatio Chlotharii regis a pueritia enutritus*[3], *cui summa rerum per totam Galliam a.* 613. *obvenerat, cursum honorum transcurrebat nobilium Francorum atque etiam fratres eius Rusticus et Syagrius comitatui principis adscripti erant*[4]. *Hi ante eum palatio relicto magistratum adepti sunt alter ecclesiasticum, alter publicum. Rusticus ordinem ecclesiasticum eligens ecclesiae Cadurcae postremo episcopus creatus est, qui in actis conciliorum a.* 626/7. *affertur, decessor vero eius a.* 614[5]. *Syagrius post diutina et familiaria regis contubernia comes Albigensis constitutus est atque etiam praefectura Massiliae eidem attribuitur*[6]. *Desiderius autem in comitatu permansit summa fide honoratus; rex enim thesauros suos opulentissimos summamque palatii supellectilem ei commisit, ut illata reconderet, debita vero voluntate domini sui solveret*[7]. *Thesaurarius igitur regis annis iuvenilibus constitutus inter optimates*[8] *iam enumerabatur. Dagobertus, postquam Austrasiam septentrionalem a.* 623. *regendam suscepit, toti regno in locum patris a.* 629. *ex. succedens, Chairiberto fratri res novas molienti provinciae Aquitaniae partem, scilicet cum alios pagos tum Cadurcinum, tradidit, quantum ad vitam privatam degendam sufficere ei potuisset*[9], *qui tribus annis post mortuus est*[10]. *Apud Dagobertum Desiderius adolescens eundem atque apud patrem honorem obtinebat, intima cum eo coniunctus familiaritate. Tradunt autem Syagrio defuncto etiam praefecturam Massiliensem ipsi a.* 629. *commissam esse, ita ut iam utroque munere functus esset et thesaurarii in aula et hoc Massiliae*[11]. *De thesaurario quidem dubitari nequit, nam Dagobertus ipse eum ita appellavit in epistulis illis ante ordinationem eius datis*[12]; *de magistratu vero Massiliensi ibi altum est silentium, unde vereor, ne falso ei imputatus sit splendoris causa. Huc accedit, quod qui provinciam Massiliensem tunc gubernabat Philippus patricius nobis bene cognitus est. Eum enim Bertegyselus abbas, qui coenobio*

1) *V. Desiderii c.* 35. 2) *Vide ib. c.* 1. *et ea quae ad hunc locum adnotavi.* 3) *Cf. epistulas Desiderii ad Abbonem ep. Mettensem (I,* 9*) et Abbonis ad illum (II,* 13*), ed. W. Arndt, MG. Ep. III, p.* 193 *sqq. De nutritis v. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 108[3] *sqq.; E. Vacandard, 'La Scola du palais Mérovingien' ('Revue des questions hist.'* 1897, *tom.* 61, *p.* 498*).* 4) *Ep. I,* 10. 5) *Concilia ed. Maassen I, p.* 201. 191. 6) *V. Desiderii c.* 1. 2. 7) *Ib. c.* 5. 8) *'Desiderio optimate' litteras inscripsit Verus ep. Rutenus, nepotes ei commendans (Ep. III,* 213*).* 9) *Fredeg. IV,* 57. 10) *Ib. c.* 67. 11) *V. Desiderii c.* 7. 12) *Ib. c.* 13. 14.

S. Victoris Massiliensi praefuisse videtur[1], *propter ministeriales retentos apud regem accusavit, Desiderio thesaurario inter a.* 629. *ex. et* 630. *Apr. epistulam scribens, ut legato suo in placito regio assisteret, atque de pueris interrogans ad opera dominica per eundem requisitis, quomodo regi satisfecissent. Desiderius igitur tunc in aula versatus et abbati cuidam contra patricium assistere rogatus praefecturam Massiliensem gessisse nequit*[2]; *palatino potius ministerio functus ad opera dominica pueros conscripsit, scilicet eos qui ad servitium regium accommodandi erant*[3]. *Attamen eum tot annos continuos in aula constitisse neque interdum abfuisse vix verisimile est atque ex ea quam ad Sallustium episcopum Agennensem (I,* 1*) dedit epistula intellegitur, reversum eum ab optimatibus et principibus ea amicitia receptum esse, qua antea inter se coniuncti essent, atque ad Flavadum inprimis se applicuisse, eundem sine dubio, qui maior domus Burgundiae a.* 642. *creatus est.*

Inter illecebras aulae degenti filio Herchenefreda mater sollicita consilia salubria dare non deficiebat[4], *ut conversationi bonae studeret malaque opera neque ipse faceret neque approbaret, ut regi fidelis esset et contubernales diligeret. Species quae in palatio ei necessariae essent mittere parata erat, ubi primum sibi indicatae essent. Interim alterum quoque filium deflebat Rusticum episcopum, qui a perfidis ecclesiae propriae incolis interfectus patrem fratremque secutus est morte ereptos. Orbata mater filium qui sibi solus iam supererat Desiderium implorabat, ut causam persequeretur, isque quam apud regem habebat auctoritatem totam interposuisse videtur, nam terribilibus praeceptis promulgatis in reos animadversum est, qui alii exilio damnati, alii perpetuae servituti addicti, alii truncati, alii interempti sunt*[5].

Quanta sollicitudine Herchenefreda commota esset, ne Desiderius fratrum solaciis perditis se ipsum perderet animaeque periculum in conversatione aulica faceret votaque ea ad irritum redigeret, quae Deo olim pro eo spoponderat[6], *ex epistula*[7] *intellegitur ad ipsum tunc data. Interim nuntiatum est episcopum urbis Cadurcae eum loco fratris defuncti electum esse, ita ut curis iam omnibus mater liberata esset. Chlotharius II.*

1) *Nescio qua de causa Cadurcum eum habuerit Mabillonius, Ann. ord. S. Benedicti I, p.* 358. 2) *Epistula II,* 2, *cum V. Desiderii c.* 7. *conciliari non potest, unde huius auctoritatem abiciendam esse censeo. E contrario F. Kiener, 'Verfassungsgeschichte der Provence'* (1900) *p.* 256, *biographo fidem attribuens Syagrium Desideriumque praefectis Massiliensibus inseruit, Philippo patricio seposito. Neque de vicedominis, quos sub patricio officio functos esse voluit, cum eo convenio. Chartam enim S. Victoris Massiliensem (Guérard, 'Cartulaire de S. Victor de Marseille' I, p.* 43—46), *ex qua unum eruisse sibi visus est, parum intellexit atque ex uno plures colligens fundamento omni sese privare videtur. Litigabatur autem inter monasterium S. Victoris Massiliense et patricios, sicut Desiderii aevo inter Bertegyselum et Philippum, de villa quadam, quam Nemfidius patricius uxorque eius Adaltrudis illi dono dederant, patricius vero Antenor abstraxerat. Metrano et Abbo patricii eam in beneficium concesserant; concessio vero illa 'pro causa (lege 'casa', ut supra 'ad ipsam casam Dei sancte Marie vel sancto Victore Massiliense'; etiam G. Waitz, 'VG.' IV, p.* 184[2], *n.* 2, *de hoc loco dubitavit) Massiliense sanctae Mariae et sancti Victoris' ab eis facta erat, non proprio iure. Karolus enim maior domus eam monasterio restitui iusserat, pro quo ('ad partes supradictae aecclesiae') Ansemundus vicedominus Massiliensis, scilicet episcopi, ut alias, ordinante Abbone patricio eam descripsit eodemque consentiente vel cedente et tenuit et omnem censum inde recepit. Polyptychon episcopus ipse penes se habebat, cum denuo ereptam eam vindicabat regnante Karolo M. Cf. Martene et Durand, Ampl. coll. I, col.* 41; *H. Brunner, 'Forsch. z. Gesch. d. deutsch. u. franz. Rechts' p.* 69. 3) *Cf. E. Vacandard, 'Saint Ouen avant son épiscopat' ('Revue des questions historiques'* 1898, *LXIII, p.* 26). 4) *Herchenefredae epistulas tres V. Desiderii c.* 9—11. *continet.* 5) *Ib. c.* 8. 6) *Ib. c.* 10. 7) *Ib. c.* 11.

edicto[1] sanxerat, ut episcopus de palatio non eligeretur, nisi qui merito personae et doctrinae commendaretur. Re vera mores optimi in Desiderio reperiebantur, qui quamvis ex optimatibus esset, tamen religionis cultu et conversatione sacerdotali aut monastica a pueritia eminuerit. Episcopi[2] autem a civibus et clericis, inter quos abbates, scilicet archidiaconus cum aliis presbyteris diaconisque, principatum tenebant, tunc eligebantur atque consentiente rege a metropolitano ordinabantur. Praecesserat igitur civium abbatumque consensus atque suggestione[3] tradita a rege postulabant, ut episcopus ille sibi instituetur. Dagobertus licet virum palatio suo necessarium aegre dimitteret, tamen et ipse consensum dedit, cum thesaurario suo dignior episcopus reperiri nequiret. Itaque episcopis, ducibus, cuncto populo intra Galliarum fines constituto a. VIII. regni sui, i. e. 630. p. Chr., die 8. Aprilis, scilicet ipso die paschali, praeceptum[4] dedit, decernens, ut acclamante clero populoque in urbe Cadurca ille consecraretur et pontificali benedictione sublimaretur. Eam autem curam Sulpicio episcopo Biturigo[5] commisit, a quo comprovinciales convocandi erant, ut et illis et rege ipso praesentibus Desiderius sancta paschali sollemnitate canonice ordinaretur[6]. Ceterum cum Chairiberto pagus Cadurcus tunc commissus esset, non liquet, quo iure[7] Dagobertus rex de episcopo ordinando ibi statuere potuerit, nisi conieceris summam potestatem ab ipso sibi reservatam esse, atque duplicem Chairiberti condicionem et regiam et privatam recte distinxisse videtur Felix Dahn[8].

Cum rege comitatuque Desiderio omnes erant amicitiae necessitudines neque ad Cadurcos suos abiens eas deseruit, sed potius pro ecclesia sibi commissa excoluit, cumque lites ecclesiasticae in aula tunc diiudicarentur, per litteras missosque diligenter eis utebatur, ita ut patronum potentiorem populus vix nancisci potuisset. Si actio ecclesiae suae in aula instituta erat, non solum ad regem, sed etiam ad totam cohortem eius, inprimis maiorem domus, scripsit, ut saluti Cadurcorum prospicerent. Ea de causa Dagobertum frequenter adiit, 'recordationem contubernii et dulcedinem auspicatae pubertatis' renovans, eumque admonere ausus est, ut causa sollertissime deliberata in eam sententiam discederet, quo iustitiam vergere perspexisset[9], nimirum in Cadurcos suos. Post regis mortem a. 639. Sigibertus filius in patroni locum cooptabatur, ut quos ille pie enutrivisset, rigor ipsius aequo animo ferret[10], neque spem fefellit optimam, nam muneribus acceptis diligenter ad effectum perduxit quae sibi iniuncta erant mandata, dignumque episcopum iudicavit, quem de rebus publicis certiorem faceret, scilicet patriae gentes pacifico ordine sibi oboedire, barbaras etiam pacatissimas esse[11]. Potentissimos illos viros, quorum consilio Dagobertus potissimum usus erat, Pippinum scilicet maiorem domus et Arnulfum episcopum Mettensem, Desiderius valde venerabatur gratiamque apud eos iniit atque iis defunctis iterum filios eodem modo ambivit, ut ecclesiae suae negotia eo facilius interventu eorum expedire posset. Ea Grimoaldo commendavit maiori domus a. 643. confirmato, petens, ut genitoris gratiam erga se conservaret; pro iisdem apud Chlodulfum laboravit, Arnulfi patris eius memoriam celebrans, ne benedictionum ipsius oblivisceretur neve S. Stephani Cadurcorum patroni[12]. E sodalibus, qui post conversationem aulicam episcopi creati idem atque ipse curriculum vitae confecerant, Abbo Arnulfi successor

1) MG., Capitularia I, p. 20. 2) De electione Desiderii v. E. Vacandard, 'Les élections épiscopales sous les Mérovingiens' ('Revue des questions historiques' 1898, LXIII, p. 369 sqq.). 3) V. Desiderii c. 12. 4) Ib. c. 13. Cf. dissertationem quam inscripsi 'Zur Chronologie der Merowingischen Könige' ('Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXII, p. 467). 5) Supra p. 364. 6) Indiculum regis ad Sulpicium V. Desiderii c. 14. continet. 7) De hac difficultate disputaverunt H. Valesius, Res Franc. III, p. 143; Pagi, Critica a. 629, n. 9; Vaissete, 'Hist. général de Languedoc' II, p. 164 [2] sqq.; G. Schnürer, 'Die Verfasser der sog. Fredegar-Chronik' (1900) p. 101. 8) 'Könige d. Germ.' VII, 3, p. 457 sqq. 9) Ep. I, 5. 10) Ib. I, 3. 4. 11) Ib. II, 9. 12) Ib. I, 6. 8.

sedem Mettensem nactus S. Stephani rebus item prodesse poterat, temporis fortasse recordatus illius, 'quo sub saeculi habitu in contubernio serenissimi Chlotharii principis mutuis solebant se relevare fabellis' [1]. *Dado Rotomagensis, Eligius Noviomensis ecclesiae episcopi in 'ipso flore primaevae iuventutis' ad ipsius familiaritatem se applicuerant, cumque collegio illi in aula terreni principis olim condito fratres eius erepti essent Syagrius et Rusticus, 'venerabilem' Paulum Virdunensem 'nec minus praedicabilem' Sulpicium Biturigum pro his habebant, scilicet sodales aetate maiores* [2]. *E quibus post longam corporis disiunctionem illum Cadurcis apud se videre exoptabat invitatumque admonebat, ne viae longitudine terreretur* [3]; *per eundem de itinere regis certior factus est, ubi nativitatem dominicam celebrasset quove deinde vertisset* [4]. *Ipse iter quoddam c. a.* 639. *suscipiens Sigibertum regem libenter vidisset, nisi difficultatibus impeditus esset* [5]. *Usque ad Treverorum urbem profectus a Modoaldo episcopo multa bona expertus erat impensas superfluas variasque necessitates praestante* [6]; *Chlodulfus quoque laboribus confecto subvenerat* [7] *et Chaenulfus, nescio an comes Meldensis* [8], *ubi ipsum expectare deberet, interrogaverat* [9].

Sodales quibuscum in aula regia conversatus erat Scottorum sectae adhaerebant, cui Arnulfus quoque cum Grimoaldo totaque domus eorum dediti erant, iisdemque praeceptis procul dubio et ipse a pueritia imbutus est, cuius conversatio monastica aut sacerdotalis celebraretur, licet ordini ecclesiastico nondum adscriptus esset. Episcopus creatus instituta coenobialia in civitate sua iam latius propagare nitebatur. Sub Cadurcae urbis moenibus monasterium construere coepit [10], *perfectaque basilica ad dedicationem cum alios episcopos, tum Paulum Virdunensem* [11] *amicum suum et fortasse Abbonem Mettensem* [12] *invitavit, quam sollemnitatem summo apparatu cum hospitibus suis peragere cogitabat. Dedicabat autem monasterium in honorem sancti Amantii, quod postea ipsius conditoris nomen assumpsit, vulgo S. Géry* [13]. *Eius gratia Lupo abbate ad Sigibertum profecto utebatur, litteris* [14] *ad Grimoaldum maiorem domus datis, ut illum ad regem introduceret resque monasterii sibi commendatas haberet. Cum Grimoaldus a.* 643. *occiso aemulo maior domus confirmatus sit* [15], *postea id contigisse oportet. Daddivum abbatem post Ursicinum monachis praepositum esse auctor est biographus* [16]. *Etiam virginum monasterium curae Desiderii commissum erat, sicut ex epistula* [17] *eius commonitoria ad Aspasiam abbatissam intellegitur. Denique celeberrimi S. Petri monasterii Musciacensis fundamenta ipso sedente ab Anseberto et Leuthadio* [18] *in eius dioecesi iacta sunt, quorum alter a.* 679. *abbatis officium gerebat.*

Ad aedificia et sacra et profana construenda summum studium contulisse dicitur, ita ut magna eorum pars ad ipsius industriam saeculo IX. referretur. Basilicae urbanae

1) *Ep. I,* 9. 2) *Ib. I,* 10 *(Desiderii ad Dadonem), II,* 6 *(Eligii ad Desiderium).* 3) *Ib. I,* 11 *(Desiderii ad Paulum).* 4) *Ib. II,* 12. 5) *Ib. I,* 4. 6) *Ib. I,* 7. 7) *Ib. I,* 8. 8) *V. supra p.* 27. 9) *Ep. II,* 14. 10) *V. Desiderii c.* 20. 11) *Ep. I,* 11. 12) *Ib. I,* 9. 13) *Nomen vulgare ex forma contracta* Dierius *pendet; cf. E. Cabié, 'Rapports de saint Didier évêque de Cahors et de saint Didier évêque d'Auxerre avec l'Albigeois' ('Annales du Midi', Tolosae* 1894, *p.* 407*). S. Amantii monasterium in pago Cadurco situm, ubi Nectaria mater Desiderii episcopi Autissiodorensis sepulta erat (Gesta ep. Autissiod., Migne, Patr. lat. CXXXVIII, p.* 239*), unius e sociis concilii Parisiensis a.* 614 *(Conc. ed. Maassen I, p.* 191*), cum abbatia diruta quae Coronzac appellatur convenire statuit G. Lacoste, 'Hist. générale de la province de Quercy publiée par les soins de Combarieu et Cangardel', Cadurcis* 1883, *I, p.* 205. *Certe diversum est a Desideriano atque satis temere statutum est, hoc diu ante ipsum conditorem extitisse, qui illud instaurasset, non condidisset. Neque enim de eius verbis dubitari licet neque mirabile est in honorem S. Amantii episcopi Ruteni in dioecesi vicina duo aut plura monasteria constructa esse.* 14) *Ep. I,* 2. 15) *Fredeg. IV,* 88. 16) *V. Desiderii c.* 20. 17) *Ep. I,* 14. 18) *V. Desiderii c.* 23.

et suburbanae ei attribuuntur hae: basilica S. Mariae[1] in suburbio sita, cui Claudium abbatem, scilicet clericum seniorem, praefecerat, eundem quem ad Modoaldum episcopum cum munusculis misit ex itinere domum reversus[2], S. Petri[3] ultra Oltem amnem aedificata ibi, ubi Rusticus frater interemptus erat, S. Iuliani extra urbem in valle sita, quam cum rebus aliis monasterio suo dono dedisse fertur. His adde oraculum elegans S. Martino dicatum. Aliae complures ecclesiae in territorio Cadurco aut in vicina Albigensi dioecesi constructae sunt[1]. Vasa sacra reliquumque ministerii ecclesiastici apparatum copiosissime praestitit[4]. Etiam palatii episcopalis origines ad eundem referuntur, nam domos geminas[3] prope ecclesiam S. Stephani seniorem aedificasse fertur clero urbano multo post profuturas. Neque praesidium urbis neglegens moenia[5], castella, turres, portas[6] aut extruxit aut reparavit totamque eam munitionibus saepiendam curavit. Aedificia autem eius omnia forma lapidum maiore hodieque facile discernuntur, nam more antiquorum quadris magnis dedolatisque utebatur[7].

Disciplinam ecclesiasticam in subditos fortiter exercens clericos paenitentiae causa in Hispaniam peregrinaturos misisse videtur. Dructulfo clerico[8] ex itinere illo redeunti Auiulfus episcopus[9] apud ipsum deprecator defensorque aderat, ut culpas tunc tandem remitteret. Alter Antedius presbyter 'pro rationabili peregrinatione' illuc abiturus litteris commendabatur ad agentes publicos ecclesiasticosque datis[10]. Litigia inter episcopos orta per Sulpicium patriarcham Biturigum componi voluit[11], suamque quam cum Vero episcopo Ruteno habebat controversiam ad illum detulit[12]. Apud Felicem episcopum accusatus litteris offendebatur probrosis, sed clandestinis consiliis male suadentium causam attribuere maluit quam scriptori, respondensque[13] adversarii superioris iudicio humiliter se subdidit; illum autem sermonis quo usus erat inculti et impoliti mox paenitebat[14]. Episcopi nonnulli[15] possessiones suas in dioecesi Cadurca sitas Desiderio defendendas commiserunt, cui etiam ministros commendabant ad censum exigendum illuc missos.

Desiderius a Vulfoleudo episcopo Biturigo ad synodum Kal. Sept. in regno Sigiberti celebrandam evocatus, sed a rege per indiculum impeditus est, quippe qui aegre ferret se de contione sacerdotum dicioni suae subiectorum certiorem factum non esse[16]. Quibus synodis ille praeterea interfuerit, deficientibus actis non constat.

Saluti publicae consulens, deficiente fonte, qui aquam urbi praebebat, cum tantam egestatem cives passi essent, ut vel longinquos adversa eorum fortuna non lateret, aquaeductus instituendi consilium cepit, utque subterraneo officio per tubos ligneos aquam in urbem duceret, artifices peritos a Caesario episcopo Arverno petiit[17]. Pestilentia Massiliae exorta totam Provinciam depopulari indeque in regiones vicinas invadere solebat. Ad

1) V. Desiderii c. 20. 2) Ep. I, 7. 3) V. Desiderii c. 16. 4) Ib. c. 17. 34. 54. 5) Ib. c. 16. 31. 6) Ib. c. 17. 7) Ib. c. 31. 8) Ep. II, 3. Culpam editor ad Auiulfum rettulit non recte. 9) 'Peccatoris' nomen, quod Auiulfus sibi ipse attribuit, ad episcopos designandos in epistulis illis adhibitum est (cf. 'Hist. lit. de la France' III, p. 582), ideoque munus eius episcopale falso negavit L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' I, p. 218 n. Neque vero verisimile est eum fuisse Ailulfum episcopum Valentinensem, cuius a. 642. meminit Fredeg. IV, 90. 10) Ep. II, 8. Cf. Lacoste l. l. I, p. 226. 11) Ep. I, 12. 12) Ep. II, 5. 16. V. supra p. 365. 13) Ep. I, 15. in codice unico haec praescripta sunt: Item epistula domni Desiderii ad Felicem Narbonae urbis episcopum, sed inter episcopos Narbonenses Felicis nomen non reperitur. Felicem Lemovicensem, cuius biographus Eligii meminit, intellegi maluit Cointius, cum Narbona urbs Wisigothis tunc subiecta esset neque necessitudo ulla cum Cadurca intercessisset; cf. Lacoste l. l. I, p. 237. 14) Ep. II, 21. 15) Ep. II, 7. Rauracii Nivernensis, II, 18. Palladii Autissiodorensis. 16) Ep. II, 17. Cf. supra p. 365. 17) Ib. I, 13.

eam reprimendam episcopi finitimi de diversis praesidiis inter se conveniebant, custodiis per loca contigua dispositis, civesque Cadurci monente Gallo Caesarii successore a nundinis Desiderio prohibendi erant, ne ex Rutenico vel vicinis urbibus cladem domum transferrent[1].

Nobiles utriusque sexus re familiari abundantes mediocresque laborante Desiderio quotquot habebant villas, praedia, fundos ecclesiae Cadurcae monasteriisque contulerunt, e quibus cum alii tum Bobila, filia Agileni, uxor Severi, liberalitate eminebat[2]. *Matrona illa illustris monasterio Amantii a Desiderio constructo, in cuius basilica sepultum iri voluit, quattuor villas dono dedit, scilicet Villare, Bassiacum, Wistrilingium, Mauringum neque ornamenta pannosque praetermisit cultui divino necessaria. Tot beneficiis commotus episcopus causas eiusdem velut proprias amicis suis defendendas commisit, scilicet et Paulo episcopo Virdunensi*[3], *decem doliis vini elegantissimi missis loco unius, quod poposcerat, et Abboni Mettensi*[4]. *Is integra fide et promptissima voluntate laborans res quas Leva*[5] *tenuerat matronae restituendas curavit, infirmatis praeceptis regiis. Iam vero ex amico expectabat, ut ipse cum illa pro ecclesia Mettensi ageret, cui Dagobertus ad luminaria comparanda villam quandam pretio convenienti concesserat, quam Agilenus Vero episcopo Ruteno vendiderat, Severus deinde redemerat regique delegaverat. Exemplaria pactionis quae addidit per matronam confirmari voluit, Desiderii suffragium ambiens, cui in palatio enutrito bene cognitum esset, quanto magis proficeret res cum altero partiri quam solum nihil habere. Dicto illo memorabili viri rerum palatinarum peritissimi usus iurisdictionis regiae luculente illustratur.*

Hereditate parentum rem familiarem magnam Desiderius possidebat, scilicet villas praediaque in territorio Albigensi sitas, aliaque non pauca in regis aula servitioque principum meritus erat. Haec omnia testamento condito a. 16. *Sigiberti, i. e. a.* 649/650. *p. Chr., matri ecclesiae et basilicis monasteriisque civitatis suae cum aliis tum S. Amantii reliquit et villas et totam supellectilem; ea vero quae in thesauro ecclesiae reppererat integra illibataque in successorem transtulit. Ei matrique ecclesiae liberos pauperesque, scilicet matricularios, eodem testamento commendavit, ut ab iis defenderentur atque alerentur, ne absentiam ipsius sentire viderentur.*

Nativitatem Domini in territorio Albigensi, ubi praedia paterna sita erant, frequenter celebrasse videtur. Episcopus loci adventum eius valde desiderabat, invitans, ut dies festos secum transigeret, sed tenui tantum spe ducebatur eum venturum esse, qui a multis expectaretur neque pridem voto eius satisfecisset[6]. *Eodem ultimum iter suscepisse dicitur possessiones suas visitaturus, cum in ea quam S. Amantii monasterio Bobila tradiderat villa Wistrilingo nomine fato ereptus est die* 15. *Novembris. Si a.* 26. *episcopatus mors eius recte attributa esset*[7], *a.* 655. *p. Chr. efficeretur, sed de hoc calculo infra. Sepultus est in basilica monasterii quod condiderat, scilicet in dextro latere camerae*[8], *cumque alibi expirasset, translatione opus erat. Ibidem etiam Bobila pro meritis suis deposita est*[9].

Cum summis potestatibus regni Francorum cumque episcopis praestantissimis commercio epistularum coniunctus Desiderius schedas quas acceperat earumque quas ediderat exemplaria diligenter secum asservavit in archivo domestico, quod haud mediocre fuisse ex iis quae supersunt reliquiis conici licet. Habemus autem epistularum libros duos,

1) *Ep. II,* 20. 2) *V. Desiderii c.* 28. 30. 3) *Ep. II,* 11. *Pauli responsum.* 4) *Ib. II,* 13. *Abbonis responsum.* 5) *Nomen proprium (MG. Ep. III, p.* 210, 14) *perspexit Lacoste l. l. I, p.* 239. 6) *Ep. II,* 15. 7) *V. Desiderii c.* 35. 8) *Ib. c.* 20. 9) *Ib. c.* 28.

qui per codicem unicum Sangallensem[1] *ad nos pervenerunt; alter Desiderii ad diversos, scilicet ad reges, maiorem domus, episcopos, alter diversorum inprimis pontificum ad eum epistulas continet, inter quas una ipsius (II, 8) non recte collocata est. Ordinem temporum epistulae minime sequuntur, etsi ultimae utriusque libri sibi respondent Desiderii* 5 *ad Felicem (I, 15) et huius ad illum (II, 21). His documentis ad res gestas sancti describendas materiam pretiosam lucrati sumus, sed multo plura in Cadurca urbe olim superfuisse ex Vita Desiderii intellegitur. Auctor illius summa laude dignus archivo illo perlustrato chartas aliquot celeberrimas aevi Merowingici ad verbum descripsit descriptasque in librum suum admisit, quo facto ab interitu defensae sunt. Soli ipsius industriae* 10 *praeclaras illas Herchenefredae epistulas tres ad filium amore materno dictatas (c. 9—11), chartas deinde ad electionem sancti episcopalem pertinentes, scilicet praeceptum indiculumque Dagoberti (c. 13. 14), integras debemus, testamentum vero sancti vel ex parte ea quae ad supellectilem spectat (c. 34), dum alia inde deprompta, inprimis quas ille ecclesiis legaverat villas, in c. 29. 30. suis verbis biographus affert. Citavit aut expi-* 15 *lavit praeterea testamentum Syagrii et fortasse uxoris eius Bertolenae (c. 4), terribilia Dagoberti praecepta ad necem Rustici vindicandam promulgata (c. 8), litteras Desiderii consolatorias ad matrem (ib.), suggestionem civium pro episcopatu (c. 12), chartas denique traditionum (c. 28). Neque inscriptiones hominem circumspectum fugerunt vasis sacris iussu Desiderii insculptae, sed diligenter eas colligens in calce libri (c. 54)* 20 *posteris tradidit. Tanto rerum gestarum et antiquitatis studio ductus talem librum composuit, qualem in hoc litterarum genere vix similem reperies, atque propter fontes quos dixi V. Desiderii inter praestantiores semper enumeranda erit.*

Locos scripturae sacrae cumulatius neque vero satis accurate biographus citavit, atque curriculum vitae patroni sui describendum aggressus, verbis Hieronymianis quam 25 *maxime usus est, cuius epistulas*[2] *memoriae diligenter mandaverat, praeterea qui de aliis sanctis, inprimis Aquitanicis, tunc scripti erant libros sedulo evolverat, depromptisque modo huius modo illius auctoris verbis musivum contexuit, cuius lapilli singuli nunc tandem curante W. Levison v. d. maxima ex parte investigati sunt. Primordia in universum ad V. Eligii enarravit, interpositis V. Hilarii locis nonnullis, illamque* 30 *iterum iterumque revolvens multiplices Eligii virtutes sancto suo vindicavit, denique sepulturam luctumque ad eandem tabulam depinxit, dum Sulpicii Severi auctoris V. Martini verbis librum concludit (c. 56). Regum quoque Francorum historiam partim iisdem verbis descripsit atque biographus Eligii, nisi quod crudelissimam Brunichildis necem enarrans Ionae vestigia sequitur V. Columbani (c. 2) auctoris.*

35 *Ordinem temporum annis regum Francorum distinxit atque de calculo eius a Fredegario discrepante acerrima olim controversia exorta est inter P. Chiffletium et Hadrianum Valesium virum de exploranda historia Merowingica eximie meritum. Annos*

1) *Codex multis mendis inquinatus est, unde quae ex eo pendet editio Arndtiana (MG. Ep. III) locis non paucis depravata intellegi nequit; e. gr. p.* 198, 21. famulum batum op- 40 tarem] *lege* famulum [recipias commend]atum. Optarem *(cf. supra l.* 13; *p.* 207, 21*)*; *p.* 198, 28. teneatis latorem,] *lege* teneatis. Latorem; *p.* 199, 13. quodam] *lege* quondam; *p.* 204, 12. valeat efectum] *lege* valeat [ad] effectum *(cf. l. 28)*; *p.* 205, 12. tutamur] titutamus *cod.*; *lege* titubamus; *p.* 205, 25. diaconus] *lege* diacono; *p.* 208, 3. pagatismae] *lege* pacatissime; *p.* 208, 15. destinantis] *lege* destinatis; *p.* 208, 16. sollemnitates principale] *lege* 45 sollemnitas principalis; *p.* 210, 12. possem] *lege* posse; *p.* 214, 14. venus] *lege* meus *(cf. p.* 204, 16. 210, 26*)*; *p.* 214, 32. venus] *lege* meus. 2) *Inde ea deprompta sunt, quae c.* 1. *de gravitate Romana, c.* 28. *de imperio Romano dicta ex auctore antiquiore pendere manifestum erat.*

regum cum temporibus Heraclii imperatoris[1] *semel composuit, cum annis a Christo nato nusquam.*

Fratrum Desiderii historiam calculo suo ita disposuit: *p. Chr.*

c. 4.	*a.* 34. *Chlotharii Rusticus archidiaconus, Syagrius comes*	618.
c. 5.	*[a.* 46. *Chlotharii,* 7. *Dagoberti] mors Chlotharii, Dagobertus rex*	629 *ex.*
c. 7.	*Rusticus episcopus*	623.
	a. 7. *Dagoberti mors Syagrii, Desiderius praefectus Massiliensis*	629.
c. 8.	*a.* 7. *ex. et* 8. *in. Dagoberti nex Rustici, a.* 7. *aut eo amplius pontificatus*	630 *in.*

Rusticus igitur episcopatum Cadurcum tot annos tenebat, quot Dagobertus tunc regnabat, cumque ipsius a. 7. *ex. et* 8. *in. occisus sit, a.* 623. *eum episcopum creatum esse necesse est, eodem quo ille regnum auspicabatur. Biographus vero primordia episcopatus eius (c.* 7*) post mortem Chlotharii (a.* 629. *ex., c.* 5*) enarravit, ita ut anno* 623. *series temporum, sicut ipse eam constituit, omnino turbetur. Opinatus enim est Dagobertum ab obitu patris regnare eodemque tempore Rusticum sedere coepisse, ita ut septimus eius annus non anno* 629. *p. Chr., sed* 636, *initium octavi anno* 637. *in. responderet. Ille vero a.* 39. *patris rex factus erat ideoque septimum annum iam regnabat, cum Chlotharius a.* 46. *regni sui expiravit. Ab illo anno neque ab hoc Dagoberti regnum deducendum esse primus perspexit H. Valesius*[2], *idemque Rustico initium attribuendum est, si eum a.* 7. *aut eo amplius sedisse credi licet. Eodem fere errore in annis Desiderii computandis auctor deceptus est:* *p. Chr.*

c. 13.	*a.* 8. *Dagoberti* 6. *Id. Apr. Desiderius episcopus*	630, *Apr.* 8.
c. 35.	*a.* 16. *Dagoberti mors ipsius, Sigibertus rex*	639, *Ian.* 19.
c. 34.	*a.* 16. *Sigiberti Desiderii testamentum*	649/50.
c. 35.	*a.* 17. *Sigiberti Desiderii mors a.* 26. *episcopatus.*	

Desiderius si sub Dagoberto octo, sub Sigiberto septemdecim annos sedisset, sane a. 26. *episcopatus defunctus esset, cumque eum a.* 630. *p. Chr. auspicatus sit, a.* 655. *attigisset. Cum vero Sigibertus a.* 11. *patris ad regni Austrasii gubernacula accesserit*[3] *neque demum eo quo ille obiit a.* 16, *ab octavo Dagoberti anno ad* 17. *filii eius viginti potius anni enumerantur, ita ut* 21. *neque* 26. *episcopatus sui anno Desiderius obiisset annoque p. Chr. n.* 650. *neque* 655. *Errorem biographi fontemque eius iterum H. Valesius*[4] *primus detexit. Ille igitur in utroque rege eos annos neglexit, quos ante mortem patris regnaverant, totamque calculi sui infirmitatem mox omnibus patefecisset, si cum annis a Chr. n. eum composuisset. Ex tot temporum notis eae solae approbandae sunt, quas ex chartis genuinis pendere constat, annos scilicet quo sedem Cadurcam Desiderius adeptus est et fortasse quo testamentum condidit; summa autem episcopatus utriusque ex falsis regum annis ducta valde suspecta mihi videtur esse.*

Etsi personam auctor minime induit, quasi sanctum aut ministros eius novisset, tamen pro aequali passim habitus est, cum inter praestantiam, quam ex chartis genuinis collegit, indolemque propriam non satis discerneretur illaque in totum librum transferretur. Attamen vel inter antiquarios veteres non deerant, quos discrimen inter sancti auctorisque aevum non fugisset. Hadrianus enim Valesius[5] *Mabillonio*[6] *auctorem gravem et fere*

1) *V. Desiderii c.* 15: sub anno VIII. Dagoberti regis, temporibus piissimi Eracli imperatoris. 2) *H. Valesius, Observationis de annis Dagoberti I. Francorum regis adversus Pet. Fr. Chifletii Soc. I. Presb. dissertationem defensio. Parisiis* 1684, *p.* 3. 3) *Fred. IV,* 75. 4) *H. Valesius, Res Francicae III, p.* 143 *sq.* 5) *H. Valesii Observatio de annis Dagoberti I. p.* 115 *sqq.* 6) *Mabillonius, Ann. ord. S. Benedicti I, p.* 358.

aequalem ac veterrimum appellanti haec opposuit argumenta contraria, quae in universum approbavit Pagius[1]. *Primo quae de sancti sepultura dicta sunt verba*[2]*:* ubi hodiequae in Dei nomine humatus quiescit, *auctori aequali minime convenire existimat, sed recentiori, qui diu post ipsum vixerit ac scripserit. Deinde qui de sancti successoribus* 5 *haec scripsit*[3]*:* Nos vero libere fatemur, quod neque pauperes patrem neque ecclesia pastorem post eius abscessum similem ei habere potuerit, *is plurimos post ipsum ecclesiae Cadurcae episcopos fuisse concessit, unde Valesius conclusit longissime ab aevo illo eum abfuisse neque librum multis locis mendosum a scriptore vetere compositum esse. Sane inter episcopos Desiderii aequales Eparchium reclusum Ecolismensem*[4] *quinquaginta* 10 *annis ante defunctum Austasiumque abbatem Luxoviensem († 629) biographus enumeravit*[5]. *Seriem episcoporum Cadurcorum ita ordinavit, ut Ursicino Eusebium, huic Rusticum successisse statuerit*[6], *dum Mammo potius post Ursicinum sedisse videtur, quocum Desiderius episcopus Autissiodorensis agros aliquot Sanctonicos commutavit*[7]. *Cum monasterium, quod Amantio sacrum fuisse conditor ipse testatus est, 'suum'*[8] *vel* 15 *'sancti viri'*[9] *constanter appellaverit, Desiderii nomen eidem tunc fuisse, sicut postea vocabatur Saint-Géry, R. Poupardin editor doctissimus recte conclusisse mihi videtur.*

Miracula, quae sepulturae subiecta c. 39—52. *occupant, in basilica sancti et ante sepulchrum eius contigisse feruntur, uno excepto, quod ad Pompegiacum praedium spectat (c.* 50*); incipiunt vero a rebus adversis, quibus morte ipsius exultantes aut ei con-* 20 *vicia ingerentes afflicti essent. Ad aegros sanandos monachi liquorem quendam adhibebant, quem ita faciebant, ut advenientibus illis cambuttam vel baculum sancti ad caput sepulchri pendens aqua perfunderent atque tenuiter lavarent. Potus ille luridus a custode, qui etiam martyrarius vel aedituus appellatur, miseris bibendus offerebatur et praeterea oleo quo sepulchrum illuminabatur mala corporis perunguebant. Nemo est qui* 25 *non videat ad commendanda medicamenta illa, ex quibus divitiae immensae monasterio affluebant*[10], *miracula litteris mandata esse. Interim ne eo quidem tempore ii deerant, qui superstitiosa illa in dubium vocarent, et in eorum numero — incredibile dictu! — ipsius urbis Cadurcae episcopus Awarnus nomine ducebatur (c.* 43*). Sed iniuriam gravissimam vindicta mox subsecuta est. Frater eius Aregius Rutenae urbis episcopus cum* 30 *graviter aegrotasset, ex liquore illo sibi salutem expectans, reseratis vasculis, aquam repperit in vinum immutatum, haustoque eo bonam valetudinem recuperavit, cumque postea gratias acturus urbem Cadurcam adiisset, Awarno miraculum rettulit. Ille vero ut erat mente protervus, dubius permansit, donec vehementissima febre compulsus et ipse ad medelam sancti se contulit. Quod quomodo factum sit, biographus ipse acerbis his verbis* 35 *rettulit:* Diu igitur, *inquit,* maceratus saepiusque ex praefato liquore potatus, tandem torosa cervix, cothurno deposito, recuperari meruit salutem, *quae ut sunt auctoritati episcopali contraria desiderantur in codicibus* 2. 3, *desiderantur quoque in editionibus*

1) *Pagi, Critica a.* 629, *n. XI, negari non posse censuit biographum saec. VIII. med. aut forte etiam tardius degisse.* 2) *V. Desiderii c.* 20. 3) *Ib. c.* 34. 4) *SS. rer.* 40 *Meroving. III, p.* 550. 5) *V. Desiderii c.* 25. 6) *Ib. c.* 7. 7) *Gesta ep. Autissiod. (Migne, Patr. lat.* 138, *col.* 239*). Mammonem Ursicino coadiutorem adiungunt Galliae christ. auctores (*1870*) I, col.* 120, *quasi tempore interdicti quod episcopus subierat munia ipsius fecisset; at ipsum eundem fuisse atque Eusebium, qui dionymus vocatus esset Eusebius qui et Mammo, statuit L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II, p.* 46. *Duplici igitur* 45 *modo miser fastis rasus est, id quod probare nequeo.* 8) *E. gr. V. Desiderii c.* 30. 9) *Ib. c.* 32. 10) *V. Desiderii c.* 51: Credidit ergo homo perunctus potatusque habiit et sanatus est, paucisque interpositis diebus, munera votiva deferens, sanitatis suae auctorem profluae magnificeque honoravit.

omnibus usque ad nostram. Multa adhuc miracula illud sequuntur, 'alio' (c. 44—47. 49) *aut 'moderno' (c.* 51. 52) *tempore gesta atque iudicium quod dixi de episcopo suo auctor vix tulisset, si adhuc ille superstes fuisset. Vitam igitur Desiderii post mortem Awarni episcopi Cadurci compositam esse liquet; hunc vero primus E. Vacandard*[1] *perspexit aevo Carolingico attribuendum esse. Anno enim secundo Ludowici regis Francorum,* 5 *i. e.* 783.[2] *p. Chr., Awarnus episcopus suffragiis eiusdem regis evectus monasterio Musciacensi abbatique Hermenino cum alias ecclesias in pagis Cadurcino et Tolosano sitas, tum praedium ex fisco regali comparatum Tolosanum, ubi Rusticus martyr et decessor eius quiescebat, una cum capella S. Petri*[3] *dono dedit. Ludowicus tunc infans rex Aquitaniae a patre creatus erat neque satis constat etiam imperium eiusdem* 10 *Awarnum episcopum vidisse*[4]. *Imperante illo Vitam Desiderii compositam esse statuam certumque est id non multo ante factum esse potuisse, scilicet non ante saec. VIII. ex. Idem tempus inde efficitur, quod Vitam Eligii aevo Carolingico compositam biographus expilavit, quam inter Aquitanos celebrem etiam auctor V. Aridii abbatis Lemovicini*[5] *adhibuit.* 15

In epilogo (c. 53) *res adversas biographus deplorabat quibus post sancti decessum urbs Cadurca afflicta erat; bellis enim frequentibus paene ad internicionem adducta incursus continuos, sine dubio Saracenorum, innumerasque pestilentias adeo passa erat, ut cuncta cum eo bona cessisse crederentur. Erat igitur laudator temporis acti suisque curriculum vitae sancti enarrans demonstrare voluit, quanta bona quantaque magnifica* 20 *studiis ac meritis eius plebi Cadurcae collata essent; ereptum autem eum esse credidit, ne malitia mutaret mentem eius.*

Auctor de virtutibus moribusque sancti atque de aedificiis cum aliis tum ecclesiasticis satis prolixe rettulit, facta vero praeter ea quae ex chartis deprompta sunt haud multa in eius libro reperiuntur, eadem exiguae auctoritatis[6]. *Materiam confusius* 25 *dispersit neque accurate digessit, ita ut easdem res nonnumquam iterum lectoribus apposuerit. Vivo autem amore ecclesiae Cadurcae ductus, elatione fere poetica eam in calce allocutus est (c.* 55)*:* Ecclesia, *inquit,* Cadurca, licet vehementer sis conterrita, licet innumeris cladibus ac saepe convulsa, gaude tandem et secura esto, quia magna hereditate ditata es. *Aedificia, parietes*[7], *ecclesias, de quibus disseruit, oculis propriis eum* 30 *vidisse ex eius verbis colligi licet, ipseque deficiente sermone suo lectores ad intuendum ornatum ecclesiasticum adhortatus est*[8]. *Quaeritur iam, utrum clero an monachis urbis attribuendus sit. De clericis parum laudabilia rettulit*[9] *graviusque in Awarnum episcopum invectus est, qui utilitatibus monasterii Desideriani obstabat. Ecclesiam Cadurcam*

1) *'Revue des questions historiques' tom.* 63 (1898), *p.* 42. 2) *In editionibus* 673. 35 *et* 773. *legitur; cf. Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti II, p.* 267; *Gallia christ.* (1870) *I, instr. col.* 36. 3) *Situm loci ita descripsit Lacoste l. l. I, p.* 212: *Ecclesia Saint-Pierre de Sylva agra ad rivum Jerles haud procul a Grisolles (dép. Tarn-et-Garonne) et Garumna fl. sita.* 4) *Charta abbatiae Figiacensis, qua permutatio cellulae Ionante S. Martino sacrae et aliquot vicorum continetur inita inter Angarium episcopum Cadurcum et Pippinum Ludowici imperatoris* 40 *filium Aquitaniae regem, data est:* IV. Kal. Iunii anno VI. imperii domini Ludovici et VII. regni nostri; *cf. G. de la Croix, Series et acta episcoporum Cadurcensium, Cadurci* 1620, *p.* 43; *Cointius, Ann. eccl. Franc. a.* 820, *n.* 27; *Gallia christiana* (1870) *I, p.* 123; *Lacoste l. l. I, p.* 290. *Eam a.* 819. *vel* 820. *attribuunt, sed dubiae fidei videtur esse.* 5) *SS. rer. Meroving. III, p.* 578 *sq.* 6) *E. gr. V. Desiderii c.* 18. 19. *de servo Maurini comitis, c.* 32. 33. 45 *de Arnano reclauso e Scottorum gente clericisque duobus ecclesiae Cadurcae.* 7) *V. Desiderii c.* 54: Cuius solertiam, industriam especimen parietis tui, Cadurca, testantur. 8) *V. Desiderii c.* 17. 9) *Ib. c.* 33. 39. 50.

allocutus (*c.* 55) *se ipsum non adnumeravit, Desiderium dicens 'tuum, immo nostrum'*[1], *atque translationem corporis enarrans ex toto vulgo obviam eunte monachos*[2] *nominatim citavit. In posteriore libri parte miracula ea ordinem temporum secutus contexuit, quae ante sepulchrum in monasterio facta erant praesente custode, martyrario vel aedituo, cui cura liquoris aut olei dispensandi commissa erat, utque nullus eo melius de aegrotis sanatis instructus esse poterat, ita idem fortasse pro auctore V. Desiderii habendus est. Exemplar epistularum Herchenefredae ad filium penes monachos tunc asservabatur*[3] *et fortasse pars archivi Desideriani in monasterium ipsius translata erat.*

Biographus licet verbosior uberiore dicendi facultate polleret, tamen in arte grammatica haud ita multum profecerat, nam non pauca aevi Merowingici menda in libro eius deprehenduntur, ipseque testatus est, 'sensu rustico prolixum se traxisse sermonem'[4]. *Litterarum statum apud Aquitanos vel post Karolum M. non adeo floruisse etiam ex V. Aridii abbatis Lemovicini concludi licet. In nostro igitur auctore litteris casibusque permutatis tanta barbaries reperitur, quantam ab humanitate aevi Carolingici longe distare imperiti hodieque contendunt.*

e *pro* i: *nom.* canes;
gen. maiores ardores, sermones;
dat. aedificacione, pontifice;
accedit, adquesivit, exquesierit, antestis, cometatum, indedit, secuti;
i *pro* e: *plur.* omnis, voluptatis;
coni. displicimus, docerit, fulgit, nitiretur;
diligaret, diligavit, eligans, eligantia;
o *pro* u: 4. *decl.* anhelito, quonato, plauso, obtutos, reditos;
baiolare, comolaret, porpora, robore;
u *pro* o: 2. *decl. acc. pl.* dolus, famulus, rumusculus;
3. *decl.* custus;
cupiam, munilia, pummorum;
qu *pro* c: quonato, quoortabatur;
abl. pro acc.: *c.* 19. ciato praeripiens;
c. 20. infra municipiis, infra urbanis — praediis,
c. 26. inter tanta hominum frequentia, *c.* 31. ob animarum medella,
c. 15. per quolibet modo;
acc. pro abl.: *acc. abs. saepe*; delectari *c. acc. c.* 2. 15; perfrui *c. acc. c.* 6; ab ipsum *c.* 19, ab ultionem *c.* 33, cum domum eximiam *c.* 30, cum solidus *c.* 32, cum — subsidia, de stipendium *c.* 33, de — eventum *c.* 19, ex — successionem *c.* 29, cunctas in domos *c.* 26, pro oblacionem vel locum *c.* 28;
abl. pro gen.: Ab ipso quippe exordio episcopatu suo initia *c.* 16;
gen. pro abl.: sub dextris lateris basilicae volutionis *c.* 20;
acc. pro nom.: vicinas quoque civitatis — alebantur *c.* 24;
gen. pro dat.: pagellae huius inserendum *c.* 8.

Etiam genera inter se permutata sunt (*e. gr.* ad quod exitum *c.* 18), *verba activa locum deponentium, passiva activorum* (tendebatur *c.* 15. 25) *obtinent. Vocabula nonnulla a sermone latino plane abhorrent* (aeditibus *c.* 20, *cf. c.* 13; moenia, moeniae *c.* 16. 31; sagacitia *c.* 2. 25) *neque coniugatio semper recte formata est* (*e. gr.* spondunt *c.* 51; censivit *c.* 7; carpent = *carpunt c.* 33; adnectuit *c.* 50).

1) *Cf. R. Poupardin l. l. p. VII.* 2) *Ib. c.* 37: nullus monachus domi resedit, qui non obviam pastori procederet. 3) *V. Desiderii c.* 8; *cf. Poupardin l. l. p. VIII.* 4) *Ib. c.* 53.

Vita Desiderii ultra fines Cadurcos per medium aevum vix vulgata est, ita ut exemplaria pauca tantum ad nos pervenerint eaque adeo inter se coniuncta, ut pro uno eodemque neque satis integro textu habenda sint.

1) *Codex Parisiensis lat. n.* 17 002, *saec. X, ex monasterio Musciacensi a.* 1656. *in bibliothecam Claudii Joly canonici Parisiensis translatus et cum eadem ecclesiae S. Mariae ibidem sitae (n.* 97) *a.* 1680. *traditus, fol.* 207—217', *textum exhibet in priore parte a librariis recentioribus adeo immutatum, ut labor conferendi quam maxime operosus esset neque primariae lectionis discernendae studium ubique succederet. Sermoni barbaro corrigendo et supplendo inprimis librarius quidam saec. XII. operam dedit, cuius vestigia plurima deprehenduntur usque ad c.* 21, *pauca postea, cum alteram libri partem fere immunem reliquerit. Eum nota* 1*b distinxi a manu vetere* 1*a aliaque fere aequali* 1*x, quae locum homoeoteleuto praetermissum c.* 18. *in inferiore margine supplevit; tertium denique librarium saec. XII. atramento fusco originibus coenobii Musciacensis subvenientem (c.* 23) 1*c vocavi.*

2) *Codex Havniensis bibliothecae regiae e collectione Tott n.* 136, *membranaceus, formae maximae, saec. XIV. paginis bipartitis exaratus litteris pergrandibus, qualibus libri scribebantur cultui divino destinati, olim ecclesiae S. Desiderii Cadurcae, sicut ex stili probationibus paginae ultimae illatis intellegi licet (m. s. XIV:* O felix Germania, tam decoro germine virginum ornata, beata Colonia precioso sanguine martirum dicata, vere iuste tu letaris, que tesauro super aurum nobili ditaris, *m. s. XV:* Iste liber est ecclesie beati Desiderii episcopi Caturci, et qui *(? incertum)* furabitur, per collum suspendetur, *iterumque m. s. XV:* Iste liber est ecclesie beati Desiderii), *deinde bibliothecae Nicolai Iosephi Foucault comitis Consistoriani, tum Ioh. Petri Ludewig, fol.* 1—30, *nisi V. Desiderii nihil continet. Textus innumeris locis correctus est neque passim recte multaque menda librarii studium fugerunt. In hac scriptura recentiore litterae nonnullae inter se distingui non poterant, inprimis in nominibus propriis, e. gr.* im — ni — in — un — um — ui — nu.

Si teste G. Lacoste[1] *archetypus V. Desiderii in ecclesia S. Desiderii Cadurca olim asservabatur, hic sine dubio codex intellegendus est.*

3) *Codex Parisiensis lat. n.* 11762 *(Rés. St. Germ. pag.* 135—136, *n.* 1—9), *saec. XVII, ad Vitas et Acta Sanctorum edenda continens schedas collectas, ex exemplari Antonii de Vyon domini d'Hérouval pendet. Vitae Desiderii apographa tria insunt, scilicet*

fol. 204—223, *praescr.* Incipit vita sancti Desiderii Caturcensis episcopi, *textus primus a.* 1648. *manibus pluribus exaratus, qui folio deperdito hiatu laborat (c.* 13—15), *dum insequentia (c.* 15—16) *postea suppleta iam adsunt,* = 3*a,*

fol. 234—245'. *textus alter manu alia* = 3*b,*

fol. 224—233. *textus tertius item alia manu scriptus* = 3*c.*

Praestantia codicis vetustissimi 1 *prae reliquis et sermone barbaro probatur, e. gr.:*
c. 31. moeniam] 1 *(cf. c.* 16. moeniae *cum V. Desiderii Vienn. II, c.* 7); moenia 2. 3, *et comparatis auctoribus, quibus biographus usus est:*

c. 1. urbis] 1 *cum V. Hilarii; om.* 2. 3;
ib. primae] 1 *cum V. Eligii;* pene 2; quippe 3;
ib. gratia generositatis] 1 *cum V. Hil.;* (gr. *om.*) generositate 2. 3;
c. 2. gerebat] 1 *cum V. Eligii;* tenebat 2. 3;
c. 36. Compositum — inditum] 1 *cum V. Eligii;* Composito — indito 2. 3.

1) *L. l. I,* 245.

Libri igitur 2. 3. *inferiorem auctoritatem habent quam* 1, *multis mendis communibus inquinati, sermoque rudis gravibus interpolationibus ibi interpolatus est:*

c. 2. Brunihildem — discerptam] 1 *(acc. abs.)*; B. — d. audivit 2. 3;

c. 43. nec inter vini saporis effulsit, ut numquam se aliquis huiuscemodi Falernum hausisse (auxisse 1) recoleret] 1; odor inde processit, quantus nec inter vini sapidissimi vasa reserata solet sentiri 2. 3, *tollentes* Falernum *vocabulum genuinum.*

Cum Marciliacense coenobium pro Musciacensi c. 23. *in utroque substitutum sit, inde librum archetypum eorum originem traxisse patet. Locis difficilibus quibus* 1 *defecit defecit et hic:*

c. 31. cigneo] *Hieronymus;* digneo 1; digno 2. 3;

c. 49. sanctimonialium] *ego;* sancti Nongini *(ita* 1; Nongin. 2; Martini *Poupardin)* alium 1. 2 *(deest* 3*),*

vetusque compendium[1] nā *(c.* 56*) pro* nostra *in utroque adhibitum erat, unde mendum in omnes codices irrepsit* nam *pro* nostra *(ib.). Verba denique quae in Musciacensi per homoeoteleuton exciderunt, manu fere aequali* (1*x*) *suppleta, a Marciliacensi quoque aberant:*

c. 18. perducerent, [volens scilicet probare, ad quod exitum vox emissa perduceret *om.* 1*a*. 2. 3],

ita ut hunc ex illo pendere paene certum habeam. Sane haud multos locos collegi, quibus contraria opinio confirmari posset:

c. 15. facultatis] 2. 3 *cum Sulpicio Severo;* facillitatis 1;

ib. in caritate ardencior] 2. 3; in caritate iocundior *V. Eligii;* in utilitate ardencior 1;

c. 19. unde digressi sumus] 2. 3; (unde *om.*) d. s. 1;

c. 28. pannorum] 2. 3; prediorum 1 *(falso ex praecedentibus iteratum);*

c. 31. ingenio] 2. 3; in ieiunio 1;

c. 33. longe positus] 2. 3; longe possi 1;

c. 34. eclesiae [dereliquit *om.* 1 *versu exeunte; habent* 2. 3]. De;

c. 55. innumeris cladibus ac saepe convulsa] 2. 3; in muneribus cladibus accipe convulsa 1.

c. 56. postulat] 2. 3 *cum Sulp. Severo;* potuat 1.

Emendationes codicum 2. 3. *eae mihi videntur esse, quae ab homine in lingua latina versato vel medio aevo pleraeque facile excogitari potuissent, sin minus, fieri potuerat, ut exemplari Marciliacensi lector quidam paucas lectiones bonae notae e codice meliore depromptas intulisset. Neque vero si* 2. 3 *ex* 1 *exscripti sunt, libri illi auctoritate ulla carent. Cum enim codex* 1, *sicut monui, a librariis recentioribus in priore parte misere interpolatus sit, extinctis lectionibus primariis, hae in* 2. 3. *accurate asservatae sunt, ideoque ad textum restituendum hos libros non inutiles esse manifestum est.*

Codices 2 *et* 3 *eo inter se differunt, quod corruptela in hoc multo magis increvit quam in illo:*

c. 26. posicione] 1; possione 2; passione 3;

c. 30. Vidubriaco] 1; in dubiaco 2; in 3,

multaque in apographis 3 *desiderantur quae in illo adsunt, non solum verba quae librarii parum intellexerint, sed etiam enuntiata singula, immo tota capita (c.* 47. *in.* — 49. *med.), et nonnumquam spatium relictum est signisque hiatus indicati sunt, ita ut*

1) *De hoc compendio et de mendo* nam *nuper acute disseruit L. Traube, Perrona Scottorum ('SB. der phil.-histor. Classe', Monachii* 1900, *p.* 496 *sqq.* 519*).*

scriptura codicis unde pendent partim evanuisse videatur. Sunt autem quae nobis persuadeant codicem illum 3 *ex ipso* 2 *exscriptum esse:*

c. 15. Rumusculus] 1; Rumus | clos, *i. e.* Rumusculos, *sed* o *e corr.* 2; Rumigerulos clericos *(legit* clos = clericos*)* 3;

c. 17. autem] 1; at (= *autem*[1]) 2; Caturcae *(librarius compendium* C. *rubrum, i. e. Caput, in fine versu praecedentis cum* at *coniunxit)* 3;

c. 30. alteri] 1; ati (= *ateri*) 2; ante dicti 3;

c. 31. decoravit — insigni pene] *pr. m. in mg. suppl.* 2, *h. l. inserenda, sed m. rec. post* ecclesie *addidit* de., *unde ea* 3 *ibi collocans vocabulum* studio *suo loco movit;*

c. 33. ex dono] 1; ex do | dono 2; ex Deo dono 3;

c. 38. suum] 1; susuum, *exp. altero* su 2; susum 3.

Librarius 3 *haud raro iis locis erravit, ubi* 2 *versu exeunte litteras nonnullas iteraverat aut aliter fundamentum erroris iecerat, unde pro certo habetur rationem eam inter utrumque codicem intercedere quam statueram. Attamen etiam in hoc libro lectiones bonae reperiuntur, quibus vel pater* 2 *superatur:*

c. 26. iudicaret] 3 *cum* 1; *om.* 2;

c. 27. geminabat] 3 *cum* 1; germinabat 2;

c. 37. Deinde] 3 *cum* 1; Exinde 2,

vel etiam menda codicum praestantiorum et 1 *et* 2 *feliciter emendari videntur:*

c. 5. indeptus] *recte* 3 *(et ita omnes supra c.* 4*)*; ineptus 1. 2,

neque mirabile est etiam secundis ventis librarium raro laborasse, qui plerumque contrariis usus textum sexcenties in deteriorem partem verterit. Apographon 3a neglegentius exaratum a reliquis interdum discrepat, dum 3c ex altero fonte nonnumquam profecisse videtur:

c. 33. huius] 3*c cum* 1; eius 2. 3*a. b;*

ib. prae se] praeesse 1; prece 3*c cum* 2; *om.* 3*a. b.*

Praeter Herouvallianum, quem post saec. XIV. exaratum esse necesse est, libri deperditi pauci nobis comperti sunt. Dominici apographon V. Desiderii habuisse dicitur[2]. *Deinde G. Lacoste locos nonnullos citavit, qui cum editis parum conveniunt, eumque operibus ineditis abbatis de Foulhiac usum esse credunt. Certe textus quem adhibuit ad complures codices, fortasse trium classium, formatus erat.*

Cum ad emendandum codicem primarium 1 *reliqui libri parum facerent, librarii illius saec. XII. studium iam examinandum est, cuius vestigia in priore eiusdem codicis parte deprehenduntur (*1*b). Agitur autem, quo fundamento ille nisus sit, utrum exemplar melius adhibuerit, an ea quae immutanda credidit suo ingenio immutaverit. Re iterum iterumque perpensa ei fidem omnem derogandam esse censeo, ipsumque infaustis auspiciis laborasse ex his exemplis colligitur:*

c. 1. archidiaconatus [est adeptus *add.* 1*b*] officium in urbe Rutena et abbatiae regalis basilicae — administravit.

Vocabulum officium *verbo quod* 1*b addidit ab altero genetivo separatur; duo enim officia Rusticus administravit et* archidiaconatus *et* abbatiae regalis basilicae: *unico autem verbo biographus etiam infra c.* 2. *contentus erat:* abbatiam palatini oratorii — et archidiaconatus officium gessit, *paulo post:* Massiliae gubernacula et Albiensium cometatum — administravit.

c. 16. cum terrae cumpendiis] *rell.*; cum terris et cum apendiciis 1*b*

et infra sub aliis compendiis] *rell.*; et alia conspicua 1*b*.

Comparatis aliis locis, e. gr. c. 28: terrarum conpendia, *lectio primigenia libri* 1 *confirmatur atque* 1*b interpolationis convincitur.*

1) *Cf. Traube, 'Palaeograph. Anzeigen' ('N. Arch.' XXVI,* 234*).* 2) *Cabié l. l. p.* 403.

c. 16. **Non ibi cenus** [obscenum tempus 1*b*] horrorem, non **ventus frigorem — infert** *et paulo infra* Et hanc nihilhominus larem [ilarem 1*b*].

Utroque loco condicio lectionum 1*b parum genuina per se liquet.*

c. 17. **recentarii colique varietas**] auri et argenti colorum var. 1*b*.

5 *Recentarium et colum vocabula rariora* 1*b ignoravit multaque alia assequi non poterat; ea vero quae parum intellexit sua stultitia infuscavit, genuinis librarii primarii lectionibus pessum datis. Praeterea vix moneri necesse est, etiam sermoni barbaro expoliendo ipsum vacasse, correctis falsis casibus, correcta quoque ratione scribendi.*

Expuncto igitur infausto hoc interpolatore complures qui in 1 *depravati sunt loci* 10 *fere sola coniectura sanari possunt nonnullisque corruptelis decessor meus medelam attulit, alias ipse aggressus sum, reliquae successoribus libenter ceduntur. Neque enim ab uno solo hoc negotium difficile ad unguem absolvi posse manifestum est.*

Monachus Musciacensis qui librum 1 *saec. X. exaravit suam propriam rationem scribendi omnibus quas descripsit vitis intulit, quae ex inurbana Aquitanorum pronun-* 15 *tiatione exorta a grammaticae legibus valde recedit. Peculiaria eius menda sicut in aliis vitis*[1] *ita in hac tollenda esse censui, non admittens ea quae infra collegi:*

ae *pro* e: fecaerit, pavaeamus;
ę *pro* e: facęre, tribuęrę;
e *pro* ae: *in declinatione et in* prae;
20 d *pro* t: essed, praeveniad, suscipiad *[at servavi:* adque, inquid*]*;
h *male addita:* adholescens, adholescentiae, adhulescentiam, choortabatur, cohemendo, haccensae, hactum, h(a)edificavit, haedium, hanelantia, hea, hibi, inhibi, hodit, hodorem, hordinibus, hori, hore, hora, horiundus, hornatis, hubi, sichubi, hurbe, husu, hutilitatis, hutili-25 tatem, *[at servavi:* habiit, habundare, hac, hisdem, nihilhominus, perhennem*]*;
h *male omissa:* abeo, abes, abueris, abere, abetur, coibere, proibere, abitatores, anelare, cristianissimus, eredes, ilaritas, is, istrio, onestissimis, orarum, orridum, orrorem, ortatu, pulcritudine, traitur, adtraendo, 30 subtraere, *[at servavi:* austo, aut, exalavit*]*;
i *pro* g: deiebat, iemitibus, ierebat, iessit, inienio;
ti *pro* ci: exerticiis, fatias *[alias servavi]*;
y *pro* i: monachy;
geminatio male addita: occulus *(saepe)*, peccus; defficio, infferebat; flaggello; gulle; ammis-35 sionem, commitatu, emmerui, immitanda, nummerosa, ommissis, praesummere, pummorum *(= pomorum)*; ennumerare; oppere, opportet, pomppas; errogatur; incurssione; conatti;
geminatio male omissa: oculto; difusus, efulsit; solerter; comiserat; conferet, proferentur; musitacio, regresus *[at servavi:* eclesia*]*.

40 *Francogallica scribendi ratio recentioris aevi in* 2 *reperitur, quae ab* 1 *haud leviter discrepat, novaque quae ibi commissa sunt menda a biographo eo magis removeri necesse erat*[2].

1) *Cf. SS. rer. Merov. III, p.* 186; 544, *n.* 16. 2) *Crebra litterarum* c *et* s *permutatio maxime conspicua est* (c *pro* s: Albigence, Albiencium, Caturcencis, Narbonencem, forcitan, 45 incidiis; c *pro* sc: ceptra, concendit; s *pro* c: condeset, pernisiosus, presiosus, sagasi; s *pro* x: vos; sc *pro* c: contumascem; sc *pro* s: abscens, scepta, scicientium), *deinde* gu *pro* g (coguatur, longuo), *dum alia scriptoribus vetustioribus familiaria non absunt* (inquid, reliquid, dereliquid).

Codicem vetustissimum 1 *iterum iterumque relegimus, ut auctoritati eius par erat, et primo G. Waitz b. m. eum contulit, deinde ipse successi, tum W. Levison socius noster eundem revolvit, denique totus a me iterum perlustratus est, ita ut scriptura primigenia, quantum fieri poterat, iam eruta sit. Reliquos libros contulerunt alterum O. Holder-Egger v. c., tertium W. Levison, cuius libri triplicis lectiones non adnotavi nisi inter se consentientes, exceptis nominibus propriis.*

Vitae Desiderii editio critica ab historiae Merowingicae studiosis vehementer desiderabatur[1], *cum veteres editores codices non adhibuissent nisi inferiores atque ex optimo praeter additamenta nonnulla nihil publici iuris factum esset. Quaestio illa adhuc non plene soluta est, nam is qui nuper ad eam adiit officio suo non omnibus numeris satisfecisse videtur.*

Gallia christiana, Parisiis 1656, *opera et studio fratrum Sammarthanorum edita, tom. II, fol.* 460—468', *loco dissertationis de rebus gestis Desiderii vitam integram continet tunc ineditam, quam ex 'vetustissimo codice Ms.' Vyon d'Hérouval cum editoribus communicaverat, eodem cuius apographa* (= 3) *adhuc supersunt. Si supra recte concluserim ipsum ex* 2 *exscriptum esse, aetatem eius saec. XIV. inferiorem fuisse necesse est, ita ut superlativus 'vetustissimus' latiore interpretatione egeat.*

Labbeus, Nova bibliotheca manuscriptorum, Parisiis 1657, *tom. I, p.* 699—716, *eodem codice usus est, unde et huic vulgatissimae editioni ea omnia desunt, quae in apographis nostris* 3 *desiderantur, sed opere suo absoluto in Musciacensem* (1) *incidit Tolosa Parisios tunc delatum, quo in Appendice tomi II (sig. SSSss) usus damna aliquot resarcire, hiatus explere, errata corrigere poterat. Idem etiam in opere, quod inscripsit 'Meslange curieux', Parisiis* 1664, *p.* 419—422, *frustula nonnulla publici iuris fecit.*

Ex Labbeo ea pendent quae Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules' tom. III, p. 527—532, *selegit ad res gestas sancti regumque Francorum pertinentia, totamque editionem illam iteravit*

Migne, Patrologia latina, tom. LXXXVII, col. 219—246.

Interim codex optimus Musciacensis (1) *in bibliothecis latebat ab editoribus paene spretus, etsi et ante et post Labbeum non deerant qui ipsum auctoritate cognita ad res ecclesiasticas illustrandas aut annos Francorum definiendos adhiberent, veluti Cointius*[2], *Mabillonius*[3]. *Nuper codices hagiographicos bibliothecae Parisiensis recensentes socii Bollandiani*[4] *ea quae in* 3 *deesse supra dixi c.* 47—49. *in tomo I. Labbeano omissa ad hunc librum ediderunt.*

Denique R. Poupardin, 'La vie de Saint Didier évêque de Cahors', Parisiis 1900 (*'Collection de textes pour servir à l'étude et à l'enseignement de l'histoire'*), *cum aegre ferret librum memorabilem longa robigine infectum adhuc pumice non expolitum esse, textum fide dignum ad* 1 *formare ipsumque commentario instruere aggressus est, sed inter primigeniam manusque interpolatorum posteriorum non distinguens neque erasa eruere conatus, ubique lectiones correctas secutus est multaque neglegenter praetermisit tam singula verba quam tota enuntiata, quae adhuc integra in codice leguntur. Discrepantiam lectionum variantium codicum* 2 *et* 3 *in adnotatis collegit. Ea quae de rebus gestis Desiderii et de libris scriptis vel editis Vitae in praefatione exposuit multo magis approbanda*

1) *Cf. Cabié l. l. p.* 401. 2) *Cointius, Ann. eccl. Franc. tom. II. et III, locos aliquot ex V. Desiderii depromptos edidit, quos ex* 1 *pendere ipse testatur tom. II, p.* 675. 3) *Mabillon, Dissertatio de anno et die ordinationis itemque obitus Desiderii episc. Cadurcensis (Vetera Anal.* 1682; *III, p.* 528; *a.* 1723, *p.* 520). 4) *Catalogus codd. hagiogr. bibl. Paris. III, p.* 377.

sunt atque de interpretandis locorum nominibus quae sexcenta in hac Vita occurrunt optime meritus est, licet non omnes nodos solverit, qui solvendi erant[1].

Arduum opus iam retractandum suscipio, in quo decessor meus naufragium fecerat, homo iuvenis, cui artis peritia non aderat, sed et nobis dubia nonnulla posteris relin- 5 *quenda erant, eoque potissimum tendimus, ut eruta scriptura primigenia codicis* 1 *fundamentum iaceremus firmissimum.*

B. Krusch.

INCIPIT VITA VEL[a] ACTUS BEATI DESIDERII EPISCOPI CATURCENSIS,

CUIUS CELEBRATIO EST XVII. KL. DECB.

10 (1)[b]. Igitur Desiderius Caturcensis urbis[c] episcopus Obrege[d. 2] Galliarum oppido oriundus fuit. Haec itaque civitas, in extremis pene Galliarum finibus sita[e], regionibus primae[f] Aquitaniarum extrema, habet[g] a meridie provintiam[h] Narbonensem. In hac ergo parentibus honestissimis et apud Gallicanas familias prae ceteris gratia[i] generositatis ornatus[k] Desiderius exortus est. Pater eius christia- 15 nissimus vocabulo Salvius[l. 3], mater vero idemque[m] honesta et[n] religiosa Haerchemfreda[o] dicta est; fratres autem eius Rusticus et Siagrius cum duabus sororibus aderant, quarum una Selina[p], alia[q] vero dicebatur Avita. E quibus Rusticus, a primis pubertatis annis clericus factus, archidiaconatus[r] officium in urbe Rutena et abbatiae regalis[s] basilicae[4] sub Flotario[t] rege administravit; ad ultimum vero[u] 20 pontificatus dignitatem in Cadurcena[v] urbe emeruit. Siagrius autem[w] post diutina

V. Hilarii c. 3. V. Eligii I, 1. V. Hilar. c. 3. V. Elig. I, 1.

Cap. 1. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 1. a) *ita* 1; *praescr.* Incipit vita sancti Desiderii Caturcensis episcopi, *om.* cuius — Decb. 2. 3. b) *capita non distincta sunt* 1 *(cuius marg. m. al. numeros I—VIII. adscripsit).* 3*a; distinctionem codicum* 2. 3*b. c parum aptam non servavi nisi ad c. III.* c) *ita* 1 *cum V. Hilarii; om.* 2. 3. 25 d) ōbrege 1*a (sed* ū *dubia)*; Obroge 1*b*; Obrege *rell.* e) sit(a *in rasura maiore*) 1 (situm 1*a*?). f) *ita* 1; pene 2; quippe 3. g) habens 2. 3. h) provintię 1*a*. i) *ita* 1 *cum V. Hil.*; (gr. *om.*) generositate 2. 3. k) *ita* 1*b cum V. Hil.;* ornatis 1*a*. 2. 3. l) Servius 3*b*. m) *pr. m. corr.* eiusdemque 2; eiusdem 3. n) et r. *om.* 3. o) *corr.* Haerchenfreda 1; Harchenefreda 2. 3. p) *ita* 1*a*. 2. 3; Silvia 1*b*. q) *ita* 1*a*. 2. 3; altera 1*b*. r) est adeptus *versu exeunte falso supplevit* 1*b* 30 *(m. s. XII).* s) r. b. *om.* 2. 3. t) F *eras.* 1, *ut infra;* Lotar. *constanter* 2; Lothario 3. u) *om.* 2. 3. v) Cadurcena (?) *corr.* Caturcena 1; Caturcina 2. 3. w) *om.* 2. 3.

1) *Hanc editionem examinavi in Annalibus nostris XXV, p.* 831. 2) *Antobroges Plinius, Hist. nat. IV,* 19. *inter populos provinciae Aquitanicae Narbonensi conterminos post Cadurcos enumeravit et ante Petrocoros, atque* Antuberix *vel* Atunberix *locus in nummis quibusdam* 35 *aevi Merovingici traditus est. Quod cum animadverteret Mauricius Prou, 'Note sur le peuple gaulois des Antobroges' ('Comptes rendus des séances de l'Académie des Inscriptions'* 1890, *p.* 133—138*), populum praeterea ignotum tabulis geographicis restituendum esse censuit, cui Nitiobriges celebriores primus Scaligerus substituerat, atque Iulianus Havet b. m. amici dissertationem a.* 1890. *mihi tradens, ut erat vir eximii acuminis, coniecturam ingeniosam addidit,* 40 *scilicet* Obrege *locum Desiderii natalem eandem esse civitatem paene oblitteratam, cui prima syllaba librariorum incuria dempta esset.* 3) *Salvium episc. Albigensem a.* 584. *mortuum (cf. Gregor. H. Fr. VII,* 1*) eiusdem familiae fuisse acute coniecit H. Valesius, Res Franc. III, p.* 142. 4) *Abbatia palatini oratorii ea infra dicitur atque oratorii sui 'super cappella domni Martine' Theudericus rex meminit (Dipl. ed. Pertz I, p.* 45; *cf. Waitz, 'VG.' II,* 2, 45 *p.* 102[3]*), sed abbatia praeterea non occurrit neque 'abbas sacri palatii' ante Ludowicum Pium commemoratur; cf. Waitz, 'VG.' III, p.* 519[2].

palatii Francorum ministeria et[a] familiaria Flotharii[b] regis contubernia cometatus[c] dignitatem apud Albige[d] gessit necnon et apud Massiliam iudiciariam potestatem[1] diu exercuit. Desiderius[e] vero summa parentum cura enutritus, litterarum studiis ad plenum eruditus[f] est, quarum[g] diligentia[h] actus[i] est. Ubi[k] post insignia[l] litterarum studia Gallicanaque[m] eloquentia, quae vel florentissima sunt vel eximia, contubernii regalis aduliscens[n] se indedit[o] dignitatibus hac deinde legum Romanarum[p] indagatione[q] studium[r] dedit, ut ubertatem eloquii Gallici[s] nitoremque sermonis[t] gravitas Romana[2] temperaret.

V. Elig. I, 3. — Hieron. ep. 125, 6.

(2). Eo autem tempore, Teudebertum[a] regem iam interemptum, Teudericum eque defunctum, Brunihildem[b] quoque[c] equorum pedibus inretitam atque[d] male discerptam[e], Flotarius[f], pater incliti Dacoberti[g], monarchiam regni solus tenebat. A quo hi[h] tres germani, id est Rusticus, Siagrius et Desiderius, florentissime enutriti, summis dignitatibus praediti sunt. Rusticus, ut praefati sumus, abbatiam palatini[3] oratorii, quod regalis frequentatur[i] ambitio, et archidiaconatus officium gessit. Siagrius autem Massiliae gubernacula et Albiensium cometatum[k] annis plurimis administravit. Desiderius vero iunior[l] tempore, sed non inferior dignitate, sub indoles[m. 4] adhuc annis[n] tesaurarius regis effectus[o], valde strenue se accinxit. Denique quantum regi propius, tantum familiarius inherebat et inter coaevos et proceres laudabiliter nimis adulescentiam suam gerebat[p], quantumque aetate crescebat, tantum se in Dei[q] timore et regis fidelitate roborabat. Cuius utilitatis, subtilitatis, affabilitatis[r] argutiaeque[s] sagacitiam[t] si per singula voluero exponere, deficiet me tempus narrantem[u]. Tanta[v] enim humilitatis et scientiae gratia ornabatur, ut multos superaret adfines pluresque praeiret coetaneos; et licet ad plenum litteris fuerit eruditus[w], insignem tamen ac robustissimum naturalem habuit magistrum, propriam conscienciam. In aula[x] quidem ac sub frequentissima[y] palatii opulentia degebat, sed cautelam[z] monachi[5] propositumque non

V. Columb. I, 28. — ib. c. 29. — V. Elig. I, 9. — ib. I, 13. — V. Hilarionis c. 24. — Hieron. ep. 58, 4.

Capp. 1. 2. 1. 2. 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 1. a) *om.* 2. b) *ita* 1*a*; Clotharii 1*b*, *ut infra;* Lotarii 2. 3*b*. *c*; Lothar. *constanter* 3*a*. c) *ita* 1, *sed corr.* d) *ita* 1*a*. 2. 3; Albigensem 1*b*. e) Desideriū 1*a*. f) enutritus 1 *(corr.)*. (2); *cf. l.* 24. g) *ita* 1. 2; quorum 3. h) diligentiam 2. i) hactus *corr.* hauctus 1; natus *corr.* nactus 2 *et sic* 3. k) ut 2; et *pro* ubi 3. l) l. i. 2. 3. m) *ita* 1*a*; Gallianamque eloquentiam 2. n) *ita scripsi;* adulcisce 1; adulcisse 2 *(ubi m. s. XVII. in mg. proposuit:* adultus se inde dedit*)*; adulsisse 3; adulescentiae *coni. Poupardin.* o) *ita* 1*a*. 2; inde 3. p) Romanorum 3*a*. q) *ita* 1*a*. r) studuit, ut 2. 3. s) Gallici :: itoremque 1*a*; Galliā n. 2; Gallicani n. 3. t) gr. s. 2. 3.

Cap. 2. a) Teubertum 2, *corr.* b) *ita* 1; Brunichildem 2. 3*c*; Brunechildem 3*a*. *b*. c) quorundam e. 2; quoque quorumdam e. 3. d) ac 3. e) audivit *add.* 2. 3. f) autem *add.* 2. 3. g) *ita* 1*a*; Dag. *semper rell.* h) *om.* 2. 3. i) *ita codd. cum V. Eligii.* k) *ita* 1*a*. l) minor 2. 3. m) in dolos *pr. m.* 2; adolescentiae 3. n) *ita* 1*a*; annos *rell.* o) *om.* 2. 3; & *(= etiam?) add., sed eras.* 1. p) ierebat 1*a*. q) *ita* 1. 2; *om.* 3. r) effab. 1*a*. s) argutiaque 1*a*. t) saga :: tiam 1*a*. 2. u) *ita* 1*a*. 2. 3; narrante 1*b*. v) *ita* 1*a*. 2. 3; Tantae 1*b*. w) erōd. 1. x) aulam hanc sub 2. 3. y) frequentissimā 1*a*. z) cautela 1*a*.

1) *Eandem potestatem auctor infra c.* 2. Massiliae gubernacula, *c.* 7. praefecturam *dixit, qui procul dubio de patriciatu cogitavit (cf. Waitz, 'VG.' II, 2, p.* 50[3]*; Kiener l. l. p.* 256*), sed qui tunc erat patricius Philippus appellabatur; cf. MG. Ep. III, p.* 204*; supra p.* 547 *sq.* 2) *Loci celeberrimi Hieronymum esse auctorem monuit W. Levison.* 3) *V. Eligii I,* 13: principes diligebat ut fratres, venerabatur ut dominos, eorum etiam ministros ac universum palatii ordinem, quos regalis frequentatur ambitio *(ex Hier. ep.* 79, 5*), et q. s.* 4) *I. e. iuvenilis aetatis; cf. Ducange h. v.* 5) Monasticam conversationem *eius celebravit Dagobertus rex infra c.* 14.

amittebat[a]; lasciviam sane voluptatisque[b] saeculi sic[c] aevitabat, ut mirum in modum semper sperneret[d], quod semel contempserat. (Hieron. ep. 58, 4.) Delectabat namque eum iugis labor, nequaquam considerans, quid alii male facerent, sed quid boni ipse facere deberet. Semper enim saecularium consortia studiose fugiens, monachorum (ib. 58, 6.) hac religiosorum delectabatur alloquia[e]; pravorum contubernia declinans, humilium iungebatur catervis. Idem in Deo semper[f] manens per bonam et malam famam (ib. 52, 13.) Christi[g] tirunculus inoffense gradiebatur nec laude cuiusque[h] extollebatur nec[i] vituperatione frangebatur. Habebat enim temperamentum in prosperis, patientiam in (V. Eligii I, 9.) adversis; gerebat[k] simplicitatem columbae, ne cuiquam machinaretur dolus[l]; habebat et (ib. I, 3.) serpentis astuciam, ne aliorum subplantaretur insidiis. Magnum prorsus habens in- (Hieron. ep. 58, 11.) genium[m] et facile loquebatur et pure, facilitasque ipsa[n] et puritas mixta prudentiae erat. Cum vero quempiam servorum Dei contionantem audiret, numquam satia- (ib. 77, 7.) batur[o] audiendi cupidine, sed, ut scriptum est[1], addens scientiam, addebatur[p] et dolorem, et[q] quasi oleum flamme adiceres[r], maiores[s] ardores fomenta capiebat. Dicebat enim: 'Habeant saeculi[t] ministri sua inpedimenta, *mihi autem adherere*[u] (Ps. 72, 28.) *Deo*[v] *bonum est*[w], *ponere in domino*[x] *Deo spem meam*'. Talia rudimenta Desiderius iniciabat[y], huiusmodi experientia[z] inter pompas palatii[a] Christi tirunculus gerebat. Magnae virtutis qui talia habuit rudimenta, qualis exercitatus miles erit? Quid[b] (Hieron. ep. 58, 8.) putas matura[c] etas capiet bona, quando pubertas[d], qua illut hominum genus proclive in viciis trahitur[e], Christi[f] iam militiam baiolare adspirabat?

(3). Dum his igitur[a] exerciciis polleret, nuncius eum perculit[b], patrem eius Salvium ab hac luce migrasse, et licet esset mente fortissimus, ob[c] hac tamen causa veaementer sese[d] afflicxit nec minus de piissimae genetricis destitutione quam de patris abscessu[e. 2] condoluit. Ex regis tamen permissione profectus ad matrem, miris eam modis consolari studuit; postque regressus ad palatium, offitium sibi commissum strenue, ut ceperat, ac sollerter providit.

(4). Sub hisdem[a] ferme diebus, anno transacto tricesimo quarto Flotharii regis[3], Rusticus, Desiderii[b] germanus, archidiaconatus officium[c] in urbe Rutena[d] suscepit, Siagrius quoque, germanus[e] eius, hoc idem[f] tempore cometiae[g] honorem indeptus est, sortitusque[h] matrimonium inlustrissimam puellam Albige indigenam nomine

Capp. 2—4. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 2. a) ammittebat 2. b) *ita* 1; voluptatesque *rell.* c) *om.* 2. 3. d) spernebat *pr. m.* 3*a.* e) *ita* 1*a*; eloquiis 2. 3. f) m. s. 2. 3. g) Chr. t. i. gr. *om.* 2. 3. h) cuiusquam 2. 3. i) ne 1*a.* k) *ita* 1 *cum V. Eligii;* tenebat 2. 3. l) *ita* 1*a*; dolos *(e corr.* dolo: 2*) rell.* m) *corr.* inienium 1. n) ipse 1*a.* o) *ita* 3; sociebatur 2; (sicie *m. rec. in litura*)bat(ur *eras.*) 1. p) *ita* 1*a*; addebat *rell.* q) *m. al.(?) in litura* 1. r) adi:ciens 2; adiiciens 3. s) *ita* 1; maioris ardoris *rell.* t) saecularia ministeria 2. 3. u) aderere 2. v) Domino 2. w) et *postea suppl.* 2, *habet* 3. x) *ita* 1 *cum Vulg.*; dō Deo 2; (d. *om.*) Deo 3*a*; d. (*om.* Deo) 3*b*; d. totam spem 3*c.* y) nuntiabat 3; nunciebat 2. z) *ita* 2. 3; exercicia 1*b.* a) saeculi 3. b) quae 2. 3. c) ventura 2. 3. d) in *add.* 1*b.* e) tam magis virtutibus enutritur *suppl.* 1*b (s. XII).* f) Christi ia m. 1; xpiā m. 2; christianam m. 3.

Cap. 3. a) ergo 3. b) pertulit 2. c) ab hac t. causa 1*a.* 2. 3. d) *pr. m. superscr.* 1; se 2. 3. e) abcessu 2.

Cap. 4. a) isdem 2; iisdem 3. b) Desideri:: *postea corr.* Desiderii 2. c) officium *om.* 1. d) Ruthena *h. l.* 2. e) g. e. *om.* 3. f) *om.* 3. g) cometihę h. 1; comeci(a)e, *om.* h. 2. 3. h) Sorti(tur *corr.* tus *m. al. in litura*)que 1; in *add.* 2. 3.

1) *Eccl.* 1, 18. 2) *I. q. decessus.* 3) *De annis regum Francorum quibus biographus utitur calculique ipsius erroribus supra p.* 554. *egi.*

Bertolenam[a], quae devotam demum vitam gessit ac multum erga ecclesias studium inpendit. Supervixit[b] quidem virum et omnem[c] prope facultatem ecclesiis diligavit[d], quod et iugalis[e] eius antea iam per testamenti sui paginam fecisse manifestatur. Desiderius autem[f], inter exercitatissima[g] palatii ministeria sedulae[h] Deo vacans, die noctuque orationibus insistebat. Habebat enim amicos bonae fidei 5 viros, Paulum[1] scilicet, Arnulfum[i], Elegium[k] et Audoenum, quorum exemplo atque hortatu assidue semet ipsum ad meliora subrigens, vitam suam in melius propagabat.

V. Eligii I, 9. (5). Interea rex frodegius[a, 2], pius et mansuetus[3] Flotharius debitum naturae terminum implens ac pacifice obiens, Dacobertum filium in principatu[b] reliquit, a quo Desiderius tanta familiaritate retentus est, ut ampliorem[c] dignitatem, 10 quam pridem indeptus[d] fuerat, potiretur. Siquidem diligebat eum rex, quia noverat[e] strenuum virum et[f] sibi fidelem et in Dei timore esse iam solidatum; ipse autem officia sibi commissa ita praevidebat[g], ut et in regem[h] fidelitatem et in Deum gratiam conservaret. Opulentissimos quidem tesauros summamque palatii[i] sub- 15 pellectilem huius arbitrio rex[k] Dacobertus commisit; ad eius obtutum[l] data recondebantur, ad eius nutum danda proferebantur[4]. Multi quoque episcoporum, ducum[m] hac domesticorum sub ala tuitionis[5] eius degebant, multi nobilium sibi eum gratificare[n] gaudebant; regina autem Nanthildis[o, 6] unice ipsum[p] diligebat.

(6)[a]. Rex, ut dictum est, copiosos ei tesauros pluresque edes multaque aulae 20 nitentia commiserat. Ipse autem non arrogantia extollebatur, non adducta fronte coevos aut contubernales spernebat, sed omnibus se minimum iudicans in amorem sui cunctum palatii ordinem traxerat. Erat quippe blandus in eloquio, honestus in ib. I, 9. aspectu, cautus in verbo, providus in consilio; inter cetera animi exercitia nimis ib. II, 4. misericors hac benignus erat. Constantiam in Deo talem habebat, ut non solum 25 coetanei, sed etiam maiores natu eum revererentur et admirando praeferrent. Ipse autem in omnibus caute satis progrediens futura Dei iudicia et districtam

Capp. 4—6. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 4. a) Bartolenam 2. 3. b) Super, *om.* vixit 2. 3. c) omne 2. d) *ita* 1*a.* e) coniugalis 1*b.* f) vero 3. g) exercitatissim̄ 2; exercitatissimi 3. h) *ita* 1; sedule 2; sedulo 3. 30 i) Arnulphum 3. k) *ita* 1; Ele:gigium 2; Eligium 3.

Cap. 5. a) *ita* 1; *om.* 2. 3. b) principatū (?) 1, *corr.* c) ampliori dignitate 2. 3. d) *ita recte* 3 *(cf. supra p.* 565, 29*)*; ineptus 1. 2. e) *ita* 1; eum *add.* 2. 3. f) sibi et 2. g) providebat 2. 3. h) rege — Deo 2. 3. i) pelatii *pr. m.* 2. k) *bis scr. erat, sed corr.* 1. l) obtitum 2. m) ducrum 2, *corr.* n) *ita codd.; post* gr. *vocabulum* (uo . . . . ?) *eras.* 2. o) Nanchildis 2. 35 p) eum 2. 3.

Cap. 6. a) *m. s. XV. in mg. adnotavit:* Lectio quarta. Capitulum quartum 2; IIII. 3*b. c.*

1) *Paulus episcopus Viridunensis Godonis successor, qui synodo Clippiacensi a.* 626/7. *interfuerat (Concilia ed. Maassen I, p.* 201*), a.* 634, *Dec. testamento cuidam subscripsit (Beyer, 'Mittelrhein. UB.' I, p.* 8*); biographum vero saec. X. vel XI. demum nactus est, cuius figmentis* 40 *cave ne auctoritatem quandam attribuas (ed. Mabillon, AA. SS. Venetiis* 1733, *Saec. II, p.* 257 *sqq.). Epistulae eius supersunt duae ad Desiderium datae (Ep. II,* 11. 12*), quocum per contubernium illud aulicum familiaritate intima coniunctus erat. Ut basilicae dedicandae interesset, Cadurcos invitatus est (Ep. I,* 11*) vinique nobilissimi vascula decem ab illo accepit.* 2) *Sensum ne coniectura quidem assequi possum.* 3) Lothari mediani, mansueti regis Francorum, *V. Elig. II,* 1. 45 4) *De hoc loco egit Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 73[3]. 5) *Sicut Verus episcopus Rutenus, qui nepotes suos Desiderio optimati commendavit; cf. Ep. II,* 19. 6) *Eam Dagobertus a.* 7. *regni sui, i. e. a.* 629/630. *p. Chr., in matrimonium duxit, dimissa Gomatrude; cf. Fred. IV,* 58.

eius discussionem[a] formidabat semperque mentis oculos[b] ad bona eterna[c] conferebat. Cum titillatio carnis urgeret[d], proponebat sibi adversus carnis ardores futuri[e] supplicii ignes, sicque memoria ardoris futuri[f] gehennae ardorem excludebat[g] luxuriae, sciens scriptum: *nihil esse fortius qui vincit[h] diabolum[i], nihil inbecillius qui a carne superatur.* Sciebat enim Domini dictum: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Scientiam quoque scripturarum satis amabat, reminiscens cuiusdam[k] sapientis sententiae: *Ama scientiam scripturarum et carnis vitia non amabis.* Noverat et illud, quod per quendam sapientem dicitur: *Quis[l] gloriabitur castum se habere cor? Astra non sunt munda in conspectu Dei, quanto magis nos, quorum vita temptatio est.* Summopere[m] enim varia scripturarum poma[n] decerpere studebat, ut futurus Christi[o] sacerdos plene prius disceret[p], quam[q] demum possit[r] docere[s] et rationabilem ostiam offerre. Praecavebat sollerter, ne aut linguam[t] aut aures haberet prurientes, id[u] est, ne aut[v] ipse detraheret aut alios detrahentes libenter audiret, Salomonis dictum sepius revolvens: *Cum detractoribus,* inquit[w], *non miscearis*[x], *quoniam repente veniet perditio eorum.* Noverat plane illud[y] dictum: *Omnis qui facit peccatum servus est peccati,* nec non et illud apostoli[1]: *Omnis qui facit iustitiam ex Deo natus est, et omnis qui facit peccatum ex diabolo est,* et quod non expedit, adprehenso aratro, respicere postergum, et quod stadium est haec vita mortalibus[z]: hic contendimus, ut alibi coronemur; et quod *non est nobis conluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus potestates et principatus*[2] *harum tenebrarum.* Meminerat quoque, quod beatus Petrus[3] in epistola sua infert: *Sobrii,* inquiens[a], *stote*[b] *et vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, querens quem devoret; cui resistite fortes in fide.* His incitatus stimulis, ad omnem actum, ad omnem incessum Dei flagitabat auxilium, ut tandem post carnis conflictum mereretur[c] pervenire ad bravium et perfrui praemium[d] sempiternum numquam lapsurum per aevum.

V. Elig. I, 7. — Hieron. ep. 125, 1. — Matth. 5, 8. — Hieron. ep. 125, 11. — ib. 125, 7. — ib. — ib. 52, 14. — Ioh. 8, 34. — Hieron. ep. 22, 1. 3.

(7). Itaque honestissimo genitore Salvio, ut dictum est[4], iam defuncto, fratre quoque Siagrio in fascibus constituto, sanctus[a] Rusticus, germanus eius, ad[b] episcopatum Cadurcae[c] urbis adipiscitur[d. 5]. Discesserat[e] enim ipso in[f] tempore Eusebius praefati municipii antestis[g], qui successor in episcopatum[h] sanctae memoriae Ursicini[i. 6] fuerat. Desiderius autem sedule in palatio serviens hac tesau-

Capp. 6. 7. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 6. a) discutionem 2. b) oculis 1, *corr.* c) *pr. m. in mg. suppl.* 2. d) urgebat 3*a.* e) *ita* 1 *cum V. Eligii;* futuros 2. 3. f) futurae 3. g) excludebatur 2. h) vicit 1. i) diabolicum 2. k) cuidam 1*a.* l) Quid 2. m) Summo opere 2. n) *ita Hieron.;* per omnia d. 1; p̃ta (= prata) d. 2; praec(a)epta d. 3. o) *om.* 2. 3. p) diceret 2. q) quod 2. 3. r) *ita* 1; posset 2. 3. s) dicere 2. t) lingam 2. u) ipse *pro* id est 2. v) aut *(i. e.* autem*), ras. lineola* 1. w) *ita* 1. 2; (i. *om.*) ne 3. x) mis | earis 2, *corr.* y) istud 2. z) futura enim *add.* 2. 3. a) *om.* 3. b) *ita* 1; estote *rell.* c) merere 1*a.* d) premio (premo *pr. m.*) sempiterno n. lapsuro 2.

Cap. 7. a) : : : : *(ras.* sanctus?) 1*a*; vir beatissimus *in rasura minore* 1*b*; s. *om.* 2. 3. b) *om.* 3. c) Caturc. *constanter* 2. 3. d) adipicitur 2. e) Descesserat 2; decesserat 3. f) *pr. (?) m. superscr.* 1; *om.* 2. 3. g) *ita* 1*a.* h) *ita codd.* i) Urciscini 2.

1) 1. *Ioh.* 3, 7. 8. 2) *Hieronymus ep.* 22, 3, *cum Eph.* 6, 12, *addit:* huius mundi et rectores. 3) 1. *Petr.* 5, 8. 9. 4) *Supra c.* 3. 5) *Rusticus episcopus Cadurcus concilio Clippiacensi a.* 626. *aut* 627. *intererat, Eusebius autem Parisiensi a.* 614*; cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 201. 191. 6) *Ursicinus olim referendarius Ultrogothonis reginae a Maurilione episcopo Cadurco successor a.* 580. *electus (Greg., H. Fr. V,* 42*) de paroeciis nonnullis cum Rutenorum episcopo litem habebat, quas ipsi tradere per*

rarii officium gerens, cotidie vitam suam ad augmentum melioris propositi provehebat[a]. In anno autem VII. Dagoberti regis praedictus germanus eius Siagrius, dum Massiliae administrationem procuraret, Deo iubente, vitam finivit[b], pro[c] quo rex Dagobertus gravi merore perculsus[d], sollertissimum[e] Desiderium loco praefecturae eius subrogare censivit[f]. Profectus[g] itaque Massiliam, propositam[h] administrationem vigilanter exercuit, adque aulam regressus, ministerium sibi iniunctum omni cum sollicitudine praevidit[i]. Sed quantum[k] pia[l] genetrix habuerit luctum, tantum[m] venerabilis Desiderius pro fratre fuerit afflictus, inconveniens nunc[n] est per singula volvere[o], unde interim, his omissis, suscepta[p] prosequamur.

(8). Subsequenti itaque tempore et sub hisdem[a] ferme diebus, finiente anno VII. regni Dagoberti et incipiente octavo[1], Rusticus episcopus[b] cathedrae Cadurcae[c] praesidens, septimo aut[d] eo amplius anno pontificatus sui administrato, a perfidis[2] et scelestis incolis interemptus est, ob quod conturbatio magna facta est in ecclesia, nec[e] solum in urbe Cadurca, sed etiam[f] in regis aula. Siquidem vehementer ira regis commota terribilia valde promulgavit praecepta, adeo[g] ut alii ob[h] id truncati, alii interempti[i], alii exilio damnati, alii etiam perpetua ob hoc servitute addicti sunt, sic quoque ut numquam in sempiternum ad libertatis statum meruerunt[k] provenire[l]. Reverentissimus autem Desiderius, licet intolerabiliter sit dolore perculsus[m], ut in mortem[n] germani ipse quodammodo[o] videretur mortem subire, alloquio[p] fortissimo tamen, animo et valde accurato[q], beatam matrem studuit consolari, ne in[r] amissionem filii modum christianae religionis lugendo excederet, adserens eos qui in Christo dormiunt non esse lugendos, sicut apostolus[3] monet[s], dicens: *De dormientibus ne contristemini, sicut et caeteri qui spem non habent.* Herchenefreda[t] autem pia genetrix tenerrimo valde affectu Desiderium[u] diligebat, quem crebrae orbitates[v] fecerant iam cariorem: siquidem sincerissimi[w] iugalis Salvii amissione[x] filiorum continuabat[y] luctus. Haec autem crebras

Hier. ep. 118, 2.

Capp. 7. 8. 1. 2. 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 7. a) (pro *suppl.*)vehebat 2. b) ITE ALIA *add.*, *sed eras.* 1. c) (P *m. al. in rasura maiore*)ro 1. d) percussus 2. 3*b*. *c* *(non 3a)*. e) solestiss. 1*a*. f) *ita* 1*a*. 2; censuit 3. g) *post* (P *m. al. in rasura maiore*)rofectus *add.*, *sed eras.* ITEM ALIA 1. h) propositum 1*a*; praepositi 2. 3. i) providit 3. k) *ita* 1*a*. 2. 3; qualem quantumque 1*b*. l) eius *add.* 2. 3. m) *ita* 1*a*; quantumque v. 2. 3; quantum quoque v. 1*b*. n) nimis 3. o) *ita* 1*a*. 2. 3; revolvere 1*b*. p) *ita* 1*a*. 2. 3; ad iam cepta prosequendo revertamur 1*b*.

Cap. 8. a) iisdem 3*b*. *c*; iis 3*a*. b) ep:s 1. c) Caturcinae 3*a*. *b*; Caturcenae 3*c*. d) *ita* 1*b*; autem 1*a*. 2. 3; et *add.* 2. 3. e) non 3. f) eticiam 2. g) *bis fortasse scr. erat, sed corr.* 1. h) obtruncati 2. 3. i) interepti 2. k) *ita* 1*a*; meruerint 3; meruerit 2. l) pervenire 2. 3. m) *ita* 1. 3*b*. *c*; percussus 2. 3*a*. n) *ita* 1*a*. 2; morte 1*b*. 3. o) qui ammodo 2. p) *om.* 2. 3. q) occurato 2. r) (in *postea add.*) ammissione 2; (in *om.*) amissione 3. s) ammonet 2; admonet 3. t) *ita* 1 *et fortasse* 2 *(e corr.* Archenefredida*)*; Archenefreda 3. u) Desidesrium 2. v) *add.* ei 2, sibi 3. w) sincerissime (?) 1*a*; sanctissimi 2. 3. x) necnon et *h. l. et post* filiorum *vocabulum* exorbitatione *ineunte fol.* 209. *supplevit* 1*b*. y) continuabatur 2. 3.

synodum Arvernam iussus est (Greg. l. l. VI, 38*), cumque Gundovaldi res novas molientis partibus favisset, in synodo Matisconensi a.* 585, *cuius actis et ipse subscripsit (Maassen l. l. p.* 173*), a sacris suspensus est. Memoria eius apud Cadurcos die* 13. *Decembris colitur; cf. de la Croix, Series ep. Cadurc. p.* 24*; Lacoste l. l. I, p.* 201. *Post ipsum Mammo seriei episcoporum inserendus videtur esse; cf. supra p.* 555. 1) *Annus Dagoberti VII. vere a.* 630. *finiebatur, dum Rustici memoria die* 26. *Decembris aut* 18. *Augusti in fastis sacris celebratur; cf. Lacoste l. l. I, p.* 212, *n.* 4. 2) *A perfidis ecclesiae incolis Ep. Herchenefredae ad Desiderium filium infra c.* 11. *Interfectus est ibi, ubi postea ecclesiam S. Petri Desiderius construxit; v. infra c.* 16. 3) 1. *Thess.* 4, 12.

ad eum epistolas dirigens, pio studio[a] filium cohortabatur, ut cepta perficeret, ut omni custodia cor suum corpusque servaret et[b] praecepta Dei toto adnisu custodire contenderet. Quarum exemplar, apud nos habito testamentum[c], memoriae gratiae[d] pagellae[e] huius inserendum credidi, ut ex his advertatur[f], qualis fuerit 5 mater, qualemque[g] propositum tenere filium vellet. Quarum textus[h] ita se habet: cf. Prov. 4, 23.

(9). *DULCISSIMO ATQUE AMANTISSIMO FILIO DESIDERIO HERCHENEFREDA*[a].

Inmensas omnipotenti Deo egi[b] *gratias, qui dignatus est tribuere locum, ut litteras meas ad dulcedinem tuam dirigere deberem, per quas*[c] *tantum saluto, quantum viscerum* 10 *meorum exegit*[d] *plenitudo, et rogo Domini misericordiam, ut me*[e] *de vita et bona conversatione vestra*[f] *affluenter*[g] *iubeat letificari. Te vero, dulcissimum*[h] *mihi pignus, moneo, ut assidue Deum*[i] *cogites, Deum iugiter in mente habeas, mala opera quae Deus odit nec consentias nec facias; regi sis fidelis, contubernales diligas, Deum*[k] *semper ames et timeas. Ab omni opere per quod Deus*[l] *offenditur sollicite te custodi, ut*[m] *nos* 15 *melius provoces pro tua mala vitae stabilitate, quare nullam occasionem vicini vel pares habeant, per quam*[n] *detrahere possint, sed magis bonam conversationem tuam videntes glorificent Deum*[o]. *Recordare, fili*[p], *semper, quid*[q] *Deo pro vobis*[r] *spopondi, et ideo cum timore semper progredere. De cetero tantum te, dulcis fili, salutare praesumo, quantum cordis mei continet plenitudo.*

20 (10). ITEM[a] ALIA.

DULCISSIMO ET[b] *DESIDERANTISSIMO*[c] *FILIO DESIDERIO HERCHENEFREDA*[d].

Omnipotenti Deo[e] *inmensas ago gratias, quod se locus oportunitatis dedit, ut parvitatis meae apices dominationi*[f] *vestrae dirigere possim. Cognoscite nos*[g] *in Dei* 25 *nomine prospere agere; cupimus*[h] *et*[i], *sicut oportet, pro vobis assidue orare. Proinde salutem*[k] *profusissimam persolvens supplico animo, ut vestra*[l] *opera nostras*[m] *orationes iubent*[n], *et quantum potestis, semper pro*[o] *animae profectu elaborate, caritatem circa omnes tenete, castitatem supra*[p] *omnia custodite, cautelam in sermone et*[q] *in omni opere habete, et si forte aliquid mali actum*[r] *est, cito emendate. Epistolam vero*[s] *quam ante*

30 *Capp.* 8—10. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 8. a) studium 1*a*. b) *om.* 3. c) *ita* 1*a*; testamento *rell.* d) *ita* 1*a*. 2; gratia 1*b*; gratae 3. e) h. p. 3. f) avertatur 2. g) qualeque 2. 3. h) tectus 1*a*.

Cap. 9. a) Arrchenefreda *pr. m. corr.* Aerchenefreda 2; Archenefreda 3. b) *ita* 1*a*. 2. 3; ago 1*b*, *ut infra l.* 23. c) te *add.* 1*b*. d) exigit 2. 3. e) m̄ 2; mihi 3. f) tua 2. 3. g) affluenta 2. 35 h) dulcissimo 1*a*. i) Dominum 3. k) Dominum 3*b. c (non 3a)*. l) Dominus 3. m) *locum librarii et interpolatores varie inquinaverunt, non intellegentes verba* pro tua mala, *i. e.* pro tuis malis *(i. q. vitiis), quae cum insequentibus potius omnes coniunxerunt, ita ut ex* vitae stabilitate *vel in melioribus* vita et st. *efficeretur;* ut nos [ad *add.* 1*b*] melius pro | [tuo bono exemplo pro *add.* 1*b*]voces. [quam *add.* 1*b*] Pro tua mala vita et [in *add.* 1*b*] stabili | [tate mentis ad ignominiam nos deroges et 40 ut *add.* 1*b*] ::::::::: nullam occ. 1; ne alios in malis provoces pro tua mala (*ita* 2. 3*a*; malae 3*b*) vit(a)e et stabilitate *(ita* 2, *sed sigla* et *exp.;* v. instabilitate 3*)*, quare nullam occ. 2. 3. n) tibi *h. l. add.* 3*a. c*, *post* detr. 2. 3*b*. o) Dominum 3. p) filii s. 2; s. f. 3. q) quod 2. 3. r) *ita* 1*a*. 2. 3; te 1*b*.

Cap. 10. a) I. a. *om.* 2. 3. b) ac 2. 3*a. b (non 3c)*. c) desideratissimo 3. d) A:rchene-45 freda 2; Archenefreda 3. e) et *add.* 1. 2; *om.* 3. f) dominationi:, *ras.* s 1. g) nos [quod *add.* 1*b*] in D. n. [vos *add.* 1*b*] 1; (nos *om.*), qu̇od vos in D. n. 2. 3. h) *ita* 1*a* (upi *erasa discerni nequeunt*). 2. 3; optamus 1*b*. i) *om.* 2. 3. k) s. [vestram *add.* 1*b*] profusissimam [profusissimae 1*b*] per:::::ns [desiderans 1*b*, *incipiente altera columna*] supplico animos [supplici animo *et add.* deposco 1*b*] 1; profusissimam salutem persolvens supplico animo 2. 3. l) nostra 2. 3. m) nostre 2. n) *ita* 1*a*; 50 vivens 2; iuves 3. o) (pro *om.*) a. profectum 2. 3. p) super 3. q) *om.* 3. r) act:um, *ras.* u 1. s) istam cum ea *add.* 1*b*.

tempore[a] *vobis direxi sepius legite et animo commendate*[b] *ac tota mentis*[c] *ambitione tenete, ut promissio mea de vos*[d] *aput Deum*[e] *per vos*[f], *dulcis filius*[g] *Desideri, impleatur. Quod praestet omnipotens Deus, qui est super omnia benedictus. De condicione*[h. 1] *vero patris*[i] *nostri Magni*[2] *abbatis, unde antea tam ipse quam nos vos*[k] *rogavimus, sic pro*[l] *hoc insistite, ut sanctorum ubi*[m] *servit*[n] *intercessio maximam vobis mercedem apud Deum adquirat et in aeternam vobis retributionem ipsa mercis*[o] *occurrat. De speciebus vero, quae vobis in palatio sunt necessariae*[p], *nobis per epistolam vestram significate et continuo in Dei nomine dirigemus; de prosperitate etiam vestra nos celerrime testificare*[q] *iubete et valete in Domino.*

Manu propria: Incolomes[r. 3] *vos Dominus custodire et heredes*[s] *regni sui praeparare dignetur.*

(11). ITEM[a] ALIA[b] POST INTEREMPTIONEM FILII DIREXIT.

SEMPER DESIDERABILI ET DULCISSIMO FILIO DESIDERIO HERCHENEFREDA[c] *MISERA MATER.*

Iam credo tibi nuntiatum esse, qualiter dulcissimus germanus tuus domnus[d] *Rusticus episcopus a perfidis ecclesiae incolis interfectus sit. Propterea, dulcissime fili*[e], *dum et pater tuus iam discessit*[f], *et Siagrius frater tuus hinc*[g] *migravit, tu viriliter istam causam prosequere*[h] *facias, ut grandis*[i] *exemplus*[k] *pro hoc fiatur*[l]. *Ego infelix mater quid agam, cum fratres tui iam non sunt*[m]*? Si tu discesseris, ego orbata absque liberis ero*[n]. *Sed tu, piissime*[o] *pignus, mihi dulcissime, sic te iugiter praecave, ut dum solatia fratrum*[p] *perdidisti, te non perdas, ut ne*[q], *quod absit, in interitum vadas. Cave semper latam*[r] *et spatiosam viam*[s], *quae ducit ad perditionem, et temet ipsum in via Dei custodi. Ego prae nimio dolore vitam meam amittere*[t] *suspicor. Tu ora*[u], *ut egredientem animam ille suscipiat, in*[v] *cuius amore die noctuque suspiro. Ego Doderio*[w] *ad te direxi, per quem omnia sequere*[x] *poteris, erga*[y] *nos quae aguntur; quem*[z] *omni velocitate remittere festina.*

cf. Matth. 7, 13.

Incolomem[a] *te superna*[b] *gratia tueatur, dulcissime*[c] *fili.*

Capp. 10. 11. 1. 2. 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 10. a) *ita* 1*a*; tempus *rell.* b) tenete 2. 3. c) mente 1*a*. d) *ita* 1*a*; vobis *rell.* e) Dominum 2. 3*b*. *c* *(non* 3*a)*. f) *ita rell.*; te 1*b*. g) *ita* 1*a*; fili *rell.* h) condicionis 1. i) *ita* 1; p. vestri 2. 3*b*. *c*; fratris vestri 3*a*. k) *ita* 1*b*. 2. 3; te 1*a*. l) sic perinsistite hac (haec 3), ut 2. 3. m) *om.* 3. n) fuit 2. 3. o) *ita* 1. p) necessarius 1*a*. q) certificari 2. 3. r) incolomen 1*b*. s) eredem 1*b*.

Cap. 11. a) Item — direxit *om.* 2. 3. b) quam *add.* 1*b*. c) *ita, ut videtur, primo, deinde* Harchamfreda, *tunc m. s. XII (1b)* Haerchaemfreda 1; Aerchenefreda 2; Archenefreda 3. d) dominus 2. 3. e) filii 2. f) descessit 2; decessit 3: *item infra.* g) hunc 1, *corr.* h) prosequi 2; persequi 3. i) *ita* 1*a*; grande exemplum *rell.* k) futuris *supplevit* 1*b*. l) *ita* 1*a*; fiat *rell.* m) sint 2. 3. n) : ero, *ras.* h 1. o) *ita* 1*a*; piissimum p., m. dulcissimum 1*b*; piissimum p., mi dulcissime 2. 3. p) fratum 2. q) *pr. m. superscr.* 1; *om.* 2. 3. r) latatam *(exp.* ta*), postea add.* et 2. s) vitam 1, *corr.* t) *ita* 1*b*. 2. 3; permittere 1*a*. u) hora 1. 2 *(pr. m.)*. v) pro 3. w) *ita* 1; Doderium 2; Dodenum 3. x) *ita recte* 1*a* *(supra l.* 18: prosequere*)*; scire poteris 2. 3; se[cure mittere vel denunciare *add.*] poteris 1*b*. y) quae erga nos 2. 3; circa te *post* erga nos quae *add.* 1*b*. z) cum *add.* 2. 3. a) *ita* 1*b* *cum rell.*; incolumes 1*a*. b) suprema 3. c) *om.* 2. 3.

1) *Condicio pro causa accipitur, sicut in epistulis Desiderii.* 2) *Magnus abbas sanctis suis ibi serviebat, ubi Herchenefreda constituta erat, eumque monasterio cuidam Cadurco praefuisse recte statuisse videtur Mabillonius, Ann. ord. S. Benedicti I, p.* 358. *Magni enim agminibus per Lupum abbatem apud Sigibertum regem Desiderius succurrebat, si recte intellexero locum epistulae I, 2, depravatum in editione Arndtiana:* Lupus abba, cuius mente Magni (mentem agni *ed.*) cupio agminibus interesse. 3) *Desiderii ipsius epistulae nonnullae (I,* 2. 6. 13*) formula simili finiuntur, monente R. Poupardin.*

(12). Iam vero, ut dictum est, interempto Rustico Cadurcae urbis episcopo, consensus regis et civium[1] pari sententia in episcopatum Desiderii[a] adspirant[b]. Nam licet suggestio civium ad praesules et[c] principes iam praecesserit, rex tamen pro hoc amantissima[d] et valde ambienda[e] praecepta[f] dedit, in qua[g] perspicue agnoscitur, vel quam care[h] hunc rex diligeret, vel quam de eo estimationem haberet. Tale nimirum de illo rex civibus et episcopis cunctoque populo testimonium dedit, ut iure plebium testimonia regia oracula praecellerent hac praevenirent[i]. Cuius epistolae exemplarium[k] necessario[l] huic[m] opere[n] inserendum[o] putavi. Textus autem epistolae iste est:

(13). *DAGOBERTUS[2] REX FRANCORUM EPISCOPIS ET DUCIBUS CUNCTOQUE POPULO GALLIARUM FINIBUS[a] CONSTITUTO.*

Condecet[b] clementiae[c] principatus nostri[d] sagaci indagatione prosequere[e] et pervigili cura tractare, ut electio vel dispositio nostra Dei in[f] omnibus voluntati debeant[g] concordare, et dum nobis regiones et regna in potestate ad regendum, largiente Domino, noscuntur esse conlatae[h], illis committantur[i] privilegia dignitatum[k], quos vita laudabilis[l] et morum probitas vel generositatis[m] nobilitas adtulit. Et quoniam virum illustrem Desiderium tesaurarium nostrum cognovimus religionis observantiam ab ipso pueritiae suae tempore in omnibus custodire et sub habitu saeculi[n] Christi militem gerere hac mores angelicos et sacerdotalem conversationem habere, ut non solum in contiguis[o], sed etiam in longinquis[p] fama bonitatis eius vulgata[q] crebrescat, ideo credimus eum merito ad sacerdotium provehere[r], quem, sicut diximus, ornatis moribus videmus iugiter ad caelestem patriam anhelare. Et dum civium abbatumque[3] Cadurcorum consensus hoc omnimodis exposcit, ut eum episcopum habeant, et nostra devotio similiter consentit, absque dubio credimus Dei[s] notu id fieri, ut dum satis nobis est in palatio nostro necessarius, ipsi nobis quodammodo violentiam inferamus et eum ab editibus[4] nostris[t] auferamus, profectui vestro[u] procuremus. Sed dum nobis, sicut[v] diximus[w, 5], regiones et regna a Deo sunt commissa, quamvis nobis inferamus dispendium, tales debemus procurare pastores, qui

Capp. 12. 13. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 12. a) *ita recte* 1*a*. 2. 3; Desiderium 1*b*. b) aspiravit 3. c) *bis scr. erat* 1. d) amantissime 1. e) ambiendo 1*b*. f) praeceptum 1. g) quo 1*b*; quibus 3. h) quam ob *(e corr.* 2*)* rem hunc 2. 3. i) *m. al. corr.* pervenirent 2. k) *ita* 3; excemplarium 2; exemplar :: 1. l) necessarium 2. 3. m) hic *corr.* hic 2. n) *ita* 1. o) inserenda putavi: 1*a*.

Cap. 13. a) senibus *corr.* sinibus 1. b) Concedeset, *exp.* ce 2. c) clement(c)iam 2. 3. d) *om.* 2. 3. e) persequere 2. f) in *pr.(?) m. superscr.* 1; et hominibus 2; et hominum 3. g) debeat 3. h) collata 2. 3. i) *ita* 3; comitantur 1*b*; comittantur 2; comitat 1*a*. k) dignitate 1*a*. l) laudabiles 1*b*. m) *ita* 1*b*. 3; generositas 1*a et pr. m.* 2. n) scl. 1*a*; scli (= seculi) 2; saeculari 1*b*. 3. o) contigis *pr. m.* 2. p) regionibus *add.* 2. 3. q) evulgata 3. r) s. debere provehi 2. 3. s) nutu Dei 2. 3. t) nostris *habent* 2. 3; *om.* 1*a*; propriis 1*b*; auferamus *h. l. om. omnes, sed post verba* sicut diximus *locus plenius iteratus est ita:* eum ab editibus nostris auferamus, *unde hiatus facile suppleri poterat.* u) *ita* 2. 3; *om.* 1*a*; publico 1*b*. v) ut 3. w) (et *add.* 2. 3) eum ab editibus nostris auferamus (auferimus *et add.* quibus 2. 3) *iterant codd. (v. n.* t*).*

1) *Infra* c. 13: civium abbatumque Cadurcorum consensus, *et consensus civium pro episcopatu inter Marculfi formulas I,* 7. *reperitur.* 2) *Praeceptum regis de episcopatu inter formulas Marculfi I,* 5 *(ed. K. Zeumer p.* 45*) legitur. Dagoberti charta saepe seorsum edita est (e. gr. a Pardessus, Dipl. II, p.* 3*; K. Pertz, Dipl. I, p.* 15*), sed editiones omnes ex hac Vita pendent.* 3) *Abbates vel abbates seniores ad clerum urbanum pertinentes sunt presbyteri et diaconi ii, qui in reliquo urbis clero principatum tenebant; cf. V. Praeiecti ('N. Arch.' XVIII, p.* 645*); E. Vacandard, 'Revue des questions hist.'* 63, *p.* 379*;* 69, *p.* 23. 4) Editibus *idem valet ac* aedibus, *nisi ita legendum sit. Ducange s. v.* editus. 5) *Supra v.* 14.

secundum Deum et iuxta[a] *apostolica dicta plebis*[b] *sibi hac*[c] *nobis commissas debeant regere, unde nobis merces amplior possit adcrescere. Quam ob rem iuxta civium petitionem, nostram quoque concordantem in omnibus voluntatem, decernimus hac iubemus, ut, adiuvante Domino*[d], *adclamante*[e] *laudem ipsius clero vel populo, vir illustris et verus Dei cultor Desiderius pontifex in urbe Cadurcis*[f] *debeat consecrari, et nostra*[g] *civiumquae voluntas quod decrevit, in omnibus in Dei nomine perficiatur, et pontificali benedictione sublimatus*[h], *dum*[i] *Christo propicio vere*[k] *hac religiose*[l] *profitemur, quod vita et conversatio eius digna et probata ab universis habetur*[m], *pro nobis et pro universis ordinibus eclesiae debeat exorare*[n] *et acceptabilis*[o] *Deo hostias studeat offerre, quia ex hoc vitam nobis longiori aevo auctore Domino credimus propagandam, si ille in sacerdotio elegitur et sublimatur, qui pro nobis vel pro vobis, sibi*[p] *commissis, securus ante tribunal Christi preces offeret*[q] *et in futuro iudicio, ut culpas excuset, precator*[r] *adsistet*[s]. *Qua de re praesenti auctoritate decernimus, ut saepe*[t] *dictus Desiderius episcopatum in Cadurcena*[u] *urbe praesentaliter*[v] *suscipiat et Christo propitio eius temporibus teneat. Et ut haec deliberatio voluntatis*[w] *nostrae firmior habeatur, manus nostrae subscriptione subter eam decrevimus roborare.*

Chrodobertus[x] *obtulit. Dagobertus rex subscripsit.*

630, Apr. 8. *Data sub die VI.*[y] *Idus Aprilis*[1], *anno VIII. Dacoberti regis.*

(14)[a]. INDICULUS[b, 2] DACOBERTI REGIS AD DOMNUM[c] SULPICIUM[3] EPISCOPUM[d].

DOMINO[e] *SANCTO ET APOSTOLICO DOMNO MEO*[f] *ET PATRI SULPICIO PAPAE*[g] *DAGOBERTUS REX.*

Dum[h] *et vestri*[i] *sanctitati bene*[k] *credimus esse conpertum, qualiter fidelis noster, vir*[l] *illustris Desiderius, tesaurarius noster*[m] *nobis ab*[n] *adolescentiae*[4] *suae*[n] *tempore fideliter deservivit et*[n] *nos devotissimam hac monasticam*[5] *conversationem eius bene*[o] *habemus conpertam, ideo nos cognoscite taliter decrevisse, ut in civitate Cadurca, ubi germanus eius domnus Rusticus episcopus*[p] *praefuit*[q], *in locum ipsius honorem episcopatus in Dei nomine debeat accipere, quia, divina inspirante potencia, talis*[r] *nostra devotio manet, ut eos quos moribus ornatos*[s] *et sanctis operibus deditos perspicimus, sicut est iste fidelissimus Dei et noster Desiderius, hos ad episcopale culmen provehere debeamus; quia*

Capp. 13. 14. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 13. a) iusta 1*a*; *om.* 3. b) plebes 2. c) *ita* 1; ac 2; a 3. d) *om.* 2. 3. e) ac clamante laude 2. 3. f) *ita* 1*a*; Cadurca 1*b*; Caturci 2. 3. g) nostram, *ras.* m 1. h) sublimetur 1*b*. i) modo *add.* 1*b*. k) *m. al. corr.* vera 1. l) *ita* 2. 3; religione 1. m) in tantum ut *versu ineunte add.* 1*b*. n) exorere 1, *pr. m. corr.* o) *ita* 1. p) que *add.* 1*b*. q) *ita* 1*a*; offerat 1*b*. 2. 3. r) *ita* 1*b*; peccator 1*a*; peccatorum 2. 3. s) *ita* 1*a*; adsistat 1*b*; assistat 2. 3. t) *ita* 1*b*. 2. 3; sedictus 1*a*. u) Caturcina 2; Caturcensi 3. v) praesentialiter 3. w) volutatis 2. x) Chrodobertus — regis *litteris maioribus scripta sunt* 1; Crodobertus 3; Crodabertus 2. y) *om.* 2. 3.

Cap. 14. a) VIIII. *corr.* VIII. 2; *numerum om.* 3*b. c.* b) *praescriptio capiti praecedenti adiuncta est* 2. c) dnm̄ 2. d) archiepiscopum 1*b*. e) dono *postea corr.* dopno 2. f) do *add.*, *sed eras.* 1; meo et *om.* 2. 3. g) papa 1*a*; *om.* 2. 3. h) Deo 2. 3. i) *ita* 1*a*; vestrae *rell.* k) *om.* 3. l) *ita* 1. 3*c*; vere 2; veri 3*b*; *deest* 3*a*. m) *ita* 1. 2; *om.* 3. n) *om.* 2. 3. o) b. h. c. *pr. m. in litura* 1; h. bene c. (co|pertam 2) 2. 3. p) *ita* 1. 2. 3*c*; *om.* 3*b*. q) *ita* 1. 2; praeivit 3. r) tales nostram 1*a*. s) ornatis 1*a*.

1) *Ipso die paschali.* 2) *'Indecolum regis ad episcopum, ut alium benedicat', Marculfus inter formulas suas (I, 6, ed. K. Zeumer p.* 46*) admisit, quocum hae Dagoberti litterae comparandae sunt. Seorsum eas ediderunt cum alii tum Pardessus, Dipl. II, p.* 7. 3) *De Sulpicio episcopo Biturigo supra p.* 364 *sqq. egi.* 4) Pueritiae suae *in charta praecedenti legitur.* 5) Sacerdotalem *ib.*

sic decet regiam[a] *celsitudinem, ut quos cognoscit in Dei timore conversare*[b] *et fidem catholicam integrae custodire vel euangelica praecepta, omnimodis*[c] *ad prosequere officium studeat promovere. Proinde dum vos arce*[d, 1] *metropolitani scimus tenere, praesentes apices cum debito salutacionis officio almitati*[e] *vestrae studuimus destinare, petentes, ut* 5 *ad eum benedicendum properare debeatis et litteras ad conprovinciales fratres vestros dirigatis, ut et illi adesse debeant, ut canonice et iuxta apostolicam institucionem sub nostri*[f] *praesentia in sancta paschali sollempnitate pontificali benedictione debeat esse*[g] *confirmatus. Illud etiam ante omnia supplicamus, ut nos in sanctis ac Deo placitis orationibus vestris Domino commendetis et ad explendum*[h] *negocium nulla*[i] *mora faciatis.* 10 *Quem vero*[k] *indiculum manus nostrae subscriptione, ut mos est, decrevimus roborare.*

Dagobertus rex subscripsit[l].

(15)[a]. Itaque et[b] regis promulgata sentencia et civium consona voce Desiderius ad episcopatum praeelegitur[c], dataque, ut supra dictum est, auctoritate ad Sulpicium Betorive[d] urbis episcopum, qui metropolis[e, 2] dinoscebatur, ipse ceteros 15 fratres conprovinciales ad consecrationem venerabilis Desiderii invitat. Factus[f] itaque episcopus sub anno VIII. Dagoberti regis, temporibus piissimi Eracli[g] imperatoris, qualem se demum[h] quantumque praestiterit non est nostrae facultatis[i] evolvere. Prima[k] enim illi[l] ac praecipua cura fuit[m, 3] Dei praeceptis nihil praeterire, humilitate iactanciam superare, benignitate invidiam subfundere. Deinde, ut 20 nullam obsceni in se[n] rumoris fabulam daret[o], nullam occasionem per[p] quolibet modo perniciosis relinqueret[q], studuit summopere subvenire pauperibus, visitare infirmos, consolare[r] pusillanimes, *gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus*, omnibus se omnia facere[s], ut omnes faceret salvos. Erat enim caecorum baculus, esuriencium cybus, sicientium potus, miserorum salus, solamen lugencium; fraequenter in 25 ore sacra[t] leccio, sepissima[u] Christi erat invocatio, fraequenter humi inherens et flexo corpore, mens erecta ad Deum[v] viam qua spiritus tendebatur[w] monstrabat. Rumusculus[x] sane et gloriolas[y] et palpantes adulatores quasi hostem fugiens, sola simplicia et pura contubernia delectabatur[z]. Pauperibus vero et fratribus refrigeria sumptuum[a] ita praevidebat[b], ut nulli[c] nihil deesset. Si pusillanimem 30 vidisset, consolabatur; si in Dei amorem servientem[d], quoortabatur[e] ad studium.

V. Elig. II, 2. — V. Martini c. 10. — Hier. ep. 60, 10. — cf. 1. Cor. 9, 22. — Hier. ep. 58, 6. — ib. 22, 35.

Capp. 14. 15. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 14. a) reginam, *exp.* n 2. b) *ita* 1. c) o. : : : : : [ad : : : *eras.*, obse 1*b*]|quere *[ita* 1*a*; vare 1*b]* [ad tale *add.* 1*b*] officium st. 1; o. (s *extr. eras.* 2) ad pontificale officium st. 2. 3. d) *ita* 1*a*; archēmetropolitā 2; archimetropolitani 3. e) almitatis 1*a*. f) *ita* 1; vestri 2. 3. g) *ita* 1*a*; 35 confirmari *pro* esse c. 1*b*; esse consecratus 2. 3. h) *ita* 1*a*; quod vobis iniungimus *add.* 1*b*; hoc *add.* 2. 3. i) *ita* 1. k) *versu ineunte eras.* 1; Quod vero indi manus 2; Quod vero indicimus 3. l) k. *nota marg. adscripta* 1.

Cap. 15. a) C. X. 2; VIIII. 3*b. c.* b) *ita* 1. 2; *om.* 3. c) *eras.* prae 1; eligitur 2. 3. d) Bituricae 2. 3. e) metropolitanus dignosc. 3. f) Tectus 1*a*. g) Eradi (?) *postea corr.* Eracli 2; 40 Heraclii 3. h) *pro* demum *habent* dei mīū 2, deo ministrum 3. i) *ita* 2. 3 *cum Sulpicio;* facillitatis 1. k) Primia 2, *corr.* l) illa 1. m) de *add.* 3. n) serum moris 1*a*. 2. 3*c (pr. m.)*. o) *ita* 1*b*; dare 1*a*. 2. 3. p) *ita* 1 *(ubi* per *eras.)*. 2; pro q. 3. q) relinquere 2. 3. r) *ita* 1. s) faceret *corr.* facere *et pr. m. in mg. suppl.* ut o. f. 1. t) facta 3. u) saepissime 2. 3*a. b (non* 3*c)*. v) Dominum 3 *cum Hier.* w) *ita* 1*a*. 2; tendebat 1*b*. 3. x) *ita* 1; Rumus|clos, *i. e.* Ru- 45 musculos, *sed* o *e corr.* 2; Rumigerulos clericos 3. y) *ita Hier.;* | ne : : : gloriosos (?) 1*a*; sane et gloriosos (gl'ol' 2) 2. 3; necnon vaniloquos 1*b*. z) amplectebatur 2. 3. a) sompnium 2. 3*c (in mg. corr.* sumptuum*)*. b) providebat 3. c) ulli 1*b*. d) ferventem *Hier.* e) *ita* 1*b*; quoart. 1*a*; cohort. 2. 3.

1) *I. e.* ἀρχή, *dignitas. Ducange.* 2) *I. e. metropolitanus, sicut apud Greg. Tur.* 3) *Cf. V. Honorati Arel. auct. Hilario* 6, 28 *(Migne L,* 1264*)*: prima ei cura concordiae 50 fuit et praecipuus labor.

Hier. ep. 58, 10. 8. ib. 58, 9. ib. 60, 10. V. Elig. I, 38. Hier. ep. 43, 3. ib. 127, 3. V. Elig. II, 9.

Cuius locutio instar fonte[a] purissimo dulcis manabat ac placida, ipsumque genus eloquii eius pressum[b] erat ac[c] nitidum, adeo ut ei[d] concionanti nihil pulchrius, nihil dulcius nihilque Latinius[e] crederetur; ita enim in singulis virtutibus eminebat quasi ceteras non haberet. Sic se praeparabat[f] quasi quotidie moriturum; sic nempe vivebat, ut non eum ab oracione somnus, non saturitas[g] a lectione revocaret[h]. Quis[i] umquam de eo, quod displiceret, audivit? Quis audiens credidit? Quis eum[k] in fide firmior, in opere prumptior, in oratione paratior[l], in caritate[m] ardencior potuit inveniri?

Reg. Benedicti c. 48. cf. 2. Thess. 3, 10. Hier. ep. 125, 11.

(16). Ab ipso quippe exordio episcopatu[a] suo initia[b] extruendae[c] immoque recuperandae moeniae[1] studium dedit, ubi instantissime desudans pene[d] sine intermissione dies in opere continuabat. Ob hoc vel maxime semper aliquid operis facere studebat[2], ut quotiens inimicus[e] pulsaret, numquam ab opere inveniret ociosum, sciens scriptum esse, quod *ociositas inimica est animae*, et apostoli esse praeceptum, quod qui non operatur, non manducet; noverat[f] et alibi[3] esse scriptum: *In desideriis*[g] *est omnis otiosus, vagatur enim perniciosis*[h] *cogitacionibus*. Unde[i] ipse[k] agebat: 'Apostoli manibus propriis laborabant, ne[l] quem gravarent, sed magis haberent, unde aliis[m] refrigerium[n] tribuere possint[o]'. Porro industria sua edificavit et prope matrem aecclesiam domus[p] geminas[4], utrasque duplas[q] arcubus libratas, fenestris obliquas[r], scalis contiguas, positione[s] seiunctas, conpendio[t] congruas, socias[u] oratoriis[v], ornatas[w] antis quadrisque munitas, mirae magnitudinis miraeque[x] dispositionis conpactas, quas supra[y] ripam Oltis[5] fluvii extruens, praecipuum[z] adque eximium post futuris conpendium praeparavit. Aedificavit etiam ultra amnis[a] ripam in aspectu[b] praedictarum aedium basilicam formae[c] convenientissimae[d] combtam, eo[e] scilicet in loco quo germanus eius Rusticus condam fuerat interemptus, quam mirabiliter perficiens[f] in honorem[g] beati Petri[6] apostolorum prin-

Capp. 15. 16. 1. 2. 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 15. a) fonte: *(ras. s)* p. 1; fontis purissima 2. 3. b) praesum 1*a*; pn̄i 2; purum 3; subpressum 1*b*. c) ad 2, *corr.* d) *ita* 1. 2; eo concionante 3. e) *ita Hier.;* latinis 1*a*; letius 1*b*; iocundius 2. 3. f) se praeparaba: t, *ras.* n 1; p. se 2. 3. g) a l. s. 3. h) revocare 1*a*. i) qui 1*a*. k) eo 2. 3. l) p: tior *m. rec. corr.* potior 2, *et sic* 3. m) *ita* 2 *cum V. Eligii;* charitate 3; utilitate 1.

Cap. 16. a) *ita* 1; episcopatus sui 2. 3. b) mi|cia 2. c) extruende immoque recuperando inenie 2; ex(s)truenda animoque recuperando menie *(et superscr.* omne 3*b*; menia 3*a)* 3*a*. *b* *(non 3c)*. d) ꝑ on̄e 2; ponere 3. e) eum *add.* 2. 3. f) et invenit alibi 2. 3. g) desiderus 1*a*. h) perniciosus 1, *corr.;* quisque *add.* 2. 3. i) imde 2. k) ipsi etiam (e. i. 3*a*) *pro* i. a. 2. 3. l) *ita* 2. 3; ne aliquem *in litura* 1*b*. m) aliis *pr. m. add.* 1; *om.* 2. 3. n) refrigerii 1*a*. o) possit 2. p) domus geminus 1*a*; domos geminas 1*b*. 2. 3. q) d. artublus(?) 1*a*; duplas artibus 2; duplis arcubus 3. r) obliques 1*a*; obliq̄ꝫ 2. s) *ita scripsi;* positiones (possetiones 2) et *(ras.* s et 1*)* iunctas 1. 2; possessiones coniunctas 3. t) que *add.* 1*b*. u) *ita* 1*a*. 2. 3; sociatas 1*b*. v) oratoris 1*a*. w) ornatos 1*a*. x) *ita* 1*a*. 2. 3; miraque dispositione 1*b*. y) super 2. 3. z) que *add.* 3. a) amns *pr. m.* 2. b) *ita codd.* c) formā, *ras. lineola* 2; forma 3. d) conventissimae 1. e) *om.* 2. 3. f) perficens 1*a*. g) honore 2.

1) *Cf. V. Desiderii II, c. 7 (SS. rer. Merov. III, p.* 640*):* suae meniae civitatis recuperandi. 2) *Hieron. ep.* 125, 11: Facito aliquid operis, ut te semper diabolus inveniat occupatum. 3) *Ep. Hieronymi* 125, 11*; cf. Prov.* 13, 4, *iuxta LXX.* 4) *I. e. palatium episcopale, cuius partes adhuc supersunt officialatum et magnum archidiaconatum comprehendentes; cf. Lacoste l. l. I, p.* 220. 5) *Le Lot affl. Garumnae.* 6) *Ecclesia S. Petri paroecialis archipresbyteratus Cadurci ad collationem episcopi pertinebat; cf. 'Pouillé du diocèse de Cahors', ed. A. Longnon ('Coll. de documents inédits sur l'hist. de France', 'Mélanges historiques', Parisiis* 1877*, II, p.* 34*, n.* 140*). Nomen ei vulgo inditum est 'las Ortos', sed hodie nihil restat nisi fundamenta murorum; cf. Lacoste l. l. I, p.* 221.

cipis[a] dedicavit; terrae quoque reditos[b] et nonnulla ex suis facultatibus eidem indulsit[c]. Aliam vero qui[d] extra[e] castri[f] municionem, in valle qua[g] Vilariago[h] vel Spernio[i] tenditur[k], edificavit basilicam in honorem[l] sancti martyris Iuliani[1] fundatam, quam cum terrae[m] cumpendiis[2] monasterio suo dedit. Edificavit etiam aut[n] procul a maiore aecclesia sub intervallo trium domiciliorum[o] eligans oraculum[3] miro opere miraque volutione prostratum[p, 4], quo loco Deum[q] mens desiderans[r] ita ingrediens refovetur, acsi partem paradysi se occupasse gratuletur; qui locus tam suavis[s] tamque iocundus existet[t], ut etiam nolens in contemplatione aerectus illic orare cogatur. Non ibi cenus[u] horrorem[v], non ventus frigorem[w], non gelus[x] infert rigorem, non calor angustiam, non[y] solitudo acidiam[z], non inquietudo gignit molestiam. Et hanc[a] nihilhominus larem[b] in honorem beati confessoris Martini[5] voluit consecrari[c]. Multa[d] etiam sub[e] aliis compendiisquae matris aecclesiae, tam in participibus[f] quam disportoriis[g, 6] praesulibus thesauribus, tegmine supervoluto secuturis post[h] fratribus praeparare studuit[i].

V. Elig. I, 16.

(17)[a]. Praeter civitatis autem[b] opera castella[c, 7] quoque Cadurcum, qui antea nudus pene ac exiguus videbatur, copioso opere conspicandaque[d] municione ampliavit, erexit ac firmavit. Quem[e] sagaciter extruens multoque inibi[f] labore desudans, aecclesias, domos, portas, turres murorum ambitu ac quadratorum lapidum conpactione munivit firmumque hac[g] solidum ad[h] posteros pervenire decrevit. Iam vero in altaris aecclesiaeque[i] ministerio[k] dici non potest quantum[l] se[m] fuderit quantaque fecerit; quam numerosa, quam pulchra quamque nitencia hodieque[n] constare[o], melius puto intuencium oculos iudicare quam[p] nostro ser-

Capp. 16. 17. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 16. a) principi 1*a*. b) *ita* 1; reditus 2. c) dulsit 1*a*. d) *ita* 1; qu(a)e 2. 3. e) tra 1*a*. f) *om.* 2. 3. g) *ita* 1*a*. 3; qu(a)e 1*b*. 2. h) *ita* 2. 3; Inlariago 1. i) Spino 2. 3. k) *in litura* 1. l) hono 2. m) cum terr(a)e cumpendiis (compendiis 3) 1*a*. 2. 3; cum terris et cum apendiciis 1*b*. n) *ita* 1; au: *m. fere aequali corr.* aliā 2; aliquando 3*a*; aliquanto 3*b. c.* o) domicilia : : ū 1. p) constratum 2. 3. q) dum 2. 3. r) desiderantes, *ras.* te 1; desiderantis 2. 3; segnis animus *V. Eligii.* s) suaū *pr. m.* 2. t) *ita* 1; existit 2. 3. u) *ita* 2. 3*c*; coenum 3*a. b*; : : : : : s 1*a*; obscenum tempus 1*b*. v) errorem 2. w) fragorem 2. 3. x) *ita* 1*a*; gelu 1*b*. 2. 3. y) no 2. z) a : idiam 1*a*; acediam 3; accidiam 1*b*. 2. a) hunc 3. b) *ita* 1*a*. 2. 3; ilarem 1*b*. c) consecrare 2. 3. d) multam 1. e) *ita* 1*a (sed pleraque eras.)*. 2. 3; et alia conspicua 1*b*. f) porticipibus 1*b*. g) disportoris pr. th. 2; dispertoriis pr. th. 3; : : : p : : : : : : s p : : : : l : b : : th : : : : : : : : s 1*a*; in amplioribus aedificiis congrua sunt 1*b*. h) po[r] 2. i) k. *nota addita* 1.

Cap. 17. a) C. XI *(corr.* X*)* 2; *numerum om.* 3. b) at̄ (= autem) 2; Caturcae 3. c) *ita* 1*a*; castellum q. Caturcum, quod a. nudum p. ac exiguum v. 2. 3; castellorum q. municipia Cadurcum, quibus a. nudus p. ac exiguus locus ille v. 1*b*. d) conspicanda qd' (= quod) m. 2; conspicanda quadam m. 3. e) *ita* 1*a*; Quę 1*b*; Quod 2. 3. f) multoq(: inhibi *pr. m. in litura*) 1; ibi 2. 3. g) h *pr. m. superscr.* 1. h) ac 1*a*. i) que *om.* 3*a. b (non 3c)*. k) ministeria 3. l) quantam 2. m) *ita* 1*a*. 2. 3; ęffuderit 1*b*. n) quae hodie 2. 3. o) *ita* 1*a*. 2. 3; constent 1*b*. p) quae 1*a*.

1) *S. Iuliani ecclesia, quae a.* 1106. *de Gueina, a.* 1272. *de Buegna appellabatur, circa* 2 *kil. ab urbe Cadurca distabat versus meridiem sita atque ad capitulum olim spectabat; cf. Longnon l. l. p.* 159. *Hodie non reperiuntur nisi ruinae; cf. Lacoste l. l. I, p.* 221. 2) Terrae reditus *supra.* 3) *Aedes sacra, in qua oratur. Ducange.* 4) *I. q.* instratum, constratum; *cf. Forc.* 5) *Locum, ubi S. Martini oratorium olim situm erat, equilia episcopalia hodie occupant, sed prope ipsa Martinus adhuc adoratur occasione processionum; cf. Lacoste l. l. I, p.* 221. 6) *Thesauri communes ecclesiae maioris a 'dispositoriis' praesulum distingui videntur, si locum obscurum recte interpretatus sum.* 7) *Reliquiae turris cuiusdam adhuc superesse dicuntur; cf. Lacoste l. l. I, p.* 222.

mone exponere. Quantus sit in calicibus decor, ex[a] distinctione gemmarum nec ipsos intuencium obtutos[b] facile diiudicare reor[c]; fulgent quidem gemmis auroque calices, praeminent[d] turres[1], migant coronae, resplendent[e] candelabra, nitet[f] pumorum[2] rotunditas, fulgit[g] recentarii[h. 3] colique[4] varietas nec desunt patenae sacris propositionis[i] panibus praeparatae[k], adsunt et stantarii[l. 5] magnis[m] cereorum corporibus abtati. His[n] omnibus crux alma ut[o] preciosissima, varia[p] simul et candida, arcubus adpensa sanctisque superiecta fulget[q]. Haec sunt opera Desiderii, haec munilia[r] eius sponsae, hoc studium pontificis nostri, hoc emolumentum pastoris aegregii; in his vel[s] maxime elaboravit, in his[t] sedule[u] studium inpendit, quod dum paravit, Deo[v] quidem honorem, sanctis autem venerationem et sibi providit[w] mercedem perhennem[x].

(18)[a]. Sub cuius[b] quoque tempore res accedit[c] non mediocriter stupenda. Siquidem nonnulla ita in hoc saeculo occulto Dei iudicio aguntur, ut humanae investigacioni abdita[d] omnino habeantur magisque terrorem incutiant[e] agnita, quam inquisicionem ingerant[f] experta. Unde et res quam narro stuporis pariter[6] et admiracionis plena esse constat[g], quia hanc, ut dixi, occulta Dei iudicia secreto[h] consilio eius[i] obumbrant. Itaque die quadam, dum vir beatus in unam ex aedibus[k] quas[l] super ipsam amnis ripam extruxerat cumsederet, vox subito ex[m] fluvio emissa sonuit dicens: 'Hora venit, homo non venit; hora[n] venit, homo non

Capp. 17. 18. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 17. a) in 2. 3. b) *ita* 1. c) reos 1*a*. d) *ita* 1. 2. 3*c*; prominent 3*a. b.* e) cand. respl. 2. 3. f) nite : t, *ras.* n 1. g) *ita* 1; fulget *rell.* h) *ita recte* 2; r. coelique v. 3; r : : : : : : : : : : l : q, var. 1*a*; auri et argenti colorum (colo2|) var. 1*b* *manifesta interpolatione.* i) propositi in p. 2. k) praeparati (?) 1*a*. l) statarii 3. m) magis 1*a*; *om.* 2. 3. n) Pre *ante* his *suppl.* 1*b*. o) *ita scripsi;* aut 1*a*; ac 1*b*. 2. 3. p) *ita* 2. 3; v. s. et c. | a : : : : : : : : dp : : : : : : : : : q : : : : s : per|iecta 1*a*; vario s. et candido opere | preciosissimarum gemmarum scientia artificum fabricata coronis| superiecta 1*b*. q) fulgent *corr.* fulget 1 *et sic* 2; fulgetris 3. r) *ita* 1; moni|liari? sp. 2; monilia illius 3. s) *ita* 1. 2; vel — in his *om.* 3. t) is 1. u) sedulum 2. 3. v) *ita* 1. 2; Domino 3. w) providere 2. x) *notam* K. *add.* 1.

Cap. 18. C. XII 2, *corr.*; X. 3*b. c.* b) eius 2. 3. c) *ita* 1. d) abdito 1*a*. e) *ita* 1; nūtiāt 2; iniiciant 3*a* *(non* 3*b. c).* f) ingerunt experta 1*a*. g) consta : t, *ras.* n 1. h) *ita* 1*b*; secreta consilio 1*a*; secreta, *om.* c. 3. i) *ita* 2. 3; | : : : : : 1*a*; actenus 1*b*. k) sedibus 1*a*. l) *ita* 1; quam 2. 3. m) e 3. n) hora — venit *om.* 2. 3.

1) *Vasa in turrium figuram formata, in quibus Christi corpus asservabatur. Duc. Cf. Duchesne, 'Origines de culte chrétien' p.* 196. 2) *Poma aurea inter ministeria et ornamenta sacra enumerantur ab Hariulfo; cf. Ducange h. v.* 3) *Recentarium e vasis ministeriisque sacris erat, ad vinum recipiendum aptum, quod recentatum appellabatur; cf. Ducange h. v., Lacoste I, p.* 227. 4) *Colum (Germ. 'sieb') item ministeriis sacris adnumeratur; cf. Ducange h. v., Lacoste l. l.* 5) *Candelabrum maius, quod per se stat. Ducange.* 6) *In margine superiore fol.* 12. *m. s. XV. haec adnotavit ad c.* 16. *spectantia, quae a glutinatore ex parte abscisa exscripsit R. Poupardin:* . . . interfectus . . . Rusticus inesse . . . ut qualibet ebdomada esset ibi alienius civis aut alterius extranei submersio. Et ad placandam iram Dei respectu cessationis illius maledictionis fecit beatus Desiderius in honorem sancte Crucis et in signum illius quattuor basilicas circuentes civitatem totam. Prima caput representans benedicte Crucis fuit extra barram prope ripariam, in manu sinistra, in honore sancte Crucis, alio nomine sancti Marii. Alia basilica fuit representans finem crucis dicta sancti Iuliani. Alie due representantes brachia crucis fuerunt basilica sancti Petri, contigua domui Predicatorum, in loco ubi fuit frater eius interfectus. Alia vero fuit basilica sancti Martini, quam sub nomine sancte Quicterie cive[s] nunc nominant.

venit'. Ad quas[a] — mirum! — voces cuncti audientes adtoniti diversa, ut in talibus solet, opinabantur[b] portenta; venerabilis autem Desiderius, cum esset altioris ingenii, cauta et pervigili consideratione causam protinus animadvertit[c], iussitque ilico famulus[d] concito ad amnis traiectum pergere hac sollicite circumspicere, sicubi quempiam transmeare volentem viderent; hunc[e] praecepit nullatenus fluvium permitterent intrare, priusquam ad se cognoscendae rei causa[f] perducerent, volens[g] scilicet probare, ad quod exitum vox emissa perduceret[h]. Perrexerunt[i] itaque ministri et[k] curiose ripam fluminis contuentes vident[l] eminus quendam[m] aequum vehementer stimulantem currere adque ad amnis traiectum pernici[n] cursu festinare[o].

(19)[a]. Quem[b] percunctantes[c], vel cuius esset, vel quam ob causam curreret, audiunt ab ipsum[d] Maurini[e, 1] comitis se esse adque ad ipsum festinanter pergere sibi esse iussum. Cumque mox[f] responsione impleta fluvio[g] praecipitanter[h] vellit[i] intrare, tentus ab ipsis ad episcopum ducitur. Percunctatus autem ab episcopo, quae esset causa cursus ipsius, respondit: 'Ancilla', inquid, 'vestra Placedina[k] ad filium vestrum Maurinum[l] litteras me[m] perferre[n] mandavit; huius rei gratia festinanter vado'. Ad quem episcopus: 'Sustine paulisper, fili, quousque litterae scribantur; ego ei[o] epistolam dirigere volo, nunc[p] iam ibis'. Dum ista[q] dicuntur, ille adhuc ad amnem anhelans nec[r] exerere valens, subito robore mixtumquae pallore[s] perfusus, caepit anxiare ac vehementer satagere[t]. Quem[u] episcopus cernens nimis anxie palpitare, festinanter valde vinum[v] adferre mandavit, quo[w] scilicet anxio occurrere[x] possit. Allato ergo[y] vino, nullatenus homo ori suo adplicari[z] permisit, sed longe eum[a] repellens, guttam aquae clamare caepit; cumque aqua fuisset allata, valde inhianter ciato[b] praeripiens glutivit[c], et cum ipso[d], ut ita dixerim, austo, videris[e] quo Dei iudicio, in terra decidens, spiritum exalavit, mortemque[f] subito praeventum obriguit. Ex quo facto cuncti videntes nimio timore perculsi[g], causam mortis huius satis mirabantur adtoniti. Desiderius autem

Capp. 18. 19. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 18. a) quam m., *om.* voces 3. b) opinabatur 1*a.* c) animavertit 1*a.* d) *ita* 1; famulis 2. 3. e) *ita* 1; de quo pr. ut null. 2. 3. f) causa 1. g) volens — perduceret *m. fere aequali (*1*x) atramento alio in inf. marg. suppl.* 1*; haec om.* 2. 3. h) perducere : t, *ras.* n 1. i) Erexerunt, *sed* E *in* P *corr.* 2. k) exturiose (t *incerta*) 1*a*; et coriose *pr. m.* 2. l) videns 1*a.* m) *ita* 2. 3; quen(dam hominem *superscr.*) *in rasura minore* 1*b.* n) pernisioso 2; pernicioso 3. o) k. *notam add.* 1.

Cap. 19. a) C. XIII *corr.* XII. 2, *et sic* 3*b. c.* b) Qui 2. 3. c) quis *add.* 1*b.* d) *ita* 1; ipso 2; eo 3. e) Maurinii 3*a. c (non* 3*b).* f) *ita* 2. 3; vox 1*a*; vix 1*b.* g) fluvium 2. 3. h) percipitanter 2. i) *ita* 1; vellet 2. k) *ita* 1*x*; Placid: 1*a*; Placida 2. 3. l) Maurinium 3*a. c (non* 3*b).* m) mihi 1*b.* n) ferre *pr. m. corr.* perferre 2. o) *om.* 3. p) *corr.* tunc 2; nam iambus *pro* nunc iam ibis 1*a.* q) isti 1*a.* r) nec (quicquam *add.* 1*b*) ex(pecta *in litura* 1*b*)re v. (volens 1*b*) 1; nec exerere se v. 2; nec exercere se v. 3. s) *ita scripsi;* palpebrae 1*a*; rubore perfusus mixtum aquae poscere (possere 2) coepit, anxie 2. 3; rubore mixtus atque palpebris p. c. a. 1*b.* t) *ita* 1. 2. 3: se agitare 1*b.* u) Que 1*a.* v) servis suis *add.* 2. 3. w) *ita* 1*b*; quos sc. anxios 1*a.* 2. 3. x) currere praecepit 2. 3; *malim* succurrere possit. y) *ita* 1. 2; igitur 3. z) *ita* 1; applicari 2; applicare 3. a) *om.* 3. b) ciatum 2; cyathum 3. c) deglutivit 3. d) *ita* 1; ipso — hausta 2; ipsa — hausta 3. e) *ita* 1*b*; viderit 1*a*; statim occulto *pro* v. quo 2. 3. f) morteque s. praeventus 1*b.* 2. 3. g) percussi 2. 3.

1) *Apud Cariatonem et Maurinum comitem dies dictus erat, qui postea dilatus est, unde Constantius Albigensis et Dado Rothomagensis episcopi ad Desiderium litteras dederunt (II, 4, ed. MG. Ep. III, p. 205).*

occulto[a] Dei iudicio glorificans adque ex huius internicione[b] matheriam sermones[c] adsumens, multa salubria multaque terrifica[d] praesentibus concionatus est, adserens manifeste, quam[e] essent metuenda Dei iudicia, quamque inconprehensibilia eius consilia, proponens quoque huius viri internicionem[f], quem quamvis summo ipsi[g] quonato subtilique[h] studio aquae periculo eximere[i] temptaverint, nullatenus tamen proposito mortis termino subtrahere potuit[k]. Hinc agebunt[l]: unusquisque[m] sollicitus semper[n] suspectusquae[o] sub oculis Dei[p] debes[q] conversare[r], dum quae[s] illum mortis sentencia praeveniat, nullatenus vales[t] praevidere; qua de re necesse est, ut tantum quisque sit semper paratus, quantum de repentini casus[u] eventum[v] constat[w] esse incertus. Sed de[x] his satis sit dictum, nunc interim ad ea, unde[y] digressi[z] sumus, redeamus[a].

(20)[a]. Desiderius itaque praeter alia magnifica opera edificavit monasterium[1] sub ipso Cadurcae municipio[b], in[c] cunctis aeditibus eximium, septingentos circiter et quinquaginta passus a praecipua pontificum sede distante[d], quem[e] summo studio, miro ac singulari opere in domorum vel ecclesiarum extructione patratum, vinearum quoque et[f] segetum ac pomerii[g, 2] adgectionem[h] circumscripsit[i]. Monachos etiam copioso numero adgregavit, quibus post Ursicinum[k] venerabilem virum[l] Daddivum[m] abbatem instituit. Ipse autem profluo[n] se amore[o] erga[p] ipsum cenobium dedit et[q] omnia quae habent[r] necessaria tam in utensilibus[s] quam in[t] speciebus[u] affluentissime[v] ministravit[w]. Sepulturam quoque[x] sibi in eodem monasterio sub dextris[y] lateris basilicae volutionis[z] praeparari iussit, ubi hodiequae[a] in Dei nomine humatus quiescit. Sub ipso adhuc Cadurcae oppido aedificavit

Capp. 19. 20. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 19. a) *ita* 1; occultum D. iudicium *rell.* b) inter:nicione 1; interinitione 2; interemptione 3. c) *ita* 1. d) terribilia 3. e) m. quia (quod 3) multum essent metuenda Dei indicia (D. i. *om.* 3) cunctaque incompr. 2. 3. f) interemptionem, quem (quod 3) 2. 3. g) *ita* 1*a*; s. ipsi conatu 2. 3; summopere conatu 1*b*. h) que *pr. m. suppl.* 2. i) *ita* 2. 3; (ad *in litura* 1*b*)imere tempta(verit *in litura* 1*b*) 1. k) potuerint 2. 3. l) *ita* 1*a*; aiebat 1*b*; agat 2. 3. m) quam *add.* 1*b*. n) que *add.* 1*b*. o) quę *eras.* 1; suspectus q̊ 2; suspectus quasi 3. p) Domini 2. 3. q) *ita* 1*a*; debet 2. 3; debeat 1*b*. r) *ita* 1. s) *ita* 3; dumque illum 1*a*. 2; dum quemlibet 1*b*. t) *ita scripsi;* val(eat *in litura* 1*b*) 1; valet 2. 3. u) causas 1*a*. v) *ita* 1*a*; eventu 1*b*. 2. 3. w) nos *add.* 1*b*. x) *ita* 2. 3; Sed eis 1*a*; Sed de is 1*b*. y) *ita* 2. 3; *om.* 1*a*; que *suppl.* 1*b*. z) disgressi 2. a) k. *notam add.* 1.

Cap. 20. a) C. XIIII. *(corr.* XII?), fra̅ (= feria) V[a] 2; XIII. 3*b. c.* b) *ita* 2. 3; municipium 1. c) *ita* 2. 3; i: ::::tis 1*a*; ceteris *in litura* 1*b*. d) *ita* 2. 3; distentante 1*a*; distans 1*b*. e) que 1*a*; quod 1*b*. 2. 3. f) *ita* 1. 2; ac 3. g) *ita scripsi;* po::::: 1*a*; ponterii 2; pontii 3; parietum 1*b*. h) *ita* 1; adiectionem 2. 3. i) *ita* 2. 3; circumsūpsit (?) 1*a*; circumsepsit 1*b*. k) Ursicinem 1*a*; Ursiicinum, *alterum* i *expunct.* 2. l) unum 2. m) Dadclulum 2; Dadalenum 3*a. b*; Dadelutum 3*c*. n) profuso 1*b*. o) amorte (?) *corr.* amore 1. p) ergo 1*a*. q) *ita* 1. 2; ut 3. r) h::ent 1*a*; habebat 2. 3; essent 1*b*. s) utensibilis 1, *corr.* t) aliis *add.* 1*b*. u) specibus 1. v) a:ffluent., *ras.* e 1. w) *ita* 1. 2; ministraret 3. x) *ita* 1*a*. 2. 3; vero 1*b*. y) s *eras.* 1. 2; dextri 3. z) *ita* 1*a*; volutione 1*b*. 2. 3. a) hodię quoque 1*b*; quae *om.* 3*a. b (non 3c).*

1) *Desiderius cum monasterium construere coepisset basilicamque ibi iam perfecisset, ad eam dedicandam cum alios episcopos tum Paulum Virdunensem amicum invitavit (Ep. I,* 11*), utque quod 'nuper in honorem sancti* A m a n t i*' aedificaverat monasterio beneficiis subveniretur, Lupo abbate utebatur, quem per Grimoaldum maiorem domus (ex a.* 643*) Sigiberto regi (†* 656*) praesentari voluit (Ep. I, 2). Postea monasterium ipsius conditoris nomen assumpsit Saint-Géry; cf. supra p.* 550. 2) *Pomerium est locus, ubi poma nascuntur; cf. Ducange h. v.*

basilicam[a] in honore sanctae Mariae[1] semper virginis, cuius operis[b] persecutorem[2] Claudium abbatem[3] constituit, ibique abbatiam[c] gerere permisit. Alias[d] etiam[e] complures[f] et in Cadurco territorio et in Albiense[g] oppido, tam infra municipiis[h] quam infra urbanis vel[i] aecclesiae Cadurcinae praediis, ecclesiarum conpages[k] extruxit[l], quae per singula narrare non sufficimus, ex quibus hodiequae[m] pars maxima regionis adhuc[n] decorata consistit[o]. Sed[p] cum exteriori constructione praecipuum ei[q] studium fuit animarum pariter culmina erigere, bonum quidem esse dicens domum Christo extruere, marmoribus[r] vestire, pigmentis[s] lucubrare[t], auro gemmisque obumbrare[u], lacunaria ornare, pavimenta conponere, sed multo melius animas caelesti sponso dignas praeparare, quia verum Christi templum anima[v] credenda est. Hier. ep. 58, 7.

(21)[a]. Sane vitae suae moderamina ita temperavit in victu, in vestitu, in domo, in comitatu, ut nec nimium superflua nec multum essent abiecta. Siquidem omnes[b] ypocrises et[c] finctiones[d] abiciens, mediam semper discretionem[e] tenebat: non divitiis tumens, non contrahebatur[f] paupertate et leta et tristia[g] aeque[h] contenebat, melius dicens humilitatem in corde portare quam in corpore praeferre[i]. Sciebat procul dubio, quales Dominus querat ornatus, prudenciam scilicet, iusticiam, temperanciam[k], fortitudinem et castitatem: 'Nihil', agebat[l], 'his virtutibus clarius, nihil hoc[m] monile preciosius[n], nihil hac gemmarum varietate distinctius'. Clerus sane[o] et omne eius contubernium in publico episcopum, domi patrem habebant. Sic enim, ut[p] diximus[4], omnis[q] simul[r] a maiore usque ad minimum praevidebat[s], ut nihil nulli deesset. Gravitatem morum hilaritate[t] vultus temperabat[u]. Sermo eius ad[v] omne[w] erat convivium de scripturis aliquid proponere, salubria libenter audire proponentibus verecunde respondere, utilia suscipere, recta praeferre[x], prava

ib. 52, 13. — ib. 60, 10. — ib.

Capp. 20. 21. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 20. a) *om.* 2. 3. b) op::s ps::::::ē 1*a*; operis prosecutorem 2. 3; opus perficiendum 1*b*. c) *ita* 1*a*. 3; abbaciam ingerere 2; eum abbatis officium agere 1*b*. d) Alius 1*a*. e) eticiam *pr. m.* 2. f) *ita* 2. 3; ::plures 1*a*; quamplures 1*b*. g) *ita* 1*a*; Albiensi (2. 3). h) *ita* 1; municipias q. i. urbanas 2. 3. i) in *add.* 2. 3. k) *ita* 2. 3; e. cōp:g:s 1*a*; e. cōpetenter 1*b*. l) *ita* 1. 2; coepit extruere 3. m) hodięqu:: 1*a*; hodieque 2. 3; hodię quidem 1*b*. n) *om.* 2. 3. o) it *m. al. in litura* 1. p) *ita* 2. 3; S:d :::::::::::: cons: | :::::::e 1*a*; Sed quandoquidem in exterioribus aedificiis construendis tale ei studium fuerit 1*b*. q) *ita* 2. 3; e:s::d:um 1*a*; tamen sibi *pro* ei st. 1*b*. r) *ita rell.;* mo::baribus 1*a*; extr. marmoribus, v. pigmentis, l. auro, g. *interpungit* 2. s) *ita* 2. 3; pig::tis 1*a*; pingendo 1*b*. t) *ita* 3; lugubrare 2; (e *in litura* 1*b*)luc(ub *in litura* 1*b*)r(ar *in rasura minore* 1*b*)e 1. u) *ita* 2. 3; ob:b:::: 1*a*; locupletare 1*b*. v) esse *add.* 2. 3; anima c::d::d:: *et add.* k. 1*a*; animam cuiusque fidelis christiani credendum esse dicebat 1*b*.

Cap. 21. a) C. XV, *sed numerus eras.* 2; XIIII. 3*b. c.* b) *ita* 1*a*; o. ipocrisis 2; o. hypocrisis 3; omnem ypocrisin 1*b*. c) *om.* 2. 3. d) *ita* 1. 2; fictiones 3. e) discretionis virtutem 1*b*. f) *ita* 2. 3; :::ahebatur 1*a*; tristabatur 1*b*. g) tristicia 1*a et pr. m.* 2. h) adque (?) 1*a*; contemnit *Hier.* i) proferre 3. k) *ita* 1*a*; f. t. 1*b*; t. *om.* 2. 3. l) *ita* 2; ag::: 1*a*; aiebat 3; inquiens 1*b*. m) *superscr.* 1*b*; *habent* 2. 3. n) precium 1*a*, *columna exeunte.* o) sanus (?) 1*a*; sane *et add.* et populus 1*b*. p) ut d. *om.* 3. q) Om̄:s, *ras.* i 1; omnes 2. 3. r) *om.* 2. 3. s) providebat 3. t) hilaritatem 2. u) temperabas 1*a*. v) *in litura* 1*b*. w) suum *add.* 1*b*. x) praeferrere *corr.* praeferre 1.

1) *Basilica vulgo appellabatur Notre-Dame de la Daurade, hodie pars veteris tribunalis in vico sita, qui nomen 'Petites Boucheries' fert; cf. Lacoste l. l. I, p.* 222. *Aedes nonnullae nomen servaverunt; cf. Longnon l. l. p.* 158. 2) *I. q. prosecutor, sicut prosecutio et persecutio promiscue adhibebantur; Formulae ed. K. Zeumer p.* 770. 3) *Claudius abbas, quem Modoaldo episcopo Treverico Desiderius commendavit (Ep. I, 7), e senioribus clericis erat, basilicae abbatiam gerens neque monasterii; cf. E. Vacandard, 'Revue des questions histor.'* 69, *p.* 24. 4) *Supra p.* 573, 29.

Hier. ep. 60, 10. refutare, callide tamen[a] acuteque dispotantes[b] magis blande docere quam violenter convincere et ingenuo[c] pudore qui ornabat aetatem, quid[d] cuius[e] esset, simpliciter ib. 52, 7. honesteque confiteri. Divina quippe praecepta sollicite scrutans, celestia oracula sepius procunctans[f], discebat quod doceret[g] sanam doctrinam, summopere[h] studens, ne sermones eius vel in modico contraria confunderent opera. Recorda- 1. Petr. 5, 2—4. batur semper, quod beatus Petrus sacerdotibus praecipiat[i], dicens: *Pascite eum qui in vobis est gregem*[k] *Domini*[l] *spontanee*[m] *secundum*[n] *Deum, neque ut dominantes in clero*[o], *set formae*[p] *facti gregi et ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum percipiatis*[q] *inmarcescibilem*[r] *gloriae*[s] *coronam*[t].

Hier. ep. 60, 12. (22)[a]. Cum exterioris[b] autem curis templo semper inserviens, erat[c] sollicitus, si nitore[d] altare esset aptatum[e], si parietes absque pulvere, si pavimenta essent sine[f] sorde, si custus sollicitus[g], si cantor[h] paratus, si aedituus[i] esset, si vasa nitentia[k] clara, si sacrarium mundum, si lucernae accensae, si lampadae[l] digne aptatae, si vasa dominica munda, si altaris velamina[m] honesta, et in omnes cerimonias strenua illi semper sollicitudo disposita, quique[n] dum sedule inservit templo, merito ipse templum efficiatur Dei[o].

ib. 127, 5. (23). Nullus[a. 1] quidem eo tempore in urbe Cadurca propositum monachi neque habitum religionis aut regulae cenobialis iter[b] intraverat: secta Columbani[c] procul aberant[d], instituta[e] Benedicti longe distabant; ignominiosum[f], ut putabatur, monachorum genus omnes omnino spernebant[f]. Desiderii autem sub[g] tempore haec secta Cadurchae[h] intravit, huius sub diae haec religio adolescere coepit. Nam et Mussiacense[i. 2] cenobium* huius tempore[k] a viris laudabilibus Anse-

*) paulo ante regiis[3] expensis iniciatum, *add.* 1c.

Capp. 21—23. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 21. a) *ita* 1*a*; enim *rell.* b) disportantes 1*a*. 2; discordantes 3; disputantes 1*b*. c) *ita* 2. 3; ingenuo *(corr.* ingenii*)* pudorem 1. d) vel *add.* 1*b*. e) eius essent 3. f) *ita* 1*a*; percunctans dicebat 2. 3; pcuntanbat discens 1*b*. g) doceret 2. 3. h) summo perstudiens 1*a*. i) praecipit 2. 3. k) D. gr. 2. l) non coacte sed *add.* 1*b*; providentes non coacte sed *add. Vulg.* m) spon(tanei *pr. m. in mg. suppl.*) 2; spon(taneae — formae *om.*) facti 3*b*. n) seculum 2. o) cleros| et 1*a*; cleris sed *Vulg.* p) forma 2. 3*a. c cum Vulg.* q) percipias *pr. m. corr.* percipiatis 2. r) inmarcescibile 1*a*; ^in^marcescibilem 2; immarcessibilem 3. s) *om.* 3. t) merita (sui?)s dicens prae(c?)lerius k. *add., sed eras.* 1.

Cap. 22. a) C. XVI. *corr.* XV. 2, *et sic.* 3*b. c.* b) exterioribus 2 (ex *superscr.*). 3. c) eret 1*a*. d) *ita* 2. 3; nitorem 1; niteret *Hier.* e) *ita* 2. 3; absque 1. f) *ita* 2. 3; *om.* 1. g) *ita* 3; solitus 1; sollitus *m. al. corr.* sollicitus 2. h) *ita* 2. 3; can : ter, *ras.* i 1. i) bene *m. al. in mg. add.* 2, *habet* 3. k) nitenda(?) *corr.* nitida 1; nitent(c)ia et (et *om.* 3*b*) cl. 2. 3. l) lampades 2. 3. m) vel|anima, *ras.* ani 1. n) quicque 1; Qicque 2; quisque 3. o) k. *notam add.* 1.

Cap. 23. a) nullum 2. 3; nulla *Hier.* b) *om.* 3. c) Columba(ni *postea add.*) 2. d) aberrant *corr.* aberat 1 *et sic* 2. 3. e) *ita* 1. 2; beati *add.* 3. f) ignominiosum — spernebant *om.* 2. 3. g) *om.* 2. 3. h) Caturcae *constanter* 2. 3. i) *ita* 1*a*; Moysiacense 1*c*; Marciliacense 2. 3. k) *ita* 1*a*; temporis *rell.*

1) *Hac de re recte dubitavit Mabillonius, Ann. ord. S. Benedicti I,* 358. 2) *Locus, qui rectius* Musciacus *scribitur e nomine gentilicio* Mustius *pendens (cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 286*), hodie appellatur Moissac (dép. Tarn-et-Garonne) monasterioque celeberrimo nomen dedit, cuius magnificum quod superest aedificium a.* 1100. *constructum est. Ei* Marciliacense *(hodie Marcillac, dép. Lot) monasterium in codicibus* 2. 3 *fraude substitutum est, cuius primordia in aevum Merowingicum referrentur, quod non commemoratur ante a.* 960. *conditumque traditur a Pippino rege Aquitaniae; cf. Gallia christ. I, p.* 177[2]. 3) *Hac dolosa interpolatione origines Musciacenses ita adulteratae sunt,*

berto[1] et Leuthado[a, 2] iniciatum[b] est. Et in ipso[c] oppido[d] sancti viri monasterium his diebus exortum[e] et alia conplura[f] monasteria eius[g] sub tempore sata creverunt[h].

(24)[a]. Frugum vero abundantia[b] et vinearum ac segetum copia tanta in 5 diebus eius succrevit, abundavit et exuberavit[c], ut nec ante acto tempore nec post transacto similia nulla[d] antiquitas meminerit adfuisse. Nam infra urbem nullus fere[e] egens[f] erat, nullus[g] quod cupierat[h] difficulter inveniebat nec ulla victus aut vestimentorum indigentia inerat[i], sed omnia plena[k], omnia exuberantia affluebant; vicinas[l] quoque civitatis ex abundantia Cadurcorum alebantur nec inmerito, 10 Dominus enim opera eius dirigebat. Ipse rerum cupiam multiplicabat, cuius[m] Desiderius praecepta desiderabilia super aurum et lapides preciosos ducebat. Vere[n] quod scriptum est implebat[o]: *Diligentibus Deum*[p] *omnia quooperantur in bonum;* non enim surda aure[q] transierat quod Dominus in euangelio dicit[r]: *Querite primum regnum Dei et iusticiam eius et hec omnia adicientur vobis.* Et quia studiosus auditor 15 fuerat[s], nec[t] solum auditor, sed etiam factor, ideo Dominus inventum[u] qui mereretur accipere gratiam largitatis[v] suae non negavit, immo quod olim promiserat mirabiliter in eum adimplevit. De talis[w] autem per prophetam dicit[x]: *Convertimini,* ait Dominus, *et videbitis, quid sit inter iustum et iniustum et inter servientem Deo et non servientem*[y] *ei*[z]. Hinc[a] vero scriptum est: *Oracio iusti caelos penetrat*[b], 20 et iterum: *Dedi ei*[c] *timorem et timuit me et a facie nominis mei pavebat*[d]. Denique tanta eum rerum copia frugumque ubertas comitata est, ut cum die quadam unum ex colonis de villa Rusticiago[3] fortuitu[e] interrogaret, quod vini anforas in dominico[f, 4] tunc pro canone esset[g] inlaturus[h], rusticus ille centum et eo amplius metras[i, 5] se solum in decimo[k] inlaturum respondit. Ex quo Desiderius valde 25 letatus nimiumque largitatem bonitatis Dei miratus, qui ita uberes fructus in diebus suis contulisset, maximas Deo laudes Christoque[l] gratias retulit, coni-

cf. Sap. 11, 1. — cf. Ps. 18, 11. — Rom. 8, 28. — Matth. 6, 33. — cf. Iac. 1, 23. — Mal. 3, 18. — cf. Eccl. 35, 21. — Mal. 2, 5.

Capp. 23. 24. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 23. a) *ita* 1*a*. 2; Leutado 3; Leothadio 1*c*. b) *ita* 2. 3; in::::: est 1*a*; competenter expletum est 1*c*. c) quoque *add.* 1*c*. d) ipsius *add.* 1*c*. e) exorditum, *om.* et 2. 3. f) quam 30 plura 1*b*. g) suo temp. 3. h) k. *notam add.* 1.

Cap. 24. a) C. XVII. *corr.* XVI. 2, *et sic* 3*b. c.* b) abundantiam 1; habundancia 2. c) *ita* 1*b*; exuperavit 1*a*. 3*a. b*; exsuperavit 2. 3*c*. d) *ita* 2; aulla (?) *m. al. corr.* nulla 1; ulla 3. e) ferre 1, *corr.* f) egenus 3*a. b (non 3c)*. g) nullud 2. h) *ita* 1. 2; cupiebat 3. i) *om.* 3. k) *ita* 1. 2 (plen̄); plene 3. l) vicinae q. civitatis (civitates 3) 2. 3. m) Euius 2; eius 3. n) in eo *add.* 1*b*. o) im-35 plebatur 1*b*. p) *ita* 1. 2; Dominum 3. q) a: urę, *ras.* i 1. r) dixit 2. s) at *abscis.* 1. t) non 3. u) invento 2. 3. v) s. l. 3. w) *ita* 1*a*; talibus *rell.* x) *ita* 1*a*. 2; dicitur 1*b*. 3. y) *ita codd.* z) *ita* 1. 2; *om.* 3. a) Hin | ic, *exp.* ic 2. b) penetra: t, *ras.* n (?) 1. c) in *add.* 3*a. b (non 3c)*. d) paciebat 1*a*. e) *ita* 1 *absque correctura; om.* 2. 3. f) *ras.* c 1. g) esse 1*a*. h) illatuturus 2. i) metra 1*a*. k) dolio 2. 3. l) *ita* 1*a*. 2. 3; et *pro* Chr. 1*b*.

40 *ut regiis monasteriis illud adnumerandum esset, atque postea Chlodovechus I. 'primus et principalis fundator' celebrabatur; cf. I. Marion, 'L'abbaye de Moissac' ('Bibl. de l'école des chartes'* 1849, *I, ser. III, p.* 95*).* 1) *Anseberti primi Musciacensis abbatis in vetere Silvae-maioris Martyrologio mentio fit his verbis:* prid. Kal. Octob. Musciaco monasterio sancti Ansberti abbatis; *cf. Mabillon, Ann. I, p.* 358. *Postea pro episcopo Rothomagensi celeberrimo habitus* 45 *est; cf. Catalog. Paris. ed. Boll. I, p.* 145. 2) *'Leotadio abbati vel omni congregationi monasterii Moisiacensis, quod infra pago Caturcino in honore sancti Petri constructum esse videtur', mense Maio a.* 7. *Theoderici regis, i. e. a.* 679. *p. Chr., villas complures in pago Tolosano aliisque sitas Nizezius uxorque Ermintrudis dono dederunt, id quod actum est 'Moyssiaco monasterio publice'; cf. Pardessus, Dipl. II, p.* 184. 3) *Fortasse Russac (comm. Castelnau-Montratier, dép. Lot);* 50 *cf. Longnon l. l. p.* 152. 4) *Scil. in thesaurum ecclesiae.* 5) *I. q. metreta, amphora.*

ciens[a], quid in maioribus, qui multa laborarent, divina largicio conferret, quando in hoc tantillo et modico tam uberes fructus contulisset: 'Tu ergo', inquit, 'pauperrime[b], mille anforas habes?' Cumque ille ita[c] esse adfirmasset, Desiderius ei ipsas centum dimisit, quas in dominico[d] inferre debuerat. Letatur[e] et multum in Domino gratulat[f], qui tantam[g] pauperibus largitatem in diebus eius[h] concessit.

(25)[a]. Habebat eo tempore dominus[b] Iesus plures in Galliis nobiles servos: Arverno Gallum[1], Betoricas[c] Sulpicium[d], Ruteno[e] Verum[2], Agenno Salustium[3], Egolesina[f] Ebarcium[g. 4], Petrocorio[h] Asterium[5], Noviomo Elegium[i], Metis Arnulfum[k], Luxovio[l] Austasium[6], Metascone[m] Deodox[7], Cadurcae Desiderium[n]. Cumque Desiderius inter divina officia plerumque aedium[o] aedificacione[p] insisteret multique fragiles et[q] inertes difficultatem operum[r] ei obiecerunt[s], ille constanter libere[t] agebat, adserens docti[u. 8] illud proverbium, quod *nihil*[v] *sine magno vita labore dedit mortalibus*. In adversitatibus vero illius dicti[9] recordabatur: *Pati, inquid, necesse est multa*[w] *mortalem mala;* et illud[x]: *Aurum et argentum probat ignis, homines autem iustos temptacio*[y] *tribulacionis;* et illud: *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in temptacionem.* Damna quoque rerum vultu leto portabat et omnia adversa equanimiter tolerabat. Canebat iugiter orans: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi;* et illut: *Meditacio cordis mei in conspectu tuo*[z] *semper.* Cuius

cf. Eccli. 2, 5. 27, 6. — ib. 2, 1. — Ps. 118, 11. — ib. 18, 15.

Capp. 24. 25. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 24. a) coniens *pr. m.* 1. b) pauperrine 1*a*. c) itaque 2. d) c *eras.* 1; dolio 2. 3. e) L(a)etatus 2. 3. f) gratulatur 2; gratulatus 3. g) *ita* 2. 3; tanta 1. h) e(ius *m. al. in litura*) 2.

Cap. 25. a) C. XVIII. *corr.* XVII. 2, *et sic* 3*b. c.* b) pl. d. I. 2. 3. c) Bituricis 2. 3. d) Sulplicium 2. e) *ita* 1. 2; Rutena 3. f) Engolesine 2; Engolisma 3. g) Ebargchium 2; Ebargehenum 3; *m. al. superscr.* Eparchium 3*b*. h) Petrogorico Austerium 2. 3. i) *ita* 1. 2; Eligium 3. k) Arnulphum 3. l) Luxo Austrasium 3. m) Mestacone Deodox̄ 2; Mestarone Deodorum 3. n) Desiderius 1*a*. o) edeium, *exp. alt.* e 2. p) *ita* 1. q) et inester 1*a*; 7 mestā 2; *haec om.* 3. r) *bis scr. erat* 1; opum 2. 3. s) *ita* 1; obic|cerunt *m. al. corr.* obicerent 2; obiicerent 3. t) l. a. *om.* 2. u) doctis 2. 3. v) *ita* 1*a (sed* laborare*)*; n. sine m. labore in hac vita dedit Deus (D. d. 3) mort. 2. 3; n. in hac vita sine m. labore datur m. 1*b*. w) mort. multa 2. 3. x) illut *corr.* illud 1; illus 2; illius 3. y) temptationis, *exp.* is 2; tentationes 3; trib. *om.* 2. 3. z) meo 2.

1) *Gallus episcopus Arvernus cum Angleberto Remensi de rebus quibusdam coram rege litigavit trans Ligerim sitis (Flod., Hist. Rem. II, 6), idemque procul dubio est, qui ad Desiderium litteras dedit (Ep. II, 20), ut provideret, ne pestilentia Provinciam depopulata latius grassaretur.* 2) *Verus episcopus sedem Rutenam primo Theudeberto rege tenebat, ad quem Bulgar comes Septimaniae inter a.* 610—612. *per ipsum litteras dedit (MG. III, p.* 679*), deinde sub dicionem Chlotharii a.* 613. *redactus conciliis Parisiensi a.* 614. *et Clippiacensi a.* 626/7. *intererat; cf. Concilia ed. Maassen p.* 192. 201. *Desiderii adhuc illustris aulae regiae contubernalis patrocinio adeo usus est, ut ei nepotes suos commendare posset (Ep. II,* 19*), cumque et ille episcopus creatus esset, hominibusque ipsius diaconus Rutenus iniuriam intulisset, Sulpicius episcopus Biturigus inter collegas auctoritatem suam interposuit (Ep. II,* 5. 16*; cf. supra p.* 365*).* 3) *Sallustio episcopo, quem Agennensem esse credunt, Desiderius epistulam I,* 1, *scripsit, quomodo ab optimatibus et principibus in palatium reversus susceptus esset, inprimis a Flavado, sine dubio maiore domus Burgundiae a.* 642. 4) *Eparchius reclusus Ecolismensis, qui a.* 581. *obierat, Desiderii aequalibus adnumerari non potuit nisi a scriptore multo posteriore.* 5) *Praeterea ignotus.* 6) *Etiam Eustasius abbas Luxoviensis ante Desiderium episcopum ordinatum obiit, scilicet a.* 629*; v. supra p.* 129, *n.* 4. 7) *Deodatus episcopus Matisconensis actis conciliorum Parisiensis a.* 614. *et Cabillonensis a.* 639—654. *subscripsit; cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 191. 213. 8) *Hieron. ep.* 58, 11, *ex Horatii Sat. I,* 9, 59. 9) *Ib.* 60, 14, *ex Naevio.*

ergo[a] nunc utilitatem, industriam et sagacitiam[b] si arbitror a me dici posse, non sapiam. Dum enim studium eius in rebus quam plurimis considero, in memet ipsum[c] deficio; dum utilitatem adtendo, pro ipsa sui[d] quantitate[e] vehementer obstupesco. Miror enim et supra[f] modum stupeo tanta et talia per unum hominem potuisse fieri. Opinor quidem, quod[g] ab India usque Britania[h], a rigida[i] Septentrionis plaga usque ad fervores[k] Adlantici[l] oceani non fuisse virum[m] meliorem. Huius Desiderii nomen magnae insuper opinionis magnaeque erat[n] apud omnes reverentiae, Dei insignis amator et pius[o] pauperum sublevator. Cuius habitus, sermo[p], vultus et incessus[q] disciplina virtutum erat; vigil sensus nec vanis cogitacionibus patens; corpus pariter animusque tendebatur[r] ad celum.

Hier. ep. 45, 1. — ib. 60, 4. — ib. 125, 9. — ib. 125, 11.

(26). Erat ergo Desiderius opere[a] iustus, mente devotus, caritate diffusus, in[b] hospitalitate sollicitus[c], in elemosinis largus, in prosperis et in adversis caelo semper intentus. Qui praeter alia imitanda exempla silentium[d] quoque[e] studium in tantum semper[e] sectatus est, ut in domo[f] conviviis[g] vix stridentia[h] anhelantiaque verba quis percipere possit[i], sciens scriptum, quod *corrumpunt mores*[k] *bonos confabulaciones pessimae*, et quod *in multiloquio non deerit peccatum*. Proinde hoc valde mirandum[l], ut inter tanta[m] hominum frequentia et tam condensa adsistentium caterva tanti[n] possit silentium produrare[o], ut nemo in voce[p] prorumpere[q], nemo se in plauso auderet extollere, et hic timor non solum inter[r] convivia, sed in omni loco conversationis eius permansit, adeo[s] ut[t] nullus episcoporum maiorem hunc amorem, nullus super eum maiorem aliquando habuerit timorem. In ipsa autem convivii posicione[u] tanta[v] eligantia tantaque affluentia subpetebat, ut omnes superhabundarent, ut nulli[w] nihil[x] deesset, nulla querentium[y] necessitudo, nulla praevenientium[z] mussitacio subriperet. Cunctas[a] in domos[b], ubi habitare vel discumbere erat solitus[c], ita sollicite praevidebant[d], ut nulla[e] ibi pulvis horrorem[f], nullus[g] fumus[h] merorem[i] incuteret. Non ibi canes[k] fastidium, non[l] suae[m] studium inrogabat; non[n] huiuscemodi quadrupedia voluptuosa pocius quam necessaria intererant; non simus[o] iocum, non histrio[p] mimum, non scurro[q] caccenum excitabat, sed totum quies[r], totum[s] gravitas, totum patientia[t] occupabat[u]. Nam[v] praedicta ineptia[w] ita semper odiosa habebat, ut si fortuitu[x] quolibet loco canes[y] vestimento eius propinquasset[z], vel si[a] domum in qua degebat quamvis cursum[b]

V. Elig. I, 20. — Hier. ep. 125, 12. — 1. Cor. 15, 33. — Prov. 10, 19.

Capp. 25. 26. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 25. a) *ita* 1*a*. 2; ego 1*b*. 3*b. c*; *om.* 3*a*. b) *ita* 1*a* (*cf. supra c.* 2); sagatiam 2. 3; sagacitatem 1*c*. c) metipsum 1*a*. d) *om.* 2. 3. e) quanta ate 1. f) supca 1, *corr.* g) *om.* 2. 3. h) Britaniam 2; Britanniam 3. i) frigida 2. 3. k) sinum 3. l) Adlantici: *corr.* Aclantici 1; Atlantici 2. 3*b. c*; Attlant. 3*a*. m) *ita* 2. 3; *om.* 1, *ubi* 2 *litt. ras.* n) *ita codd.* o) paup. pius 3. p) *om.* 2. 3. q) incessis 1. r) tendebat 3.

Cap. 26. a) m. i., o. d. 3. b) *om.* 2. 3. c) *ita V. Elig.*; solitus 1 (*ut c.* 22); solutus 2. 3. d) um *eras.* 1. e) *om.* 3. f) in *add.* 2. 3. g) *ras.* s 1. h) ridentia 3. i) posset 2. 3. k) b. m. 3. l) ī : ʳandum, *mg. pr. m.* mi *adscr.* 2. m) tantam h. frequenciam et tam condensam a. (f. et t. c. a. *om.* 3) catervam 2. 3. n) tantum 2. 3. o) perdurare 2. 3. p) vocem 2. 3. q) prorumperit 2; prorumperet 3. r) in convivio 3. s) *om.* 3. t) n. (nullud 2) ut 2. 3. u) possione 2; passione 3. v) *ita* 2. 3; tantaque tanta (t. *m. al. del.*) el. 1. w) n *eras.* 1. x) *ita codd.* y) *om.* 3. z) pervenientium 2. 3*a. b* (*non* 3*c*). a) *ita* 1; convivas 2. 3. b) domo 2. 3. c) *ita* 2. 3; sollicitus 1*a*. d) *ita* 1; previdebat 2; providebat 3. e) nullud, *exp.* d 2; nullus 3. f) *ita scripsi;* herrorem 1; errorem 2. 3. g) nullud 2. h) fimus 3. i) horrorem 2. 3. k) *i. q.* canis. l) animo *pro* non 2; f. animo non 3. m) *ita recte* 1; sues t(a)edium irrogabant 2. 3. n) alia *add.* 3. o) *m. al. corr.* simius 2, *et sic* 3. p) istri hominum, non *corr.* istrionum non 1; istri(o *postea add.*)hynum, non 2; histrio risum, non 3. q) *ita* 1. 2; scurra 3. r) *om.* 3. s) to eum 1; locum 2. 3. t) potentia 3. u) occupaba:, *ras.* s (?) 1. v) Non 1*a*. w) inepta 3. x) fortuito 3. y) *ita* 1; canis 2. 3. z) propinquassent — intrassent 1*c*; appropinquasset 2. 3. a) *in mg. pr. m. add.* 2. b) *ita* 1; cursim 2. 3.

intrassit, grave sibi discrimen inlatum[a] iudicaret[b]. Unde cum a nonnullis[c] pro hac observantia detraheretur et canini[d] amatores proferrentur[e], agebat: 'Non immerito plus placent[f] mundo qui Christo displicent. *Si ex*[g] *mundo essemus, mundus utique quod suum erat diligeret.* Nunc autem *oculi mei semper*[h] *ad Dominum, quia ipse evellit*[i] *de laqueo*[k] *pedes meos,* et *mihi adherere Deum*[l] *bonum est*[m], *ponere in domino Deo*[n] *spem meam*'.

Hieron. ep. 58, 7. — Ioh. 15, 19. — Ps. 24, 15. — ib. 72, 28.

(27). Quid plura loquendo inmorer? Nobilem iam insignemque in omni parte eclesia habebat: in plebe verba[a] vitae manantia[b], dabat affluenter[c] elemosinam, parans sibi divicias profuturas, thesaurum non deficientem in celis. Studebat[d] facere sibi amicos[e] de inimico[f] mammona, qui[g] eum reciperent[h] in eterna tabernacula. Iam vero privata[i] illius confabulacio et familiaris conlocucio quam esset sana, quam[k] dulcis, quam efficax, quam[l] subtilis, vix dicti[m] credibile. Monebat[n] iugiter subiectos Dei praecepta servare, Dei mandata implere, castitatem custodire[o], caritatem, fraternitatem[p] diligere, inferni supplicia metuere, paradisi gaudia desiderare. Inferebat autem docens, quod magnis inimicorum circumdamur agminibus; ideo nos[q] semper oportet esse sollicitos. Addebat quoque, quod caro fragilis pugnat sola cum pluribus, ideo exercitatissimum parari[r] oportet conflictum, quod[s] ne paveamus Heliseus hortatur, dicens, quia[t] *pluriores*[u] *nobiscum sunt quam cum illis.* Memorabat frequenter, quod inimicus[v] generis humani rugiens sicut leo querit[w] quem devoret, et quod non queret[x] homines infideles, sed de eclesia rapere[y] festinat. Unde et in[z] libro Iob[1] dicitur[a]: *Esca eius electa.* Qua[b] de re Domini[c] verba frequenter[d] geminabat[e], dicens: '*Vigilate et orate, ne intretis in temptacionem*', necnon et Pauli monita saepius ruminabat, qua[f] dicit: *Oracioni instate*[g], *vigilantes in ea in graciarum accione*[h].

V. Eligii I, 39. — ib. I, 13. — Sulp., V. Mart. c. 25. — Hier. ep. 22, 3. — ib. 22, 4. — Matth. 26. 41. — Col. 4, 2.

(28)[a]. Cum autem inrupciones gencium[b] circumquaque audiret, dicebat: 'Nostris peccatis barbari fortes sunt; nostris viciis Romanum subcumbet[c] imperium[2]'. 'Infelices', agebat, 'nos, qui[d] tantum displicimus Deo, ut per[e] rabiam barbarorum ira[f] in nos illius deseviat'. 'Penitentiam', inquit, 'agamus, ut tandem repropiciatus Deus misericordiam suam nobis tribuat in sempiternum'. Propterea[g],

Hier. ep. 60, 17.

Capp. 26—28. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 26. a) allaturum 3. b) *om.* 2. c) a nos | nulli 1. d) *ita scripsi;* camima amatores 1; carmina amatoria 2. 3; canum amatores *Poupardin.* e) proferentur 1. f) *ita* 2; placeamus — displicent 1; placet — displicet 3. g) e 3. h) ad D. s. 2. 3. i) *ita codd.;* evellet *Vulg.* k) *ita codd. cum Vulg.* l) *ita* 1; Deo 2 *cum Vulg.;* Domino 3. m) et *postea add.* 2. n) Deo *om.* 3*a*; meo *add.* 3*a. b (non* 3*c).*

Cap. 27. a) *ita* 1; plebe verba intē 2; p. (v. v. *om.*) 3. b) namantia 1; uamātia 2; *om.* 3. c) *ita* 1. 2; in affluentia 3 *et m. s. XVII. in mg.* 2. d) studere (studens 3) sibi f. 2. 3. e) *ita* 3 *cum V. Eligii;* animias *m. al. corr.* amiticias 1; animas 2. f) inimicos 2. g) quo 2. h) reciperet 1*a*. 2. i) *ita Poupardin;* privarat 1. 2; *om.* 3. k) quamquam 1. 2; quamque 3. l) q. s. *om.* 3. m) dictu 3. n) Monabat 1*a*. o) castitatem *iteratum, sed delet.* 2. p) fraternitatis 3. q) s. nos 2. 3. r) pari 2; pati 3. s) et 3. t) Qui 2. u) *ita* 1. 2; plures 3 *cum Vulg.* v) h. i. g. 3. w) queret 2. x) *ita* 1. 2; quaerit 3. y) *ita Hier.;* reparare 1. 2. 3*c*; separare 3*a. b.* z) *ita codd.* a) *om.* 3. b) de qua re 2. 3. c) v. D. 3. d) *om.* 2. 3. e) germinabat 2. f) (qua *om.*) dicens 2. 3. g) instantes 2. 3. h) k. *notam add.* 1.

Cap. 28. a) C. XVIIII. 2; XVIII. 3*b. c.* b) gentilium 2. 3. c) *ita* 1. 2; succumbit 3. d) nos quantum displicemus 2. 3. e) *ita* 1; per rabiem 2; armis *pro* per r. 3. f) irā nos ill. 1; ira illius in nos 2. 3. g) Praeterea 2. 3.

1) *Immo Habacuc I,* 16, *quo praetermisso ad nomen Iob subsequens expilator Hieronymi aberravit.* 2) *Haec ut sunt Hieronymiana cum auctoris aevo parum conveniunt.*

quantum fuerit Cadurcae[a] aeclesiae in augmentacionem rerum, et omnes paene norunt et ipsa[b] possidens eclesia[c] testatur; multos quidem nobiles, multos adtraxit mediocres, per quos eclesia constat ditata. Multa[d] terrarum conpendia, multa villarum praedia adquesivit, non quidem ulli[e] tollendo, sed benefaciendo et 5 coemendo. Eo[f] denique adtrahendo multaque beneficia affluenter tribuente, Bobus[g], Agilenus[1], Dodo[h], Badigenus, Severus[2], Mactregiselus[i], Nicassius[k], Dadivus[l], Abulnaris[m], Ebremundus[n], Dehurilia[o], Felix, Austrildes[p], Gauretrudes[q], Basena[r], Oroncia, Nicecia[s] et[t] Fraterna multique alii, quos longum est enumerare[u], res sponte[v] suas donacioni[w] eclesiae dederunt. In quibus et ex quibus prae-10 cipue Bobila[3] senatrix Romana, Severi[x] quondam relicta, multa rerum suarum eius[y] eclesiae nec non et monasteriis contulit nec[z] solum praediorum ac villarum conlatione[a], verum etiam ornamentorum ac pannorum[b] multam summam indulsit, ipsaque in monasterio[c] beati viri et in eadem[d] basilica ubi ipse requiescit sepulturam emeruit. Dedit autem[e] ad ipsum monasterium pro oblacionem[f] vel locum 15 sepulturae[g] suae villas quattuor iuris sui, quarum vocabula sunt haec: Villare[h. 4] scilicet[i], Bassiago[k. 5], Wistrilingius[l. 6] et Mauringus.

(29). Desiderius autem praeter eos, quos dulcedine et studio bonitatis suae adtraxit[a], ipse quoque tanto se amore in eclesiae Cadurcae statu[b] diffudit[c], ut quicquid ex parentum successionem[d. 7], quicquid regio munere, quicquid propria 20 conparacionem adquisisset, eidem libens[e] eclesiae[f] per testamenti seriem diligaret[g]. Nam et Celerense[h] de fisco ex pago Cadurcino[i] impetravit et[k] regio ex hoc praecepto perpetualiter[l] eclesiae profuturo[m] obtinuit. Exceptis autem[n] in firmitatis[o. 8],

V. Elig. I, 15.

Capp. 28. 29. 1. 2. 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 28. a) eccl. Cat. 2. 3. b) p. ipsa 2. c) ecte 1. d) Multo 1. e) uni 3. 25 f) Eodemque ad(t)trahente 2. 3. g) Pobus 3*a*. *b* (*non* 3*c*). h) Doclo 2. i) Mactraegilesus 2; Matregiselus 3. k) Nicassus 2. 3. l) Dadinus 2. 3. m) Abulnaus 3. n) Abremundus 3*a*. *b*; Abramundus 3*c*. o) *om*. 3. p) Ausceldes 3*a*. *b*; Austceldes 3*c*. q) Tauretrides (*vel* Gaur.?) 2; Gauretredes 3. r) Bausona 3*a*. *c*; Rosana 3*b*. s) Nicencia 2; Nicentia 3*c* (*non* 3*a*. *b*). t) Afrania *pro* et F. 3. u) en | narrare 2; enarrare 3*a*; narrare 3*b*. *c*. v) spontes 1. w) donatione 3*a*. *b* 30 (*non* 3*c*). x) *om*. 3. y) eccl. eius 2. 3. z) *ita* 2; nec solus 1; non solum 3. a) conlationem 2. 3*a*. *c*; consolationem 3*b*. b) *ita* 2. 3; prediorum 1. c) monasterii 1. d) eadem 2. e) *om*. 2. 3. f) *ita* 1; oblationem vel loco 2 (*pr. m.*); oblatione vel loco 3. g) sepulturē 1. h) Villares 3*a*. *b* (*non* 3*c*). i) s. 2; *om*. 3. k) Venestria 2. 3. l) Wistri. lingius 1; Vinistris lingius 2; Vinistri, Lingius 3.

35 *Cap.* 29. a) (bo *exp.*)traxit 2; traxit 3. b) *ita* 1. 2; ampliationem 3*b*. *c*; amplificationem 3*a*. c) *ita* 3; diffundit 1. 2. d) *ita* 1; successione — comparatione *rell*. e) libere 2. 3. f) *om*. 3. g) diligeret 1; deleguaret 2; delegaret 3. h) Caderense 3. i) *ita h. l. etiam* 2. k) *ita* 3; e 1. 2. l) perpetraliter 1. m) *om*. 3. n) *ita codd*. o) *ita* 1; in frimitatibus 2; in frimitabus 3*a*. *c*; frimitabus 3*b*.

1) *Agylenus pater Bobilae, de qua infra, villam quandam Vero episcopo vendidit, quam* 40 *gener eius Severus redemit et Dagoberto regi contulit, per quem ad basilicas Mettenses pervenit, cumque Bobila eam repeteret, Abbo episcopus Mettensis Desiderio nostro scribens (Ep. II,* 13*) pactionem illi proposuit. Aliae eiusdem Agyleni villae in possessionem monasterii Cadurci venerunt; v. infra c.* 30. 2) *Eius vidua Bobila infra appellatur.* 3) *Bobila, filia Agyleni, uxor Severi, illustris materfamilias appellatur in epistula Pauli episcopi Virdunensis ad Desi-* 45 *derium (Ep. II,* 11*), qui illum rogaverat, ut in ipsius causa laboraret.* 4) *Locus ad rivum Vert infra villam Catus (dép. Lot) situs erat atque ecclesiae vetustissimae ruinae adhuc conspiciuntur; cf. Lacoste l. l. p.* 230. 5) *Ecclesia Autissiodorensis hospitiolum ibi habebat (Ep. II,* 18*), hodie Beyssac (c. de Strenquels, dép. Lot); cf. d'Arbois de Jubainville l. l. p.* 593. 6) *Haec villa in territorio Albigensium sita erat; v. infra c.* 35. 7) *Sunt ipsius* 50 *testamenti verba; v. infra c.* 34. 8) *In firmitatibus excepit, i. e. privilegiis datis exemit, ea quae fidelibus suis concesserat.*

quae suis fidelibus[a] et alumnis diversis in locis concessit, eclesiae[b] Cadurchae haec[c] specialiter dedit[d].

(30)[a]. DONATIO[b] ECLESIAE.

In territorio Cadurcino dedit villas Iovineanicas[c.1], Ameglado[d], Namiago[e], Pompegiago[f.2], Herbelingus[g], Auciago[h.3], Siciniago[i.4], Elosate, Affreganiago[k] et Darciaco[l]. In Albiense vero territorio dedit villas: Sessio, Tantalio[m], Ramingos[n], Tiacio[o], Lautrego[5], Petregontio[p.6], Maleto[q.7], Picio[r], Cerviano[s.8], Ceresiago[t], Murato[u.9], Buxio[v.10], Marinio[11], Assone[w], Caborinio[x.12], Granoialo[y.13], Marenavas[z.14], Maricio[a], Aquaviva[b], Marcialio[c.15], Herobenno[d], Sataialo[e], Blacinaco[f] et[g] Galliaco[16], cum domum eximiam miraeque magnitudinis comptam, infra muros Albiensis oppidi constructam. Dedit adhuc[g] per basilicas monasteriorum Cadurchae positas villas has. Basilicae sancti Saturnini et sancti Ursicini[h.17] dedit Vidubriaco[i], Cleppio[k], Savinario[l], Lepediaco[m.18] et Toecio[n]. Monasterio sancti Stephani[19] dedit villas[o]

Capp. 29. 30. 1. 2. 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 29. a) *om.* 2. 3. b) ęcla 1. c) *om.* 2. 3. d) *ita codd.*

Cap. 30. a) C. XX. feria II. 2; XVIIII. 3*c*. b) D. e. *om.* 2. 3. c) Iovineanicas — Darciaco *om.* 3, *hiatu signis indicato;* Ioviniacas *Lacoste l. l. I, p.* 230 *(= L).* d) Damegludo *L.* e) Arniaco *L.* f) Pampiniaco 2; Pompegiaco *L.* g) *ita* 1. 2. *L.* h) Auxiago 2; Ausciaco *L.* i) Sicciniago 2; Siciniaco *L.* k) Afriganiaco *L.* l) Arciaco *L.* m) Tentalio *L.* n) *om.* 3; Romingo *L.* o) Nosio 2. 3; Tialio *L.* p) Petrogo 3; Petroguntio *L.* q) *ita* 1 *cum L;* Terciniaco 2; Terriniaco 3. r) Piscio *L.* s) Cerveano 3*a*. *b*; Ceri|ceano 3*c*; Corviano *L.* t) Cereciago 2; Careciago 3; Ceresiaco *L.* u) Marato 3. v) Bruxio *L.* w) *om.* 3; Ossone *L.* x) Caborinno 3*a*. *c*; Caborino 3*b*. y) Grancialo 3. z) Marinavas 3*c*; Marinamas 3*a*. *b*; Marennaves *L.* a) *om.* 2. 3. b) Aquavino 2; Aquimo 3. c) Marciario 1, *corr.* d) Erobenno 2; Erobeno 3*b*. *c*; Erobano 3*a*. e) Faraialo 2. 3*b*. *c*; Farialo 3*a*. f) *ita* 1. 2; Blanciniaco 3. g) *om.* 3. h) Urciscini 2. i) in dubiaco 2; in *pro* V. 3. k) Cleppeo *L.* l) Favinario 2; *om.* 3; Saumario *L.* m) Leppidiaco 2; Legidiaco 3; Lapediaco *L.* n) Toetio 3*c*; Theorio (?) *corr.* Thoerio 3*a et ita* 3*b*; Toecio *vel* Thocro *lectio var. L.* o) villa 1.

1) *Fortasse Jouanny (c. de St. Antonin, dép. Tarn-et-Garonne).* 2) *Pompegiacum praedium Desiderius a potentibus magno comparasse rebusque ecclesiae adiunxisse dicitur (infra c.* 50*). Sunt quidem complures huius nominis vici in dioecesi vicina Agennensi siti, e quibus notissimus est, qui hodie appellatur Mas d'Agenais (dép. Lot-et-Garonne; cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 551*), sed in territorio Cadurco nullum repperi.* 3) *Auzac (c. St.-Projet, dép. Lot); cf. Longnon, 'Pouillé' p.* 42. 4) *'Sicinaco' et 'Elesate' inter eas quoque villas infra p.* 588. *commemorantur, quas monasterio suo Desiderius concesserat.* 5) *Lautrec (arr. Castres, dép. Tarn).* 6) *Peyregoux (cant. Lautrec, arr. Castres, dép. Tarn); cf. Cabié l. l. p.* 415. 7) *Malet (com. Montpinier, dép. Tarn). Poupardin.* 8) *Serviès (cant. Vielmur, arr. Castres, dép. Tarn); cf. Cabié p.* 415. 9) *Murat (arr. Castres, dép. Tarn).* 10) *Le Buis (com. Terre-Clapier, cant. Réalmont, arr. Albi, dép. Tarn) vel le Buz (com. Vabre, arr. Castres). Poup.* 11) *Marin (com. Lombers, cant. Réalmont, arr. Albi, dép. Tarn). Poup.* 12) *Cabrin (com. Rouel, cant. Réalmont, arr. Albi, dép. Tarn). Poup.* 13) *Granéjouls vel Granézouls (c. Cahuzac-sur-Vère, arr. Gaillac, dép. Tarn); cf. Cabié p.* 415. 14) *Marnaves (cant. Vaour, arr. Gaillac, dép. Tarn).* 15) *Marsal (cant. Villefranche, arr. Albi, dép. Tarn).* 16) *Gaillac (dép. Tarn).* 17) *Ecclesia S. Ursicini Cadurca, a.* 1285. *prioratus Marciliacensi monasterio subiectus, postea paroecialis erat ad collationem episcopi spectans; cf. Longnon l. l. p.* 34. 96. 18) *Fortasse Léojac (com. Léojac-et-Bellegarde, arr. et cant. Montauban, dép. Tarn-et-Garonne).* 19) *Eadem ecclesia, quae hodie S. Bartholomaeo sacra est; cf. Lacoste l. l. I, p.* 222.

Aquiniaco, Cavanio[a] et Cassiaco[1]. Basilicae sancti Mauricii[2] dedit Cavaniaco[b, 3] et porcione[c] in Variaco[4]. Basilicae sanctae Mariae[5] dedit* Cambone[6] et Ossilingus[d, 7]. Basilicae[e] sancti Vincenti[f] dedit Taxarias[g, 8] et loco nuncupante Circoexeno. Basilicae sancti Iacobi[9] dedit Marciaco[h, 10] et Petroliaco[i, 11]. Basilicae sancti Martini[12] dedit Secretarecas[k], Domeciaco[l, 13], Cepoialo[m] et Veroli[k, 14]. Basilicae[n] sanctorum[o] parvulorum Iusti et Pastoris dedit[p] Flaviaco[15], Cornucio[q, 16] et Cocurnaco[r, 17]. Basilicae sancti Afrecani[s] dedit porciones in[t] Alacicio, Faciscio[u], Pollanio[v] et Costrio. Basilicae sancti Remedii dedit portionem in[w] Lautreco[18], Carcerio[x, 19], Semelingus[y, 20] et Criscencio[z, 21]. Basilicae sancti Eugenii dedit villa[a] Fesciago[b, 22]. Item basilicae alteri[c] sancti Martini dedit[d] villa Theufales[e, 23] et

*) Dunziaco[13] (Dunsiaco 3) *add.* 2. 3.

Cap. 30. 1. 2. *3a. b. c.*

Cap. 30. a) Savanio 2; *om.* 3. b) Cavaniaco — Mariae dedit *om.* 3. c) portionem 2. d) Ossilingas 3; Ossilingius *L.* e) B. s. V. *om.* 3. f) Vincencii 2. g) Taxanias *3c*; Taxonias *3a. b*; Taxarips *L.* h) Maciaco 2; Maxiaco *3a.* i) Petrolieco 3. k) *om.* 3. l) Daneciaco 3. m) Cepolia 3; Copoiaco *L.* n) Basilica 1. o) sancti 2. p) d. Fl. *om.* 3; Flaviago *L.* q) Cornutio 2. 3. *L.* r) Cocurnago *L.* s) *ras.* cani 1; Africani 2; *om.* 3, *notato hiatu.* t) Malacitio 2. *3a. c*; Malaritio *3b*; Alaciaco *L.* u) Fascitio 2. *L*; Fascito 3. v) Polani *3c*; Polonio *3a. b*; Palanio *L.* w) Vilantreco 2. 3. *L.* x) Carrecia 3. y) Semelingas 3; Semilingus *L.* z) Criscentio 2. 3. *L.* a) villam 2. 3. b) Fesciaco 2; Fosciaco 3. *L.* c) at'i (= ateri) 2; ante dicti 3. d) d. v. *om.* 3; v. *om.* 2. e) Tehuphales 2; Tenfalas *3a. b*; Tenfades *3c*; Tuffalas *L.*

1) *Cezac (cant. Castelnau-Montratier, arr. Cahors, dép. Lot).* 2) *S. Mauricii ecclesia Cadurca ad collationem episcopi pertinebat; cf. Longnon l. l. p.* 34. 3) *Cavagnac (cant. Vayrac, arr. Gourdon, dép. Lot).* 4) *Vayrac (arr. Gourdon, dép. Lot).* 5) *De ea v. supra p.* 579. 6) *Cambon duo vici haud multum inter se distantes (arr. Lavaur et arr. Albi, dép. Tarn).* 7) *Ossilingus villa sine dubio et ipsa in territorio Albigensium sita erat, opposita, nisi fallor, loco qui supra commemoratur Wistrilingius.* 8) *Fundus Teyssières in paroecia Castanède (com. Montalzat, cant. Montpezat, arr. Montauban, cant. Tarn-et-Garonne) situs a.* 1643. *commemoratus est. Poup.* 9) *Possessores sibi succedentes ecclesiae S. Iacobi, quae capitulo Cadurco denique subiecta erat, enumeravit Longnon l. l. p.* 97. *Hodie est capella congregationis Paenitentium, cf. Lacoste l. l. I, p.* 222. 10) *Marssac (arr. Albi, dép. Tarn).* 11) *Prouillac (cant. Gourdon, dép. Lot); cf. Lacoste l. l. I, p.* 231. 12) *Oratorium S. Martini supra p.* 575. *commemoratur.* 13) *Donzac (cant. Auvillar, arr. Moissac, dép. Tarn-et-Garonne); cf. d'Arbois de Jubainville l. l. p.* 230. 14) *Prior 'de Veruli' in tabula decimarum ecclesiae Cadurcae a.* 1526. *composita (Longnon 'Pouillé' p.* 51*) post priorem de Meyrignac-le-Francal (comm. Rocamadour, cant. Gramat, arr. Gourdon, dép. Lot) enumeratur.* 15) *Flaujac (cant. Calbenque, arr. Cahors, dép. Lot); cf. d'Arbois de Jubainville l. l. p.* 235. 16) *Cornus (com. Cenevières, cant. Limogne, arr. Cahors, dép. Lot).* 17) *Congournac (com. Puycornet, cant. Molières, arr. Montauban, dép. Tarn-et-Garonne). Poup.* 18) *V. supra p.* 586, *n.* 5. 19) *Carcès (com. Lauzerte, arr. Moissac, dép. Tarn-et-Garonne) locus, cuius ecclesia S. Martino sacra in tabula decimarum a.* 1526. *'lesglise des Prisons' appellatur, unde nomen eius olim 'de Carceribus' scriptum esse coniecit Longnon, 'Pouillé' p.* 154. 20) *Semalens (com. Maurens, cant. Cuq-Toulza, arr. Lavaur, dép. Tarn). Poup.* 21) *Creyssens (com. Le Boulvé, cant. Montcuq, arr. Cahors, dép. Lot).* 22) *Foissac (cant. Montauban, dép. Tarn-et-Garonne).* 23) *Touffailles (cant. Bourg de Visa, arr. Moissac, dép. Tarn-et-Garonne); cf. Longnon, 'Pouillé' p.* 69.

Ercitoialo[a]. Monasterio autem[b] suo Cadurcae sito[c], ubi ipse in corpore requiescit, dedit villas[d] Nugacio[e,1], Maciriaco[f,2], Canniaco[g,3], Criscentio[4], Satiago[h,5], Brocingus[i,*], Elariago[k], Epoturio[l], Arividus[m], Anglares[n,6], Goivillas[o], Parnaco[7], Cadurcio[p,8], Sicinaco[q,9], Lepediago[r,10], Bonogrado, Camino[11], Bodurno et Elesate[s,9]. Deditque ibi ex conlatione inlustris viri Agileni[t,12] villas[u] Prissiago[v,13], Gausiavigo[w] et Marcelliago[x,14].

Hieron. ep. 1, 15.

(31). Sed quis valeat digno canere praeconio, vel[a] quanta pio hortatu[b], vel[c] quanta operis studio Cadurcinae eclesiae contulerit, quanta ob animarum medella[d] incitamenta, quanta ob corporum conpendia[e] exercitia gesserit[f], quod singulari studio hac pene inauditu ingenio[g] omni tempore moeniam[h] urbis suo labore extruxerit[i], quod villas omnes[k] praediaque eclesiae insigni[l] studio decoraverit[m], quod[n] sui monasterii septa praerogativa quadam dignitate[o] in sublimium[p] domorum amplitudine et basilicarum miranda[q] altitudine ac volucionum ambienda pulchritudine[r] insigni[s] pene[t] ac singulari fabrica sustulerit. Denique primam inibi basilicam[u,15] more antiquorum praeripiens quadris ac dedolatis lapidibus

*) Montiago[16] *add.* 2. 3.

Capp. 30. 31. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 30. a) et Ercons et ialo 2; et Pernis (Parnis 3*a. b*) et Lalo 3; Parnis et Lalo *L.* b) *om.* 3. c) situm 1. d) villa 1. e) Nugatio 2. *L*; *om.* 3. f) Marciliaco 3*a. b. L*; Marsiliaco 3*c.* g) Cavinaco 2; Camniaco 3*c*; Caruniaco 3*a. b*; Caruniaco *vel* Caniaco *L.* h) *om.* 3, *spatio vacuo relicto* 3*a. b*; Satiago *vel* Saliago *L.* i) Procing. 2; Prosemogo 3; Proscingus *L.* k) Elariaco 2; Elar. — Elesate *om.* 3; Elayrago *L.* l) vel Poturio 2; Poturio *L.* m) Arvugus 2. n) Angiaco 2. o) Govillas (G *incerta*) 2. p) Catussio *L.* q) Siciniaco 2; Sirinago *L.* r) Lepodiaco 2. *L.* s) Alesate 2. t) Agileʒ (= Agilem) 2; Agiles 3. u) villa 1; *om.* 3. v) *ita* 1. *L*; Prissiaco 2; Pisciaco 3. w) Gausinico 2, 3*c*; Gaucinico 3*a. b*; Cassiavigo *L.* x) Marceliago 3; Marseillago *L.*

Cap. 31. a) *om.* 3. b) hoctatu 1; obtatu 2; optatu 3. c) (vel *om.*) quanti 3. d) medelam 2. 3. e) stipendia 2. 3. f) gessēt 2. g) inauditu in ieiunio 1; inaudito ingenio 2. 3. h) *ita* 1; moenia 2. 3. i) struxerit 3. k) omnesque predia 2; omnes, quae praedia 3. l) i. st. *h. l. om.* 3, *sed v. infra n.* t. m) decoravit — insigni pene *pr. m. in mg. suppl.* 2 *h. l. inserenda, sed m. rec. post* ecclesie *addidit* de., *unde ea* 3 *ibi collocans, vocabulum* studio *suo loco movit (cf. n.* l. t*).* n) qui, *om.* sui 3. o) dignitatem 1. p) *om.* 3 *(spatio relicto 3c).* q) admiranda 3. r) pulcritudinem 1. s) insingni 1; *om., spatio relicto,* 3. t) studio *add.* 3 *(cf. n.* l*).* u) m. a. b. 2. 3.

1) *Malim* Nuciago, *hodie Nozac (arr. Gourdon, dép. Lot) vicus, cuius ecclesia S. Pantaleoni sacra archipresbytero Gordonensi subiecta erat; cf. Longnon 'Pouillé'* p. 42. 2) *Mazerat (com. Dégagnac, cant. Salviac, arr. Gourdon, dép. Lot); cf. d'Arbois de Jubainville l. l.* p. 480. 3) *Caniac (cant. La Bastide-Murat, arr. Gourdon, dép. Lot).* 4) *Cf. p.* 587, *n.* 21. 5) *Sayssac (com. Viterbe, cant. Puylaurens, arr. Lavaur, dép. Tarn). Poup.* 6) *Anglars (com. Castelfranc, cant. Puy-l'Evêque, arr. Cahors, dép. Lot) vel Anglars (cant. La Capelle-Marival, arr. Figeac, dép. Lot). Uterque locus in tabulis ecclesiasticis commemoratur apud Longnon, 'Pouillé'* p. 31. 39. 7) *Parnac (cant. Luzech, arr. Cahors, dép. Lot).* 8) *Catus (arr. Cahors, dép. Lot). Poup.* 9) *Hae villae supra p.* 586, 5. *iam allatae sunt.* 10) *Cf. supra p.* 586, *n.* 18. 11) *Cami (com. Luzech, arr. Cahors, dép. Lot); cf. Longnon, 'Pouillé'* p. 94. 12) *Cf. supra p.* 585. 13) *Prayssac (cant. Puy-l'Évêque, arr. Cahors, dép. Lot), ubi ecclesia erat S. Bartholomaeo sacra; cf. Longnon, 'Pouillé'* p. 40. 14) *Marcillac (arr. Figeac, dép. Lot), postea monasterium, de quo supra p.* 580. 15) *Basilica monasterii quod condiderat intellegitur; cf. Lacoste l. l. I, p.* 223. 16) *Moussac (cant. Gindon, dép. Lot).*

aedificavit[a], non quidem nostro Gallicoque[b] more, sed sicut antiquorum mororum[c] ambitus magnis[d] quadris[1] extrui solet, ita[e] a fundamentis ad[f] summa usque fastigia quadris lapidibus opus explevit[f], cui geminos summo porticus adiciens opere adsimilavit. In quibus quidem et in cuncto[g] episcopatus sui statu tanto se
5 accinxit studio, tanto fudit[h] ingenio, ut quicquid ad utilitatem ornatumque municipii ac praediorum eius pertinent[i] exquesierit[k], ventilaverit, invenerit adque erexerit[l], et licet haec magna sint consideratione sui, sed maiora illa sunt interna[m] exercicia, quae silentio magis[n] quam infirmo[o] sermone obumbranda sunt[p]. Cuius erat sensus pulcherrimi nectaris suavior et cigneo[q] canore vox dulcior, ac[r] (Hieron. ep. 60, 1.)
10 proinde nihil illius severitate iocundius, iocunditate nihil illius severius, nihil risu[s] (ib. 24, 5.) tristius, tristicia nihil suavius; ita erat gravitas[t] in vultu[u], ut hilaritas non deesset in animo. Sermo silens et silencium loquens[v], ut ministri ipsius motu[w] pocius quam voce affectus eius[x] cognoscerent. Paulus quidem videbatur in vultu[y], Petrus agnoscebatur in spiritum[z]. Illius austeritatem huius mansuetudine[a] temperabat[2],
15 ita ut cum praesentiam eius vix sustineris[b], absentiam ferre non possis.

(32). Praeterea[a] vir beatus habebat amicum fidelissimum quendam inclausum[b] nomine Arnanum[c]. Huic autem sepissime elemosinam suam[d] commendans, eius per officium in corde[e] pauperum transmittebat; plerumque autem tales[f] ei sacculos cum solidus[g] ad erogandum tradebat, qui vix manum[h] capi[i] levarique
20 possint. Ista quidem occulte[k] et solo Deo conscio, veluti quendam peculiarem faciens in patria paradisum[k*], transmittebat. Palam tamen eius erogator[l] indesinenter[m] pauperibus spargebat; abscondi quippe non poterat tam larga bonitas et nimia largitas tamque proflua dispensatio. Isteque[n] Arnanus ex genere Scotorum veniens multos[o] annos sub coenobio sancti viri ac sub ipsa basilica qua[p] vir beatus
25 requiescit vitam venerabilem duxit vixitque[q] post mortem beati Desiderii annis plus minus quinque, adque[r] demum obiens, in ipso[s] specu ubi remotiorem[t] vitam duxit humatus quiescit[u].

(33). Sed dum venerabilis Arnani mentionem fecimus[a], dignum puto commemorare, quod[b] per eius occasionem vir beatus ex[c] dono prophetiae[d] experimento cognovit.
30 Siquidem[e] et nonnumquam ex dono[f] supernae gratiae ita longe positus[g] prae-

Capp. 31—33. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 31. a) edifivit 2. b) Gallique|que 1; Gallico ue 2; Gallicanoque 3. c) *ita* 1. d) magnis (que *add.* 3*a. b*) quadrisque *et add.* saxis 2. 3. e) ita a *om.* 2. 3. f) ad s. — explevit *om.* 2. 3. g) cuncti 2. 3. h) effudit 2. 3. i) pertinet 2. 3. k) exquesierunt 1. l) *ita* 2. 3;
35 exerit 1. m) externa 3. n) magnis 1. o) infimo 2. p) erant 2. 3. q) *ita Hieron.;* digneo 1; digno 2. 3. r) *om.* 3. s) visu 3. t) *ita Poupardin;* gravitus 1; gravis 2. 3. u) victu 3. v) *ita* 1. 2. 3*c*; eloquens 3*a. b.* w) nutu 2. 3. x) ipsius agnoscerent (*sed* cogn. 3*c*) 2. 3. y) ultu 2; et *add.* 3. z) *ita* 1*a*; spiritu 2. 3. a) mansuetudinem 1. b) sustineret — posset 2. 3.

Cap. 32. a) P. vir b. *om.* 3. b) *om.* 2. 3. c) Arvan. *semper* 2. 3. d) *om.* 3. e) corda 3.
40 f) ei t. 2. 3. g) *ita* 1; solidis 2. 3. h) *ita* 1; manu 2. 3. i) caput 1, *corr.* k) occulta 3. k*) *ita scripsi;* paradisi *codd.* l) *ita scripsi;* errogatur 1; erogat (= erogatur) 2; (eius *om.* 3*a. b*) erogat (erogabat 3*a*) 3; errogatus *Poupardin;* sed *add.* 2. 3. m) eos *add.* 2. 3. n) Iste Arvanus de g. 2. 3. o) multis (indultis 2) annis 2. 3. p) qu(a *m. rec. in litura*) 1. q) vixit autem post 2. 3. r) *om.* 2. 3. s) ipso:, *ras.* s 1; in i. sp. *om.* 3. t) remotionem 2; *om.* 3.
45 u) requiescit 2. 3.

Cap. 33. a) *ita codd.* b) quid 3. c) ex do | dono 2; ex Deo dono 3. d) *ita* 2. 3; prophetice 1. e) Sic quidem 3. f) *ita codd.* g) possi 1.

1) *Forma lapidum maiore Desiderii aedificia facile discernuntur; cf. Lacoste l. l. I, p.* 220 *sq.* 2) *Cf. Hieronymi ep.* 21, 2: austeritatem legis euangelii gratia temperavit;
50 *ib.* 82, 3: potestatis superbiam lenitate et mansuetudine temperabat.

videbat[a], ut in sui praesenciam[b] gesta constarent. Hinc est, quod rei huius[c] quam narro idoneus[d] testis existens[1] spiritum sibi[e] prophetiae agnitum demonstravit. Ergo studium erat viro[f] egregio Desiderio de huius peregrini stipendium[g] sedulam sollicitudinem gerere, adeo[h] ut[i] singulis diebus ex mensa sua oportuna[k] ei alimonia subministrare curaret. Quadam itaque die consuetos cibos cum panis et poculi subsidia[l] per duos ei clericos dirigere studuit[m], quorum unus Leodolenus[n], alter vero vocabatur Dracolenus[2]. Clerici itaque ferentes ea quae episcopus[o] viro[p] Dei direxerat, dum iter carpent[q], malo utuntur consilio et medio ferme viae excursu, cum se ab omnibus remotos conspicerent, gulae concupiscentia vincuntur. Denique tam suavitate ciborum quam vini[r] flagrantia[s] incitati[t], inlecebrosae[u] gulae consentiunt, promotique eminus de via et inter condensas buxus[v] residentes, ea quae portabant[w] praesumunt affluenterque vini ac cibi perceptione[x] ventrem ingurgitant, exsaturatique nimium[y], quod esu supererat accurati[z] valde recondunt[a] et[b] ita super se redeunt[c]. Inde[d] pos trium vero horarum excursu[e], ut putent[f] servo Dei redeuntes, episcopum adeunt eique velut innoxii adsistunt. Tum[g] prior Leodolenus[h], genu praesulis exosculans, quasi ex viro Dei gratias accitare[i] ac salutaciones conatur exponere. Cuius verba in medio ferme conati[k] praeveniens Desiderius, spiritu Dei sibi revelante, ait[l]: 'Bene', inquit, 'Lelle[m. 3], mentiris; cur ita me fraudare voluisti? Patrem hodie Arnanum minime vidisti et quae ei direxeram male usurpasti. Numquid non[n] in praesentia[o] aderam, quando inter condensas[p] saltus residens cibos quos Dei servo direxeram comedebas? Numquid non praesens eram, quando vinum bibebas et panem clangule[q] edebas?' Cumque ille[r] adhuc defendere nitiretur[s] et furti[t] culpam periurii adiectione comolaret, protinus ab episcopo iussus foris trahitur et pro geminata[u] culpa agrius cohercetur. Alterum vero qui erat iunior[v] tempore prae[w] se episcopus retentum blande demulcet, ut omnia sibi quae egerint per ordinem manifestet. Clericus vero, cum se deprehensum vidit, cuncta coram omnibus, secuti[x] gesta erant et episcopus iam praedixerat, exposuit, et ita misericorditer dimissus ab ultionem[y] culpae liber evasit. Haec autem causa multis demum et[z] reverentiam et emendationem ingessit[a], ut nemo iam beato pontifice[b] mentire praesumeret, dum nihil ei[c] quisque latere ambigeret[d].

Cap. 33. 1. 2. *3a. b. c.*

Cap. 33. a) providebat 2. 3. b) *ita* 1. 2. 3. c) eius 2. *3a. b (non 3c).* d) *om.* 3. e) sc̄i (= sancti) 2; scilicet 3. f) ủgo (= virgo) 2; iuge 3. g) *ita* 1; stipendio 2. 3. h) *ita* 2; ade 1*a*; ideo 3. i) *om.* 2. 3. k) op(p)ortunam ei alimoniam 2. 3. l) subsidio 3. m) festinavit 3. n) *ita codd.* o) (e *m. rec. in litura)*p̄s 1. p) vero 1*a*. q) carpunt 2. 3. r) vi(ni *m. al. in litura*) 2. s) fragantia 2; fragrantia 3. t) *extr.* i *m. al. in litura* 2. u) illecebrase 2. v) *ita codd.* w) com(m)edere *add.* 2. 3. x) perceptione :, *ras.* m 2. y) minimum 2. 3. z) *ita* 1; accurate 2. 3. a) recundunt 2. b) *om.* 2. 3. c) *om., spatio vacuo relicto,* 3. d) *ita Poupardin;* In 1; *om.* 2. 3. e) *ita* 1; excursum 2; spatium 3. f) putabant a s. 2. 3. g) Verum 3. h) Leudolenus 3. i) referre 3. k) conatu 3. l) *ita* 1. 2; *om.* 3. m) *ita* 1. 2. 3*c*; belle 3*a. b.* n) *ita* 1. 2 (no); vero 3 *(legit* ūo*).* o) praesenti 2. 3. p) condensos 2. 3. q) danculo 2; *om.* 3. r) adhuc ille 2. 3. s) *ita* 1. t) *om.* 3. u) gēm(i *m. rec. add.*)ata 2. v) minor 3. w) *ita Poupardin;* praeesse ep. 1; prece (pr. *om. 3a. b*) ep. 2. 3. x) *ita* 1. y) *ita* 1*a*; ultione 2. 3. z) e 1. a) insevit (2); inserit 3. b) *ita* 1; pontifici 2. 3. c) quisquam ei 2. 3. d) praesumeret 3; k. *add.* 1.

1) *Scilicet Desiderius.* 2) *Dracolenus presbyter Cadurcus appellabatur auctoris aequalis, de quo ad sancti sepulchrum sanato infra c.* 45. *relatum est.* 3) *Hypocorisma fortasse nominis Leodoleni et legitur Lello apud Förstemann, 'Altd. Namenbuch' I, p.* 842.

(34)[a]. Desiderius autem amplius cottidie in amorem Cadurcinae eclesiae coalescens[b] ipsam et hereditatem[c] habuit et hereditatem instituit. Denique sub anno sexto decimo Sigiberti[d] regis[1] testamentum condens, praeter villas supra[2] iam dictas omne praesidium[3] cunctamque suppellectilem, quae[e] habere potuit, sanctae matris[f] Cadurcae eclesiae dereliquit[g]. De pristino vero eclesiae praesidio nihil minuit, sed totum integrum inlibatumque reliquit. Cui eclesiae quam humiliter, quam dulciter[h] quamque[i] affectuose haec[k] eadem obtulerit[l], melius agnoscitur[m], si verbis ipsis, sicut dixit et scripsit, intimetur. Inter cetera vero et alloquium[m*] in seriem testamenti sui ita posuit: *De praesidio,* inquit, *meo vestimenta, scamnalia*[4], *mensalia*[5] *et lectuaria*[n], *aurum vel argentum, quod ex successione parentum habeo vel quod in regis aula et in servicio principum*[6] *elaboravi*[o] *et mecum veniens detuli*[p], *quicquid exinde adhuc superest, quod in ornatum*[q] *est aut*[r] *ministerium tuum, sancta mater eclesia Cadurca*[s], *non inpendidi*[t], *totum et ad*[u] *integrum tibi*[v] *possidendum relinquo tuaeque*[w] *iuris dono, trado*[x] *atque transscribo precorque*[y] *ac obtestor, ut nullus successorum meorum quicquam exinde ex tuo gremio, ex quo ibi in ornatum tuum feci vel*[z] *thesauro tuo indidi, auferre praesumat. Argentum vero tuum vel reliquas species cunctumque*[a] *praesidium, quod in tuo reposito, sancta mater eclesia, heres mea*[b], *inveni*[c], *totum salvum relinquo; nihil enim exinde spendidi*[d, 7] *nihilque*[e] *minui nec ulli quicquam*[f] *dedi, sed sicut mihi est sub oculis Dei traditum, ita totum salvum relinquo. Liberos*[g] *vero meos tibi, sancta*[h] *mater eclesia*[i], *tuoque advocato, successori meo, commendo; semper, queso*[k], *virtute sanctitatis tuae ab insidiis quorumcumque*[l] *defensentur, ut sub tuo se patrocinio pervenisse congaudeant. Pauperes autem tuos, quos*[m] *ego semper pervigili*[n] *cura ac*[o] *sollicito studio enutrivi, tibi commendo, precorque, ut tua sanctitate et advocati tui sollicitudine alantur et pie semper gubernentur, sic quoque ut me absentem*[p] *esse non sentiant nec se doleant pastorem mutasse.* Huc usque Desiderius. Nos vero libere[q] fatemur, quod neque pauperes[r] patrem neque eclesia pastorem post eius abscessum[s] similem ei habere potuerit. Sed interim iam a[t] locucione cessandum est, iam

649/650.

V. Elig. II, 78.

Cap. 34. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 34. a) XX. 3*b. c*; *numerus deest, sed littera maiore pergit* 2. b) calescens 2. 3. c) haeredem h. et haeredem 2. 3. d) Sigeberti 3*a. b* (*non* 3*c*). e) quam 2. 3. f) matri eccl. Cat. 3. g) *ita* 2. 3; *om., versu exeunte* (ecte. | De) 1. h) duldciter, *expuncta altera* d, 2; *om., spatio vacuo relicto,* 3. i) que *om.* 2. 3. k) et 3. l) obtulit 3. m) *ita* 1. 2; cognoscitur 3. m*) *ita scripsi;* ad locum *codd.* n) et electutilia 2; et electubilia 3. o) et laboravi 1. p) det(uli *pr. m. in rasura maiore*) 1. q) ornatu 2. 3. r) est a q̊ (*postea corr.* q̈) | ad m. 2; est et quod ad m. 3. s) *om.* 3. t) *ita* 1. 2; impendi 3. u) ab 2. v) p. tibi 3. w) tuoque iuri 2. 3. x) *om.* 2. 3. y) *om.* 3. z) in *add.* 2. 3. a) *ita scripsi* (*cf. l.* 4); tunc (t. *om.* 2. 3) tuumque *codd.* b) meas 2. c) (in *pr. m. suppl.*)veni (totum *pr. m. in mg. suppl.*) 2; t. i. 3. d) expendi 2. 3. e) que *om.* 3. f) cuiquam 3. g) Libros 2. 3. h) (s. *om.*) matri (matre? *pr. m.* 2) e. 2. 3. i) ec(c)lesi(a)e *codd.* k) quero 2. l) *ita codd.* m) quod 2. n) pervigilii 2. o) *ita* 1. 2; ac s. st. *om.* 3. p) absente sibi aliquid deesse non s. 2. 3. q) *ita* 1. 2; libenter 3. r) *ita Poupardin;* parciperes 1; nullum *pro verbis* neque p. p. neque 2. 3. s) abcessum 2. t) allocucione 1.

1) *Si annum Sigiberti regis XVI. ex ipso testamento biographus deprompserit, id quod mihi quidem persuasum est, illud conditum esse oportet a.* 649/50. *post Chr. n., cum Sigibertum pater a.* 634. *in. regem Austrasiae instituerit (Fred. IV,* 75*). Auctor vero annos regis longe aliter computavit, scilicet a morte Dagoberti, ita ut annus* 16. *regni mente eius respondeat post Chr. n. anno* 654. *Cf. 'Forsch. z. D. Gesch.' l. l. p.* 471; *supra p.* 554. 2) *Supra c.* 30. 3) *I. e. peculium, pecunia, bona, facultates. Duc.* 4) *Stragulum seu instratum scamni. Duc.* 5) *Germ. 'tischlaken'. Cf. V. Eligii I,* 15: vestimenta etiam et lectuaria ac linteamina mensalia. 6) *Cf. Marculfi Form. II,* 17. 7) *Nobis 'spenden', lat. expendere, erogare.*

praeconiorum[a] eius haec[b] finem pagella inponat[c]. Nunc ad terminum vitae eius[d] [V. Elig. II, 33.] articulum deflectamus, et qualiter de[e] hac luce migraverit, explicemus.

(35)[a]. Dagobertus[b] rex, sexto et decimo[c] regni sui anno administrato, pacifice obiens, duobus filiis Flodoveo[d] et Sigoberto[e] regni sceptra reliquid, et Flodoveus quidem regnum[f] Francorum, Sigobertus autem Austrasiorum regnum gubernavit. Huius Sigoberti VII[g] et decimo regni anno, episcopatus autem sui vicesimo et VI[h.1] parat Desiderius solum proprium[i] paternae possessionis[k] Albigense[l] territorium visitare. Profectus igitur[m] nobili suo comitatu rura Albigensium adiit. Cumque iam Dominus pro[n] cunctis eum laboribus vellit[o] remunerare[p], iussione[q] [V. Elig. II, 34.] missa, arcessire[r] famulum[s] iubet, moxque febre[t] correptus, taediari[u] cepit; deinde amplius egritudine vallatus, Wistrelingus[v.2] in villa monasterii sui lectu [Hieron. ep. 60, 13.] decubuit. Sic sensim[w] paulatimque decora illa facies et omne[x] margaritum preciosior[y] tociusque[z] dignitas corporis marcescere cepit. Cumque aestuaret febribus et venarum fontes calor hauriret, lasso[a] anhelito[b] triste ministrorum frequentabatur officium[c]. Pro dolore[d]! Flante austro[e], lilii candor et porpora[f] violae[g] in pallorem iam sensim[h] migraverat[i]; universis circa[k] flentibus, ipse valde defessus[l] pio omnes hortatu consolabatur, et cum esset fortis animo, in ipsa quoque morte viriliter se agebat. Post tandem[m] ergo, ultimo cunctis[n] vale dicto[o] et oracione ad [Nov. 15.] Dominum praemissa[p], sub die septimo[q] decimo kalendarum Decembrium ultimum spiritum exalavit.

(36). Subitus repente clamor exortus[a] totum[b] villae amplitudinem[c] clango- [V. Elig. II, 36.] ribus replevit, omnesque plateas, currente nuntio, confusus rumor obsedit. Quid multa? Compositum[d] mox honestissime corpore feretroque inditum, iter arri- [ib. II, 37.] piunt, profectusque est exercitus copiosus et multa populi turba in obsequio funeris. Cumque Albiensium[e] rura praeterissent et terminus[f] Cadurcorum penetrarent, mulier quaedam, quae infestissima[g] demonis incursione patiebatur, egressa a finibus illis et pergens post turbam, magnis et turbatis clamoribus praetereuntes fatigabat. Cumque[h] sepissima inclamatione[i] nomen defuncti praesulis geminaret[k], omnes fere in sui admiratione cum ingenti stupore convertebat, donec post longum

Capp. 34—36. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 34. a) praeconiis 2. 3. b) hic 3. c) imponet 2 *(corr.).* 3c *(non* 3*a. b).* d) huius 3. e) de (ab 3*a. b*) hac vita 3. f) migravit 2. 3.

Cap. 35. a) C. XXIII. 1; XXI. 3*b. c.* b) Dagbertus rex 1; Rex (Lex *errore miniatoris* 2) Dagobertus (Dagobertus | bertus 2) 2. 3. c) XVI. 2. 3*c*; decimo sexto 3*a. b.* d) Flodoneo *et sic infra* 2; Clodoveo 3, *ut infra.* e) Sigibert. *constanter* 2. 3. f) regni u, *exp.* u 2; regni 3. g) XVII. 2. 3. h) XX°III° 2. 3. i) proficisci 3. k) possessonis 2. l) Albiense 3. m) ergo 3. n) per 1. o) (ve *m. rec. in litura*)llit 1; velit 2. p) renumerare 1. q) visione 3. r) arcessiri 2; accersiri 3. s) fonulum 1*a*; *om.* 2. 3. t) frebre 2. u) *om.* 2. 3. v) Wisti elingus 2; *om.* 3. w) sensū *corr.* sensi 1. x) omnes 3*c*; omnis 3*a. b*; margaritum *om.* 3 *(hiatus lineolis notatus est* 3*c).* y) preciosi o::r, *ras.* do 1; prec(t)iosi odoris 2. 3. z) *om.* 3. a) lapso 2. 3. b) *ita* 1; hanelitu 2. c) *om., spatio vacuo relicto,* 3. d) dolore. fante 1; dolor. Efflante 2. 3*c*; dolor! afflante 3*a. b.* e) austrolii candor 1. f) pospora 1; purpura 2. 3. g) violicae 1. h) sensum 1, *corr.* i) migra::::, *ras.* vera 1. k) *om.* 2. 3. l) fessus 2. 3. m) tadem 2. n) omnibus 3. o) valito esto, *ras.* to es 1. p) transmissa 3. q) XIII[mo] 2. 3.

Cap. 36. a) *om.* 3. b) tot(c)ius 2. 3. c) amplitudine (?) *pr. m.* 2. d) composito — indito 2. 3. e) Albigensium 3*a. b*; Albigiensium 3*c.* f) *ita* 1; terminos *rell.* g) infestissimam d. incursionem 2. 3. h) Cum saepissime 3*a. b (non* 3*c).* i) *ita* 2. 3; indamatio 1. k) ingeminaret 2. 3.

1) *De episcopatus annis v. supra p.* 554. 2) Wistrilingium *villam monasterio Bobila dono dederat; cf. supra c.* 28.

viae[a] circuitum ventum est ad praedium, cui[b] vetus antiquitas Milliacum[c, 1] vocabulo[d] indidit. Ubi cum numerosa exaequiarum frequentia aput[e] corpus preciosissimum[f] praesulis pervenisset, mulier turbatis clamoribus omnem pene catervam in maximo stupore deducebat[g]; torquebatur enim inpurus spiritus, quia virtute divina illuc se videbat abduci[h], ubi maximam vim perpeti[i] formidabat. Milliacho[k] ergo corpus[l] expositum, mulier vexata spumans et multum se discerpens adsistet; cumque ut ferus taurus vehementer debacharetur et[m] nunc torvis[n] oculis, nunc pallentibus genis, nunc spumantibus hac trementibus labris[o] diversis modis torqueretur, feretro tandem adiuncta prosternitur. Mox autem ut superiecta[p] feretri[q] velamina tetigit, divinu[r] iussu fugatus[s] demon aufugit[t] et[u] sic ad gloriam Christi et laudem praesulis Desiderii mulierem[v] liberam[w] sanamque[x] reliquid[y]. Ex quo facto omnes qui aderant in admiratione[z] conversi gratiam Christi et merita confessoris Desiderii[a] glorificabant. V. Elig. II, 53.

(37). Deinde[a] ergo, corpus[b] levatum, cuncti[c] paulatim progressi[d], Quintiago[e] atque Atiago praetereunt[f]. Cumque post tandem cum[g] corpus preciosum Kadurce proximarent[h], quoacervatim populositas per diversos aggeres se[i] fundens, obviam extincto patri processit; nullus monachus domi resedit[k], qui non obviam pastori procederet. Lugebant autem omnes, quem[l] confuso plangebant[m], et inter diversos gemitos[n] haec solum verba resonabant: 'Eu[o], Desiderii, eu!' Clamabant cuncti: 'Pastor bone[p], cui nos dimittis, cui gregem tuum fovendum[q] commendas?' Clerus nimirum plangebat patrem, abbates[r] pastorem, parvuli nutritorem, senes tutorem, viduae protectorem, egeni[s] adiutorem, pupilli defensorem, et, ut breviter conplectar, tota eum civitas, tota simul planxit ecclesia. ib. II, 36. ib. II, 37. 34. Hieron. ep. 60, 14.

(38)[a]. Perductus itaque ad suum[b] monasterium hac sepultus est in ecclesia, quam ipse, ut supra[2] diximus, insigni opificio, ex utraque parte supervolutis[c] tectis[d], quadris hac dedolatis[e] lapidibus aedificaverat, ubi diligenter humo tectus eterna in requie quiescit soporatus, ibique vallatus tumba, surrecturus iacet in gloria[3]. Sed quibus post haec[f] miraculorum effulserit signis, dignum est et[g] me commemorare et[h] cum vos desideratis audire. V. Elig. II, 37. ib. II, 48.

Capp. 36—38. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 36. a) vite 2. b) *om.* 1. c) Miliacum 2. d) vocabulum 2. 3. e) ante 2. 3. f) *ita* 2; preciosissima 1; pretiosissimum 3*a. c*; speciosissimum 3*b*. g) adducebat 3. h) adduci 3. i) perpetim *corr.* perpeti 1 *et sic* 2. 3. k) Milliaco 2; Miliaco 3. l) corpore posito 2. 3. m) *atramento alio in mg. suppl.* 2. n) tor(vi *e corr.*)s 2. o) laboris, *exp.* o 2. p) supergecta 1; supergesta 2. 3. q) feretro 2; *om.* 3. r) *ita* 1. s) fugat(us *m. al. in litura*) 1. t) (au *m. rec. in litura*)fugit 1. u) sicque 3. v) mlrerem 2. w) *om.* 2. 3. x) que *om.* 3. y) reliquid 2. z) *ita* 1; admi|tione 2; admirationem 3*a. c*; administrationem 3*b*. a) Desidesii 2.

Cap. 37. a) Exinde 2 *(non 3)*. b) corpore levato 2. 3. c) cuncta p. 1; (cuncti *om.*) certatim 2. 3. d) *ita codd.* e) Vintiagum atque Atiagum 2; Vinciagum atque Aciagum 3. f) *om.* 3. g) *om.* 2. 3. h) proximaret 2. 3. i) se f. *om.* 3. k) recedit 2. l) (quem *om.*) conf. *et add.* clamore 2. 3. m) *ita* 1. 2; clangebant 3. n) *ita* 1. o) *ita* 1. 2; Heu (Eheu 3*b. c*), Desideri, heu 3. p) veni, cur nos 3. q) (f. *pr. m. in mg. suppl.*) c. 2; c. f. 3. r) abbas 2. 3. s) e. adi. *om.* 2. 3.

Cap. 38. a) Incipiunt miracula *praescr.* 2. 3; *haec om.* 1, *ubi eodem versu textus continuatur.* b) susuum, *exp. altero* su 2; susum 3. c) super | volutis 2; super, *om.* volutis, *loco vacuo relicto,* 3. d) aectis 1. e) d. l. *om.* 3, *loco vacuo relicto.* f) mortem 3. g) *ita* 1. 2. 3c; *om.* 3*a. b.* h) etiam 2.

1) *Milhac (comm. Caussade, arr. Montauban, dép. Tarn-et-Garonne); cf. Lacoste l. l. I, p.* 235; *Cabié l. l. p.* 412. 2) *Supra c.* 31. 3) *Cf. supra c.* 20. *Desiderii sarcophagus postea in sacello collocabatur, quod S. Salvatori dicatum in ecclesia seniore extabat; reliquiae vero ab Hugonotis urbe potitis a.* 1580. *dispersae sunt; cf. de la Croix l. l. p.* 29.

V. Elig. II, 44. (39). Clericus quidam nomine Theudolenus, dum vir beatus esset superstis[a], frequenter ab eo pro assiduis excessibus arguebatur. Cumque ille obisset et, ut dictum est, iam humatus extaret, praedictus Theudolenus exultans[1] super eius morte, cum cachinno[b] exprobracionis[c] elato[d] verba proterva et iniuriosa non timuit iaculare. Qui[e] contra statum suum locutus[f], divina inter[g] se indignacione ob iniuriam sancti sensit[h] demum vindicari[i]. Nam ex eo tempore miseranda[k] debilitate obpressus, omnes dies vitae suae cum dedecore[l] duxit, ita ut et officium manus dexterae amitteret et a pedis gressu inpediretur[m] et linguae usu denudaretur[n]; siquidem tortus incedens hac turgidus, pravitatem torosae[o. 2] mentis exemplo debilitatis monstrabat. Nec passus est Dominus contumacem servi[p] sui celeri interitu conpendium mortis finiri, sed diutino[q] flagello ad terrorem multorum rebellem voluit[r] coherceri.

(40). Quaedam quoque mulier ex parte Caucinicha[a] Senomagense[3] veniens, similiter super eius mortem[b] visa est exultasse, quae[c] et ipsa simili modo castigata non simili exitu perpessa est. Nam divina ultione percussa[d], nervorum subita contraccione dampnata[e] est, adeo ut sicut iricius[f] conplicata in modum glomeri volutaretur nullamque spiritus sui requiem neque per diem neque[g] per noctem capisceret[h], donec adfinium[i] praecursione eiusdem consultum, votorum sponsio[k] cum piaculi satisfaccione praecederet[l]. Diem[m] igitur annualem deposicionis eius adventantur parentes contractae foeminae, votorum munera simul cum foeminam[n] debilitate obpressam beato confessori[o] offerunt. Quam[p] in manibus ante sepulcrum proicientes, subnixas preces cum satisfaccione piaminum inportune atque oportune ingerunt. (cf. 2. Tim. 4, 2.) Et factum est[q], cum diu precibus insisterent multumque gemitibus satisfacerent, erecta mulier sanitatem recepit, atque ita ad domum propriam cum magna iam hylaritate maximaque suorum gratulatione[r] rediit. Sicque actum[s] est, ut quae laborioso vehiculo fuerat adducta, libero gressu remearet ad[t] propria. Gloria[u], Christe, tibi, tua sunt opera, tua ubique fulgent magnalia; etenim quae[v] servi tui faciunt, tuis beneficiis consecuntur[w].

(41)[a]. Post aliqua temporis curricula mulier quaedam ex praedio ecclesiae Blandiacense, quod adiacet fluvio Dornoniae[4], caeca effecta, plurimum

Capp. 39—41. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 39. a) super:stis, *ras.* e 1; superstes 2. 3. b) cancinno 1. c) exprobationis 2. d) elatea verba propter verba *(dittographia vocabuli sequentis)* proterva 1; elata verba ac convicia proterva 2. 3. e) quae 3. f) et *add.* 3. g) itu se 2; inter *om., spatio relicto,* 3*a (non 3c);* .. et .. *pro* inter 3*b.* h) sentit 2. 3*c (non 3a. b).* i) *ita* 1; iudicari 2; iudicium 3. k) miranda 2. 3. l) decore 1*a (m. s. XVI. corr.).* 3*b.* m) inpenderetur 1. n) denutaretur 1. o) torose *recte* 1 *(v. infra p.* 596, 20*);* tortuosae 2. 3. p) sui sancti c. 3. q) *ita* 2. 3; divitino 1; divino *Poupardin.* r) *om.* 3 *(spatio vacuo relicto 3a. b).*

Cap. 40. a) Causuncha 2. 3*b. c*; Causunca 3*a.* b) morte 3. c) Quod 2. 3. d) *om., spatio vacuo relicto,* 3. e) dapnat(a *e corr.*) 2. f) i:ricius, *ras.* r 1; ericius 2. 3. g) nec 3*a. c (non 3b).* h) capesciret 2. i) assimit[in] (in *postea superscr.*) precursionem *(ras.* m*)* 2; *haec om., spatio vacuo relicto,* 3. k) sponso 2. 3. l) crederet 3. m) Die i. annuali — adventante 2. 3. n) cum foemina d. o(p)pressa 2. 3. o) confesso(ri *m. rec. in litura*) 2. p) Quamquam in m. 2; quamque m. 3. q) *ita* 1. 2; *om.* 3. r) congratulatione 2. 3. s) factum 3. t) ad pr. *om.* 2. 3. u) Gloriosa 3. v) quod 3. w) conseq̄ntur (= consequentur) 2.

Cap. 41. a) *praescr.* Miraculum (Mraculcum *errore miniatoris* 2) II. 2. 3.

1) *Verba* e. s. e. m. *ex praescriptione cap.* 44. *libri II. V. Eligii deprompta sunt.* 2) *Ad taurum spectans. Ducange.* 3) *De* Senomago *loco ex Tabula Peuting. noto, qui prope Saint-Paul-Trois-Châteaux (dép. Drôme) situs erat (cf. Longnon, 'Atlas histor. Texte expl.' I, p.* 31*), fortasse cogitari licet.* 4) *La Dordogne.*

tempus[a] laboriose valde ducebat[b]. Haec quandoque Dei miseratione admonita in visionem sibi dicebat iussum, ut ad[c] sepulcrum beati Desiderii medendi gratia expeteret. Ducta itaque est ad urbem adque ad basilicam sancti viri a duobus filiis suis oblata, ubi parvo spatio excubans, confessore intercedente et eterna Christi pietate largiente, lumine recepto, ad propria remeavit. Sicque factum est, ut quae alieno ducatu cum labore venerat inpingendo, proprio iam arbitrio, visu[d] recepto, gaudens rediret ad domum. Siquidem cunctis qui[e] aderant stupentibus praeibat, exultans viam carpens et viae ducem ulterius non requirens.

(42)[a]. Inter haec miranda res se memoriae obiecit, quam divino iussu actam[b] reor, ut pro[c] haec Dominus clarius ostenderet merita sui antestitis, quam preciosa apud eum constarent[d], cuius ob honorem claritas miraculi emicuisset, cunctisque[e] occasio expetendae medellae oriretur, dum divina actam[f] pietate rem nullus[g] ambigeret. Itaque dum baculum[h] beati viri, quod a Gallis[i] cambutta[k, 1] vocatur[l], ad caput sepulcri illius sedule dependeret, quadam die[m] subita infusione madefactum[n] uberrime guttas[o] manare olei[p] coepit. Ad quod miraculum multi adgregati ingenti stupore tenebantur adtoniti[q], quidnam facto[r] opus esset. Quidam autem altiores[s] consilii[t] medendi gratia id[u] fieri ex divina praestantia denuntiant; quod demum factum est. Nam quotiens deinceps[v] egri adveniunt, baculum ipsud[w] aqua perfusum ac tenuiter lavatum incommodantibus[x, 2] datur et multis per hoc sanitatis bona tribuuntur.

(43). Adiciatur et[a] *illut quod actus tulit[b] miraculum. Quodam[c] itaque tempore Aregius[d] Rutena[e] urbis episcopus, fortissima aegritudine correptus, graviter laborabat per dies plurimos, cumque multimoda medicorum argumenta ei sedule inpenderentur[f], nihil prorsus proficere poterant. Sanctorum e diverso adminicula querebantur, sed nec sic recuperare valebat; nolebant enim sancti marthyres ei sanitatis commoda praestare, ut quanta esset in Desiderio virtus, facillime declararent[g]. Aregius ergo adflictus, cum nullum perfugium[h] in tota urbe sua neque[i] medicorum industria neque sanctorum adminicula possit invenire, tandem post[k] quinque mensuum[l] curricula[m] ad exteram[n] urbem atque ad auxilium sancti Desiderii tota se[o] mente convertit. Accito itaque viro strenuo vocabulo Telaro[p], ad sepulchrum beati viri Cadurcae sub oppido cum muneribus diriget poscitque, ut quamvis[q] esset laboriosum, quantocius pergeret atque[r] ex[s] eo aquae

V. Elig. II, 74. — Ib.

Capp. 41—43. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 41. a) temporis 3. b) ducebatur 2. 3. c) *om.* 2. 3. d) *ita codd.* e) qui ad. *om.* 3.

Cap. 42. a) *praescr.* III. 2, Miraculum III. 3*b. c.* b) acta 2. c) pro hac 2; per hanc 3. d) costarent 2. e) cunctusque 1. f) actum *codd.* g) nullud 2. h) baculus — qui 2. 3. i) Galis 1. k) cambucia 2. 3*a*; cambusia 3*c*; combucia 3*b*. l) *ita* 2. 3; vocant 1. m) *om.* 2. 3. n) madefactus 2. 3. o) *ita codd.* p) *ita Poupardin;* m. alii coegit 1; g. aquae manare coepit 2. 3. q) admirati 2. 3. r) e. f. o. 2. 3. s) *ita* 1; altioris *rell.* t) quod *add.* 2. 3. u) illis (ilł 2; illud 3) hoc fuerit ex d. pr. datum den. 2. 3. v) *om.* 3. w) ipsum 2. 3. x) *ita Poupardin (v. infra* p. 599, 1*);* incomodatibus *corr.* incomodittibus 1; incomoditatatibus 2; incommoditatibus 3.

Cap. 43. a) etiam 3*b. c (non* 3*a).* b) actus retulit m. (actus *iteratum* 3) 2. 3. c) *praescr.* IIII. 2, Miraculum IIII. 3. d) Aredius 2. 3, *ut infra.* e) Ruthenae u. e. 3; Ruthene e. u. 2. f) *ita codd.* g) declarent 2. h) profigium 2. i) neque (nec 3) per m. industriam neque (nec 3) per s. a. 2. 3. k) per 2. 3. l) *corr.* mensium 1 *et sic* 2. 3. m) *om.* 3*a. b (non* 3*c).* n) Caturcam 2. 3. o) m. se 3. p) Thelaro 2; Thelano 3: *item infra.* q) quam(vis *pr. m. in mg. suppl.*) 2. r) aeque 1. s) (ex *om.*) eo l. a. 2. 3.

1) *De ea v. supra p.* 251. 2) *Sunt homines aegrotantes.*

liquore qui illic gratia sanitatis[a] largitur sibi deferret[b]. Perrexit itaque ad urbem[c] Cadurcam Telarus, memoriam beati Desiderii adiit[d], munera intulit, bacterium[e, 1] sancti viri lavari deposcit. Cursu concito Ruteno[f] rediit, episcopum[g] decupantem[h] atque[i] in extremis positum invenit, quem consolari[k] studuit, seque sanitatem illi detulisse promisit. (Greg. Dial. I, 10.) Mira res et vehementer stupenda! Cumque, vascula[l] reserata, aquam proferre speraret, vinum effulsit[m] tantaque flagrantia ex vas[n] emanavit, ut in grande stupore ingensque[o] miraculo omnes converteret. Tantus quippe eximii saporis nec[p] inter vini saporis effulsit, ut numquam se aliquis huiuscemodi Falernum hausisse[q] recoleret. Bibit ergo episcopus cum magno tremore et inmensa admiracione[r] et cum ipso hausto mox sanitatem recepit ac multo post tempore incolomes[s] mansit. Nam ita celer[t] subsecuta est sanitas, ut eo die cum alumnis[u] et amicis ad convivium puplicum[v] sederet seque[w] de Domini gratiam, quam sibi[x] per famulum[y] concesserat, vehementer gratularet[z]. Cumque post aliquod[a] dies urbem Cadurcam et medicum suum gratiarum iura soluturus[b] inviseret[c], ea quae retulimus germano suo Awarno[d, 2] episcopo referre[e] studuit. Ille vero, cum esset[f] mente protervus[g], dubius extitit. Nec mora, et vehementissimo[h] febre correptus, non aliter sanari meruit, nisi frequentissima repetitione, crebris discurrentibus missis, ad medellam beati Desiderii sese convertit[i] et[k] corde conferret[l]. Diu[m] igitur macaeratus sepiusque ex praefato ligore potatus, tandem torosa caervix, coturno deposito, recuperari meruit salutem[m].

(44)[a]. Alio autem[b] tempore Februndus[c] abba atque[d] vicedominus[3] gravi tedio confectus per dies multos laboravit. Tandem est[e] in visione bis terque admonitus[f], ad praesidium beati confessoris[g] mente[h] conferret, eoque[i] advectus[k], ad eius sepulcrum delatus est[l]. Ubi sicut oportebat innixius[m] oratione insistens, Christi domini misericordiam ex intimo[n] cordis affectu[o] postulavit. Post non

Capp. 43. 44. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 43. a) sanitistatis, *exp. priore* tis 2. b) deferre 1. c) *ita* 1. 2; civitatem 3. d) abiit 3*a. c (non* 3*b)*. e) bactherium 2; *om., spatio vacuo relicto,* 3. f) Ruthenis 2. 3. g) spm̄ 1; ipm̄ *corr.* epm̄ 2; *om.* 3. h) *ita* 1; decubantem 2; decumbentem 3. i) aeque 1. k) consolari, *om.* studuit 2; c. st. *om., spatio vacuo relicto,* 3. l) v. resera(tu *in litura*) 1; vasculo reserato 2. 3. m) effluxit 2. 3. n) vase manavit 2. 3. o) ingentique 2. 3. p) odor inde processit (procescit 2), quantus nec inter vini sapidissimi vasa reserata solet sentiri *pro verbis* nec — recoleret 2. 3. q) *ita scripsi;* auxisse 1. r) ammirratione 2; *om., spatio relicto,* 3. s) *ita* 1; incolumis 2; *om., spatio relicto,* 3. t) celers 1. u) *om., spatio relicto,* 3. v) plublicum 2, *corr.* w) secumque 2. 3. x) *ita codd.* y) suum *add.* 2. 3. z) gratulare *corr.* gratulari 1; gratularetur 2. 3. a) *ita* 1; aliquot 2; aliquos 3. b) soliturus 1 *et pr. m.* 2. c) *m. aequali corr.* invisitaret 2. d) Agarno 2. 3*a. b*; Agoeno 3*c*. e) re | referre, *exp. priore* re 2. f) *atramento alio in mg. suppl.* 2; esset *post* mente *collocant* 3. g) *om., hiatu notato ante* esset dubius 3*a. b, post* mente esset 3*c*. h) vehementissima 2. 3. i) convertens 2. 3. k) ex *codd.* l) ferret *pr. m. corr.* conferret 2. m) Diu — salutem *om.* 2. 3.

Cap. 44. a) *praescr.* Miraculum V. 2. 3. b) *ita codd.* c) Frebrundus (Frebundus 3*c*) abbas 2. 3. d) atque incedens 2; at — — — incedens 3. e) *ita scripsi;* ei 1; *om.* 2. 3. f) *ita* 1; ut *add.* 2. 3. g) *om.* 2 *(pr. m.,* viri *m. al. in mg. suppl.).* 3; tota *add.* 2. 3. h) m. conferrent 1; m. se conferret 2. 3. i) eo quod 1. k) ad — — — ad eius 3. l) esset 3*a. b (non* 3*c).* m) *ita* 1. 2; innixus 3. n) *ita* 1. 2; interno 3. o) effectu 1.

1) *Baculum, scipio. Duc.* 2) *Awarnus non multo ante a.* 783. *a Hludowico rege Aquitaniae episcopus sedis Cadurcae creatus videtur esse; v. supra p.* 556. 3) *Scilicet episcopi vicedominus, cui res saeculares commissae erant; cf. E. Vacandard l. l. p.* 27.

congruum[a] vero spatium, divina miseratione praeventus, medellam quam obtaverat adeptus, sanus ad propria[b] reversus est. (V. Elig. II, 73.)

(45)[a]. Alio rursus in[b] tempore sacerdus quidam[c] nomine Dracolenus, graviter[d] egritudine confectus, laborabat per dies plurimos, in tantum ut cibi perceptione penitus arceretur. Iamque[e] sexta decima dies aderat et sacerdos vi[f] febrium depastus sine cibo durabat, cum ecce[g]! repente incidit in mente eius[h] sancti Desiderii ad[i] suffragia expetere eaque ex medicina loti bacterii postulare. Ventum itaque ad eius sepulcrum est; medicina petita, salus inpetrata. In villa enim Cascarno[k, 1] eger decumbebat; allata ergo medicina, die septimo[l] decimo eger gustavit. Continuo autem caelesti rore perfusus convaluit, surrexit, comedit et sanatus est. (ib. II, 74.)

(46)[a]. Item alio tempore infantulus quidam nomine Mummolenus[b], validissime egrotans, ad extrema pene deductus est. Cumque dies depositionis beati Desiderii instaret, nocte qua laus vigiliarum caelebratur, a matre propria oblatus, ante sepulcrum antestitis proiectus et non longo intervallo, confessore orante, Christi gratia largiente, sanus factus, puer parentibus iam exultantibus redditus est. Gratias tibi, Christe salvator, tua agimus creatura et in minimis et in maximis tua opera recognoscimus[c] et ideo te[d] in omnibus admiramur et te[e] pro omnibus laudamus; tibi gloria[f] in saecula saeculorum. Amen. (Nov. 15.) (Hieron. ep. 60, 3.)

(47)[a]. Alio quoque[b] tempore adolescens quidam[c] nomine[d] Ruccolenus[e], a tertiano typo vexatus, graviter laborabat per dies multos. Qui[f] dum miracula confessoris addiscens[g], ardenter valde ad sepulcrum eius contendit, ubi, oratione profusa[h], patrocinari sibi sanctum antestitem postulavit. Accepto autem[i] liquore, ex quo ceteri sanare[k] solent, custodum se oratione[l] commendavit necnon post longum spacium, superna gratia miserante, contagionis parte[m] depulsa, speciem vivi hominis quam iam perdiderat recepit. Sic demum, funditus morbo expulso, sanitatem pristinam indeptus, ad locum proprium rediit. (V. Elig. II, 71.)

(48). Item vir quidam ex castro Mercurio[2] veniens, quem continua vexabat infirmitas, ad memoriam[3] beati Desiderii sese cum fiducia contulit; qui[a] adversus martirarium[b] sibi liquorem salutiferum inpertire deposcit, benedictione[c] exposita[4]

Capp. 44—48. 1. 2 *et ad l.* 20. 3*a. b. c.*

Cap. 44. a) multum vero temporis sp. 2. 3. b) propriā 2.

Cap. 45. a) *praescr.* VI. 2, Miraculum VI. 3. b) *om.* 3*a. c (non* 3*b).* c) quida 1. d) gravi 2. 3. e) cumque XIII. dies 3. f) (u *postea add.*)i frebrium depastus 2; in f. depastus 1. 3*b. c*; in f. depastu 3*a*. g) eius 3. h) *om.* 3 *(cf. n. g).* i) | : suffragia, *ras.* a 1; a[d] (d *pr. m. superscr.*) suffr. 2; ad *om.* 3. k) Cascamo 3. l) dec. s. 3*a. b*.

Cap. 46. a) *praescr.* VII. 2, Miraculum VII. 3. b) Mumolenius 2; Mumolenus 3. c) cognoscimus 2. 3. d) et *add.* 2. 3. e) *om.* 3. f) glorie 1,

Cap. 47. a) *praescr.* VIII. 2, Miraculum VIII. 3. b) vero 2. 3. c) quidem 1. d) nomine — *p.* 598, 9. quod multis *om., his adnotatis verbis: 'deest reliquum capitis et initium VIIII'*, 3. e) Rucolenus 2. f) *ita* 2; Quidem 1. g) adiens 2. h) perfusa 2. i) l. autem 2. k) sanari 2. l) orationi 2. m) ꝑ te 1.

Cap. 48. a) *ita* 2; qua 1. b) morbum 2. c) benedictionem expositam 2.

1) *Fortasse* Carnaco *(cf. d'Arbois de Jubainville l. l. p.* 488*) legendum est, et ecclesia S. Iohannis de Carnac (dép. Lot) ad ecclesiam episcopi pertinebat; cf. Longnon, 'Pouillé'* p. 29. 2) *Mercuès (arr. Cahors, dép. Lot). Ecclesia 'S. Germani de Merquesio' ab episcopis conferenda erat (cf. Longnon, 'Pouillé' p.* 36*), qui in castro ibi constructo residebant.* 3) *I. q. sepulchrum.* 4) *I. e.* b. expostulatam; *cf. infra c.* 49: b. exposcit.

accepit, accipiens sumpsit, patrocinare[a] sibi antestitem poposcit, fidensque de obtenta[b] salute abcessit, et Domino operante, celeri provectu[c] sanatus est. Gloria tibi, Christe, et ista[d] tua sunt opera, tua in omnibus cotidiae fulgent ubique magnalia[e].

(49)[a]. Alio quoque[b] tempore puerulus quidam ex monasterium[c] sanctimonialium[d], quod infra septa municipii Cadurcae habetur, dies multos in egritudine laborans vehementer iam tabescebat. Qui cum nullo[e] recuperandi argumento acciperet, sanctimonialis quae illic praeerat ad memoriam sancti Desiderii dirigere studuit atque ex eo medendi liquore, quod[f] multis prodesse[g] solet, egro illi deferre exposcit; factumque[h] est. Praecurrens autem missus[i], cui nomen Prosperius, ad sepulcrum sancti contendit, custodem adiit, preces[k] ingressus[l], benedictionem exposcit, impetrata[m] secum detulit, aegro inpertiit, confidenter accipere monuit. Quod[n] cum aeger[o] fecisset, confessore[p] et spiritus gratia largiente, recuperare meruit salutem[q].

(50). Sed ne[a] solum ad sepulcrum eius haec signa gerere[b] arbitremini, audite, quid alibi gesserit. Pompegiagum[c] dicitur praedium, quod beatus Desiderius a potentibus quibusque[d] personis caro precio comparavit ecclesiaeque [V. Elig. II, 76.] dicioni adnectuit[e]. Quem[f] ipse locum utpute care coaemptum[g] unice[h] diligebat et plerumque ibique[i] ad manendum divertere solitus erat. Post mortem vero eius incolae[k] loci locum[l] cubiculi quo pausaverat[m], utpute viri[n] magni stratum[o], venerabiliter[p] praecaventes, privatorum ab eo frequentiam[q] et pecorum canumque ingressus cohibere studebant. Clericus quidam[r] vocabulo Bertus, illic condam ad manendum deductus[s], caballum quoque suum in locum cubiculi manere intromisit. Cui[t] cum habitatores loci prohibere[u] non possint[v], cum honore[w] tamen studuerunt, ne stratum ipsud[x] temerare[y] praesumeret: 'Quia[z] domnus[a]', inquiunt, 'Desiderius pausavit, ideo pecus horridum hic intrare non debet'. Quorum ille consilium leve reputans dictumque[b] rusticorum parvi pendens, in promptu necglexit sermonem caballumque[c] sibi preciosum ibi ad manendum constituit. Et factum est, cum die crastino valde diluculo caballum ipse praevidebat[d], prostratum pro[e] terra extinctum invenit et sic non sine merore[f] atque admiratione a loco illo discessit. In loco autem ipso arbuscula quaedam nata[g] usque ad summos[h] parietes[i] ex-

Capp. 48—50. 1. 2 *et a l.* 9. 3*a. b. c.*

Cap. 48. a) patrocinari 2. b) abtenta 1. c) provectum 1, *corr.* d) *ita codd.* e) cum spiritu. Amen *add.* 2.

Cap. 49. a) *praescr.* IX. 2. b) quodam 2. c) monasterio 2. d) *ita scripsi;* sancti *(pr. m. in mg. suppl.* 2*)* Nongini *(ras.* ongi 1; Nongin. 2; Martini *Poupardin)* alium *(expunct.* 2*) codd.* e) nullum — argumentum 2. f) qui 2. g) *in* prodesse *redit* 3. h) *ita codd.* i) eius servus *pro* m. 3. k) *om.* 3. l) in | gressis 1; adgressus 2. 3. m) *ita* 1. 2; imperata (3). n) Qui 2. o) *om.* 3. p) confessori, *om.* et 2; *haec om.* 3. q) sanitatem 3.

Cap. 50. a) *ita scripsi;* nec 1. 2; non 3. b) gestare arbitramini, *omissis verbis:* Audite q. a. g. 2. 3. c) *praescr.* X. 2, Miraculum X. 3; Pompegiacum 2. 3. d) que *om.* 3. e) *ita* 1. 2. 3*b. c.* f) in *add., sed eras.* 1; quem in ipsum 2; q̄ in ipsum 3. g) coaeptum 1. h) *ita* 2; unici 1; mirifice 3. i) *ita* 2. 3; que *eras.* 1. k) incola:e, *ras.* c (?) 1. l) *om.* 2. 3; in *add., sed eras.* 1; in cubiculo (cubiculum *pr. m. corr.* cubiculō 2) 2. 3. m) pausare consueverat 2. 3. n) *om., spatio relicto,* 3. o) statum 2. 3*a. b*; flatum 3*c*; 'stratum *ut ms.*' *m. s. XVII. in mg.* 2. p) *ita* 1. 2; venerabantur 3. q) frequentam 1. r) quidem 1. s) ductus 2. 3. t) Quem 2. 3*a. c*; quam 3*b*. u) *om., spatio relicto,* 3. v) *ita* 1; possent 2. 3. w) ta|m̄ h. 2; t. h. 3*a. c*; eum t. honore *(superscr.* monere*)* 3*b*. x) *ita* 1. y) temerarii 1; temere 2; tenere 3. z) quo 3. a) dominus 2. 3. b) ductumque 1, *corr.* c) caballum quem sibi pr. habebat ibi ad 2. 3. d) *corr.* praevideret 1, *et sic* 2; pervideret 3. e) pro *eras.* 1; per terram 2. 3. f) *om, spatio relicto,* 3. g) *ita scripsi;* manda 1; plantata 2. 3; vonda (?) *coni. Poupardin.* h) sum | : : mos, *ras.* re (?) 1; supremos 2. 3. i) prietes *pr. m.* 2.

crevit, quae commoda[a] incommodantibus dicitur conferre. Gloria tibi, Christe, qui ita servos tuos nobilitare[b] consuisti[c]! Tibi semper gloria, nate, cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum! Amen.

(51)[a]. Adiciatur et illut quod[b] moderno tempore gestum est miraculum. In 5 diebus[c] nuper transactae quadragesimae oblatus est ad sepulcrum beati[d] antestitis parvulus quidam[e] nomine Hildulfus[f], filius cuiusdam Eddoleni[g], quem pestis atrocissima depastum poene in extremis deduxerat. Cuius ob causam parentes adflicti ad memoriam, ut dictum est, beati Desiderii properant filiumque prope[h] exanimem proferunt, proiectumque[i] ante sepulcrum, vota gratuita spondunt[k]. 10 Ubi custus, cum parentibus oratione facta, ex eo oleo qui[l] coram sancti[m] sepulcro habetur aegrum perunxit[n] monetque inrevocabiliter fidem[o] adsumere eaque de merita[p] praesulis sibi supra vires praesumere. Credidit ergo homo[q], perunctus potatusque habiit et sanatus est, paucisque interpositis diebus, munera votiva deferens, sanitatis suae auctorem profluae magnificeque honoravit.

15 (52)[a]. Pauci admodum post[b] fluxerant dies, et ecce! adolescens quidam Maurontus[c] nomine, humorem[d] cuiusdam morbi perfusus, turgentium malandrorum[e] copia maxima in[f] faciem scabridam et quibusdam pustulis obseptam aedituo[g] ostendit. Cui sacerdos, cui id officium commissum erat, orare innixius[h] et fidere[i] de merita praesulis monuit[k]. Oratum est[l], eger adstitit[m] atque[n] ex oleo beati viri 20 deformem[o] cunctamque constrictam[p] congeriem peruncxit, et o mira[q] virtus! ita demum omnem putrem[r] sanies[s] illius delibucio[t] salubris succidit, emundavit, abstersit, ut nec vestigium quidem cicatricis[u] ullius in faciem remaneret.

V. Elig. II, 67.

(53). Sed longum est per[a] singula verbis exire[b], quanta[c] ibi cotidiae pro[d] Domini servum sanitatis commoda diversis egritudinibus conferantur. Unde, his 25 interim[e] studiose obmissis[f], ad clausulam iam praeconiorum eius articulum coartemus. Puto enim, etsi sensu[g] rustico prolixum traximus sermonem[h], quamvis[i] meritis eius digna praeconia nullatenus aequiperare[k] valuerimus, nam[l] licet extemporalis dictio[m] absque ordine sensuum, sine lenocinio et conposicione[n] sermonum, ex his tamen advertere[o] potestis, qualiter homo Dei a principio ad[p] 30 finem usque pervenerit, et quanta bona quantaque magnifica studiis ac meritis eius alumpnae plebi conlata sint. In cuius[q] abscessum[r] geminata calamitas iam[s] nunc protestatur. Nam Cadurca urbs[t], quae eo superstite florentissime opulenteque[u]

ib. I, 40.

ib. II, 33.

Capp. 50—53. 1. 2. 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 50. a) commodo incommoditatibus 3. b) nobilitate 2. c) consuevisti 3.

35 *Cap.* 51. a) *praescr.* XI. 2, Miraculum XI. 3. b) quo 1. c) dibus *pr. m.* 2; *om.* 3. d) *ita* 1. 2. 3*a*; sancti 3*b*. *c*. e) quidem 1. f) *ita* 1. 2. 3*c*; Hidulphus 3*a*. *b*. g) Edole (in *postea add.*) 2; Edol(a)e 3. h) *ita* 1. 2; pene 3. i) *om.* 3. k) spondent 3. l) quod 2. 3. m) sancto 2. 3. n) (perun *pr. m. in litura*)sit 2; *om., spatio relicto,* 3. o) *ita codd.* p) merito 2. 3. q) *om.* 3.

40 *Cap.* 52. a) *praescr.* XII. 2, Miraculum XII. 3. b) *om.* 3. c) Alamontus 3. d) *corr.* humore 1; horrore 2. 3. e) malandorum 2. f) *ita* 1. 3; *om.* 2. g) *ita* 2. 3*b*. *c*; aedio 1; *om., spatio relicto,* 3*a*. h) *om.* 3. i) fidem de merito 2. 3. k) ut ergo *add.* 2. 3. l) : : est, *ras.* tn̄, *ut videtur,* 1. m) exstitit *atramento alio corr.* adstitit 2. n) *ita Poupardin;* eaque 1; eamque 2; eumque 3. o) deformitatem 2. 3. p) *ita* 2; constrictum 1; constructam 3. q) *ita codd.* 45 r) putredinem 2. 3. s) *expectes* saniem. t) delibutio sabris 2; delibutis salubris 3. u) *ita codd.*

Cap. 53. a) verba per singula (per s. *pr. m. superscr.* 2) 2. 3. b) *ita* 1 *cum V. Eligii;* exerare 2 *(pr. m.)*. 3; *corr.* exarare 2. c) quantum 1. d) *ita* 1; per 2. 3. e) interii in st. 1. f) missis 3. g) sensum 2. 3. h) sermone 3. i) quod tantis 2. 3. k) aequiparare 3. l) *pro* sed. m) *ita* (2); dilectio 1. 3. n) compositionem 2. o) avertere 2. p) usque 50 ad f. 2. 3. q) ci|u⁹ 2. r) *corr.* abscessu 1; abcessu 2 *ut infra.* s) iam nunc *om.* 3. t) *ita codd.* u) opulenterque 3.

prae cunctis pene[a] vicinis urbibus emicuerat, eius iam abscessu frequentibus bellis convulsa, ad internicionem[b] pene devoluta est, adeo ut[c] ipsa quodam modo terra abscessu[d] illius lugeat et sulci[e] eius defleant ac[f] sicut possunt proclamare videantur: 'Eamus et[f] nos et[g] moriamur cum eo!' Siquidem continuam[h] pacem, quam[i] in diebus eius, Desiderii quidem, non suis meritis, potita[k] est, continuatis iam incursibus[1] et innumeris[l] pestilentiis depopulata gemescet[m] ac rerum copiam et frugum opulentiam, quam merita Desiderii urbi advexerant, eo migrante, simul quoque ablata sunt, et non absurde[n] cuncta cum illo bona[o] migrasse credantur[p]. Talem ergo patrem talemque pastorem dignum est ut boni colant, noxii timeant, praedicent fideles, imitentur[q] sacerdotes, qui vivens inter peccatores ad hoc forsitan *raptus est, ne malicia mutaret mentem*[r] *eius*, et ut de iusto quemque[s] scriptum est, *placita erat Deo anima*[t] *eius, ideo*[u] *properavit educere eum*[v] *de media iniquitate.*

V. Elig. I, 20. Hieron. ep. 24, 5. V. Elig. II, 38. Hieron. ep. 39, 3.

(54). Ablatus enim[a] ex praesentis saeculi tenebris atque[b] ex hac peregrinatione ereptus, iure sanctorum coetibus iungitur, quia quantopere[c] sanctorum officia eclesiaeque ministeria diversis metallis[d] conpendiis[e] obumbravit. Cuius solertiam[f], industriam especimen[g] parietis[h] tui, Cadurca, testantur[i]; cuius diligentiam, eligantiam et studium dominica vasa, ut supra[2] iam diximus, diversaque aecclesiae[k] ministeria profitentur[l]. Quibus mirabiliter dispositis atque[m] insigniter[l] patratis, brevissimis titulis[n] praenotari studuit. In quibusdam quidem[o] ita scripsit[3]:

ib. 60, 15.

DESIDERII VITA CHRISTUS[4];

in quibusdam autem sic sculpsit[p]:

DESIDERII TU, PIUS CHRISTE, SUSCIPE[5] MUNUS;

in aliis autem ita:

ACCIPE, CHRISTE, MUNERA DE TUIS TIBI DONIS[q] OBLATA;

in aliis quoque ita:

SUSCIPE, SANCTAE DEUS, QUOD FERT DESIDERIUS MUNUS;
UT MAIORA FERAT VIRIBUS ADDE[r] SUIS;

Capp. 53. 54. 1. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 53. a) fere 3. b) interemptionem 3. c) *ita codd.* d) ab(s)cessum i. lugebat 2. 3. e) *ita* 1; fulsi 2; *om.* 3, *spatio relicto post* eius. f) *ita codd.* g) etiam 2. h) continua pacem 1; continua pace 2. 3. i) *ita* 1. 2; qua 3. k) *ita* 3; posita 1; petita 2. l) *corr.* in muneris 1. m) gemiscit 2. 3. n) ab i surde *(exp.* i*)* (cum *pr. m. in mg. suppl.*) cuncta cum illo 2. o) *om.* 3. p) creduntur 3. q) mirentur 3. r) *ita* 1. 2 *cum Hieron. ep.* 60, 2; intellectum 3 *cum Vulg. et V. Elig.* s) *ita* 1. 2; quoque 3. t) anime 1. u) adeo 2. v) illum 2. 3*a. b (non* 3*c) cum Vulg.*; eam *Hieron.*

Cap. 54. a) ex ira *pro* enim 3. b) *ita Poupardin;* eaque 1; eoque 2. 3. c) tanto opere 2. 3*b. c*; tantopere 3*a.* d) m̄tallis 2. e) que *add.* 2. 3. f) et *add.* 2. 3. g) especimem 1; specimen 2. 3. h) *ita* 1; pariet ... tui 2, *ubi humore infecta haud pauca deinceps evanuerunt.* i) testa .... 2. k) eius 2. l) *om. spatio relicto,* 3. m) *ita Poupardin;* eaque 1; eisque 2. 3. n) ea *add.* 2. 3. o) autem versiculis sic *pro* q. ita 2. 3. p) scripsit 3*a. b (non* 3*c).* q) *ita* 1. 2; bonis 3. r) *ita Labbe;* ac de *codd.*

1) *Sine dubio Saracenorum.* 2) *Supra c.* 17. 3) *Inscriptiones ad editionem Labbeanam iterans E. Le Blant, 'Nouveau recueil des inscriptions chrétiennes de la Gaule'* 1892 *('Collection de documents inédits sur l'histoire de France' p.* 242—247*), nonnulla adnotavit memoria digna.* 4) *Cf. Philipp.* 1, 21: Mihi enim vivere Christus est. 5) *Cf. Sacramentarium Gelasianum (Muratorius, Liturgia Romana I,* 689*):* Suscipe munera, quaesumus, Domine, quae tibi de tua largitate deferimus.

adque[a] in aliis aliter[a]:
HAEC EST SAPIENTIA SAPIENTIUM PROFUNDI SENSUS,
verbum[b] adbreviatum iuxta illut dictum:
SAPIENS VERBIS INNOTESCET[c] PAUCIS.

5 (55). Merito ergo eum[a], eclesia[b] Cadurca, hac[c] singulariter diligis, quia ipse te singulariter super[d] cunctos parentes dilexit et omnem affectum qui parentibus debebatur in usus tuos transtulit. Merito, inquam, diligis, qui te sic amavit, ut te[e] amicis praeponeret, alumpnis praeferret, ornamentorum monilia aeterno amore consignaret, qui cum Deo[f] tibi soli viveret, profectibus[g] tuis militaret, 10 soliditatem tuam toto adnisu procuraret. Qua de re desiderandus semper tibi est[h] (Hieron. ep. 60, 14.) quasi absens, non lugendus quasi mortuus, ut illum expectare, non amisisse videaris. Noli igitur[i] plangere, quem de morte credis ad vitam migrasse, nec doleas[k], quod (ib. 60, 7.) talem amiseris, sed gaudeas, quod habueris, immo et habes, obligatoque parumper (ib. 108, 1.) vulnere[l], audi iam laudes eius, cuius semper hortatu commonita, cuius exempla[m] 15 accensa[n] es. Desiderius tuus, immo noster, relicta iam Aegypto, relicta[o] Caldea, (ib. 3, 4.) scalam conscendit Iacob. Caedar supergressus securus decantat: *sicut*[p] *audivimus,* (Ps. 47, 9.) *ita et vidimus in civitatem Dei nostri.* Relictis, inquam, tenebris, hoc enim Caedar (Hieron. ep. 108, 1.) interpretatur[1], portat crucem suam et sequitur Christum[q] nec de crastino cogitat (ib. 3, 4.) nec postergum respicit. *Quod in lacrimis seminavit, iam in gaudio metit.* Seminavit 20 in spiritu et de spiritu metet vitam eternam securusque iam cantat: *Domine, convertisti planctum meum in gaudium mihi*[r]. *Conscidisti*[s] *saccum meum*[t] *et circumdasti*[u] (Ps. 29, 12.) *me letitia;* et illut: *Post te in odorem unguentorum tuorum currimus.* Quapropter, (Cant. 1, 3.) eclesia Cadurca, licet vehementer sis conterrita[v], licet innumeris[w] cladibus ac saepe convulsa, gaude tandem et secura esto, quia[x] magna[y] hereditate[z] ditata es. (Hieron. ep. 108, 32.) 25 Secura, inquam, esto et dic Deo[a]: 'Non contristor quod recepisti[b], sed[c] ago gratias quod dedisti; Deo[d] quippe[e] vivunt[f] omnia'. Gratias[g] tibi, Christe salvator, tua (ib. 60, 3.) agimus creatura, tua sentiamus beneficia. Gratias tibi, quod talem nobis dedisti pastorem, talem nostris[h] temporibus procurasti advocatum, qui digne pro nostris peccatis possit intervenire et ad clementissimas aures tuas preces ingerere.

30 (56). Sed[a] iam finem liber postulat[b], sermo cohibendus est, nobisque magis[c] (Sulp. Sev. V. Mart. 26, 1.) innitendum[d], ut ad exemplum beati[e] viri vivere elaboremus, cuius exemplo gau-

Capp. 54—56. 1. 2. *3a. b. c.*

Cap. 54. a) *om.* 3. b) alì (?) adbrevatum *(m. rec. corr.* adbreviatum*)* . . . ta illud d. 2; In aliis vero abbreviatum (est *add.* 3*a*) illud d. 3. c) innotescit 3.

35 *Cap.* 55. a) *vocabulum evanuit* 2; *om.* 3. b) ectae, *ut videtur,* 1, *corr.* c) *ita* 1. 2 *(ubi pleraque evanuerunt)*; hunc sanctum virum diligis, qui te sing. 3. d) supra 3; *evanuit* 2. e) *om.* 3. f) Domino 3. g) profectis 2; *om., spatio relicto,* 3. h) de *versu exeunte add., sed exp.* 2; est deque a. 3. i) ergo 3. k) *ita codd.* l) *om., spatio relicto,* 3. m) *ita* 1; exemplis 2. 3. n) accensas, *exp.* s 2. o) r. Chaldea 2; *haec om. et add.* et 3. p) sic 3*a. c (non 3b).* q) ipsum 40 2. 3*b. c (non 3a).* r) tuum 3*b. c (non 3a).* s) concidisti 2. 3. t) *ita codd.* u) circumdedisti 2 *(ubi* circum in *litura).* 3. v) *ita* 1; contrita 2. 3. w) *ita* 2. 3; in muneribus cladibus | accipe convulsa 1. x) quod 3. y) *pr. m. (?) in litura* 2. z) hereditatem 1. a) Domino 3. b) recesit, *sed* it *m. al. in litura* 2; recessit 3. c) *superscr.* 2; *om.* 3. d) *postea suppl.* 2; *om.* 3. e) *pr. m. in litura* 2. f) inuut 2; minuit 3. g) ago *add. et* tibi — gratias *om.* 2. 3. 45 h) nostri 1.

Cap. 56. a) Quia 3. b) potuat 1. c) magnis 1. d) imitendum *corr.* imitandum 2. e) sancti 3.

1) *Hieronymi liber interpretationis hebraicorum nominum (de Lagarde, Onomastica sacra, Gottingae* 1870, *p.* 4*)*: Cedar tenebrae vel moeror.

Hieron. ep. 118, 5. demus[a], quam fuerit ferventissimae fidei[b], qui non solum divicias et omnia, quod[c] apud multis[d] inpossibile iudicatur[e], sed se ipsum Domino obtulit, tradidit, dedicavit, qui contra diaboli tergiversationem[f] nequaquam pelle[g] pro pelle, sed carnes et ib. 60, 19. ossa et animam suam Domino consecravit. Quantum possumus[h], iungamur ei spiritu, stringamur[i] affectu, et fortitudinem mentis, quam ipse ostendit in opere, nos 5 imitemur[k] in corde: illum indefesse nostra[l] vita sequatur, illum nostra[m] pagella decantet, illum cunctae litterae sonent. Quem videre non valemus, recordatione teneamus, et cum quo loqui non possumus[n], de eo numquam loqui desinamus.

FINIT[o]. FINIT.

(57). Haec[a] tibi, Desiderii[b] venerabilis, ingenii mei munus obtuli, haec tibi 10 ib. 108, 34. dilecta[c] libens consecravi[d] ea[e] ratione, ut quocumque[f] noster sermo processerit, te laudatum[g], te Cadurcae[h] positum lector agnoscat. Amen[i].

EXPLICIT
VITA SANCTI DESIDERII EPISCOPI ET CONFESSORIS[k].

Capp. 56. 57. 1. 2. 3*a. b. c.* 15

Cap. 56. a) gaudeamus 3. b) fidem 1. c) quid 3. d) *ita codd.* e) videatur 2. 3. f) *ita* 2. 3; tergi conversationem 1. g) pellem 2. 3. h) possemus 3. i) *ita Hieron.;* fringamur 1; frangamur 2. 3. k) mitemur *pr. m.* 2. l) nā 1. 2 *(postea corr.* nrā*).* m) *ita Hieron.;* nam *codd.* n) possimus 1. o) F. F. *om.* 2. 3.

Cap. 57. a) *corr.* Hoc 2 *et sic* 3. b) Desideri venerabili 3. c) *ita codd. praeter* 3*a.* 20 d) consecravit 1. e) e rationem 1; hac ratione 2. 3. f) *ita Hieron.;* quicumque 1; cuicumque 2; *om.* 3. g) *ita* 1. 2; laudaverit 3. h) Caturci 2. 3. i) *om.* 3. k) cuius *add., reliquo versu vacuo relicto,* 1.

VITA SIGIRAMNI ABBATIS LONGORETENSIS.

Sigiramnus Biturigo in territorio nobili loco ortus, postquam Turonis, quo tenera adhuc aetate translatus erat, scholas frequentavit, puerorum nobilium cursum honorum ingressus est; Flaochado enim viro magnae auctoritatis educationis causa adiunctus in palatium pervenit regique pincerna serviebat. Interim Sigilaicus pater eius dignitatem episcopalem apud Turonos adeptus Adroaldi amici sui filiam sponsam ei delegerat, sed ipse longe aliud consilium secutus spreta huius mundi pompa piis exercitiis vacabat, denique palatio relicto S. Martini limina adiit, ut clericis adscriberetur. Ubi cum caput sibi ipse totondisset, qui tunc praeerat episcopus id non solum approbavit, sed etiam in contubernium clericorum eum recepit. Deinde archidiaconus electus proximum ab illo locum in clero urbano iam obtinebat atque etiam episcopatus potiundi spem sibi facere poterat. Praedia vero quae hereditate parentum ei obvenerant tanta liberalitate inter pauperes distribuit, ut parum sanae mentis esse crederetur, atque Stephanus rector civitatis ea de causa eum in custodiam publicam tradendum curavit, unde mox ipse amens effectus gladioque occisus poenas luit peccati. Ut Scottorum societatem initurus iterum condicionem suam mutaret, factum est ita. Falvius episcopus ex Hibernia in regionem illam profectus cum alios tum ipsum sibi devinxit, totaque cohors Romam eum prosecuta est. Inde doctrina eius imbutus propter causas nonnullas, quae in palatio diiudicandae erant, in patriam rediit virumque qui apud regem tunc quam maxime valebat Flaochadum salutabat, ut suffragiis eius potiretur. Sane quam olim cum eo contraxerat amicitiam facile renovabat studioque sororis eius valde adiuvabatur, quacum puerulus enutritus erat. Diutius apud eos moratus totam familiam in opinionem suam adduxit, ut monasterium amore Dei instituendum esset. Locum igitur elegerunt in saltu Brioniae situm nomine Millebeccum (Méobecque, dép. Indre), ibique parvulam cellulam sanctus construxit, ubi cum paucis fratribus aliquantisper conversabatur. Postea haud procul ab ea alium commodum locum in ipsius Flaochadi praedio Longoreto nomine repperit neque vero residere permissus est nisi prope domum quam ille Clasiae rivo propinquam habebat, ubi habitaculum quoque parvulum ex lignis aedificavit. Plura vero post mortem patroni sui effecit. Is maior domus Burgundiae a. 642. constitutus undecimo die post aemulum suum Willebadum patricium, cui necem paraverat, et ipse periit. Tunc propinquis illius consentientibus in ipso loco Longoreto monasterium construere poterat, quod mutato nomine hodie a conditore appellatur Saint-Cyran (dép. Indre). Quod cum per plures annos strenue rexisset, nonnullis obtrectantibus denuo peregrinationem suscepisse solumque Tolosanum adiisse dicitur, ubi pauperum more victum sibi quaesiturus, etiam matriculariis basilicae S. Saturnini se intermiscuisset, qui ad stipem petendam in atrio sedere solebant, sed agnitus consortio eorum se caute subtraxisset. Febre correptus, postquam quae sibi iam restabant pauperibus erogavit, die 4. Decembris de vita decessit.

Eo sane die finis vitae ipsius auctor exemplaris Weissenburgensis Martyrologii Hieronymiani meminit his verbis:

Longorito monasterio transitus sancti Siramni.

Alterum sancti festum in codice mutilo Bernensi eiusdem Martyrologii legitur 7. *Kl. Nov.:*

In territurio Beturico monasterio Longoreto translatio Siggeramni et dedicatio (deditio *c.*) basilice ipsius,

quem ex exemplari Biturigo pendere liquet[1]. *Translatio illa corporis Sigiramni atque dedicatio basilicae ipsius magis saec. VIII. quam praecedenti attribuendae mihi videntur esse.*

Sermo quo V. Sigiramni conscripta est suis mendis[2] *non caret, et casibus et generibus parum recte adhibitis, verbis et activis et passivis inter se permutatis, sed praeterea vocabulis compositis*[3] *floret, qualia ex oratione poetica in solutam aevo Carolingico translata sunt neque vero tanta abundantia reperiuntur apud auctores saec. IX. ex. vel X. vetustiores. Attamen altiorem orationem auctor ipse minime attigisse sibi visus est, nam inter cothurnum simplicemque sermonem distinguens suum huic adnumerare maluit. Extabat eodem teste V. Sigiramni iam dudum descripta eius in monasterio, quae vitio scriptoris valde depravata confusisque tam verbis quam syllabis perdifficilis intellectu erat. Iubentibus fratribus ipsius Longoretensis monasterii auctor, nisi fallor, peregrinus rudem illam vitam in formam elegantiorem redegisse voluit. Hanc eius opinionem argumentis nonnullis confirmari licet. Sigilaicus episcopus Turonensis quem patrem sancti affert cum in aliis ecclesiae illius catalogis reperitur tum in antiquissimo saec. IX. codice Parisiensi n.* 10848[4], *ubi turbato ordine non recte collocatus videtur esse. Summa autem auctoritas narrationi eius accessit vestigiis, quae de Falvio episcopo Hibernico in vetere Martyrologii Hieronymiani recensione Aquitanica*[5] *saec. VII. med. composita repperi* 15. *Kl. Aug.:*

et Falbei (*ita WP;* Fabei *B;* Falvei *C*) episcopi.

Falvius ille praeterea non commemoratur neque quis fuisset, unde venisset, ex loco illo facile definiri poterat, sed confirmantur ea quae de eo biographus enarravit et Aquitanica Martyrologii illius et Scottica nominis Failbei condicione. Quare persuasum mihi est fidem attribuendam esse biographo auctorem vetustiorem proferenti. Vocabulum legatarius, *quo c.* 13. *usus est, ab auctoribus saec. VII. et VIII. adhibebatur.*

Res vero quas in fonte illo repperit bonae notae tanta verborum mole obruit, ut paucae tantum margaritae ex vasto aequore erui possent, miraculaque vana magna prolixitate narrata, intermixtis longis sermonibus, inde a c. 14. *fere totum textum ita occupant, ut hanc libri partem litteris minutioribus exprimendam curaverim. Cum constructionem auctoris sui nimis confusam et ad intellegendum parum aptam biographus deprehendisset, concinniorem ducem sibi elegit, scilicet Ursinum V. Leudegarii auctorem, eumque initio (c.* 2*) parcius, in archidiaconatu describendo (c.* 6*) audacius tantaque impudentia mox (c.* 7*) expilavit, ut principum decreta custodienda sancto suo affinxerit, quod munus*

1) *'N. Arch.' XXIV, p.* 547. 2) *Acc. pro dat.:* suosque hospites vel alios quoscumque indigenas alimoniam sollicite ministrabat; medere morbos; — *acc. pro abl.:* hos — solidus — inopiam sublevare festina; fungeretur officium; de vita et actus; pro eos recensendos; sine aliquod nevum; *acc. abs.;* — *abl. pro acc.:* almificis actibus — valeat conprehendere; imitare — exemplis; ad hoc presente negotio; — *genus:* loco quod; thesaurum quod; — *act. pro pass.:* demorassent; ludificantes a diabolo; — *pass. pro act.* 3) *E. gr.* almificus, almipotens, altiboare, beatificare, carniger, cunctipotens, deificus, fiammivomus, floriger, fluctivagus, letifer, lucifuga, ludificare, mirificus, mortifer, salutifer, terrigenus. 4) *SS. rer. Merov. I, p.* 473. 5) *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 542.

Leudegario maiori domus creato attribuerat Ursinus eique soli convenire per se liquet. Sanctum sub regula solius Benedicti (c. 13) degisse in discipulo Falvii episcopi parum verisimile est expectesque additamentum Columbanianae. Multo magis adhuc calculo vexamur, quo mortis tempus auctor definivit (c. 33). Chlodoveo prosperis successibus regnante atque Aureliano praesule in urbe Bituriga nobiliter praesidente sanctum expirasse voluit. Si praesulem illum existimaveris episcopum, maxima difficultas exoritur, nam Aureliani nomen inter episcopos illos non reperitur neque seriei inseri potest nisi post Chlodovei mortem († 657. ex.). Nescio an praesul nobilis ad comitem urbis referendus sit, quare scopulus removeretur; quod si admittere nolueris, fides totius calculi in dubium vocanda est, atque synchronismos eiusmodi ab auctoribus posterioribus scriptis genuinis saepe additos esse notum est.

In monasterio S. Petri Longoretensi Barontus monachus a. 678/9, *sedente Francardo abbate, visionem vidit infra edendam, ubi alterius quoque monasterii Millebecci nomine abbas nominatur Leodoaldus; distabat autem utrumque inter se duodecim milia passuum. Francardo sedes in caelis magno honore praeparata erat atque Leodoaldi humilitatem operaque clero Biturigo haudquaquam pari auctor ante oculos posuit nec in hoc eius animo mirabile est Vulfoleodo eiusdem civitatis episcopo, nempe lasso, inferna ab eodem reservata esse, ubi turpissima veste indutus mendici similitudine sedisset. Condicionem regalis monasterii Longoretus locus S. Mariae tunc sacer falso privilegio petebat, quod Dagoberti nomine monachi confinxerant*[1].

Totum vitae librum solus codex 1 *exhibet, dum codicibus* 2 *quaeque ex eis pendent editionibus veteribus sola prior pars ad c.* 15. *absque praefatione continetur, quae sane alteram fide historica superat.*

1) *Codex Bruxellensis n.* 8550—1, *saec. XI, antea musei Bollandiani ibique signatus* + *Ms.* 47, *fol.* 1—11, *solus omnibus numeris perfectus est, nisi quod prima pagina usu detrita ex parte legi nequit.*

2a) *Codex Bruxellensis n.* 8964, *chartaceus, e schedis Bollandianorum, f.* 318 —333, *apographon continet ex lectionario monasterii Longoretensis depromptum, quod a.* 1750. *dominus Giroult ord. S. Benedicti, congregationis S. Mauri et abbatiae S. Sulpicii Bituricensis, illis miserat. Insunt c.* 1—15, *sed duobus foliis deficientibus a verbis c.* 13: imposito plaustro *ad c.* 14: advesperascente *textus hiat. Lectiones alia manu illatas, scilicet coniecturas Bollandianorum, non attulimus nisi raro.*

2b) *Apographon D. Franc. Bosqueti episcopi Montepessulani a Labbeo adhibitum, quod hodie latet, c.* 2—15. *exhibebat.*

Praestantia codicis veteris 1 *tam manifesta est, ut prolixa argumentatione non egeat, cumque auctoris aevo proximus sit, etiam rationem scribendi quamvis non adeo communem admittendam esse duxi*[2]. *Libri* 2 *ex exemplari multo deteriore eoque mutilo pendent, sed nonnullae lectiones melioris notae vel in eis deprehenduntur, e. gr.:*

c. 3. nitebatur eum fore quantocius alienum] 2*a;* nititur eum fore quantocyus a. 2*b;* desiderabat se facere (?) q. a. 1.

Auctorem pro esse *scripsisse* fore, *quod in* 2 *legitur, ex altero loco c.* 7. *intellegitur atque procul dubio etiam constructio verbi* niti *c. acc. c. inf. et pronomen* eum *pro* se *ad ipsum referenda sunt, quos soloecismos librarius* 1 *sustulerat. Is igitur ad reliquos libros emendandus est, quibus deficientibus inde a c.* 16. *coniectura opus erat.*

1) *Pertz, Dipl. p.* 145. 2) *Librarius et aspiratam et litterarum geminationem haud raro aut omisit aut male addidit; praeterea frequenter scripsit* iusta *pro* iuxta, mox *pro* mos.

Cum particulas tantum vitae admittere primo visum esset, eas solas cum codicibus W. Arndt b. m. et egomet ipse contulimus, qui postea mutato consilio toti a W. Levison socio perlustrati sunt. Peculiarem libri 2b discrepantiam lectionum supprimendam esse duxi, raris exceptis locis.

Ph. Labbe, Nova bibliotheca Mss., Parisiis 1657, *II, p.* 439—444, *unum codicem 2b adhibuit.*

I. Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Saec. II, Parisiis 1669, *p.* 432—438, *praeter hanc editionem codicibus quidem usus est, e quibus lectiones deprompsit* 1 *similes, sed sicut decessor non pervenit ultra c.* 15.

Bollandiani denique in Analectis, Bruxellae 1884, *tom. III, p.* 379—407, *collecto toto apparatu editionem plenam principes paraverunt.*

Post corpus Sigiramni in ecclesiam eiusdem de Oblinquo a. 1269/70. *translatum vita vetus retractata est, cuius recensionis codex quidam in urbe Bituriga apud S. Ursinum olim asservabatur. Inde locus ad sancti sepulturam et translationem spectans in Gallia christ. II, instr., p.* 45, *editus est, ubi episcopus Biturigus* Aurelius *neque* Aurelianus *appellatur, sicut infra c.* 33.

B. Krusch.

INCIPIT PREFATIO IN VITA SANCTI SIGIRANNI[a] LEVITE.

Benignus etenim ac misericors Dominus humanis in visceribus clementer se ingerit adque, ut dona sua homo percipere queat, mirabiliter eorum a cordibus falsa a veris expurgat. Quapropter ipso domino Deo trino et uno totis precordiis est flagitandum, quatinus, qui iusta[b] intellectus mei cappacitatem non quidem sermone coturno, set simpliciter de vita et actus[c] almi Sigiranni cupio proloqui, ab ipso etiam largifluam merear percipere facundiam. Nam cum prefati vita beati huius Sigiranni iam dudum eius in monasterio descripta habere[d] videretur, et haec tam vicio scriptoris quam primi etiam inhercia tractatoris nimis esset absurda valdeque depravata, ex prefati sancti monasterio iubentibus benivolis fratribus, eam, ut in melius ac lucidius propalarem, vim charitatis inpulsus, emendandam suscepi: non quod me aliquid quod foret inopinatum referre, vel quod racionabiliter insitum erat minuere decrevissem, set pocius quod erat ineptum ac sui perfeccionis nil intellectum haberet, Domino opitulante, lucidius vel in melius propalarem. Erat enim per omnia, prout se habet auctoritas litterarum, tam verbis quam sillabis omnis eius constructio ad intelligendum confusa. Unde etiam obnixe efflagito, ut eam quicumque manu legendam attigerit, nullatenus me in hoc opusculo temerarium deputet ac sine preiudicio aliquid agendum diiudicet. Verum, quia in hoc labore sanctorum virorum imperiis parere non distuli, eam quamquam viciose[e] prolatam susceperim, Domino largiente, efficaciter, prout potui, non inpolitam reliqui. Set, ut beatus ait Hieronimus[1], nil profuit emendare vel corrigere, nisi in conscribendo aut recitando, quod racionabiliter insitum est, omnimodis conservetur. Quod enim iam a superfluis et non proficuis[f] expolitum[g] est et, Domino annuante[e], congrue decoratum, ite⌈rum[h] non ex⌉pedit in id ips⌈um re⌉solvi.

EXPLICIT PREFACIO FELICITER.

Praef. 1.

Praef. a) Siranni 1, *corr.; praefationem om.* 2a. b. b) *ita pro* iuxta *saepe* 1. c) *ita* 1. d) *ita fortasse* 1. e) *ita Bollandiani; litterae* se *solae certae sunt* 1. f) pro *pr. m. superscr.* 1. g) expolitum *corr.* expositum 1. h) *haec suppl. Bollandiani; scriptura detrita* 1.

1) *Praef. in Esdram et Nehemiam (Biblia sacra ed. Heyse et Tischendorf p. XLVII)*: Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio librariorum diligentia conservetur.

INCIPIT[a]
⌈VITA SANCTISSI⌉MI SIGIRANNI ⌈L⌉EVITE ATQUE ABBATIS.

(1)[b]. Quoniam[c] benignitas cunctipotentis Dei largiflua et claritas perpetua, qui deifico nutu suo polum ac sidera, arva et equora in numero et pondere ac 5 mensura constituit, nihilhominus ea ineffabiliter perlustrat et ut omnipotens replet, verumtamen hominem, quem ad suam creavit imaginem ac post perditum iterum per dilectum filium suum dominum et salvatorem nostrum pie et misericorditer redemit, longe aliter circumtegit ac refovet; quin immo per sanctum suum Spiritum, prout cuique noscitur expediri[d], sua dona diffundit, celestemque 10 ad patriam, unde per prevaricationem protoplausti[e] decidit, ut redeat, cottidie ut[f] benignus pater invitat, et ideo beata et inseparabilis Trinitas unaque deifica et inmensa maiestas inter cetera sua carismata, qua invisibiliter sanctis suis propinare consuevit, beatissimum per omnia Sigirannum[g], de quo, iuvante Domino, loqui aggredimur, vas sue electionis eum[f] esse constituens, prout benigne disposuit, per 15 Spiritum sanctum sua in eum dona diffudit, sicut salvator in euangelio testatur, quia *spiritus ubi vult spirat* et prout vult replet. Quapropter caute ac subtiliter sanctorum actus vitamque describere[h] debet humana fragilitas, quod[i] in eis pie divina disposuit maiestas. Attamen licet nequaquam ab umano ore pleniter eorum merita valeant conprehendi per singula, cum sint tantummodo non nobis, set soli 20 Domino cognita, nullatenus tamen debent silencio contegi, cum prosint[k] posteris immitanda propalari.

cf. Act. 9, 15. — Ioh. 3, 8.

(2). Athleta[a] igitur Christi Sigirannus solo Biturico nobili ex progenie ortus, meritis tamen et fide suum nobilitans natale[b], ad premium vitale feliciter noscitur pervenisse. Huius quoque propagator natura non infimus, carnalis videlicet 25 pater, extitit nomine Siclaicus[c], eiusque genitrix bonis omnibus insistens[d] famulatrix predicto viro sortita est felici in[e] conubio. Ex his ergo duobus rite coniunctis bone indolis beatus proles processit Sigirannus, qui etiam a primevae etate a parentibus Turonis civitate[f] est transvectus et in scolis traditus, quatinus litterarum primordia[g], ut solet in puericia, Domino favente, perciperet efficaciam. 30 Dein vero, transacto tempore, Flaucado[1] cuidam potenti viro causa nutriendi adiunctus, Francorum in palacio[h] devenit, ibique ab eodem, ad alciora — ut seculi dignitas se habet — venerabiliter provocatus, pincerna regis in puericia est[i] deputatus[2].

V. Leudeg. auct. Ursino c. 1. — ib. — ib.

Cap. 1. 1. 2*a*. *Cap.* 2. 1. 2*a. b*.

35 *Cap.* 1. a) *praescr. om.* 2*a*; *a c.* 2. *incipit* 2*b*. b) *capita ipse distinxi, nam distinctiones parum aptae codd. minime admittendae erant.* c) *ita* 1, *ubi deinceps nonnulla legi nequeunt;* Benignitas quidem cunctip. *incipit* 2*a*, *ex quo supplevi ea quae in* 1 *evanuerunt.* d) *m. al. corr.* expedire 2*a*. e) protoplasti (= auoti *add., sed del.*) 2*a*. f) *om.* 2*a*. g) Sigyrann. 2*a semper*. h) *pr. m. om.* 2*a*. i) *m. al. corr.* quos 2*a*. k) possint *m. al. corr.* prosit 2*a*.

40 *Cap.* 2. a) *incipit* 2*b*. b) *m. al. corr.* natale 2*a*. c) Sigelaicus 2*b*. d) *ita* 2*a. b et infra c.* 7; existens 1. e) *pr. m. superscr.* 1. f) civitatem 2*a. b*. g) primordii 2*a. b*. h) palatium 2*a. b*. i) deput. est 2*a. b*.

1) *Flavadus vel Flaochadus amicus Sallustii episcopi Agennensis inter optimates et principes quam maxime salutabatur a Desiderio ante a.* 630. *in palatium reverso (MG. Ep. III,* 45 *p.* 193*). Denique summam maioris domus Burgundiae dignitatem nactus, quo fato a.* 642. *ereptus sit, infra c.* 12. *legitur.* 2) *De hoc loco v. E. Vacandard, 'Saint Ouen avant son épiscopat' ('Revue des questions historiques'* 1898, *LXIII, p.* 26*).*

(3). Eodem namque tempore supradictus genitor eius Siclaicus[a] episcopus[1] Turonis iam dicte urbis est sublimatus. Quique[b] coniunctus in amicicia[c] cuidam potenti viro, Adroaldo[d] scilicet nomine, eiusque[e] filiam suo, ut esset uxor, prefato sponsavit filio. Cuius mens, beati scilicet Sigiranni, patre prorsus nesciente, ad[f] alta iugiter[g] tendens ad Dominum, a seculi actibus nitebatur[h] eum fore quantocius alienum, illut semper pre oculis ponens, quia *qui voluerit*[i] *amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituetur*[k]. Et quia nempe prescitus erat et preordinatus ad vitam iuxta[l] apostolum, qui ait: *Quos*[m] *prescivit Deus, hos et vocavit*[m], *quosque vocavit, hos et glorificavit,* hic beatus ad carnalem concubitum nullatenus declinare neque se obligare maluit, quoniam quidem se iam Deo devoverat esse servum. Namque, ut assolet fieri in aula regali, ut ex nobili prosapia geniti secundum seculi dignitatem diversis fulciantur honoribus variisque circundantur[n] hornatibus[o], hic per omnia beatissimus animum ad astra sublevans oculosque a superfluis ac[p] secularibus conprimens, totis[q] ad Dominum[r] intentus[s] nisibus iugiter flagrabat[t] oculorum obtutibus. Si quando vero, pro regali scilicet honorificentia, ac ne dispar inter sodales esse videretur, vestium se decore indueret ac[u] cingulis hinc inde ornaret[v] et, ut ita dicam, acsi comptus in oculis se intuentum[w] incederet, intimo tamen cordis affectu humillimum retinens spiritum, suo in pectore semper devotissime beatificabat Dominum, immo etiam, ut fertur, sub indumento vestium preciosarum crebro cilicium[x] utens, humilitatem, quam ab ineunte puerili[y] etate semel Domino devotus conceperat, in habitu vili etiam deinceps, Domino favente, exercere studebat. Nimirum omne[z] ornatum, quod exterius in regis presentia uti solebat, domum ad propriam remeans, a se protinus abiciebat, humillimumque ac despectum alium induens, iam quid quandoque, Domino annuente, acturus esset nihilhominus demonstrabat. Denique sponsam, quam pater, si Dominus permisisset, futuram ei providerat[a] desponsandam, ita omnimodis refutandam vitandamque censebat, ut non solum se huic sponse in coniugio sociari noluisset[b], verum adeo ab huiuscemodi sexu[c] consorcio se elongari decrevit, ut nullatenus secum in aliquo misceri permisisset[d] conmercio. Audierat enim non surdus auditor apostolum intonantem ac[e] dicentem sibi: *Bonum est mulierem non tangere,* illut quoque, quod alibi[f] ait: *Solutus es ab uxore? noli querere uxorem.* Quod[g] isdem[h] vir beatissimus et omni laude venerandus iam corde sitibundo exauriens, quod audierat, volvebat semper intrinsecus animo, quod[2] postea inplere[i] cupiebat toto nisu devotus in Domino.

Cap. 3. 1. 2*a. b.*

Cap. 3. a) Sielaicus 1; Sigelaicus 2*b.* b) ibique 2*a. b.* c) amiciciā *fortasse pr. m.* 1. d) Adoaldo 2*b.* e) que *om.* 2*a (versu exeunte). b.* f) *ita* 1 *(v. p.* 607, 31: ad alciora*); omnimodo pro* ad alta 2*a. b.* g) iungitur 2*b.* h) *ita* 2*a*; nititur eum fore quantocyus 2*b*; desiderabat se facere *(ita legere malo quam* fieri*)* q. 1. i) a. e. v. 2*b*; a. e. h. s. *evanuerunt* 1. k) constituitur 2*b cum Vulg.* l) *evanuit* 1. m) quos — voc. *des.* 1. n) circumdentur 2*a. b.* o) hor(na *m. al. in ras.*)tibus 1. p) *om.* 2*a. b.* q) *ita* 2*a. b*; totus 1. r) Deum 2*a. b.* s) *om.* 2*b.* t) flaglābat 1. u) ac — ornaret *m. al. superscr.* 2*a.* v) orn:ret 1, *pr. (?) m. corr.* w) intuentium 2*a. b.* x) cilicio 2*a. b.* y) puerilitate *pr. m.* 2*a.* z) omnem o., quo 2*a. b.* a) p̄vid. *corr.* ꝓvid. 1. b) *ita Mab.;* voluisset *codd.* c) sexu *m. al. corr.* sexus 2*a et sic* 2*b.* d) permisset, *ut videtur,* 1. e) acsi 1. f) ibidem *m. al. corr.* idem alibi 2*a.* g) Quot 1; Haec 2*a. b.* h) idem *semper* 2*b.* i) explere 2*a. b.*

1) *Sigilaicus inter episcopos Turonenses locum occupat post Aigiricum (a.* 616*) et ante Medigisilum (a.* 627*), unde ei annos* 617—620. *calculo parum certo attribuit L. Duchesne,* '*Les anciens catalogues épiscopaux de la province de Tours*' *p.* 28*; cf. eiusdem auctoris* '*Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule*' *II, p.* 305. 2) *Cf. Sulp. Sev., V. Mart.* 2, 4: quod postea devotus inplevit.

(4). Vere etenim hic beatus per omnia Sigirannus, licet corporaliter inter homines, in etate scilicet adhuc iuvenili, foret constitutus, inter athletas tamen Dei atque christicolas toto desiderio conversacionem habere videbatur, omni scilicet cum aviditate pertractans et hutique explere desiderans, quod apostolus de 5 se suisque similibus ait: *Nostra autem conversacio in caelis est.* Cumque in his plerumque aliisque similibus sanctis meditacionibus de die in diem roboratus in Domino viriliter transsigeret ac die noctuque pervigil in sanctis operibus devotusque[a] exsisteret[b], pedetentim, Domino annuente, terreni regis palacium deserens, desuescere cepit, quod iam olim pro nihilo fastidioque[c] computabat. Unde ei a Domino 10 etiam deinceps non inmerito est collatum et — ut eius in posterum sanctitas[d] demonstravit — per omnia est attributum[e], quatinus poli ad[f] sidera, aeterni scilicet regis palacium, sine cuiuspiam inpedimento ceu pennigero levique gressu[g] properare quivisset, illut prorsus Daviticum corde et animo indefesse tripudiens[h] summoque cum gaudio feliciter in[i] Domino decantans ac dicens: *Beatus quem tu*[k] 15 *elegisti, Domine; inhabitabit in hatriis tuis.*

Philipp. 3, 20. — Ps. 64, 5.

(5). Interim vero[a], dum hec agerentur, nutu Dei consilium inhiit, quatinus Turonicam urbem quantocius adiret illustrisque[b] confessoris Martini limina penetrasset seque inibi totum in[c] Domini servicio pro aeterna scilicet beatitudine mancipasset. Ventumque est ad id, ut Christo equidem duce per vias rectas feliciter 20 incedens hic beatus de quo loquimur[d] Sigirannus prefatam ad urbem nihilhominus[e] adveniret ecclesiamque iam dicti antistitis[f] Martini, aput Deum ut illi foret in presidium, adiens inviseret. Quin etiam septa huius sancti templi caute ingrediens ac devote hinc[g] inde perlustrans, eius ad sepulcrum usque devenit[h], ibique diutissime Domini ac deinde beati Martini suffragia postulans, sic demum quod dudum 25 exoptaverat sui capitis comam, ut perpetim Christi in sorte clericus permaneret, totondit. Quod audiens pontifex qui tunc huius[i] preerat[1] civitatis, gratanter accepit, quodque eciam hac in re peractum erat, libenter indulsit, immo etiam exin[k] gremio fidelium clericorum eum collocare decrevit ac deinceps, dum adviveret, in coetu inibi coabitantium[l] unanimem esse delegavit.

30 (6). Cumque hic electus Dei infra gregem foret admixtus sanctisque actibus iugiter esset intentus, adeo caritatis gratia cunctis se studebat reddere aptum, ut omnibus se cernentibus atque colloquentibus videretur[a] placere. Namque singulis quibusque tam senioribus quam etiam quoequalibus necne subiectis ita fiebat affabilis et congruus, ut per[b] eius mellifluam nectareamque eloquentiam omnes circum- 35 quaque illi adherere cuperent eiusque sanctis vestigiis imitari vellent. Dum igitur taliter sicque Deo devotus existeret et superne vite patriam totis desideriis anelaret, ab omnibus loci illius[c] degentibus unanimiter archidiaconus est electus adque a pontifice ipsius civitatis omnibus ęcclesiis illius diocesis est subrogatus. Sed

V. Leudeg. c. 2.

Capp. 4—6. 1. 2*a*. *b*.

40 *Cap.* 4. a) que *om.* 2*a*. b) exigeret 1, *corr.* c) *ita* 2*a*. *b*; que *om.* 1. d) s̄citītas 1; *m. al. superscr.* 2*a*. e) atrib. 1. f) aç 1. g) egressu *pr. m.* 1. h) *ita* 1; tripudians 2*a*. i) *om.* 2*a*. *b*; D. *om.* 2*b*. k) *superscr.* 1.

Cap. 5. a) domino *pr. m.* 2*a*. b) illustrique 1. c) *versu ineunte iterat.* 1. d) liquimur 1. e) *om.* 2*a*. *b*. f) antistis 2*a*. g) hin 1. h) pervenit 2*a*. *b*. i) huic p. civitati 2*a*. *b*. k) etiam 45 exinde in graemio 2*a*; etiam si forte vacat, in gr. 2*b*. l) inhabitantium 2*b*.

Cap. 6. a) videtur *pr. m.* 2*a*. b) propter 2*a*. c) loco illo 2*a*. *b*.

1) *Scilicet unus ex successoribus Sigilaici.*

hisdem[a] athletha Christi perspicuus ac belligerator precipuus, quanto forinsecus in sublime attolli[b] videbatur ab hominibus, eo apud se humilia sentiebat intrinsecus iuxta illud[c] preceptum sapientissimi Salomonis: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus et coram Deo invenies gratiam.*

Eccl. 3, 20.

(7). Sic denique, cunctipotente[a] Domino suffragante[b] eidem almifico, videlicet[c] Sigiranno in hoc culmine instituto, peractum est, ut[d] quicquid contra priorum[e] principum decreta, quorum quondam[f] laudabilis extiterat vita, ineptum adque contrarium repperiri[g] potuit, ad[h] pristinum prudentissime statum revocare curavit[i] [1]. Nam elemosinas[k] de rebus propriis pauperibus omnibus, viduis scilicet et orfanis, miseris ac destitutis ita strenue largiterque distribuit, ut poene in prediis, qui[l] ei ex posteritate parentum successerant, quid vel parumper residuum esset. Dum hec igitur ab eodem sancto iugiter agerentur, Deoque placita eius opera fierent, antiquus hostis, qui bonis[m] semper ac sanctis insistens[n], ut[o] destruat, adque molitur, ut feriat, immisit in corde[p] cuiusdam perfidi nomine Stefani[q], qui tunc fore[r] videbatur rector prefate civitatis, sub dicione videlicet fisci, calliditate superatus, quatinus sub custodia eum publica vinctum manciparet. Sed qua[s] de re hoc faceret, nil aliud quid inveniri quiverat, nisi quia hic beatus piis sanctisque operibus insistebat: quod esset amens, aliis mentionibus[t] [2] affirmabat. Set isdem vere Dei cultor Sigirannus quia non amentia esset infectus, set sanctitate et merito bonorum actuum apud Deum[u] foret venerandus, confestim, Christo opitulante, omnibus est patefactum, ex[v] eius scilicet magnifica gesta ac[w] per eundem patrata. Namque infelix predictus ac crudelis tyrannus, qui Dei electum frustra conatus est constringere loris validisque[x] mancipare conpedibus, ipse, ut fertur, amens effectus et a quodam spiculatore, in sua scilicet amentia, superatus, vitam amisit miserrimus, gladio interemptus: non quod[y] hic pius ac pater eximius[z] malum pro malo huic reddere vellet, qui in se peccantibus non vicem reddere[a], sed indulgenciam paterno amore noverat exhibere; sed actum[b] tantum, Domino permittente, — ut reor — creditur fore, qui sua miracula in sanctis suis nonnumquam infidis etiam, ut credant, misericorditer vult demonstrare.

V. Leudeg. c. 5.

cf. Rom. 12, 17.

(8). Quapropter hic Deo devotissimus ac vigil ingenio Christi levita necne confessor Sigirannus Domini precepta deinceps providus[a] adimplens[b], magis magisque in sanctis se exercere studuit actibus, quin eciam mundi caduca pro nihilo deputans[c], patrimonia sua et omnia que habere poterat egenis ac pauperibus erogans, solum Deum promereri satagebat attentius. Audierat enim non segnis[d] provisor

Capp. 6—8. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 6. a) iisdem *m. al. corr.* isdem 2*a*. b) atolli 1; extolli 2*b*. c) illius 2*a*.

Cap. 7. a) omnipotenti 2*a*. *b*. b) et *add.* 1; suff. eodem 2*a*. *b*. c) scilicet 2*a* *pr. m.*; *om.* 2*b*. d) *m. al. superscr.* 2*a*. e) priorum pricipum 1; piorum p. *(m. al. corr.* priorum p. 2*a)* 2*a*. *b*. f) *m. al. superscr.* 2*a*. g) non *add.* 1. h) *om.* 2*a*. i) st. pr. (prudenter 2*a*) est revocatum 2*a*. *b*. k) elemonisinas, ni *m. al. del.*, 1. l) *ita* 1. 2*a*. m) bona *m. al. corr.* bonis 1. n) insistit *(m. al. corr.* insistens, *sed* insistit *restitut.)* 2*a*. o) adque ut d. m. 1. p) cor 2*a*. *b*. q) Sthephani 2*a*. r) *deest* 2*a*. *b*. s) *ita* 2*a*. *b*; quia 1. t) mentiendo 2*a*. *b*. u) Dominum 2*a*. *b*. v) per 2*a*. *b*. w) divinitus *pro* ac p. e. 2*a*. *b*. x) velidisque *pr. m.* 1. y) id *add.*, *sed del.* 2*a*. z) eximilis 1. a) vellet qui in se p. non v. r. *iterata, sed m. al. del.* 1. b) *ita* 2*a*. *b*; acti tantum 1.

Cap. 8. a) *ita* 2*b*; provid 1; providens 2*a*. b) adimplevit 2*a*. *b*. c) deputavit *pr. m.* 2*a*. d) segnes 1; insignis *pro* non s. 2*b*.

1) *Haec verba ad Leudegarium maioris domus munere functum apud Ursinum spectant.* 2) *I. q. mendacium; cf. Ducange h. v.*

nec impiger operator euangelium[a] intonantem ipsumque Dominum dicentem: *Si vis perfectus esse, vende omnia que habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et veni sequere me,* illud quoque, quod alibi ait: *Nisi quis renunciaverit omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.* Ergo hic[b] electus Dei famulus his sanctis monitis sagaciter obedire contendens, Dei largiente clementia, agere nullatenus distulit, quod monendo non segniter audivit, immo etiam ita semet ipsum ex omnibus nudare vel expoliare studuit, ut Christum, qui nihilhominus[c] de semet ipso ait: *Filius hominis non habet, ubi capud reclinet,* per omnia nudus[d] sequi posset[e], quin potius cum illo qui pro nobis[f] omnibus patibulum crucis sustinuit, cum ipso crucifigeretur crucemque post ipsum deferret abnegare[g] se ipsum. Erat enim isdem almificus atque egregius Christi confessor in sanctis actibus valde ammirabilis et in sancta conversatione omni precipuus. Nam illis in locis, quibus ipse natus aut conversatus fuerat, vix aut nullatenus repperiri poterat similis, vel qui eiusdem imitare[h] quivisset exemplis.

Matth. 19, 21. Luc. 14, 33. Matth. 8, 20.

(9). Accidit autem illo in[a] tempore, ut quidam episcopus ex partibus Ybernie[b] adiret istis in partibus, Falvius[c, 1] scilicet nomine, qui sanctitatis gratia prepotens atque fultus sanctisque actibus ad plenum erat expertus, cuius ętiam vita hinc inde ac longe lateque procul redolens propalata est in audientium auribus. Quod etiam hic beatus audiens Sigirannus, studuit se illi[d] viro coniungere et corde et opere[e] omni cum amore illius sanctis actibus adherere. A quo equidem[f] in religione ac[g] sanctitatis vite quam olim conceperat viriliter est roboratus, maxime quia plerique ei erant contrarii, eo quod priscorum patrum normam tenens, cum sanctitate et iusticia vitam suam peragere satagebat.

(10). Denique predictus[a] Falvius Rome[b] tunc tempore[c] directus, beatus necne Sigirannus eius est vestigia insecutus; quodque in circuitu huc illucque audientes, nonnulli eorum sunt exempla secuti, cupientes ab eis sancta doctrina omnimodis imbui. Quique predicti etiam illustri[d] viri viam quam ceperant peragrantes sanctorumque[e] loca hac illacque[f] perlustrantes, tandem Romam adierunt in sancta conversatione sodales. Instabat namque tunc tempore[g] botrionum collectio, id est vindemie sectionis ad prelum[h] usque deducentis. Cum vero tantisper inibi unanimes demorassent[i], vidissetque iam sepe dictus almificus Sigiramnus[k] incolas loci illius inmensis laboribus desudare, maximeque pro[l] huius temporis vindemie quod solet accidere non minime fatigare[m], relictis paulisper, prout[n] se tempus dictabat, in contubernio fratribus, quibus erat in sodalitate devinctus, cuicumque pauperum vel indigentium necessitudinem fore vidisset, suis[o] scilicet honus imponens humeris, afferebat subsidium cunctis. Dicebat enim iste beatus,

Capp. 8—10. 1. 2*a. b.*

Cap. 8. a) euãglium 1. b) *om.* 2*a*; el. hic 2*b*. c) *deest* 2*a. b.* d) *m. al. superscr.* 2*a*. e) *ita* 1; potuisset 2*a. b.* f) *deest* 1. g) abnegando 2*a. b.* h) *ita* 1; imitari 2*a. b.*

Cap. 9. a) in *pr. m. superscr.* 1; *om.* 2*b*. b) Hiberniae 2*a. b.* c) Salvius, *ut infra* 2*a;* Falvium 2*b*. d) illo 1, *corr.* e) corpore 1. f) equidam 1. g) *ita* 1; *om.* 2*a. b.*

Cap. 10. a) *deest* 2*a. b.* b) Romam 2*a. b.* c) temporis 2*a. b.* d) *ita* 1 *et pr. m.* 2*a*; illustris 2*b*; *m. al. corr.* illustres 2*a*. e) que *om.* 2*a. b.* f) illamque 1. g) temporis 2*a. b.* h) populum *pr. m.* 2*a*. i) demonstrassent *m. al. corr.* demorati essent 2*a et sic* 2*b*. k) Sigirannus 2*b*. l) in hoc tempore vindemiarum solet 2*a (pr. m.). b.* m) fatigari 2*a. b.* n) se prout 2*a (pr. m.);* se *om.* 2*b*. o) sui 1.

1) *De Falvio episcopo Hibernico v. supra p.* 604.

se nullatenus aliter necessarium velle percipere victum, nisi quem proprio acquisisset labore manuum, illud videlicet adimplere gestiens carmen Daviticum: *Labores*, inquid, *manuum tuarum manducabis; beatus es et bene tibi erit.* Taliter quoque hic beatissimus[a] loci illius hominibus largifluam caritatem atque misericordiam exibens, ita[b] ab omnibus illis[c] incolis, Domino favente, gratiam est adeptus, ut secundum apostoli[1] dictum fieret[d] expectaculum angelis cunctisque se cernentibus vel intuentium oculis. Dum tamen ita perageret, in sodalitate[e] qua se innexerat[f] omni cum humilitate revertens, unanimem se[g] sociare curabat. Sanctorum siquidem se inculcare cupiens normam apostolorumque[h] salutiferam unanimitatem, illud scilicet iugiter reducens ad memoriam: *Caritas fraternitatis maneat in vobis, et pacem habete inter vos,* ita deinde hic Dei cultor divinitus inspiratus tantam a Domino promeruit gratiam, ut quicumque eius colloquium meruerunt petere, ut ita dicam, ex diversis acsi floribus adornati, sanctorum videlicet actuum relatione ab eo rite[i] instructi, ovantes ad sese[k] redierunt inbuti. Nonnulli equidem e[l] propinquis regionibus oppidisque adque castellis eius mellifluam et usquequaque predicationem audientes magnificam, secularia et caduca, quod libenter incolebant, conversi ad Dominum funditus reliquerunt, et qui antea aridi et sine fructu bonorum operum a Deo alienati[m] in seculo degebant[n], Domino largiente, per eundem ad fructum iusticie quantocius reversi, moribus et vita Dominum acclamabant[o]. Namque sanctorum acta librosque divinos[p] pro iugi assiduitate legendi secum usque detulit adiens Romam, quatinus sanctarum[q] scripturarum imbutus scientia, seque et alios confirmare quivisset in sancta religione atque doctrina.

Ps. 127, 2. — Hebr. 13, 1. — Marc. 9, 49.

(11). Interea vero cum taliter in sancto ac spiritali negotio insisteret, Flaucadus, cuius superius mentionem fecimus[2], ut fieri solet, homo predives Francorum[a] in palatio florebat pre omnibus. Data vero sibi occasione, ut fertur, pro quibusdam[b] causis dirimendis beatus Sigiramnus a Roma progrediens, iterum ad[c] predicti Flaucadi[d] amiciciam repedavit, sive, ut opinor, quia ab eodem regis[e] in palatio pridem fuerat collocatus, seu[f] per cognationem sororis, cum qua fuerat quibusdam spaciis temporum puerulus enutritus. Cum quo etiam diucius moras innectens suisque mellifluis affaminibus se illi conglutinans[g], in eius amore non mediocriter[h] est inlapsus. Quique eius[i] amore nimirum coniuncti, in sancta ac spiritali meditacione tractare ceperunt, qualiter pro Dei amore locum instituerent, ubi sub norma ac sancta religione, Domino opitulante, monachicam[k] vitam sanctitatis[l] transigere quivissent. Tunc quidem locum conpendiosum, ut[m] illis visus[n] est, qui

Capp. 10. 11. 1. 2*a. b.*

Cap. 10. a) beatissimus *versu ex. ante* hic *in mg. suppl., post* hic *ras.* manibus 1. b) tamtam *m. al. corr.* tantam 2*a et sic* 2*b.* c) *m. al. superscr.* 2*a*; *om.* 2*b.* d) *ita* 2*a. b*; fuerit 1; facti sumus *Vulg.* e) soliditate 1. f) *m. al. corr.* iunxerat 2*a et sic* 2*b: infra c.* 11. innectens. g) unanimen, *om.* se 1. h) que *m. pr. om.* 2*a.* i) reite *pr. m.* 2*a.* k) se 2*a. b.* l) et 1. m) alienatum s. 1, *corr.* n) dilegebant *pr. m.* 2*a*; diligebant 2*b.* o) acclamabat *pr. m.* 2*a*; vita fructum iustitiae accumulabant 2*b.* p) divino 1. q) sanctorum 1, *pr. m. corr.*

Cap. 11. a) Frangorum *pr. m.* 1. b) quibusquam 1. c) a 1. 2*a (pr. m.).* d) Flaucaudi 1. e) in regis 2*a. b.* f) semper cogitationem foris (ferens *m. al. superscr.*, 'ferens *ou* fovens' *in mg.*) 2*a*; seu per — enutritus *om.* 2*b.* g) cogglutinans 1. h) medioceter? *pr. m.* 1. i) eius am. *des.* 2*a. b.* k) monachi 2*a. b.* l) praesentem 2*a. b.* m) utilis *pr. m.* 1. n) visum 2*a. b.*

1) *Pauli ep. I. ad Corinthios* 4, 9. 2) *Supra c.* 2.

Millebeccus[a. 1] **dicitur, intra saltus Brioniae elegerunt, ibique ad opus predictum, prout posse fuit, quantocius aedificare coeperunt. Etenim licet per tempus exiguum, ut fieri assolet primitus, parvulam tamen construxit cellulam in eodem loco ad hoc opus prefatum. In qua aliquantisper temporis sub sancto ordine cum 5 paucis fratribus est conversatus et in sancta religione, Deo cooperante, non minime est solidatus.**

(12). **Dumque inibi diebus ac noctibus pervigil iste sanctus in Dei laudibus Deo prolixius vacaret, nutu Dei accidente, alium commodum iterum repperit locum in ipsius predicti Flaucadi predium**[a], **cuius Longorectus**[b. 2] **noscitur esse 10 vocabulum. Nam idem locus in iam dicto saltu Brioniae noscitur situs, habens e regione fluvium decurrentem Clasie**[c] **vocitatum. Etenim quia amoenum valde locum ad Deum incolendum retinere dinoscitur, et est quidem**[d] **affabilis ad abitandum et habilis ad piscandum, ideoque isdem beatus illic frequentiam**[e] **habere videbatur. Et quia idem Flaucadus in loco eodem, videlicet super iam dicto 15 fluvio, propinquam habebat domum, per ipsius voluntatem beatus Sigirannus, aud procul a domo figens tentorium, parvulum ex lignis tunc**[f] **illis in diebus, ut fieri solet in primordio, iusta**[g] **condidit habitaculum. Verum iam sepe dictus Flaucadus**[h], **cuius erat ipsa domus, cum secularibus diviciis esset redimitus et in carnali voluptate per omnia deditus necne in regis palatio sublimatus**[3], **adversus quendam 20 virum christianissimum suumque primum alumnum**[i] **nomine Willibaldum**[k], **elatus videlicet fastu superbie, eundem neci ut traderet, cepit insistere. Quo etiam tandem devicto regisque consultu superato ac mortuo, dum malignum utique votum suum incunctanter peregit, semet ipsum interius exteriusque morti**[l] **addixit. Et quia ei malum pro bonis reddere maluit, cui**[m] **nimirum oportuerat** cf. Prov. 17, 13. **25 reddere bona pro bonis, undecimo post die transacto exiciale funus merito**[n] **est adeptus.**

(13). **Interea vero dum ita se agerentur, nullatenus a**[a] **nobis est reticendum, quod huic de quo loquimur beato Sigiranno a Domino est collatum. Quidam**

Capp. 11—13. 1. 2*a. b.*

30 *Cap.* 11. a) Millepecus 2*a. b.*

Cap. 12. a) locum *pr. m.* 1; praedio 2*b.* b) Languoretus 2*a*; Longoretus 2*b.* c) Clasiam 2*b.* d) quidam 1. e) frequentium *pr. m.* 1. f) *deest* 2*a. b.* g) *ita* 1. h) saepe Flauc. dictus, cuius 2*a*; iam sepe dictus *om.* 2*b.* i) alunnum 1; alumpnum 2*a.* k) Willebaldum 2*b.* l) mortis *pr. m.* 2*a.* m) qui *pr. m.* 2*a.* n) *om.* 2*a.*

35 *Cap.* 13. a) a nobis *m. al. superscr.* 2*a.*

1) *Méobecque (dép. Indre) monasterium in regione silvestri palustrique situm, quae hodie Brenne appellatur.* 2) *Saint-Cyran vel Saint-Cyran-en-Brenne (dép. Indre) ab ipso conditore nomen assumpsit Longoretus (Gall. 'Longuaret', 'Lonrey') monasterium, cuius reliquiae adhuc supersunt; situs autem est locus ad ripam sinistram rivi, qui 'la Claise' hodie appellatur.* 40 3) *Flaochadus genere Francus maior domus Burgundiae a pontificibus ducibusque a.* 642. *electus et per Nanthildem reginam confirmatus est, quae neptem suam Ragnobertam nomine ei despondebat (Fred. IV, 89). Aemulatione commotus Willebado patricio viro ditissimo atque superbo, qui rem familiarem plurimorum fraudulenter abstulerat, necem eodem anno parabat, sed et ipse undecimo die post interitum illius expiravit; cf. Fredeg. IV, 90. De Willebadi moribus longe 45 aliter atque Fredegarius Eligii biographus II, 28, iudicavit, 'christianissimum virum' eum existimans, atque eadem verba in hac Sigiramni vita leguntur, in qua patricius Burgundiae primus Flaochadi alumnus appellatur, nescio quo pacto.*

etenim vir Magnobodus, concivis[a] videlicet Pictavensis[b], nuper, prout quiverat, huic sanctissimo viro in amiciciam[c] se[d] devincxerat, qui eciam cum prepotens esset et in facultatibus predives, oleum in vasculo quo solet recondi beato Sigiramno libras mille, ut fertur[e], imposito plaustro, pro munere direxit. Cumque illius legatarii, qui illud ad hominem Dei usque deduxerant, in iam dicto pusiolo[f] loco, quod sibi velud tugurium[g] ex lignis contextum, ut supra meminimus, nuper construxerat ad degendum[h], deponere vellent, isdem beatus divinitus inspiratus proibuit illis, dicens: 'Deo bonorum omnium largitori gratias referimus, fratres, deinde amico benivolo, qui nobis causa dilectionis hoc munus contulit, sed nunc hoc in loco[i] nullatenus deponi poterit, nam[k] expectate paulisper, quia non post multum dabit Dominus locum, ubi vobis aderit[l] oportunum deponi'. Tercio igitur 642. post die Flaucadus mortuus nunciatur[m], quod hoc idem nihilhominus hic homo Dei per Spiritum sanctum previderat afflatus. Cognito itaque ab omnibus, quod, ut vir Dei in spiritu previderat, locus ei a Domino aliubi[n] fuerat preparatus, illuc occius advententes[o], deposuerunt olei doleum, sicuti[p] a viro Dei illis fuerat pronunciatum[p]; illo nempe in loco qui Longoretus dicitur, eius ineserat animus, eo[q] quod aptus atque conveniens illi fore videretur ad monachorum caterva degencium[q]. Nam eodem in loco adiens, ibique, favente Domino, ipsique Flaucado scilicet[r] innuente et propinquorum[s] eius, deinceps sub sancta regula a beato edita[t] Benedicto degens, congruum inibi[u] monachorum construxit[v] edificium, quod idem monasterium per plura[w] annorum curricula strenue regens, illuc[x] magnis[y] opibus ditavit, plurimosque ex circumquaque ad Dei cultum advocans, sub sanctorum patrum instituta[z] vitam illis transigere[a] monuit.

(14). Set ista prelibantes, illud quoque nequaquam putavi silendum, quod illis in diebus per hunc virum almificum cunctipotens Dominus mirificum patratus est miraculum. Quadam itaque die cum per aliquod negocium dirimendum iterum ad supradicta[a] cellula advenisset, vocabulo videlicet[b] Millebeccum[c], quidam advenientes latrunculi equos quos ipse vel sui insederant furtim[d], ut venerant, eos noctu abstulerunt. Tota ergo nocte illa circumquaque per iter[b] devium cum illis divertentes, putabant se recto calle longius ire. Facto quidem[e] mane diluculo ac diei aurora coruscante, prefati latrones cum equis quos[f] insederant ad ipsius cellule ianuam, unde sibi eos nequiter adsciverant, licet illis[g] nolentes, reperti sunt sospites. Quo itaque cognito fures[h] equisque extimplo relictis, fuga inmani perrexere latrunculi[h]; equi vero, Domino annuente, meritisque ipsius almifici[i] Sigiranni iure proprio recepti sunt in[k] ipsius dominio. Quanto putamus amore Dei hunc sanctissimum Sigiramnum dignum existere in celo, cui tot benefitia contulit, dum[l] adhuc presens esset in terra, divina clementia? Unde[m] etiamnunc et semper

Capp. 13. 14. 1. 2*a* *(ad l. 4)*. *b*.

Cap. 13. a) conscius, *adnotante Labbeo: legendum arbitror 'consul'* 2*b*. b) Pictaviensis 2*a*. c) amicitia 2*a*. *b*. d) sede vixerạt *(pr. m. corr.* iuncxerat*)* 1. e) festur 1, *corr.; post* f. *duo folia des.* 2*a*. f) pusillo 2*b*. g) tuguriolum 2*b*. h) de | degendum 1. i) illo 2*b*. k) sed 2*b*. l) erit 2*b*. m) narratur, q. *(om.* h. i. n.*)* hic vir per 2*b*. n) f. alibi 2*b*. o) *ita* 1. p) sicuti — pronunc. *om.* 2*b*. q) eo — degencium *om.* 2*b*. r) *om.* 2*b*. s) propinquis 2*b*. t) B. e. 2*b*. u) ibi 2*b*. v) construit 2*b*. w) plurima 2*b*. x) illud 2*b*. y) magis operibus 2*b*. z) instituto 2*b*. a) trans|sigere 1.

Cap. 14. a) ad suam dictam cellulam devenisset 2*b*. b) *om.* 2*b*. c) *ita* 2*b*; Milebeccum 1. d) furtive ut venerunt 2*b*. e) quidā *corr.* quidæ 1; autem 2*b*. f) quibus 2*b*. g) illi 2*b*. h) fure(s *m. al. add.*) e : quisque ext., *ras. ut videtur* x, 1; fures equitesque ext. equis rel. 2*b*. i) *ita recte* 2*b*; almi 1. k) in i. d. *om.* 2*b*. l) dum a. pr. e. *om.* 2*b*. m) Unde — memoriam eorum *om.* 2*b*.

beatificantes laudes referamus almipotenti bonorum omnium Domino largitori, qui hic et in evum sanctos suos propitius glorificat, et qui iniquitatem meditantur in cubili suo, adest, nisi convertantur, ut auferat de terra memoriam eorum. Quapropter prefati maligni et perfidi, qui contra hunc virum iniqua[a] agere decreverunt, in malo suo celeriter[b] frustrati, eorum iniquitas mentita est sibi. Nam, peracto negotio, propter quod ad prefatum advenerat[c] locum, scilicet Millebeccum[d], progrediens inde, uti ad cenobium itidem repedaret, die iam[e] advesperascente ad[f] quandam[g] devenit villam.

cf. Ps. 35, 5. — cf. 1. Macc. 3, 35. — cf. Ps. 26, 12.

(15). Set quod ibi per eundem idemtidem patratum sit miraculum, opere precium puto, ut fiat omnibus in propatulo. Magnificus ergo vir iste Sigiramnus hac predicta in villa nocte iam vicina adveniens, cum[a] congruo etiam in loco cum fratribus secum comitantibus resedisset ac more solito in lege Domini adtentius meditaret[b], qualiter celicas ad sedes, Domino iuvante, pervenire quivisset, candela in manu[c] tenentis pueri, casu[d] accidente, extincta est in illorum medio consistentium[e]. Tum puer cum rubore et[f] acsi a patre ignominiosus abscedere quantocius cupiens, ut lumen cicius reaccenderet, quod per suam extincxerat neglegentiam, ut pater, sicut erat clementissimus, beatus ait illi Sigiramnus: 'Noli, fili mi, in eundo diucius fatigari, namque[g] nobiscum lumen adest divinum, quo[h] illustrari poterimus, si pius permiserit Dominus'. Mox ergo, hab eo inpresso in candela crucis signaculo, confestim illis celitus lumen est restitutum, quod casu fuerat extinctum. Nempe isdem pater egregius ab illo qui ait: *Ego sum lux mundi,* intrinsecus veraciter inlustratus, ab ipso nihilhominus lumen percipere meruit, quo se illustraret et alios. Hunc ergo[i] almificum omni cum devotione veneremur, hunc per omnia iugi assiduitate cum laudibus recolamus. Hic itaque vere beatus rite ab omnibus est venerandus, quia illorum christicolarum compar effectus, quos actio felix vexit in astris, tanta ac talia promereri divinitus meruit, licet adhuc carnigerum corpus gestaret in[k] arvis. His ergo transactis, iter quod ad coenobium ceperat tantumdem peregit. At vero monasterium adiens, in servicio Dei, quo se ardenti iam animo devoverat, omni cum studio ac[l] sedulus peragebat. Nempe sanctorum patrum monita perlegens eorumque iussa florigera iugiter carpens, seque et sibi subiectos vitale[m] commercium sagax propinare studebat[n].

cf. Ps. 1, 2. — Ioh. 8, 12.

(16). Contigit autem illis in diebus pro quadam utilitate eum procul a monasterio procedere et, ut mox[a] est perfectis viris semper diligere, quendam fratrem per omnia sanctitate pollentem nomine Probacium secum habere in comitatu. Cum ergo recto calle iter peragerent, accidit, ut quendam iudicem cum latrone pariter invenirent in via, qui pro suis facinoribus loris astrictus erat ac digne morti adiudicatus. Quod ętiam a longe beatus cernens Sigirannus, unum ex suis misit puerulum concite ad sciscitandum, ut que esset hec turba, que eum precederet, ei quantocius intimasset[b]. Cui prorsus iudex innotuit, quod latronem ducerent pro suis facinoribus vinculatum, non post multum in mortis aequuleo, prout erat condignus, utique suspendendum. Hec itaque puero renunciante, vir quoque Dei itidem ad eos misit, paululum rogitans, ut subsisterent, donec cum eisdem ipse fandi haberet copiam; concitusque ad eos properans, sciscitavit ab illis, que culpa esset huius latronis. Cuius etiam culpam narrantes, inventum est, quod foret

cf. Verg. Aen. I, 520.

Capp. 14. 15. 1. 2*a* (*a l.* 7). *b*. *Cap.* 16. 1.

Cap. 14. a) inique 2*b*. b) caelitus 2*b*. c) devenerat 2*b*. d) Milibiccum 1. e) *om.* 2*b*. f) *in* ad *redit* 2*a*. g) quendam 1.

Cap. 15. a) *deest* 1. b) meditaretur 2*a*. *b*. c) manus 1. d) causa 2*a*. *b*. e) consistenteum 1, *corr.* f) *ita* 1; *om.* 2*a*. *b*. g) que *om.* 2*a*. h) *ita* 2*a*. *b*; quod illustrare 1. i) hunc *iterat* 1. k) in ar. *des.* 2*a*. *b*. l) *om.* 2*a*. m) vitare 2*a*. n) *desinunt* 2*a*. *b*.

Cap. 16. a) *ita pro* mos 1, *ut infra c.* 30. b) intimasse 1.

morti reus. Beatus igitur Sigiramnus, caritate repletus, condolens super huiuscemodi necem, ait Probatio secum comitanti: 'Mi frater, doleo super hunc miserrimum morti contraditum, et si foret: unde? deberemus eum a mortis periculo liberare'. Idemque predictus frater respondens ait: 'Mi pater et domine, aurum et argentum non est nobiscum nec aliud quicquam presto est, unde a nobis infelix iste redimi queat; duo solummodo, ut bene nostis, ad nos vehendos[a] nobiscum presentes caballi. Set si ad hec unum ex his detraxerimus, velud stolidi a[b] cepto itinere procul dubio remanebimus ceterisque hominibus deinceps acsi ridiculum et vecordes pro nichilo reputabimur'. Tunc vir Dei ad hec respondens ait: 'Omnipotens et misericors Deus non vult mortem peccatoris nec letatur in perdicione moriencium. Quapropter oportunius[c] nobis est pedestriter[d] viam incedere, quatinus huius hominis peccatoris vitam a mortis laqueo possimus eruere. Ergo, frater dilecte, domini Dei nostri voluntatem obsecundemus, ut eum, qui nos ad suam similitudinem formavit, misericordem adque placabilem habere possimus'.

cf. Act. 3, 6. — cf. Ezech. 33, 11. — cf. Gen. 1, 26.

(17). Dum igitur hec simul seorsum duo faterentur, adiens ad iudicem, beatus ait Sigirannus: 'Hunc reum[a] morti contraditum, precor te, iudex, dimitte, liceatque nobis eum saltem ut vivat a te precio redimere'. At contra iudex viva voce respondens ait: 'Magnum quidem nefandumque scelus hic conmisit miserrimus, ideoque nefas est, ut vivere queat iam amplius'. Tum vir Dei egregius, ut erat caritate repletus, pietate preditus, sapientia adque prudencia prefulgidus, fertur dixisse illis omnibus, ad hoc presente negotio assistentibus: 'Estne aliquis vestrum sine aliquod nevum aut aliquod piaculum in Domino admissum[b]?' Ad hec omnes una voce respondentes, quod negare nequiverant, responderunt: 'Omnes enim nos peccatores esse profitemur omnesque culpas habentes Domini misericordiam indigemus'. Tunc almificus vir affabili voce ad hec illis prosecutus est, dicens: 'Ergo', ait, 'necesse est, ut unusquisque vestrum ad se introrsus redeat et, si[c] sine peccato est, equa lance se ante oculos iusti arbitris Dei perpendat. Nam pius et redemptor noster dominus Iesus in euangelio ait: *Dimittite, et dimittetur vobis*; et alibi idem ipse intonans ait: *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra*. Ergo, fratres, se unusquisque perpendat et, si se aliquis sine peccato inveniri[d] valet, hunc reum velut iustus iniustum manu propria interfitiat'. Hec quoque et his similia a sancto Sigiranno illis promulgata, omnes Dei nutu conticuerunt et ita reum, quem[e] antea manicis adstrictum validis morti adstipulabant, ut a vinculis solveretur, nichilominus adclamabant.

Luc. 6, 37. — Matth. 6, 15.

(18). Tunc idem infelix, qui per hunc Dei electum a morte fuerat erutus, ab eo etiam, qualiter iuste et rationabiliter viveret, pleniter est instructus, et ne ultra peccaret, omnimodis est ammonitus. Ut ergo beatus iste sanctus adhuc in reum prefatum caritatem accumularet perfectam, unum solidum secum dixit habere tantummodo, et ut eum ad suam supplendam necessitudinem haberet, iussit accipere; monensque deinceps, ne iterum peccati iugo se subderet, set de preteritis instanter ageret penitentiam, si ad vitam pervenire vellet aeternam. O quanta fuit pietas in beato atque almifico Sigiranno, qui et latronem a duplici morte eruit et ceteris se audientibus, ut in caritatis gratia persisterent, non mediocriter monuit! Nempe duo bona hac in[a] causa egisse gloriosus et felix iste dinoscitur[b]. Latroni etenim, ut[c] ad meliora postmodum traderet, presentem

Capp. 16—18. 1.

Cap. 16. a) quehendos, *m. al. del.* q 1. b) accepto 1. c) oportun9ius 1. d) pedestru t̄ viam 1; pedestri iter viam *Boll.*

Cap. 17. a) rerum 1. b) amissum 1. c) *pr. m. superscr.* 1. d) (in *m. ut videtur al. superscr.*)veniri 1. e) quam 1.

Cap. 18. a) ius : ausa (?) *corr.* in causa 1. b) duōscitur *pr. m.* 1. c) uel *pr. m. corr.* ut 1.

vitam obtinuit et populis, ut sibi deinceps salutem anime providerent, predicare nullatenus destitit. O vere felix et venerabilis vir iste Sigirannus, qui et aliis suis meritis salutem a Domino obtinuit[a] animarum et sibi ipsi[b] a Christo[c] promeruit perhennem[d] felicitatem. Vere etenim inde per omnia felix, quia vivens in corpore pro[e] Christo mori 5 mundo voluit, aliisque ut exemplum proficiendi ad vitam fieret, omni cum sagacitate peregit.

(19). Post hec quoque a nobis non debet silentio contegi, quod certe audientibus ad vitale conmercium, si adsit divina maiestas, valet suffragari. Hic itaque clarus confessor, ut iam superius prelibavimus, cupiens sibi proprio labore victum saltim aliquid 10 acquirere, unde sibi suisque oportuno in tempore quivisset refocilare[a], hoc sibi nutu Dei adinvenit negotium, ut, sicut in rebus propriis relinquendis apostolorum est prosecutus exemplum, ita et in hac propria sibi adquisitione eorum fungeretur offitium. Cum ergo sepe hoc perageret, nomen Domini invocans et non sua virtute, sed suorum merita fratrum reputans, hoc sibi per Dei providentiam adsciverat in signum, ut, si erga[b] 15 Christi obsequium ipsi fratres rite insisterent, quod[c] eorum numerus in gregatione consisteret monachorum, tot ad eos alendos sua captura perciperet piscium. Hoc quoque creberrime beatus iste plerumque approbaverat, ut eo tenore, quociescumque Dominum consuleret, numerus piscium et captura sibi proveniret; si quando vero, Domino largiente, copia piscium excederet numerus, ospitibus et peregrinis, ut in apparatu fierent, depu-20 tabat. Dum vero quadam die plurimos pisces cepisset adque ad litus fluminis pro eos recensendos consedisset, pro numero fratrum etiam piscium exequare volens numerum, minus ex his invenit unum. Unde nimirum non minime molestus extitit, providens ex hoc in spiritu, quia alicui ex fratribus noxa murmuracionis contigerit. Quin etiam ad fratres festinus usque perrexit ac, facto signo, simul uno in loco omnes congregare iussit, 25 inquirens per singulos, quid causa[d] acciderit, quod unum piscem minus invenisset.

(20). Cumque diligenter inquireret, scire volens, quis eodem in monasterio in hac die noxam murmurii[1] incidisset, testificatus est fratribus, ut palam omnibus confiteretur, pro cuius culpa minus aliquid piscium numerus accidisset. Tunc unus ex his valde simplex frater, stultus et fatuus, cum rubore de medio eorum prosiliens, proiecit se in 30 terra, palamque omnibus confitens, in hac blasfemia, sicuti per Spiritum sanctum vir Dei predixerat, reus est inventus. Qui etiam professus est se contra hunc patrem benignissimum murmurasse, non quia ei aliquod malum aliquando intulerit, set quia, acsi piscator peritus de amne[a] ad[b] litus extraens pisces, non solum ad eorum supplendam necessitudinem caperet, verum ad nausicam[2] cotidie comedentibus usque deferret. Unde etiam 35 isdem frater a ceteris fratribus factus confusus, cur ei talis inlicita cogitacio de hoc Dei dono provenisset, et unde omni modo gratulabundus existere[c] et omnipotenti Deo bonorum omnium largitori inmensas gratias debuerat referre, inde offensam[d] Dei et fratrum meruerat, tristis et mestus ab omnibus illis effectus[e], a conspectu eorum recessit abiectus. Beatus vero Sigiramnus, perspiciens hunc fratrem ex hoc valde merentem, ut pius pater 40 prorsus more paterno consolatus est eum: 'Noli', ait, 'fili mi, deinceps noli pusillitatem

Capp. 18—20. 1.

Cap. 18. a) obnuit et *inter scrib. corr.* obnuit anim. 1. b) ipsi a *pr. m. superscr.* 1. c) *pr. m. corr. e* Christum 1. d) proh. *corr.* perh. 1. e) pixpō 1.

Cap. 19. a) refocilaret 1. b) ergo 1, *corr.* c) *ita* 1. d) *ita infra p.* 623, 7.

45 *Cap.* 20. a) anne 1. b) alitus 1, *corr.* c) *ita scripsi;* existeret 1. d) offensas *ut videtur m. pr. corr.* offensan 1. e) effectu 1.

1) *I. q. murmur; cf. Ducange h. v.* 2) *I. q. nauseam.*

animi tui perpendere, set quicquid ad mensam tibi appositum fuerit, cum gratiarum actione, si necesse est, percipe et ita demum Deo, de cuius tibi munere venit, grates persolve. Si vero aliquid tibi fastidium fuerit in comedendo, tu tamen Deo indefesse gratias age, qui tibi sine tuis meritis sua dona dignatus est largiri, et cum patris benedictione alio indigenti deferatur vel cuicumque pauperi tribuatur. Nequaquam enim frustra porcionem tuam tibi Dominus denegavit, nisi quia haec stulticia cor tuum maculavit'. Tunc demum isdem pater almificus fratres ortatur, ut fratrem eundem consolarentur[a] attencius, et: 'Nullatenus', ait, 'eius stulticia consideretur, sed micius ac benignius[b] deinceps ab omnibus tractetur. Non enim sanis necessarius est medicus, set infirmis et male abentibus'. (cf. Matth. 9, 12.) Sic itaque hic pater egregius pastorem pium, qui ait: *Ego sum pastor bonus,* (Ioh. 10, 14.) veraciter immitens[c], ovem morbidam consolando ac pie fovendo propriam devexit ad caulam pristinumque ad gregem nimirum coniuncxit sanum. Taliter necne idem vere Dei cultor suis sanctis meritis, ut pius pastor suis pervigil insistens ovibus et corda fratrum cum caritate demulcens ad[d] conpaciendum, fratrem, ne diucius oberrans iret per devium, cito ad callem cum pietate examinatum reduxit effectu[e]. O quam propicius[f] hic Dei electus extitit Sigirannus, qui et se ipsum provide intuens constanter hostem vicit mortiferum aliasque a letiferis moribus liberans salutiferum revocavit in statum. Namque hic Christi miles mundi suppeditavit[1] gloriam cunctisque superna tendentibus ad premia exemplar extitit per omnia.

(21). Cumque hic vir clementissimus in Christi milicia insignibus polleret virtutibus adque in eo ubertim doctrina prevaleret divina, ita ut in eo aeuangelica reniterent precepta essetque pro captu quorumcumque sibi audientium secundum Domini preceptum astutus ut serpens, simplex ut columba, (cf. Matth. 10, 16.) tunc inimicus umani generis diabolus, eius felicibus invidens actibus, inmisit in corde cuiusdam pueri, ortum videlicet ex progenie inutili[a], ut hunc Dei electum[b] suis argumentacionum[c] decipulis insultaret. Hic itaque iuvenculus nomine Adrianus, licet quibusdam e[d] fratribus conplacere videretur eiusque[e] doctrina atque facta, cui nonnullis in causis fieret utilis, tamen illis qui in sancta fundati[e*] erant religione vituperabilis erat, eo quod eius prava colloquia mores aliorum corrumperent[f] bonos. (cf. 1. Cor. 15, 33.) Namque quosdam ex fratribus, maximeque coaevis atque iuvenculis in sodalitate sibi coniunctis[g], convertit adversarios et una[h] cum illis quos iam infectos habebat virus[i] malignitatis ceterorum transverberabat[k] fidelium. Qui etiam in[l] tantam ausi sunt prorumpere vesaniam, ut Dei electum suis insultacionibus non minime derogarent, dicentes eum longe abesse ab eorum conversacione, dum delectaret eius animus ex hac piscacione lucrum suorum facere monachorum; addebantque, quia solet nonnumquam mens humana his insistere actibus, in quibus pollet prosperis successibus et questum auget[m] in lucris. Hoc quoque cum advertisset[n] vir Dei eximius, veritus, ne forte ab emulis detractantibus aliqui[o] scandalizarentur ex fratribus et, quod iam per multum temporis spacium elaboraverat in spiritale lucrum, hac occasione, inimico instigante, ad nihilum proveniret, salutiferum sibi iniit consilium, ut ex omnibus nudus effectus Christi vestigia immitaretur in omnibus. Sic denique Christi confessor, humilians se pre omnibus, non ad iniuriam sibi obloquencium obfirmavit animum, set pocius

Capp. 20. 21. 1.

Cap. 20. a) *ita corr. ex* consolaretur 1. b) benignus 1. c) *ita* 1 *pro* imitans. d) a 1. e) effectum 1. f) propicus *pr. m.* 1.

Cap. 21. a) innitili 1. b) *ita corr. ex* dilectum 1; electum *infra.* c) argumentacion 1. d) effratribus 1. e) que *abundat, ut infra p.* 619, 20. e*) fundata 1. f) corruperent 1. g) *ita scripsi;* coniunctus 1. h) unā 1. i) *ita scripsi;* viros 1. k) *fortasse* agmina *periit; cf. infra:* agmina familiarium. l) *pr. m.* an 1. m) *pr. m. corr. ex* aget 1. n) avert. 1. o) aliquid 1.

1) *I. e. pedibus conculcare. Duc.*

ad humilitatem convertit totum: illud quoque semper pre occulis ponens, quod Paulus ait apostolus: *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum,* cupiens etiam hic beatissimus thesaurum, quod sibi iam lucrificaverat in arvis, demum[a] recondere in astris, quatinus eum in tuto repositum in die ultimo repperiret multimodum. Hoc ergo accepto nutu Dei consilio, ut supra prelibavimus, quatinus liber expeditusque Christi imitaretur exemplum, qui de se ipso ait: *Filius hominis non habet, ubi caput reclinet,* carpere cepit iter, ubicumque spiritus Domini adire permitteret. Cumque propria sibi alimenta, unde se suosque alęre posset, pro Christi amore relinqueret, propriis suis laboribus, sicut[b] olim animo decreverat, ut Christi pauper victum sibi querere[c] cepit. Quo eciam alumni eius conperto cunctorumque agmina familiarium[d] hic inde degentium eius audientes discessum, sicuti a pio patre quique orbati atque orfani derelicti, uno omnes merore confecti, in inmensum conversi sunt luctum. Unde etiam conicere possumus, quia, cum huius almifici patronis[e] terrigeni homines luxerunt discidium[f], concives angeli in celo tripudiantes consona voce Deum glorificaverunt in celum.

Rom. 12, 21. — Luc. 9, 58.

(22). Vere etenim beatus iste non inmerito angelorum consortium adeptus est in celo, quia, dum advixit in corpore, celibem vitam indefesse studuit peragere. Namque ut adleta Christi contra mundi inpedimenta fortiter dimicans, iter, quo se in animo delibaverat Deo, omnibus diebus vite sue velut peregrinus peregit. A Deo autem collatam sibi artem piscatoriam, in hac peregrinatione dum iret, oportuno tempore exercebat et de propria sua captura piscium suosque hospites vel alios quoscumque indigenas alimoniam sollicite ministrabat. Ubi vero humillimum ac deformem, ut ita dicam, tugurium, maxime viduarum, repperiri poterat, inibi veluti unus ex pauperibus repausabat. Hec itaque omnibus diebus itineris sui peragens, longius hac illacque peragravit regionibus, donec Tolosano adiens solo felici taliter agendo subintravit adventu. Set quid in laude huius sanctissimi viri humano[a] ore promendum est, qui adeo se in cunctis pre omnibus humiliavit, ut eciam audientibus fore possit incredibile quemquam sanctorum ita peregisse? Nempe vir iste almificus, Spiritus sancti virtute corroboratus, ardore caritatis afflatus, prospera mundi cuncta abiciens, seculi adversa nullatenus metuens, domini Iesu Christi prorsus vestigia est prosecutus. Iure etenim felix iste et venerabilis vir Sigirannus ab omnibus est onoratus[b], qui cum inter affines et propinquos propriis facultatibus quivisset[c] esse ditatus, solum proprium patriamque relinquens, euangelice feliciter obedivit doctrine. Nimirum Habrae patriarche est secutus effectum, qui iussa Domini provide adimplens, solummodo in omnibus voluntatem Domini adimplere studuit.

(23). Set quia Dei omnipotentis clementia in numero et pondere ac mensura disponit omnia, hisdem puer inutilis, cuius malivolentie instinctu oc scandalum sumsit exordium, retrorsum abiens, apostata est effectus; et unde vir Dei, semper ad summa conscendens, a Domino exaltari meruit in gloria, inde iste infelix, ad baratrum proruens, in diaboli lapsus est muscipulam. Sicque in his duobus adimpletum est illud, quo dicitur: *Sanctus sanctificetur adhuc, et qui in sordibus est sordescat adhuc.* Sed quo[a] quique hoc audientes huius pueri laqueum per omnia cavere possint, semper ad superna contendant scandere sanctorumque vitam nihilhominus desinant radere nec deinceps, Domini pollicitacione postposita, ad ima tendentes apostatare incipiant nec cum lucifuge[b] angelo in ignem aeternum mancipandi descendant, immo aetiam, ne, sicut iste iam factus infelix iuvenculus ad nefas proclivus, demum se involvant seculi actibus vitamque, veluti

cf. Lev. 19, 35. — cf. Iud. 5, 15. — Apoc. 22, 11.

Capp. 21—23. 1.

Cap. 21. a) domum *pr. m.* 1. b) ut *pr. m.* 1. c) quere 1. d) familiarum 1. e) *ita* 1. f) disciduū 1.

Cap. 22. a) humono 1, *corr.* b) *m. al. corr.* onorandus 1. c) quivesset 1.

Cap. 23. a) *ita Boll.;* qua 1. b) *ita* 1.

huic contigit, cum flore iuventutis amittant et — eu pro dolor! — averni flammas[a] edaces ac indeficientes[b] incurrant, precavensque[c] sollicite quisque procuret, ne post deificum votum, ludificante[d] se diabolo, caduca seculi ambiat et in baratrum flammivomum incidat, si huic de quo agimus miserrimo sequax pedissecusque esse deliberet; meminerit semper illud quod scriptum est, quia non qui ceperit, sed *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

Matth. 24, 13.

cf. 1. Tim. 6, 12.

(24). Set ista omittentes[a], ad sacratissimi eximiique patris Sigiranni bonum certamen, qualiter ad calcem usque pervenerit, Domino annuente, stilum vertamus. Libet enim et valde est obtabile in huius preclari confessoris laude non solum plectrum lingue acommodare, verum eius actus vitamque, proud permiserit Dominus compertumque habemus, calamo percurrente describere. Accidit ergo illis in diebus, ut hic vir Dei egregius et adleta Christi Sigirannus cuidam nobili femine, que acsi in habitu sanctimoniali degebat, fortuitu casu adiret seque eius obtutibus pro Christi amore, ut erad peregrinus, et forsitan nolens obiceret. Cumque illa hunc almificum in vili abitu adesse conspiceret et non secundum interiorem hominem, set eum secundum faciem iudicaret, tumido vultu eius noticiam percunctare cepit; quis etiam esset aut unde veniret vel quo ire vellet, velut exprobrando ab ea inlata convitia accepit. Quam isdem vir Dei magnificus, sancto Spiritu repletus, subtiliter intuens, nil ei de se aliud indicare voluit, nisi tantummodo se esse peregrinum dixit. Tum illa eum acsi pro nihilo reputans, unum tantummodo panem pro misericordia a suo dispensatore[b] acommodare iussit. Quo eciam cum graciarum actione accepto, eum tam diu secum detulit, quousque quempiam invenit indigentem, cui eum iterum gratanter porrexit.

cf. 1. Petri 1, 20.

(25). Set non post multum que calamitas adverse valitudinis pro hac re huic femine contigerit, vel qualiter eidem isdem beatus propicians medelam corporis, Domino suffragante, adibuit[a], commodum videtur omnimodo, ut fiat omnibus in propatulo. Nempe omnipotens Dominus sanctos suos ante mundi constitutionem prenoscens, sicut scriptum est[1]: *Quia novit Dominus qui sunt eius,* noluit, ut hic vir prestantissimus[b] diucius lateret in abditis, qui, Domino largiente, aliorum medere quiverat animarum vel corporum morbos. Unde prorsus datur intellegi, quia sanctorum cetibus non inmerito iste sanctus est coequatus[c], cui tanta ac talia sunt largita in terris. Exsolvamus ergo tandem[d] aliquando hoc quod de sanctemoniali femina proposuimus et sic demum, opitulante Domino, cetera percurramus. Cum igitur prefata hec femina de loco in quo cum Dei famulo colloquium habuerat ad locum aliud se transferre vellet equumque suum sibi semper assuetum ac mansuetissimum solito more ad se veendum[e] insideret, subito in tantam vesaniam atque rabiem est conversus, ut eam a tergo suo[f] in terram allideret; quin etiam, suis eam fortiter conculcans pedibus, quosdam ex eius artubus simul confregit cum ossibus. Cumque eius apparitores ac ministri hinc inde consisterent, ut eam ab hac calamitate eruerent, nullatenus ei aliquod iuvamen prestare quiverunt, quousque in frustra[g] partim effecta pene exanimis est reddita. At illa cum nullatenus gressum in terra figere nec etiam de loco in quo conlisa iacebat assurgere valeret, unus ex adsistentibus famulis concito cursu ad eius filium perrexit, qui tunc fore videbatur pater

Capp. 23—25. 1.

Cap. 23. a) flammis 1, *corr.* b) (in *pr. m, superscr.*)defic. 1. c) que *abundat.* d) *ita scripsi;* ludificantes (ludificatus *coni. Boll.*) a 1.

Cap. 24. a) omitentes 1. b) dispensatori 1.

Cap. 25. a) *ita* 1. b) prestantissimo 1. c) coequalis 1, *corr.* d) tā dealiquando 1. e) vee : dum 1, *ras.* t (?). f) a *add., sed expuncta* 1. g) *ita* 1.

1) *Locum non repperi.*

monasterii, quod infra urbem Tolosanam[a] erat situm atque in honore sancti martyris Saturnini Deo dicatum. Quo quidem[b] audito, confestim[c] ex doloris magnitudine ac matris lesione cum magno merore consurgens, ad eam summa cum velocitate perrexit. Vidensque eam tam gravi allisione attritam, cum eiulatu inmenso incubuit super eam
5 atque inter lacrimas ab ea inquirere coepit, ne forte aliquod novum scelus mater egisset, pro quo in hoc itinere tam grande malum perpessa fuisset. Ad[d] quem mater, prout proloqui potuit, confessa respondit: 'Confiteor tibi, o fili dulcissime, quia nescio, quid mali aliud hodie egerim, nisi tantummodo quendam peregrinum domum meam adeuntem, non ut[e] debuisset, ingrate suscepi[f]. Nam fateor tibi, quia, licet abitu ac vestibus esset
10 despectus, facies tamen eius ac vultus ceu[g] facies angeli resplendebat exterius, nihilque, ut a nonnullis advenientibus fieri assolet, a[h] meis percontacionibus inepta respondit, sed semper in omnibus Deo gratias retulit. Set heu me infelix ac miserrima, qui[i] eius adventum non benivola vel propter Deum accepi! et vereor, ne forte propter hoc nefas magnum mihi hoc acciderit detrimentum'. Ad hec filius, recordatus, quia nuper beatum
15 Sigirannum viderat, respondens dixit matri sue: 'O mater optima, vir iste de quo loqueris beatus est Sigirannus, qui pro Christi amore mortificans se ipsum, factus est incola et peregrinus. Si enim tu eum cum fervore caritatis excepisses, numquam tibi hec mala in hoc itinere contigissent. Ergo, mater amantissima, perquiramus eum et ei munera offeramus, ut pro te Dominum exorare dignetur. Forsitan eius interventione in
20 pristinam sanitatem mereberis revocari'.

(26). Tunc suo equidem evocato cubiculario, centum solidos deferri iussit, eosque tradens filio, ut beato iterum Sigiranno pro se donaret[a] in munere, suppliciter exoravit. Adiciens quoque ait ad filium: 'O fili dilectissime, hunc virum sacratissimum omnimodis exorare, ut pro salute mea preces ad Deum dignetur fundere, quia ego omnem arrogan-
25 tiam parata sum deponere, tantummodo in sacris me suis orationibus cum fide suscipiat, ut salutem corporis saltim quantulumcumque percipere merear, et ego deinceps totis nisibus[b] cupio ad Deum converti meque in eius servicio mancipari'. Qui festinus matris iussionem explere cupiens ad virum Dei propere[c] iter carpere tandemque eum per diversa quesitum ambulantem[d] per viam repperit hunc beatum. Quem quidem a
30 longe prospitiens, de equo se in terram proiecit, eiusque vestigia deosculans, virum Dei corde contrito cum lacrimis exoravit, dicens: 'Oro te, o sancte Dei, miserere digneris actenus indigne agenti[e] matri mee suffragiumque pro ea divinum implorare ne pigeas, quia nunc pro suis sceleribus collisa ac destituta iacet in terra. Nec valet omnino aliquatenus a terra consurgere, cum sint eius menbra maxima ex parte confracta, nisi tuis
35 sacris orationibus tandem[f] aliquando fuerit recuperata'. 'Ecce! habes', ait, 'o vir Dei, solidos centum, quos tibi hec infelix per me, filium suum, direxit placationis dona ac tue sanctitatis muneris causa, saltim ut paulisper valeat consurgere ab hac qua detineri cernitur adversa valitudine'.

(27). Tunc hisdem vir sacratissimus pectus suum tundens pronusque in fatiem
40 poplites in tellure defigit seque huius rei causam impetrandi ad Deum non esse idoneum proclamavit, dicens: 'Utinam pro delictis ignorantie mee meorumque pondere peccaminum facultas mihi detur exorandi ad Dominum, quia profiteor me pro aliorum erratibus non esse idoneum! Tu tamen, fili dilectissime, materno ei affectu alloquere, ut flectens cor

Capp. 25–27. 1.

45 *Cap.* 25. a) Tolosanum 1, *corr.* b) quidam 1. c) confestin 1. d) At 1. e) ud 1. f) suscepit 1. g) seu 1. h) *i. e.* ad meas percontationes. i) *ita* 1.

Cap. 26. a) *ita scripsi;* clamaret 1. b) *ita Boll.;* visibus 1. c) *ita Boll.;* prope 1. d) amb(ulantem per viam *in ras.*) 1. e) agentem 1. f) tamdem 1.

suum deponat superbiam, quia[a] pius et clemens Dominus eam restituere valet in pristinam sanitatem. Si enim meum acquieverit[b] consilium, cito Dei omnipotentis percipiet clemenciam corporisque et anime a Domino promerebitur medelam. Hos quidem solidos, quos mihi cupis offerre, pauperum inopiam sublevare festina, quia meae necessitudini[c] nullatenus sunt necessarii. Quod cum hec feceris, credo, quia, Dei largiente 5 clementia, pristinam eius artus recipient sospitatem'.· Audiens hoc hisdem prefatus mulieris filius, et veluti divinitus ex ore huius sancti viri accepto sermone prolato, ad matrem nihilhominus concito cursu repedavit cum gaudio et iuxta predictum viri Dei, omnem valitudinem ab eius corpore effugatam, incolomitati repperit restitutam. O vere ammirabilis et veneranda fides sancti Sigiranni confessoris, qui, mox ut precibus exoravit 10 altissimum, meruit inpetrare quod postulavit ab eo. Nam cum veridicus dicat Dominus: Ioh. 14, 12. *Qui credit in me, opera que ego facio et ipse faciet,* iste nimirum beatus ac deificus belligerator Sigirannus iam dictam feminam, a fastu superbie ut erueret, mox ut voluit ad humilitatem acsi quaciendo deflexit, moxque ut libuit pristine iterum incolomitati restituit. Vere etenim hic Dei electus a cunctis mortalibus est imitandus, qui, ut liberius 15 posset fieri divinis executor[d] archanis, cuncta seculi prospera funditus a se abiciens, velut peccati fomitem nihilominus respuens. Iure etenim almitas[e] istius sanctis sociatur[f] innumeris, qui, Dei[g] gratia repletus, multorum indigentium extitit consolator benignus. Namque huius sanctissimi[h] merita a cunctis fidelibus non inmerito sunt veneranda eiusque innumera benefitia rite iugiter sunt recolenda. Quod enim in eo divina gratia 20 contulit, ammirari potest, sed eius virtus vel meritum lingua umana nullatenus explicare valet[i].

(28). Post hoc autem insigne miraculum, quid etiam de eius sanctissima humilitate nobis sit compertum, Domino largiente, ut prosequamur, prorsus videtur non esse incongruum. Accidit autem deinceps, forte non sine causa, ut, hic pater eximius iter[a] dum 25 suum perageret, homuncio quidam suo in comitatu se sociaret, quique nimirum suis in cervicibus grave ferebat pondus, unde sibi suisque ferret alumnis. Dum ergo hi duo simul carperent iter, hisdem almificus alloquitur, dicens: 'Tu siquidem, frater, huius honeris ferendo gravem pateris[b] iniuriam, ideoque cupio tibi hoc in labore subsidium ferre, si tamen in oc tu meum non distuleris votum'. Ad hec homunculus[c] ille 30 respondens, talia protulit verba: 'Volo', inquiens, 'domine, et valde exopto, qui huius honeris inmensitate gravi me sencio labore deprimere'. Tunc vir Dei gloriosus, caritate repletus, humilitate fundatus, benignitate precipuus, de illius cervicibus onus deponens, suis inposuit scapulis et ita ad locum prefati hominis conpendiosum suis usque devexit humeris. Sicque hac in re veraciter isdem pater magnificus adimplere cupiens, quod ait 35 Gal. 6, 2. apostolus: *Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi,* et homini iuxta se auxilio indigenti opem ferre studuit et legem adimplendo Christi gratiam accipere meruit, Matth. 25, 40. sicut ipse dominus et salvator noster ore proprio in sancto depromit euangelio: *Quod uni,* inquid, *ex minimis istis fecistis, mihi fecistis.*

(29). Set ut plenius ac lucidius huius sanctissimi humilitas ab omnibus conpro- 40 betur, ut conculcandum hoc esse videtur indignum, quid deinde iste beatus egerit Sigirannus, sic[a] inter cetera eius acta animo est advertendum, quid sibi hoc voluerit, quod

Capp. 27—29. 1.

Cap. 27. a) qua 1. b) aquieverit 1. c) necessitudine 1, *corr.* d) *corr.* exsec. 1. e) almitatis(?) *pr. m.* 1. f) socia : tur, *ras.* n 1. g) quida *corr.* qui di 1. h) *m. al. superscr.* 1. 45 i) vellet *pr. m. corr.* vallet 1.

Cap. 28. a) interdum(?) 1, *corr.* b) poteris *pr. m.* 1. c) homun|(cu *m. al. add.*)lus 1.

Cap. 29. a) *ita scripsi;* set 1.

nunc de ipso sanctissimo huic operi est adnectendum. Cum enim loca diversa hic beatus perageret, et veluti unus ex pauperculis hinc inde circumiens, incognita perlustraret, accidit, ut in beati martiris atrio Saturnini, ubi pauperes ad petendam stipem sedere consueverant, deveniret et acsi unus ex illis eorum in contubernio consedisset. 5 Qui tamen, tandiu cum illis adpresens fuit, nichil ex eorum rebus particeps extitit, nisi tantummodo, quod eos in verbo Dei constanter instruxit. Tandem vero ab ipsis pauperibus agnitus, valde inter se ammirari ceperunt, quid causa extiterit, quod vir tantus ac talis in eorum collegio devenisset. Set cum ipse beatus ab ipsis pauperibus, quis esset, cognitum se esse perspexit, de eorum consorcio se caute silenterque sub- 10 traxit. Set hac in re quid cause valemus conicere? Namque, ut opinor, illud hoc peregit studio, ut ipsos instrueret pauperes, qualiter omnem vitam suam in sanctam deducerent paupertatem; vel certe, ut illis eminus in suo abitu proprio sanctaque religione sua pariter ammoneret, ut, sicut ipse sponte, non necessitate, pro Christi amore paupertatem studebat diligere, ita et ipsi[a] in sua paupertate[b] Deum glorificantes eum 15 semper aberent, illud nimirum iugiter animo revolventes, quod ait Dominus in euangelio: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Nam sicut sepe iam de hoc sanctissimo protulimus, qui erat in vera caritate radicatus hac sincera humilitate fundatus, ita quoque profitere veraciter possumus, quia omnes actus suos cum devota humilitate benignaque caritate semper et ubique omnino discurrebat[c] peragere, illud semper 20 reminiscens, quod ait apostolus: *Humiliamini sub*[d] *potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore tribulacionis.*

Matth. 5, 3. cf. Eph. 3, 17. 1. Petr. 5, 6.

(30). Et ut hoc quod verbis propherimus verius litteris inculcando adstipulari possimus, dicamus etiam, qualiter vir iste almificus, per omnia se humilians, sacris nimirum actibus cum sancta humilitate veraque caritate iugiter decrevit insistere. Accidit namque 25 eo in tempore, dum recto calle solito more incederet, ut quendam homunculum ex ruriculis unum videlicet plaustrum fimo honustum sine cuiuspiam animalis auxilio cum vi[a] nimia trahentem conspiceret, utque mox[b] est agricolarum, rura excoleret suoque in agello fortiter insudaret. Cui isdem, ut erat pater omnibus affabilis, acsi huius pauperi foret similis, in eius labore conpaciens, dixit: 'Tu, o pauper miserrime, boum solacia 30 indiges, ideoque in gravi labore taliter desudans[c], acerrime, ut video, fatigatus existis. Cupio ergo tibi nunc adpresens[d] prebere solacium, si tu ipse nullatenus mihi distuleris locum'. At ille homuncio, nempe ut erat necessarius[1], hoc verbum voce affabili[e] a viro Dei audivit, auxiliari sibi ab illo locum dare minime distulit. Tunc benignus Dei famulus plaustrum proprias accepit in ulnas, ut hac illacque[f] per arva traiceret eum, 35 et sic opus incommodum, quod solus ille infelix homuncio[g] agere temptaverat, solus cum sancti istius sodalitate ac magnifica caritate procuravit peragere. Dein vero, opus peractum, tres ei aureos, quos ad suam adhuc necessitatem secum ferebat, protulit hic beatus, dicens ei, ut bovem sibi ex his emeret, ne tale sibi pondus frustra deinceps inponeret ac semen[h] interiret. Sic itaque Dei electus iste divinum ac re dupliciter conplevit 40 mandatum, dum et indigenti inrefragabiliter prebuit solatium.

(31). Vere incunctanter et per omnia venerandus est Dei cultor eximius, qui omnibus, prout in[a] omnibus illi posse fuit, subsidium prebuit et ultra quam ei facultas suppe-

Capp. 29—31. 1.

Cap. 29. a) ipse *pr. m.* 1. b) paupertatem 1. c) *ita scripsi;* discurabat 1. d) sup 1.
45 *Cap.* 30. a) um 1. b) *ita* 1. c) *ita scripsi;* desudas 1. d) adp̄ses 1. e) affa(bili *m. al. superscr.*) 1. f) illaque *pr. m.* 1. g) *ita scripsi;* homū 1; homo *Boll.* h) *ita scripsi;* semet 1.
Cap. 31. a) *ita scripsi;* (in *om.*) o. ille 1.

1) *I. q. angustus.*

teret cunctis prodesse curavit. Enimvero, ut ita dicam, acsi novus alterque Iob iste beatus modernis temporibus foret emersus, pes extitit claudo atque occulus coeco cunctisque pauperibus pater fieri studebat esse benignus. Tanta denique ei humilitas inerat, ut, licet ex nobili sublimique prosapia ortus existeret, nullus tamen infimis ac rusticanis hoperibus se inplicari aliquatenus despiceret. Adeo enim hic beatissimus, in cunctis que agebat sollers, de se humilia sentiebat, quatinus cum David propheta fiducialiter canere quivisset: *Humiliatus sum usquequaque, Domine; vivifica me secundum verbum tuum.* Denique propheta sanctus, post lapsum iam quidem de se humilia senciens, Domini misericordiam pronus indefesse flagitabat; hic autem electus Dei et Christi athleta Sigirannus, ab ineunte aetate bonis accrescens actibus, inmo cum sancta caritate veraque humilitate cor semper gerens sęnile[1], de Domini gratia fretus, grates exinde persolvebat attencius. Proinde propheta sanctus previdens[a] nobis post causam delicti viam salutis divinitus, qualiter quisque in ceno iam voluptatis demersus quantocius Domini misericordiam imploret et adiciat, ut resurgat, almificus nimirum Sygirannus post Dei placita innumera gesta prorsus exemplum reliquid posteris, ut sollicite quisque precaveat, ne in aliquod loetale vulnus incurrat.

cf. Iob 29, 15. 16. — Ps. 118, 107. — ib. 40, 9.

(32). Cum igitur hic beatus de eo agimus incessanter ita perageret, nullatenus quidem a laude Dei ieiuniis simul et orationibus diebus ac noctibus cessabat. Nam crebro noctem pervigil in Domino transigebat; diem vero, prout tempus dictabat, animas simul et corpora indigencium alere satagebat. Nempe iusta[a] illud apostoli[2] dictum ita in omnibus menbra sua mortificabat super terram, ut vix aut parumper cibum vel potum strictum perciperet. Nam ista, ut prefatum est, iugiter peragens, solus pergebat, solus cum Domino suum hopus perficiebat. Hinc datur intelligi, quia, ut[b] iam prelibavimus[c], priscorum patrum iste beatus in cunctis imitator existens, cum propheta sancto Iheremia[3] dicere[d] nihilhominus poterat: *Sedebam*[e] *solus a facie tua, Domine, quoniam comminatione*[f] *replesti me.* Et ideo magnifica istius sancti, beati videlicet Sigiranni, innumera gesta ab humano hore nequeunt conprehendi. Nam quis eius almificis actibus per cuncta valeat conprehendere, cum sibi nullum[g] presentem aliquando ministrum adesse permiserit, qui ea occulis cernere quivisset? Sed licet solus ille ea noverit, qui, antequam fiant, eius occulis cuncta sunt nuda et manifesta, tamen ea que nobis de eius vita vel miracula veridica sunt relatione conperta, prout largiri dignatus est Dominus, dilucidare ac propalare decrevimus. Etenim quia forte, ut reor, perplura que dicenda fuerant omisimus, hec tamen, Dōmino favente, pauca de pluribus sint in propatulo dicta.

cf. Hebr. 4, 13.

(33). Nunc iam deinceps illud adhuc nobis restat agendum, quatinus, prout pius permiserit Dominus, de eius sacratissimo[a] transitu sermonem proferamus ad publicum. Nam cum laborum suorum iam remunerationis tempus adpropinquaret, febris valitudine cepit nihilhominus estuare. Cumque eciam magis magisque vis febricitantis adcresceret[b], eiusque corpusculum efficeretur iam marcidum, quicquid ex pauperticula[4] adhuc illi supererat pauperibus erogavit; quin etiam adeo exertum se ex omnibus fieri provocavit, ut nihil ei nisi una vetusta solummodo tunica, qua uteretur, dum adhuc paulisper in corpore viveret, quippiam residnum esset, fieretque ei ipsa viaticum ad suum sacrum

Capp. 31—33. 1.

Cap. 31. a) (p̄ *pr. m. superscr.*)videns 1.

Cap. 32. a) *ita* 1. b) : ut, *ras.* a 1. c) (amplius *pr. m. corr.* p̄liba)vimus 1. d) dicimus 1. e) Solus sed. *pr. m.* 1 *cum Vulg.* f) conminationem 1. g) *pr. m. in mg. suppl.* 1.

Cap. 33. a) *ita scripsi;* sacratissimum 1. b) *ita coniec. Bolland.;* adquiesceret 1.

1) *Cf. Gregorii M. Dial. II, prol.:* ab ipso pueritiae tempore cor gerens senile. 2) *Pauli ad Colossenses* 3, 5. 3) *Ierem.* 15, 17. 4) *I. q. mediocritas, facultas modica. Duc.*

corpusculum contegendum. Dicebat namque[a] sepe iste beatus illud sancti Iob et hoc implere quantocius satagebat: *Nudus*, inquiens, *egressus sum de utero matris mee, nudum me illuc oportet revertere.* Iamque etiam, ut dicere ceperamus, cum sibi finem vite inspiceret inminere, in humilitate qua ceperat persistens, in locum humillimum suum iussit sepelire corpusculum. Denique hinc inde assistentibus sibi, ut ad[b] cuiuscumque transitum solet fieri, ita de se hic beatus palam professus est omnibus: 'Quoniam indignus sum', inquiens, 'sanctorum alicuius locum preoccupare in ęcclesiis, tantummodo precor, si libet, iusta[c] morem humanum humili in loco meum sepelite corpusculum. Profiteor etenim me esse indignum saltim aliquo in ruris loco me fore humandum'. Tunc more solito, quia isdem pater almificus animarum custos semper extitit devotissimus, viros omnes christianos qui ad eius[d] exitum devoti convenerant ammonere cepit adtentius, quatinus sanctis piisque ac iustis indefesse existerent actibus. Cumque talia perageret atque cum gratiarum accione Deo ac domino nostro Iesu Christo hymnidicas laudes persolveret, beatissimam animam spiritumque angelorum coetibus dignum, ipsis nimirum commitantibus[e], emisit ad celum. Cuius nimirum gloriosus, videlicet almi Sigiranni leviteque Christi, transitus pridie Nonas extitit Decembris, Clodoveo rege illo tunc tempore prosperis successibus regnante necne Aureliano[1] presule Bituricas in civitate nobiliter presidente.

Iob 1, 21.

Dec. 4.

(34). In huius ergo almi transitu eximio consonas[a] laudes referamus Domino, quia hic beatus hubique fretus ovansque de Dei clementia nunc et per secula cum Christo Deo regnat in eterna gloria. Veneremur itaque cum divinis laudibus devotissime huius ad Christum memoratum transitum eiusque in memoria altiboando personemus ore pio congrua melodia. Licet[b] enimvero scriptum sit[2], ne laudes quemquam in vita sua, donec perveniat ad[c] portum oportunum, verum hic Dei vir prestantissimus et in vita sua laudes obtinuit debitas, quia huius mundi fluctivagos strenue calcavit anfractos, et[d] post mortem glorificatus, tripudians cum angelis, cum Deo et agno vitam perhennem adeptus est in celis. Hic prorsus in vita presenti ut armiger Christi non inpotens belligerator extitit invictus et post istius vite defectum aeterne glorie cum Deo et angelis eius promeruit habere consortium. Dicamus ergo devoti[e] corde et animo in huius sancti laude: 'Gloria tibi sit, Christe rex piissime, qui tibi talem affabilem famulum elegisti, Domine'. Quin etiam in huius transitu almifico hymnidicas hic inde reciprocando personemus odas dicamusque in Christi laude: 'Gloria, honor, decus et potestas tibi sit una cum Deo patre sanctoque Spiritu, unigenite Domine'. De cetero etenim, ut fides bonorum omnium ex sanctorum actibus clarescat eorumque corda per eorum exempla alciora transcendant, poscendum est nimirum ab omnibus ac devotissime supplicandum, quatinus, quia nunc et in evum iste beatus cum Christo regnat in celis, sacris suis precibus salutem nobis aput ipsum semper obtineat mentis et corporis, qui vivit et regnat cum Deo patre in unitate Spiritus sancti Deus per infinita secula seculorum. Amen.

Capp. 33. 34. 1.

Cap. 33. a) (nā *pr. m. superscr.*)que 1. b) a 1. c) *ita* 1. d) ei *add., sed pr. m. del.* 1. e) commi'tantibus *pr. m.* 1.

Cap. 34. a) consonans 1. b) Hic et *pr. m.* 1. c) at 1. d) hi *m. al. superscr.* 1. e) devicti 1, *corr.*

1) *Aurelianus inter episcopos Biturigos nullus reperitur neque seriei inseri potest nisi post Chlodoveum defunctum (†* 657 *ex.), scilicet inter Vulfoleudum (a.* 660*) et Chadonem (a.* 672*), sed dubito num locus ille ad episcopum recte relatus sit, nam verba 'praesule Bituricas in civitate* nobiliter *praesidente' potius ad magistratum publicum spectare mihi videntur, scilicet ad comitem.* 2) *Eccli.* 11, 30.

VITA GEREMARI ABBATIS FLAVIACENSIS.

Flaviacum monasterium in pago Bellovacensi situm patroni cuius corpus olim ibi requiescebat Geremari nomine hodie appellatur St.-Germer vel St.-Germer-de-Fly (olim Flay, dép. Oise) neque vero de ipso neque de origine loci quicquam certi compertum habemus historiaque domestica ab abbatibus nonnullis incipit, qui cum monasterio Fontanellensi necessitudine quadam coniuncti erant. Gennardus ecclesiae Rothomagensis vicedominus Pippini vel Caroli principis aevo abbatis munere fungebatur, alter Benignus abbas Fontanellensis propinquus eius, qui ipsi successit, iam utrique monasterio praeerat[1]. *Multo post Ansigisus cum alia duo monasteria rexit, tum hunc locum desolatum atque in egestatem redactum a Carolo M. precarii iure a.* 807. *accepit, qui brevi spatio interiecto aedificia collapsa maiore elegantia restauranda curavit frugumque copiam ut erat rei rusticae peritissimus congessit. Neque studium in Flaviacenses suos intermisit, postquam Fontanellensi quoque monasterio a Ludowico Pio post Einhardum praefectus est, sed sacra et ministeria et vestimenta eis obtulit, libros addidit, basilicam in honorem S. Trinitatis aedificavit, quam variis picturis decorari iussit, denique, antequam a.* 833. *obiit, testamento legavit:* ad Flaviacum illis canonicis libras quindecim, ad opus famulorum eorum libras decem[2]. *Canonici illi qui cellam vel monasterium tunc occupabant multas res adversas mox passi sunt, cum locus discordiis civilibus attritus viroque potenti more illius aevi traditus sit. Destructum eundem Hincmarus nondum episcopus institutus a Carolo Calvo in dies vitae acceperat atque in meliorem statum redegerat, restauratum vero mutata regis voluntate amisit*[3]. *Denique Nortmanni totam regionem illam ferro ignique a.* 851. *vastantes*[4], *ablatis rebus canonicisque expulsis, aedificia omnia una cum ecclesiis everterunt, ita ut restituendi spes iam nulla restaret. Itaque Carolus rex ecclesiae Bellovacensi locum desolatum una cum altero monasterio solacii causa concessit, ut illi a paganis graviter afflictae succurreretur, atque Nicolaus I. papa pactum a.* 863. *confirmavit*[5].

Vitae Geremari textum (A) reperiri licuit edito (B) pressius compositum eoque vetustiorem, id quod collato inter se utroque certo certius intellegi licet:

	A	*B*
c. 4.	in loco nuncupato vico Warandro in pago Belvacensi super fluvium Hittam	in praedicto vico

1) *Gesta abb. Fontan. c.* 3. 2) *Ib. c.* 17. 3) *Flod. III,* 18 *(SS. XIII, p.* 509*)*. 4) *Chron. Fontan., SS. II, p.* 302*; Ann. Bertin. ed. G. Waitz p.* 41. 5) *Gallia christ. X, instr. col.* 240*; Jaffé n.* 2716[2].

	A	B
c. 14.	ad rivum Baniacus nuncupatum vix pontem transierunt.	ad locum qui Baniacus pons dicitur
c. 9.	et omnibus lubricis mundi	et omnibus huius mundi curis
5 c. 12.	in onus presbiteratus	in gradum presbyterii.

Liquet enim vocabula quae in A leguntur auctoribus vetustioribus familiaria esse, e. gr. nuncupato *(olim* nuncupante*),* lubricis, onus *(cf. V. Vedastis c.* 5*), ea vero recensionis B, ut scholarum usui melius respondent, posterioris esse aevi. Alter auctor id inprimis egit, ut quae in serie rerum desiderabantur ea suppleret nexumque causarum* 10 *restitueret. Praeterea de rebus Geremari propriis haud pauca addere studebat, quomodo ecclesiae Remigii in vico Warandro sitae multa ille largitus esset, deinde Amalberto filio rem familiarem suam consentiente Dagoberto tradidisset, id quod Chlodoveus confirmasset, denique Flaviaco totam hereditatem suam concessisset. Haud modicum temporis intervallum inter A et B intercessisse ex his argumentis colligi licet. Cellula teste A a Geremaro aedi-* 15 *ficata pauperesque XII ibi collocati erant, ut pro anima Amalberti filii orarent:* qui locus xenodochium est nuncupatus usque in presentem diem. *Ecclesia vero in honorem S. Iohannis constructa auctoris B aevo locum cellulae occupabat monachique XII neque pauperes Deo ibi serviebant, utque omnia interim accreverant, ita villas multas, scilicet propria Geremari praedia, ecclesiae illi a conditore relictas esse idem* 20 *auctor asseruit, dum A solos reditus commemorat ibidem institutos. Certe vita A paulo ante Nortmannorum cladem a.* 851. *composita est, nam corpus sancti in ea ecclesia adhuc requievit, quam ipse construxerat, in Flaviaco videlicet monasterio. Neque verba:* ubi feliciter requiescit *in recensione B leguntur neque locus similis ad Geremari filias spectans, quas in Remigii ecclesia in vico Warandro requiescere A enarraverat. Corpora* 25 *itaque auctoris B aevo sepulchris suis non amplius continebantur translata sine dubio Nortmannis inruentibus atque retractatio illa non ante composita mihi videtur esse, quam monasterium Flaviacense saec. XI. a Drogone episcopo Bellovacensi instauratum est.*

Vetustior quam eruimus V. Geremari aeque atque dudum edita historicam fidem minime meretur eaque quae auctor de patrono rettulit ita gesta esse non posse ex solo 30 *ordine temporum intellegitur. Dagoberto rege sanctus in palatium venisse, secretorum consiliarius factus esse, uxorem duxisse, liberos genuisse, eodemque rege filius Amalbertus ab Audoino 'sacerdote Dei' baptizatus locum patris in palatio obtinuisse dicitur. Attamen rex ille solos annos* 16 *ex a.* 623. *ad a.* 639. *regnavit atque Audoinus episcopus factus non est nisi post illius mortem, scilicet a.* 641. *Auctor A a* 30. *eiusdem regis anno* 35 *incipit, quo sanctus in iuventute optima Deum praefecisse omnibus fertur, atque eodem rege eum Audoini scholas adiisse idem etiam infra rettulit, sed conversionem perfectam anno demum* 11. *Chlodovei, i. e.* 649. *p. Chr., attribuit. E contrario auctor B ab ortu patroni incipiens eum ipsum Dagoberto rege contigisse asseruit, quo facto anachronismus ita auctus est, ut librarii nonnulli (e. gr. B* 1*) Chlotharium regem substituerint,* 40 *aliis (B* 2a. b*) lectionem primigeniam servantibus. Neque ullum antiquitatis vestigium in hac Vita reperire mihi licuit, unde facere non possum, quin Paulo Roth*[1] *assentiar biographo fidem ullam abroganti.*

A 1*) Codex Parisiensis n.* 5306 *(Colb.* 705, *Regius* 3654*), formae magnae, saec. XIV, cum alias vitas vetustiores*[2] *tum hanc fol.* 10—11'. *continet.*

45 *B* 1*) Codex Parisiensis n.* 17627 *(Notre Dame n.* 101*), olim Claudii Iolii canonici Parisiensis, formae maioris, fol.* 129—138', *saec. XI.*

1) *'Gesch. des Beneficialwesens'* (1850) *p.* 442. 2) *E. gr. Iohannis Reom.; cf. SS. rer. Merov. III, p.* 503.

B 2a) Codex Parisiensis n. 9745 *(Suppl. lat.* 201[6]*), saec. XV, bibliothecae publicae a Traulé a. XII. rei publicae Gallicanae (=* 1804 *p. Chr.) dono datus, fol.* 1—4. *Vitam exhibet multis hiatibus destitutam, quam* Narracio, qualiter reliquias beati patris nostri Geremari accepimus, *excipit (inc.* Quod olim diuque, *ed. AA. SS. Sept. VI, p.* 698*).* 5

B 2b) Codex Ambianensis n. 467, *saec. XVII, fol.* 67—72'.

Solum textum B ediderunt I. Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis 1669, *Saec. II, p.* 475—482, *codice B* 1 *usus,*

I. Perierus, Acta sanctorum, Antverpiae 1757, *Sept. tom. VI, p.* 698—703, *editionem praecedentem iterans*[1]. 10

Vitam una cum translatione in versus francogallicos saec. XIII. redegit Petrus clericus Bellovacensis, cuius opus cura vicecomitis de Caix de Saint-Aymour nuper editum est[2].

B. Krusch.

INCIPIT VITA BEATI GEREMARI CONFESSORIS ATQUE ABBATIS, QUI OBIIT IN BELVACENSI COMITATU III. KL. IANUARII. 15

(1)[a]. Anno tricesimo[3] Dacoberti gloriosissimi[b] regis et eximii domini et per cuncta magnificentissimi sanctus atque vir beatissimus Geremarus, generositate nobili enitens atque culmine dignitatis precellens, in iuventute optima Deum prefecit omnibus. Clemenciam Dei reveritus sibi destinatam, Dominum rogabat devotus. 20

(2). De pago Belvacensis quidem fuit urbis oriundus in partibus Gallie apud occasum in latere in villa Warandro[a. 4], que est super fluvium Hitta[b. 5] nomine. Genitor et genitrix eius nobilissima fuerunt gente procreati. Pater vero Richobertus[c] et genitrix eius Aia* enutrierunt filium suum et exaltaverunt et omnes res quas habuerunt post obitum illorum in manibus suis dereliquerunt. 25

cf. Act. 12,24. (3). Cum autem crescere et multiplicari in bonis operibus cepisset, directus est in palacio regis receptusque est a rege honorifice, in aulaque regali conditus, secretorum consiliarius ad aures regis semper presens erat. In litterarum eruditione apertus, in capienda arte funditus altissimus mirique ingenii bene notus, forma decoratus, caput erat eius speciosum, facies ut rosa, oculos habens ut sol 30 irradiantes, sensum illustrem; probatus erat in facto, in fide perfectus, usque in finem obediens.

*) Aga *et add.* ex gente Francorum nobili orta *B.*

Capp. 1—3. *A* 1.

Cap. 1. a) *capita non distincta sunt A* 1. b) gloriosissi *A* 1. 35
Cap. 2. a) Warandra *B.* b) Ittam *B.* c) Rigobertus *B.*

1) *Tertia quae in Bibliotheca hagiographica latina n.* 3437 *citatur editio Renet, 'S. Lucien et les autres saints du Beauvaisis' III,* 2 *(*1895*), p.* 730—42, *nobis praesto non erat.* 2) *'Vie versifiée de S. Germer par Pierre, clerc à Beauvais au commencement du XIII. siècle' ('Mém. du comité archéol. de Senlis', III ser., tom. VIII,* 1894, *p.* 45—80*). Cf.* 40 *Anal. Boll. XIV, p.* 446. 3) *Anno* 16. *regni Dagobertus obiit.* 4) *Nortmanni postquam urbem Bellovacensem et Flaviacum monasterium a.* 851. *cremarunt, reversi a Francis fugati sunt loco qui olim appellabatur Wardera (Chron. Fontan., SS. II,* 302*), quemque hodie vocant Vardes ad Epte fl. situm (comm. Neufmarché, cant. Gournay-en-Bray, arr. Neufchâtel, dép. Seine-Inférieure), interpretante E. Roussel archivario Bellovacensi.* 5) *Epte affluens Sequanae fl.* 45

(4). Dum frequentaret multis temporibus palacium regis, ut consueverat, tractat favens seculo, cui cum omnibus rebus suis se sociare potuisset. Ipso autem hec cogitante, declinat in hoc sensu, ut uxorem acciperet. Sociavit itaque puellam sibi cui nomen Domane[a] in coniugium, valde honorabilem[b] et in rebus 5 terrenis cum omni felicitate decentem. Fecit namque Dominus, ut ex ea generaret unum filium et duas filias. Desponsata vero fuit viro illa in medio nata, iunior Deo sacrata. Ambe quoque virginitatem professe vitam finierunt, sepulteque sunt in ecclesia beati Remigii in loco nuncupato vico Warandro in pago Belvacensi super fluvium Hittam et ibidem in pace requiescunt.

10 (5). Filius autem ei fuit superstes, cui nomen imposuit in baptismo[a] Amalbertus. Gaudens vero et exiliens super illum dedit eum lactanti, ut nutriret eum. Erat enim in illis diebus in palatio regis quidam amicus eius nomine Audoenus, vir sanctus Dei vocatus, et omnia que agebat per consilium eius exercebat. Direxit itaque nuncium ad eum[b] narravitque ei, quod filius illi successerat; 15 prostratus ergo petivit ab eo, ut a sancto fonte susciperet filium eius. Acquievit ei sacerdos Dei, ivit ad fontem et suscepit eum ab ipsis aquis vocavitque illum filiolum benedixitque eum atque dimisit. Ibat autem puer ad lactantem suam atque ita nutritus est. Cum autem vir factus est pulcherrimus, in palacio regis Dachoberti instituitur pro patre. Dum autem procurarentur in exercitu ab eo 20 multa, regi erat obediens per omnia.

(6). Beatus autem Geremarus cum rediisset ad loca sanctorum, multa bona opera fieri obtabat. Inter cetera vero de rebus suis fundavit in Insula[1] quadam cenobium magni benefitii et penitus de suo proprio construxit. Ecclesiam ibi edificavit in honore apostolorum Petri et Pauli atque aliorum sanctorum reliquie 25 ibi ponuntur in eorum societate. Fecit ibi in monasterio conversationem sanctam monachorum, ut sub regula viverent regulariter ac devote. Constituit eis Archarium abbatem, ut per ipsum fuissent correcti atque eruditi.

(7). Cum autem vidisset beatus Geremarus omnia que fecerat, iter capiens, in palatio Dacoberti regis venit[2] et dixit ad sanctum Audoenum: 'Peto a te, 30 sancte pater, ut viam Dei mihi insinuare non renuas, per quam salvari possim'. Sanctus Audoenus respondit: 'Dominus dicit: *Qui amat patrem aut matrem* aut fratrem aut agros aut uxorem aut filios *plus quam me, non est me dignus*. Et alibi Petrus[3] dixit: Vos qui reliquistis omnia et secuti[a] estis me, centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. Ista Dominus servis suis conservare precepit'. 35 Beatus Geremarus Audoeno dixit: 'Vado ad dominum nostrum Iesum Christum, qui me vocavit ad suam sanctam vocationem, et hoc quod in euangelio dignatus est dicere et sperantibus in se proferre complebo, ut ab eo retributionem merear

Matth. 10, 37. cf. ib. 19, 29.

cf. ib. 19, 27—29.

Capp. 4—7. *A* 1.
Cap. 4. a) Domanam *B*. b) honorabbilem *A* 1.
40 *Cap.* 5. a) bałirmō *A* 1. b) ad deum *A* 1.
Cap. 7. a) sequti *A* 1.

1) Ad Insulam monasterium *Ansigisus abbas (†* 833*) solidos* 15 *legavit (Gesta abb. Fontan. c.* 17, *p.* 59*), quod Isla appellatur in actis concilii Duziacensis a.* 871 *(Conc. ed. Mansi tom. XVI, p.* 584*). Locus Nortmannorum rabie destructus postea praedium monasterii 45 Flaviacensis factus est, a quo haud multum distabat (hodie St.-Pierre-aux-bois?).* 2) *Rege consentiente cuncta quae sui iuris erant Amalberto filio coram principibus Francorum tradidit teste biographo B.* 3) *Potius Iesus.*

accipere. Relinquo domum meam hodie, ut agam deinceps quod bonum est omnibus diebus meis; quia sic est misericors et benignus Dominus quique sua sunt ubique ad se venire non negavit'. (cf. Ioel 2, 13.)

(8). In eodem autem tempore Dachobertus rex obiit. Postea vero, anno undecimo regnante Chlodoveo[a] rege, correctus est beatus Geremarus ad viam salutis ad consilium sancti Audoeni et a rege Clodoveo petivit, ut se[1] et omnia sua deponeret et cenobio se traderet ad serviendum Deo viventi. Ad iussionem autem regis sanctus Audoenus tonsoravit eum et dedit ei Panthalum[b, 2] monasterium precepitque ei, ut ibi abbas esset et pastor ovium et illuminator animarum. Beatus autem Geremarus cum esset sapiens et roboratus dono Dei, sancto precepto eius se denegare non potuit. Sed in magna afflictione atque suspirio cum lacrimis regendum accepit monasterium.

(9). Relicta autem uxore et filio et omnibus lubricis mundi, secutus est dicta apostolica et abiit ad monasterium quod dicitur Panthalum in pago Rotomagensi, qui est super fluvium Lirizinum[3]. Fuit autem ibi in oratione diebus ac noctibus et in temporibus vigiliarum et sanctorum sollempnitatibus de templo Domini non discedebat, sed prostratus corpore atque fixis genibus orationem Deo perhenniter fundens, ieiunabat cotidie et vespere se reficiebat. Cibus erat illius panis paximaticus[a] et aqua salubris[b] cum oleribus, unde saturitas ventris non afflueret. Magnum itaque ille Domino miroque modo et inestimabili predicatione populum adquisivit et promonebat[c] unumquemque, ut in lege Dei meditarentur. (cf. Ps. 1, 2.)

(10). Erat autem ibidem in monasterio multitudo maxima monachorum, quorum quidam, videlicet boni atque cultores Dei, predicationem receperunt illius, mali vero et impii tractaverunt de morte ipsius, ut per quandam dampnationem eum interficerent. Erat autem ei consuetudo in lectulo iacere sine strato cum una culcitra. Ipse namque ad lectulum de nocte, impleto offitio, reverti consueverat. Quod impii atque invidi monachi considerantes, averterunt a Deo oculos mentis et declinaverunt sensum in eius occisionem hoc modo. Sub culcitra quadam posuerunt cultrum, manubrio eius in terra fixo, sed acumine sursum erecto, in quo intrando lectum se interfecisset.

(11). Cum autem recessisset in nocte ab offitio suo amicus Dei, cum autem non esset ei consuetudo tangere lectulum, casu manu tetigit sensitque cultrum. Reversus ergo in templo Domini, lacrimas fundens, fuit in oratione nocte illa usque ad diluculum. Et mane facto, quod ei contigerat nemini revelavit. Tercia vero hora diei ad collectionem[4] capituli prostratus atque provolutus manus

Capp. 7—11. *A* 1.
Cap. 8. a) Chlodo *A* 1. b) Pentalli *B*.
Cap. 9. a) *ita B*; paxmaticus *A* 1. b) salsissima *B*. c) *ita A* 1 *cum B* 1.

1) *B*: petiitque ab eo, ut filio suo quod pater eius concessit concederet. 2) *Loco postea Samsonis nomen inditum est, hodie Saint-Samson-sur-Risle (dép. Eure); cf. Longnon, 'Atlas histor. Texte explic.'* p. 194. *Pentale inter ea monasteria erat, quibus Ansigisus abbas Fontanellensis* († 833) *solidos nonnullos legavit; cf. Gesta abb. Fontanell., ed. S. Löwenfeld* p. 58. 3) *Affluens Sequanae mutato nomine postea Risela vel Rizela appellabatur, hodie la Risle vel Rille; cf. Joanne, 'Dict. géogr. de la France' s. v. Risle; E. Vacandard, 'Revue des questions historiques' LXIX* (1901), *p.* 35. 4) *Idem quod collatio monastica. Ducange h. v.* Post lectionis disputationem *B, atque collationes vel disputationes de lectione ante missam olim habebantur monente Mabillonio.*

amplexari et pedes monachorum osculari cepit petiitque ab eis, ut illa cripta, que est in vasto ac in solitudine[a] super fluvium Sequane, unde Samson serpentem eiecit[1], ad inhabitandum ei concederent. Monachi autem dixerunt: 'Cur nos, pater, deseris aut cui nos desolatos relinquis? Quid egimus? Quid culpe incurrimus vel in 5 quibus contrarii tibi sumus?' Ille autem dixit eis: 'Neminem vestrum mihi contrarium assero, sed a vobis quero tantummodo[b], ut de ista sede pastorali me absolvatis'. Illi autem nolebant, sed magis ac magis rogabant eum, ut a proposito desisteret, et fleverunt moti pietate. Sed dilecto Dei Geremaro cognitum fuit quod impiorum nequicia que inventa fuerat latere non poterat, licet qui prius 10 fecerant alicui non dixit nec in monasterio stare voluit.

Sulp. Sev. p. 3, 10.

(12). Sancto itaque Audoeno redacto in monasterio, ipse abiit cum monachis quibusdam ad criptam iam dictam in solitudine super fluvium Sequane et ibi refulsit in habitaculo. Ibidem plurimam abstinenciam faciens, sicut anima consueverat, in pauperibus Dominum respexit, quia nudos operuit, infirmos visitavit, 15 mortuos sepelivit, in tribulatione multos consolatus fuit, peregrinis et egenis cotidie elemosinas tribuebat. Erat autem pater[a] orphanorum et amator ecclesiarum. Cum autem in tanta excellencia per illum Dominus exerceret virtutes, officia clericorum in familiaritate sua ex more construxit probatasque personas ad[b] honorem clericatus secundum ordinem ampliavit. Sanctus Audoenus memor factus 20 amici Dei, eo quod Domino fideliter serviebat, meritum eius sciens, in onus presbiteratus eum ordinavit. Factus est igitur sacerdos magnus in illis diebus in cripta iam dicta et placuit Deo et hominibus, quia officium Dei viriliter exercebat, quia in pectore divinarum scripturarum flagranciam gestabat. Fuitque ibi annis quinque et tribus mensibus.

cf. Act. 12, 7. cf. Matth. 25, 36. 8, 22. cf. Ps. 67, 6.

25 (13). Denique venit ei nuncius, quod filius suus Amalbertus, quem in palacio regis reliquerat, cum rediisset de exercitu et de Vasconia, terra videlicet longinqua, egrotare cepit, unde evadere nullatenus potuit, et virginem se esse professus, emisit spiritum. Cum autem ei nunciatum fuisset, sicut Iob dixit: *'Dominus dedit, Dominus abstulit; quomodo Domino placuit, sic factum est: sit nomen Domini benedictum* 30 *in secula'*. Et iterum dixit: *'Laudate Dominum, omnes gentes, laudate eum, omnes populi, quoniam confirmata est super me manus tua, Deus, et veritas tua non derelinquat me'*. Cum autem hoc dixisset, fecit, sicut Dominus in euvangelio ortatur, infirmos visitavit, mortuos sepelivit, in tribulatione positis subvenit, dolentes consolatus est.

Iob 1, 21. Ps. 116, 1. 2. cf. Matth. 25, 36. 8, 22.

(14). Exivit autem de illa cripta sanctus Geremarus et cum cantibus in via 35 pectora percuciebat et ymnis et cum David laudem Deo dicebat: *'Dominus pars hereditatis mee et calicis mei; tu es, qui mihi restituisti hereditatem meam. Funes ceciderunt mihi in preclaris, etenim hereditas mea preclara est mihi'*. *Funes ceciderunt* dicitur de filio atque filiabus, quomodo cecidissent. *Hereditas preclara* dicitur, quia hereditas illius a Domino sibi restituetur. In itinere decantantes psalmodiam 40 psalmorum, transierunt pagum Vilcasinum[2], et venientes Belvacense territorium, pervenerunt ad locum, ubi defunctus esse dicebatur. Venientes autem cum exultacione et absque ulla tristicia elevaverunt corpusculum in feretro cum magno silencio et laudes decantando deferebant eum ad monumentum ad Insule mona-

Ps. 15, 5. 6.

Capp. 11—14. *A* 1.

45 *Cap.* 11. a) *ita infra;* sollicitudine *A* 1; in vasto solitudinis *B*. b) *ita scripsi;* tamen modo *A* 1.
Cap. 12. a) *ita B; om. A* 1. b) *ita scripsi;* et *A* 1.

1) *V. Samsonis I,* 59 (*ed. Mabillon, AA. SS. Saec. I, p.* 168[2]) 2) *Le Vexin.*

sterium, quod prius construxerat. Populus autem virorum ac mulierum sequebatur illum, flentes atque lugentes, et venientes ad rivum[a] Baniacus nuncupatum, vix pontem transierunt.

(15). Hiis autem qui portabant eum ita aggravari[a] ceperunt pedes, quod antea[b] pergere non potuerunt. Quod videns sanctus Geremarus, iussit eum in terra deponi, et deponentes eum, tulerunt velum eius, unde coopertus fuerat, ut comprobaret Dominus merita illius. Dum autem coaptarent se in faciem pueri, sanguis faciem eius rigans per nares fluebat[1]. Cum autem populus ibidem diu esset ad expectaculum, sanctus Geremarus, cruce ad caput eius posita et genibus in terra defixis, lacrimatus est coram eis, et oratione facta, Dominum deprecabatur, ut in requiem eum sanctam collocare dignaretur. Et completa oratione, surrexit et in ipso loco de rebus suis cellulam* iussit hedificari, ibique pauperes duodecim sustentari constituit, ut pro anima Amalberti, filii Geremari, orarent omni tempore. Reditus quoque ibidem instituit et per instrumenta cartarum confirmavit, unde ad sufficientiam vivere possent. Qui locus xenodochium est nuncupatus usque in presentem diem.

(16). Postea ergo monuit eos, ut portaretur corpus ad sepeliendum in loco iam dicto. Illi autem homines qui prius portabant eum, absque ullo gravamine venientes ad monasterium Insule predicte, in basilica sancti Petri cum linteaminibus et thimiamathe in tumulo ex more composito cum diligencia sepelierunt illum.

(17). Postea vero, sciens beatus Geremarus, quod antiquus hostis per mille nocendi artes homines subvertit ad mortem, ne, quod absit, illos qui cum illo venerant ulla suasione subvertere potuisset, collectis omnibus ecclesiastici ordinis presbiteris, dyaconibus, lectoribus, hostiariis et ceteris ministris ecclesie et illis qui cum eo exierant de illa extrema cripta, dixit ad eos: 'O viri, fide armati domini nostri Iesu Christi, stemus contra insidiatorem dyabolum antiquum hostem, ut nulla tela nequissima in nos valeat extendere. Eamus itaque ad sanctum Audoenum et petamus ab eo, ut per illius beatitudinem aut in heremorum loco aut in aridorum campestri aut in aliqua extrema parte possimus Deo servire'.

(18). Consilio vero inito, quidam in offitio divino perfecti venerunt ad consolatorem patrem. Tunc sanctus Audoenus dixit ad beatum Geremarum: 'Considerate ergo, fratres, viros ex vobis[a] boni testimonii et pariter communem faciamus orationem, ut vobis[a] censeat Deus locum ad inhabitandum'. Positis autem genibus, orationem ad Dominum fuderunt, ut revelaret eis, in qua parte heremorum habitationis locum habere mereantur. Elegerunt itaque ieiunia triduana cum vigiliarum solacio[b], in quo tempore non moratus est Deus sperantes in se respicere. Cum autem in nocte sanctus Audoenus esset sopore depressus, vidit in visu angelum Dei de celo emissum, qui suscitavit eum, dicens: 'Cur vos una voce ad Dominum vociferamini? Surge cum electo Dei Geremaro et cum illis qui cum eo sunt et

*) *Ecclesiam monachosque XII loco attribuit B:* Tunc beatus Geremarus in eodem loco eclesiam fieri praecepit in honore sancti Iohannis; duodecim monachos ibidem constituit, — — reliquit eis multas villas, scilicet propria praedia per cartarum monimenta.

Capp. 14—18. *A* 1.

Cap. 14. a) ad locum qui Baniacus pons dicitur *B*.
Cap. 15. a) agravari *A* 1. b) an̄a *A* 1.
Cap. 18. a) ub̄ *A* 1. b) solercio *A* 1.

1) *Ita V. Eligii II,* 37.

perge ad locum heremorum Flaviaceum[1] nuncupatum; ibi enim non est hominum habitatio ab annis quadraginta et ibi templum Domino hedificent'. Postquam vero indicavit sancto Audoeno hec omnia angelus, sublatus ab eis recessit.

(19). Sanctus igitur Audoenus evigilans mane surrexit et retulit eis visum 5 quem viderat, unde admodum festinanter consolati pergunt ad locum. Cum autem pervenissent ad locum qui Flaviacensis terminus nuncupatus est, ecce! nebula de celo descendens illuxit super eos et venit vox de celo, dicens: 'Electi Dei, ecce locus nimis metuendus!' Cum autem vidisset sanctus Audoenus terribilem locum et rorem celestem terram illam tegentem, quam manu tenebat virga mensus 10 est in quadro plateam, ubi templum Dei hedificarent. Consignato utique loco in nomine Dei patris, discessit ab eis. Sic quoque sanctus Geremarus cum omni grege sibi commisso ad huius loci hedificationem advenit*. Fuit autem ibidem perseverans in opere Dei quod ceperat per annos tres et menses sex, et tunc in Domino III. Kl. Ianuarii emisit spiritum. Corpus vero eius sepelierunt sacerdotes Dec. 30. 15 in sancta ecclesia quam construxerat, in Flaviaco videlicet monasterio, ubi feliciter requiescit.

(20). Nec hoc silebo miraculum, quod ibidem Dominus ad fidem sequencium corroborandam operari dignatus est. In eodem quoque venerabili loco mulieres non ingrediuntur, ceci illuminantur, surdi auditum recipiunt, demones effugantur, 20 fures ibi non latitant. Illi qui ferro astricti videbantur soluti, vinculis disruptis, redeunt. Multa quidem et alia innumera per servum suum Geremarum Dominus dignatur miracula facere usque in presentem diem, adiuvante Christo domino nostro, cui est honor et virtus per infinita secula seculorum. Amen.

*) *B addit:* aedificavit ibi ecclesiam in honore sanctae et individuae Trinitatis[2] 25 sanctaeque Mariae virginis et sancti Iohannis sanctique Petri apostolorum principis et ibi totam suam hereditatem tradidit.

Capp. 18—20. *A* 1.

1) *Locus patroni nomine hodie appellatur St.-Germer vel St. Germer-de-Fly (olim Flay, dép. Oise), cuius ecclesia saec. XII. constructa est.* 2) *Eam Ansigisus potius abbas aedificavit; cf. Gesta abb. Fontan. l. l. p.* 56.

VITA ELIGI EPISCOPI NOVIOMAGENSIS.

Secundis auspiciis aevi illius quo iam versamur, cum domi bellique res Merowingicae augerentur, artes quoque revirescebant atque opera et profana et ecclesiastica artificis illius ingeniosissimi usque ad nostra tempora celebrari numquam cessaverunt, Eligii scilicet aurificis et monetarii. Ipsius ope sollertia gallo-romana in medium aevum translata est, idemque episcopus creatus convertendis Belgicae secundae gentibus paganis vix minorem laudem meruit.

Eligius[1] *neque Elegius, sicut saepe scribebatur nomen, quod rectius fortasse Elicius scribendum est, parentibus natione Romanis*[2]*, patre scilicet Eucherio, matre Terrigia*[3]*, in villa Catalacensi (hodie Chaptelat, cant. Nieul, arr. Limoges, dép. Haute-Vienne), a Lemovicibus sex circiter milibus versus septemtrionem distante, c. a. 590. natus est, cumque adolevisset ingeniumque eius pater perspexisset, Abboni fabro aurifici probatis-*

1) Eligius *et* Elegius *in libris scriptis non solum Vitae ipsius, sed etiam aliorum fontium promiscue adhibita sunt nomina eodemque modo nummi inter se discrepant:* Eligius *vel* Eligi *nummi regum Chlotharii (M. Prou, 'Les monnaies Mérovingiennes. Catalogue des monnaies françaises de la Bibliothèque nationale', Parisiis* 1892, *n.* 1390*) et Chlodovei (ib. n.* 686. 688. 690*), palatini (ib. n.* 696*), scholae palatinae (ib. n.* 700. 702*), monetarii solius (ib. n.* 707 —709*);* Elegius *vel* Elegi *nummi regum Chlotharii (ib. n.* 1389*), Dagoberti (ib. n.* 1394. 1395*), Chlodovei (ib. n.* 1364. 1365*; cf. p. XLV), denique monetarii solius (ib. n.* 710. 711. 1430*). Tertium vero in eis nomen occurrit* Elicius, *corrupte* Elcius, *vel* Elici, *scilicet in nummis regum Chlotharii (ib. n.* 1391*), Dagoberti (ib. n.* 685. 693. 694*), Chlodovei (ib. n.* 689. 695*), atque de antiquitate eiusdem vix dubitari licet. Elicius cognomen Iovis omnibus notum est, significans eum qui elicit; cum vero frater sancti* Alicius *(V. Eligii II, 15) rectius Alethius (cf. Concilia ed. Maassen I, 225) nomine Graeco (ἀλήθεια), i. e. verax (Forcellini, Onomasticon I, p. 209), appellaretur, ipsius quoque nomen ex eadem lingua ducere malo, scilicet e Gr. ἠλίθιος, i. e. vanus. Falsa igitur etymologia idem ad verbum* eligere *relatum est non solum a biographo (I, 2:* Erit enim vir sanctus ac de gente sua e l e c t u s*), sed fortasse iam a sancto ipso, unde discrepantia* Eligius *et* Elegius *exorta est, licet electo hoc nomen minime conveniat, sed ei qui eligit. Utram scribendi rationem sanctus anteposuerit, ex nummis decidi nequit, sed extat adhuc subscriptio ipsius, qua privilegio monasterio S. Dionysii a Chlodoveo rege dato a. 654. assentiebatur:* ✠ [IN] XP̄I NOMINE ELIGIUS EP̄S SUB. *(A. Letronne, Dipl. et chartae Merovingicae aetatis, tab. IX; 'Oeuvres de Julien Havet', Pariis 1896, I, p. 239), litteris grandibus exarata, sicut monetarium decebat, eamque secutus per tot saecula usitatum nomen immutare nolui.* 2) *Peregrinum eum Franci abhorruisse dicuntur:* Numquam tu, R o m a n e, quamvis haec frequenter taxes, consuetudines nostras evellere poteris *(V. Eligii II, 20).* 3) *V. Eligii I,* 1.

simo in disciplinam datus est, qui publicam fiscalis monetae officinam apud Lemovices tunc gerebat[1]. *Discipulus sollers cum arte illa brevi institutus esset, ut magis proficeret, relictis patria parentibusque, Francorum terram adiit, scilicet Neustriam, ubi Chlotharius II. tunc regnabat. Bobo*[2] *autem regis thesaurarius artifice ingenioso egregie uti poterat, cumque industriam eius cognovisset, non solum patrocinium ipsius suscepit, sed etiam regi eum commendavit ad sellam auro gemmisque sollerter fabricandam, cum artis illius peritus in palatio minime reperiretur. Tanta iam fide aurum commissum dispensasse dicitur, ut ad duas sellas perficiendas sufficeret, qua re rex gavisus maiora ei credidit. Probitatem enim artificiumque eius iam exploratum habens monetarium urbis Massiliensis advenam instituisse videtur, qua de re infra plura, denique in palatium eum vocavit. Chlothario a.* 629. *defuncto, in tantam Dagoberti familiaritatem*[3] *intravit, ut consiliis secretis saepe adhiberetur*[4], *unde in cameram regiam diversis ex causis crebro arcessebatur vel noctu*[5]. *Plurima ex auro gemmisque in usum regum fabricabat utensilia, sedensque in defosso*[6], *scilicet loco excavato, codicem ante oculos habebat apertum; ex adverso vero Thillo verna ex genere Saxonico socius laborum magistro assidebat. Tantum auctoritatis et gloriae in palatio assecutus est, ut legati peregrini advenientes regem Francorum non prius salutasse dicantur, quam ipsum adiissent, victus necessaria aut consilium salubre poscentes. Erat ipse e legatis Francorum in Britanniam a.* 636/7. *missis, ut Iudacailem regem ad satisfaciendum commoverent, artesque eorum successum habuerunt, ut veniam petiturus ad Dagobertum ille cum multis muneribus proficisceretur*[7]. *Quidquid a rege postulabat, Eligius facile impetrabat*[8], *cumque tantum apud illum valeret, munera ei affluebant copiosissima. In comitatu regio regnum peragrans vel in Austriam profectus est atque Argentoratum venit*[9]. *Domicilium vero eius Parisiis collocatum erat, ubi cathedram regni Chlodovechus quondam constituerat*[10].

Quaestum quem fecit maximum piis operibus totum impendit, scilicet eleemosynis dandis, captivis redimendis, monasteriis construendis. Confluebant autem ad eum undique cum viri religiosi tum monachi, quibus victum necessarium praestabat. Iam Massiliae constitutus captivos plurimos redimebat tam Romanos, Gallos, Britannos, Mauros, quam Saxones, qui gregatim tunc ex propriis sedibus pulsi sub corona vendebantur; nonnumquam agmen integrum usque ad centum homines utriusque sexus ex diversis gentibus venientes, ubi primum navi egressi sunt, pariter liberabat[11]. *Si pretium facultates suas excedebat, cingulo, tunica, calceamentis, victu cotidiano se privabat, ut miseris subveniret, atque ornamenta quae habebat pretiosissima, vestes apparatissimas, brachiale aureum, sacculum auro gemmisque distinctum pro iisdem offerebat aut quibuscumque egentibus ministrabat; ipse totum cultum mundiorem postea contempsit atque funiculo cinctus vilibusque indutus vestibus incedebat*[12]. *Captivos ubi primum redemit per denarium more pristino coram rege manumittendos curavit, qui optione data alii in patriam redierunt, alii in monasteria recepti sunt, alii cum ipso conversabantur. Tituinus genere Suevus cubicularius cum compluribus vernis in contubernio eius degebat totaque cohors tam religiosam vitam agebat, ut nonnullis clericis factis unus Buchinus nomine ex gentili conversus monasterio Ferrariensi abbas praeficeretur*[11]. *Multa sanctorum pignora in cubiculo eius suspensa erant atque parietes libri sacri circuitu ambiebant plurimi*[12]. *Misericordia eorum commotus qui capitis sup-*

1) *V. Eligii I,* 3. 2) *Ib. I,* 4. 3) *Ib. I,* 9. 4) *Ib. I,* 14. 5) *Ib. I,* 12. 6) *V. Eligii I,* 10, *sed in editionibus prioribus vocabulum frustra quaeras, quarum lectionem corruptam* indefesso *ad codices emendavi.* 7) *V. Eligii I,* 13. *Nomina cum reliquorum legatorum tum Eligii non attulit Fredegarius IV,* 78. 8) *V. Eligii I,* 14. 9) *Ib. I,* 31. 10) *Greg., H. Fr. II,* 38. 11) *V. Eligii I,* 10. 12) *Ib. I,* 12.

plicio affecti erant, severitatem ultra necem extendi noluit. Itaque a rege impetravit, ut corpora eorum per urbes vicosque sepeliendi haberet potestatem, qui in patibulis suspensi aut rotis alligati exspiraverant, unde ex comitibus suis Gallebodum et Vincentium vespillones emisit, qui sarcula secum ferentes, ubicumque cadaver invenissent, humo illud confestim tegerent[1].

In palatio familiari amicitia secum coniunxit viros egregios cum Desiderium aliosque tum Dadonem referendarium, quocum caritate intima devinctus eodem utebatur contubernio[2]. *Hi tres mutuam consuetudinem sedulo observabant; Dadoni epistulam inscribens Desiderius tertium amicum praetermittere noluit Eligium*[3], *isque ipsi non solum suo, sed etiam Dadonis nomine salutem dixit, quamvis longis terrarum spatiis seiunctus*[4]. *Familiaritatis inter Eligium atque Dadonem seu Audoinum intercedentis utriusque biographus testis est*[5]. *Dado iam teneris annis a Columbano una cum fratribus suis petente matre benedictus erat*[6], *qui in palatium receptus magistri sui praecepta inter socios diffundere poterat; certe constat etiam Eligium aulicis adscriptum Scottorum partibus adhaesisse*[7]. *Quare consentaneum erat vitam austeram atque valde religiosam in palatio eum degisse.*

Summum quoque studium Eligius eo convertebat, ut Luxoviensium monachorum religionem regulamque quam tunc tenebant longe lateque divulgaret, eaque de causa monasterium quamvis laicus construxit celebre illud Solemniacense[8] *(hodie Solignac, dép. Haute-Vienne), ad rivum Briance situm, ab urbe Lemovicina distans versus meridiem quattuor vel potius sex*[9] *milia. Agrum illum munificentia Dagoberti regis possidebat, cumque praeceptum de praedio illo ab eo accepisset, census publicus thesauro regio iam non conveniebat. Quam donationem ignorantes domesticus simul et monetarius, cum aurum ex pago illo collectum in fornace purgaturi essent, ut purissimum metallum aulae regis more solito inferretur, agrum illum non exceperunt, unde nihil profecerunt, donec nuntio Eligii interveniente ablata restituissent. Primus monasterio abbas praeerat Rimaclus vir religiosus ille, cuius vita mox edenda est. Monachi* 150 *numerabantur si non saeculo septimo at certe octavo, multosque ex vernis suis Eligius congregationi inseruerat, immo ipse eandem condicionem eligere cogitaverat, nisi altera ei restitisset fortuna. Interim tot ad sustentandos monachos copiosos terrarum redditus assignavit, quot abundanter sufficere potuerant. Habemus adhuc chartam cessionis eius memoria dignissimam, qua agrum Solemniacensem cum aedificiis omnibus a.* 632, *die* 22. *Novembris monasterio possidendum tradidit sanctis Petro et Paulo, Pancratio et Dionysio cum sociis eius, Martino, Medardo, Remigio, Germano tunc dicato. Monachis iura omnia servavit, quae Scotti tunc sibi vindicabant, scilicet immunitatem atque abolitionem iurisdictionis dioecesanae, ut nullam potestatem nullumque ius episcopus vel quilibet unus neque in rebus neque in personis ibi executuri essent nisi rex. Summam vero disciplinam ecclesiasticam abbati Luxoviensi tradidit, ita ut si regula sanctorum Benedicti et Columbani Luxoviensis neglegentia abbatis aut contumacia monachorum violata esset, in utrosque et abbatem et subiectos castigandi haberet potestatem. Cum regis liberalitate possessiones illas habuerit, ei ipsi cessionis quoque suae epistulam confirmandam obtulit, quae tabulae ad nos minime pervenerunt. Cessioni ipsi praeter episcopos Scottorum parti addictos,*

1) *V. Eligii I,* 31. 2) *Ib. I,* 12. 3) *Desiderii ep. I,* 10, *MG. Ep. III, p.* 199. 4) *Ib. II,* 6, *l. l. p.* 206. 5) *V. Eligii I,* 8; *V. Audoini c.* 4. *Utrumque ad Amandum episcopum a Dagoberto a.* 630/1. *missos esse, ut ad Sigibertum filium baptizandum eum adducerent, in V. Amandi c.* 16. *legitur.* 6) *V. Columbani I,* 26. 7) *Ib. II,* 10. 8) *Ib. II,* 10; *V. Eligii I,* 15. 9) *Ita V. Eligii I,* 16.

scilicet Lupum[1] *dioecesanum, Chagnoaldum Laudunensem, Columbani olim ministrum*[2], *Adeodatum Matisconensem, alios, vel laici subscripserunt Childeramno seu Baso, Eligii frater, Dado amicus cum Radone fratre suo, Gundoenus fortasse pater Sadalbergae*[3], *alii; notarii munere Vincentius diaconus rogante Eligio functus est.*

5 *Scottorum libertates ex nulla charta melius cognosci licet quam ex Solemniacensi neque vetustior superest ad illas pertinens. Resbacensi*[4], *quacum sola comparari potest, immunitas tantum atque exemptio dioecesana sanctae sunt; in hac ipsa vero abbatis Luxoviensis iurisdictio episcopali expressis verbis substituta est, quam in filias illum exercuisse tam ex Iona*[5] *colligitur quam ex Scottorum institutis domesticis*[6]. *In tanta eius* 10 *auctoritate eo magis gaudio afficior, quod quibus A. Malnory*[7] *auctor gravis atque acutus fidem ei derogare ausus est argumenta diluere poteram, chartam inter falsas relatam genuinis restituens*[8]. *Ceterum immunitatem et defensionem regiam post Pippinum et Karolum M., quorum schedae perierunt, Ludowicus Pius qui tunc ibi erant clericis a.* 817. *confirmavit*[9] *neque vero eandem fidem meretur privilegium Marini papae, quod* 15 *a.* 883. *datum esse vult*[10].

Praeter Solemniacense cum multa alia monasteria in eadem regione[11] *tum virginum Parisiis Eligius construxit, postquam xenodochii fabricandi consilium quod olim ceperat mutavit. Habebat enim ibi domum liberalitate regia sibi concessam. Puellas usque ad trecentas*[12] *ex diversis gentibus ortas tam nobiles Franciae matronas quam ex ancillis* 20 *suis delectas congregasse dicitur atque abbatissam instituit Auream Maurini et Quiriae filiam, quae cum* 160 *virginibus lue quadam periisse fertur*[13]. *Regulae disciplinam severam eis imposuit neque vero de mera Columbaniana cogitare licet, sed sine dubio editionem ex compluribus auctoribus decerptam puellis praescripsit, qualem Donatus*[14] *in earum usum composuerat. Vasa, vestimenta, sacra volumina, alia quam plurima orna-* 25 *menta monasterio ut pius pater providebat. Aream quandam fiscalem ad domicilium quoddam aedificandum a rege impetravit tantamque in ea dimetienda fidem praestitit, ut illum exclamasse tradant: 'Duces mihi et domestici spatiosas subripiunt villas et Eligius ne palmum quidem passus est nobis celare de humo'. Ad virginum corpora sepelienda ut Caesarius quondam S. Mariae ita ipse S. Pauli basilicam aedificavit, cuius tecta* 30 *plumbo operienda curavit. Item plumbea basilicae S. Martialis Parisiensi tecta fieri iussit, quam eleganter aedificaverat vel potius renovaverat*[15].

Sepulchra sanctorum ex auro argentoque et gemmis fabricavit multa, e quibus mirifica illa opera in honorem Martini Turonensis et Dionysii Parisiensis constructa afferre libet. Ad Martini tumulum auro gemmisque excolendum Dagobertus rex impensas con- 35 *tulerat*[16]. *Idem Dionysium peculiarem patronum sibi eligens basilicam ei sacram et aedificandam et auro, gemmis, rebus pretiosissimis ornandam curavit*[17]; *corpora quoque ipsius sociorumque eius sibi revelata a.* 626. *repperit eoque transtulit*[18]. *Mausoleum martyris totusque ornatus ex metallis pretiosissimis compositus Eligio nostro attribuuntur.*

1) *De eo v. Miracula S. Martialis, SS. XV, p.* 280 *sq.* 2) *V. supra p.* 25. 40 3) *V. Columbani II,* 8. 4) *V. supra p.* 27. 5) *V. supra p.* 29. 6) *V. supra p.* 5. 7) *A. Malnory, Quid Luxovienses monachi discipuli sancti Columbani ad regulam monasteriorum atque ad communem ecclesiae profectum contulerint, Parisiis* 1894, *p.* 28 *n.* 3; 86. 8) *Argumentationem adversarii in Appendice dissolvi, ubi chartam e codicibus iterum edendam curavi.* 9) *Migne, Patr. lat. CIV, col.* 1064; *cf. E. Mühlbacher, 'Karoling. Reg.' n.* 655[2]. 10) *Jaffé,* 45 *Reg. n.* 3388[2]. *Cf. L. Delisle, 'Mélanges de paléographie' p.* 488. 11) *V. Columbani II,* 10. 12) *V. Eligii I,* 17. 13) *Ib. II,* 54. 14) *V. supra p.* 14. 15) *V. Eligii I,* 18. 16) *Ib. I,* 32. 17) *Fredeg. IV,* 79. 18) *J. Havet, 'Les origines de Saint-Denis' ('Oeuvres' I, p.* 204).

Inter quae crux magna enumeratur, post altare aureum posita, quae ex auro puro gemmisque tam minutissima gemmarii et inclusoris subtilitate fabricata erat, qualem peritissimi aurifices postea imitari non valebant[1].

Operibus piis edendis, monasteriis ecclesiisque construendis iisque exornandis Eligius tantam curam impendit, ut totis iam viribus ad regna caelestia tendere videretur, atque inter luxuriam vitiaque palatii religiosam illam vitam quamvis laicus degens vestigia Scottorum tanto animi fervore secutus est, ut sola tonsura ei deesset. Eiusmodi vero consilio Dagobertum regem eo usque restitisse conicere licet, ne artificio eius se privaret: ipso a. 639. *mortuo vincula rupta sunt neque officiis suis civilibus renuntiandi occasionem praetermisit. Paulo postquam Nanthildis regina cum Chlodoveo filio parvulo regnum gubernandum suscepit, cum Dadone amico palatium reliquit atque ordinem ecclesiasticum expetivit. Erat autem canonibus sanctum, ne quis episcopus vel presbyter ordinaretur nisi post conversionis annum, ut et disciplinis et regulis ecclesiasticis a doctis et probatis viris interim plenius instrueretur. Huic necessitati uterque se minime subtraxit, priusquam consecrationem quaereret. Constat Dadonem in Hispaniam ea de causa profectum indeque regressum a Deodato episcopo Matisconensi presbyterum ordinatum esse eodem, qui monasteria exemplo Luxoviensis Scottorumque tunc constructa auctoritate sua confirmanda curaverat et Solemniacense et Resbacense. Tonsuram Eligius accepit non apostolicam vel Romanam, sicut biographus*[2] *maluit, sed Scotticam vel Simoniacam*[3], *qualem etiam successorem eius gessisse constat. Factum autem est, ut ecclesiae et Noviomagensis et Rothomagensis episcopis tunc carerent. Illi Aigaharius episcopus praefuerat, Eustasii abbatis Luxoviensis discipulus*[4], *qui adhuc a.* 637/8. *chartam Burgundofaronis Resbacensem manu sua confirmaverat, atque cives clerusque nisi eidem Scottorum ritui addictum successorem habere noluerunt. Itaque Eligius episcopus Veromandorum seu Noviomagensis*[5] *electus est, dum metropolitanam sedem vacuam sodalis eius adipiscitur, atque uterque non solum eodem die, scilicet XIV. mensis tertii, i. e. Maii, dominico ante litanias, anno tertio Chlodovei, sed etiam in eadem urbe, scilicet Rothomagensi, consecrati sunt more parum solito, cum episcopum ordinari non liceret nisi in ea ubi electus esset civitate*[6]. *Numeri autem illi inter se non concordant, nisi pro XIIII. mecum emendaveris XIII. die mensis tertii, ita ut die* 13. *Maii a.* 641. *duplex consecratio facta sit: episcopum tunc Eligium fuisse, cum Vitae Columbani librum alterum Ionas composuit*[7], *scilicet a.* 642, *monuit E. Vacandard. Quod potius die* 14. *Maii Eligii ordinationem in ecclesia Noviomagensi saec. X. in. celebratam esse ex veterrimo kalendario domestico concluserat Mabillonius*[8], *is ipse recte statuisse mihi videtur diem illum ex V. Eligii pendere neque fastis sacris ordinationem adscriptam esse nisi multo post sancti aevum. Unde qui ex hoc die numeraverunt calculatores scrupulosi, veluti auctor chronici Vedastini alterque Audoini biographus, rationem inierunt prorsus temerariam, nam anno quem statuerunt* 635. *p. Chr. dominicus quidem dies ante litanias cum die* 14. *Maii conveniebat, sed annus regis totus discrepabat atque quod maximum est Eligii decessor adhuc inter vivos erat.*

1) *Gesta Dagoberti c.* 20. 2) *V. Eligii I,* 31. 3) *V. supra p.* 6. 4) *V. Columbani II,* 8. 5) *E. Lefèvre-Pontalis, 'Histoire de la cathédrale de Noyon' (Bibliothèque de l'école des chartes'* 1899, *LX, p.* 457*), ad historiam Eligianam fere nihil facit neque iudicio utitur satis exercitato.* 6) *E. Vacandard, 'Saint Ouen dans son diocèse' ('Revue des questions historiques', Parisiis* 1901, *tom. LXIX, p.* 13*).* 7) *V. Columbani II,* 10: inluster tunc vir Elegius, qui modo Vermandensis ecclesiae pontifex praeest, de quo, quia superest, non meo iudicio fulciendus est, ne adolationis noxa reprehendar. 8) *Ann. ord. S. Benedicti I, p.* 377.

Factus igitur est Eligius 'Veromandorum et Noviomensis ac Tornacensis episcopus', sicut decessor eius a Iona[1] *appellatur; sedes enim Veromandorum iam inde antiquitus Noviomagum translata atque cum eadem Tornacensis dioecesis coniuncta erat. Suffronius episcopus adhuc 'de Veromandis' a.* 511. *sedem suam distinxerat*[2], *dum successores eius* 5 *saec. VII. 'ex civitate Noviomo' se fuisse testantur. Ibi iam Medardus saec. VI. medio residebat*[3], *licet Veromandensium urbis pontifici substitutus esset*[4]. *Tornacensis vero civitas etiamtunc suum habebat episcopum, Eleutherium scilicet sancti comparem*[5], *atque in Notitia Galliarum*[6] *utraque sedes seorsum enumeratur, scilicet*

civitas Veromandorum (*postea add.* quae nunc Noviomagus) *et*
10 civitas Turnacensium.

Ad dioecesim Tornacensem municipia praeter Tornacum sedem olim regiam pertinebant Flandrense, Gandense, Corturiacense[7], *scilicet Belgiae pars septemtrionalis mari contigua, quam Frisiones, Suevi aliaeque gentes barbarae tunc occupabant, neque cum altera dioecesi illa cohaerebat, sed inter utramque Bononiensis cum Tarvanensi coniuncta et* 15 *Atrabatensis sitae erant, quas item Scottorum discipuli tunc tenebant: unam Audomarus*[8], *alteram Amandus*[9], *qui Francos paganos eodem tempore adiuvante Iona convertendos curavit.*

Ipsas Eligio episcopo iam subditas gentes magna ex parte paganas fuisse et traditum est et per se liquet. Pastoris igitur curam exercens urbes vel municipia sibi com- 20 *missa lustrabat, sed Flandrenses, Andoverpenses, Frisiones, Suevi, barbari circa maris litora degentes hostili animo eum susceperunt*[10] *atque multum ei laborandum pugnandumque erat, priusquam fanis destructis idololatriaque subversa confinis sui Amandi vestigia secutus ad fidem christianam eos convertit.*

Interim Scottorum praecepta a sectatoribus tanto studio promulgata erant, ut non- 25 *nulla in concilio Cabillonensi*[11] *vel publice sanciri possent. Quo cum metropolitani una cum comprovincialibus e duobus regnis et Francia et Burgundia a Chlodoveo rege evocati essent, neque Eligius neque Audoinus amicus eius deerant, omnesque communi voluntate statuerunt, ut paenitentia medela animae omnibusque hominibus utilis esset dataque confessione paenitentibus a sacerdotibus indiceretur*[12], *ut castitas a clericis serva-* 30 *retur resque ecclesiasticae servarentur neque diriperentur, clerici quoque defenderentur et Simoniaca haeresis tolleretur, ut denique mancipia extra fines regni Chlodovei nullo pacto venumdarentur, ne per tale commercium Iudaica servitute implicarentur. Chlodoveo regi adhuc puero Erchinoaldus maior domus tunc assistebat, qui in ipsa Veromandensi dioecesi villam Perronam possidebat. Qui cum Furseum sociosque honorifice suscepisset,* 35 *defuncti corpus retentum in ecclesia sepeliri iussit, quam sibi ipsi Perronae construxerat; annis vero quattuor post in novam domunculam idem transferendum curavit per Eligium loci alterumque vicinae Cameracensis dioeceseos episcopum Audobertum*[13]. *Cum postea Scottos mutata mente Perrona expulisset*[14], *etiam cum Eligio simultates habuisse videtur, defuncti vero corpus misericordia commotus sanctus sepulturae mandasse traditur*[15]. 40 *Eligius cum Audomaro aliisque episcopis neque vero Audoino*[16] *exemptionem monasterii*

1) *V. Columbani II,* 8. *Eligius ipse 'Vermandensis ecclesiae pontifex' ibidem II,* 10, *breviter dictus est.* 2) *Concilia ed. Maassen I, p.* 10. 3) *Scr. rer. Merov. I, p.* 807, *n.* 2. 4) *V. Medardi c.* 10 (*Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 71). 5) *V. Medardi c.* 2. 6) *Auct. antiq. IX, p.* 590. 7) *Longnon, 'Atlas historique. Texte expl.' I, p.* 124. 8) *V. Colum-* 45 *bani II,* 8. 9) *V. Columbani, Praef.* 10) *V. Eligii II,* 3. 8. 11) *Concilia ed. Maassen I, p.* 210. 12) *V. supra p.* 14. 13) *V. Fursei c.* 10. 14) *Additam. Nivial. supra p.* 450. 15) *V. Eligii II,* 27. 16) *Id quod auctor Gest. Dagoberti c.* 51. *contendit.*

S. Dionysii Parisiaci a. 654. *subscriptione sua roboravit, quam a Landerico episcopo dioecesano concessam Chlodoveus rex confirmaverat*[1].

Ipse episcopus creatus in oppido Noviomagensi virginum monasterium aedificavit, quod fundis omnibusque necessariis affatim instruxit, aliaque monasteria suo opere construxisse dicitur[2]. *Ecclesiam S. Quintini haud procul ab urbe Veromandensi eo loco sitam, ubi martyr ex fluvio elevatus a muliere quadam sepultus esse fertur*[3], *confluentis populi minus capacem eximio opere ampliavit et decoravit, postquam ei ipsius corpus in posteriore ecclesiae parte ineunte episcopatu reperire successit; sepulchrum autem eius ex auro argentoque et gemmis singulari artificio fabricavit*[4]. *Locum monachi sine dubio Scottici ritus occupabant*[5], *quibus a.* 663. *Ebertramnus*[6] *abbas basilicae S. Quintini praeerat. Aliorum quoque sanctorum mausolea corporibus inventis insigni decore composuisse dicitur*[7].

Visitabat dioecesim suam, ut est episcoporum[8], *atque etiam alia itinera haud pauca suscepisse videtur, inprimis ut patriam monasteriaque sua reviseret et Solemniacense et Parisiense*[9]. *Etiam in praedio parentum interim ab Alicio germano eius monasterium constructum erat*[10]. *Cum nobili comitatu in Provinciam profectus amicos suos omnes episcoposque ibi constitutos visitabat, postremo Aurelianum Uceticae urbis episcopum*[11] *adiit.*

Denique inter episcopos Eligius erat, qui Emmonis episcopi Senonici privilegium, quo abbatis libere eligendi facultas S. Columbae monasterio concessa est, d. 7. *Kl. Septembris, a. tertio Chlotharii*[12], *i. e. die* 26. *Augusti a.* 660, *confirmaverunt, atque iisdem verbis:* In Christi nomine Eligius episcopus subscripsit, *usus est, quibus Dionysianum confirmaverat. Paulo post plus quam septuaginta annos natus de vita decessit, die scilicet* 1. *Decembris, quo inter sanctos relatus colitur et ab auctore codicis Weissenburgensis*[13] *Martyrologii Hieronymiani:*

In Gall. civitate Noviomo depositio sancti Eligii episcopi et confessoris,

et a Wandalberto[14] *poeta his versibus (788 sq.):*

Eligius, Noviome, tibi sub luce Decembrem
Prima designat condigno praesul honore.

Corpus ipsius, cum more solito causa litigii facta esset, ferunt Balthildem reginam cum filiis et optimatibus exercituque copioso Noviomagum celeriter ingressam ad Calam monasterium transferre voluisse, alteram vero partem Parisios, denique plebi Noviomagensi idem concessum ibique sepultum esse[15]. *Postea in monasterio asservabatur ipsius memoriae dicato, cui S. Lupi Trecensis nomen a.* 1446. *inditum est*[16]. *S. Eligii monasterio in suburbio Noviomagensi sito abbatem Sparvum*[17] *sancti biographus attribuit neque vero de eius origine ab eodem quicquam relatum est, unde cave chartae Lotharii regis (c. a.* 982) *credas, ubi ab ipso sancto illud instauratum esse traditum est*[18]. *S. Eligio Noviomagensi libram unam testamento facto c. a.* 833. *legavit Ansigisus abbas Fontanellensis*[19];

1) *J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 239. *Subscriptionem v. supra p.* 634, *n.* 1. 2) *V. Eligii II,* 5. 3) *Greg., Gl. Mart. c.* 72; *V. Eligii II,* 6. 4) *V. Eligii, II,* 6. 5) *V. supra p.* 424. 6) *Commemoratur in charta Chlothacharii III (K. Pertz, Dipl. I, p.* 36); *cf. SS. XIII, p.* 608. 7) *V. Eligii II,* 7. 8) *Ib. II,* 21. 9) *Ib. II,* 18. 10) *Ib. II,* 15. 11) *Ib. II,* 11—13. 12) *Pardessus, Dipl. II,* 111. *Chlotharius post d.* 10. *Octobris a.* 657. *regnare coepit, monente J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 97. 13) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [150].* 14) *MG., Poetae ed. Dümmler II, p.* 600. 15) *V. Eligii II,* 37. 16) *Cf. de Nussac, 'Saint Éloi, sa légende et son culte' ('Bulletin de la societé scientifique, historique et archéologique de la Corrèze', Brivae* 1895, *XVII, p.* 554). 17) *V. Eligii II,* 39. 58. 18) *Bouquet IX, p.* 653. 19) *Gesta abb. Fontan. p.* 59.

paulo post vero, scilicet a. 859, *locus Nortmannorum incursione vastatus est*[1]. *Quomodo monachi vel clerici eiusdem monasterii vitam patroni retractantes pro utilitatibus suis laboraverint, infra demonstrabo.*

Successor Eligii a clero populoque Noviomagensi iterum ex Scottorum partibus 5 *electus est Mummolenus primus monasterii Sithiensis abbas, cuius in imagine*[2] *tonsuram parum apostolicam adhuc conspici licet. Is Emmonis episcopi Senonici privilegio*[3], *quod S. Petri monasterio exemplo Resbacensis illius Burgundofaronis episcopi concessum est, subscriptione sua consensit. Quod tertio Chlotharii regis anno datum est, eodem quo Eligius privilegio monasterii S. Columbae subscripserat, neque vero mox plurimis qui* 10 *subscripserunt testibus oblatum esse potest. Sane Noviomagi charta illa non ante Decembrem confirmanda exhibita est, postquam quartus regis illius annus autumno a.* 660. *incepit, nam Ionas mensem Novembrem tertii anni adhuc a.* 659. *p. Chr. n. attribuit*[4]. *Quod vero Eligii nomen cum Audoeni inter episcopos enumeratur, ad quos chartam illam Emmo miserat, lapsu librarii cuiusdam id evenisse manifestum est, nam auctor solos* 15 *Senonicae civitatis suae 'comprovinciales' appellavit, ad quos illi procul dubio non pertinebant. Certe pro* Audoeno *potius* Audoni *scribendum est, qui episcopatu Aurelianensi fungebatur, atque utrumque nomen eodem modo in charta Burgundofaronis inter se permutatum est, ubi Dado referendarius in ipso textu occurrit; Audoenus vero falsus facile socium suum attraxit Eligium, quem re vera Vigilium esse episcopum Autissiodorensem* 20 *Emmonisque comprovincialem recte iudicavit de Bréquigny.*

Eligium Flandrenses et Noviomagenses et Lemovicini patronum peculiarem sibi vindicant neque vero cultus eius eorum terminis coercebatur, sed Galliae fines longe transgressus est atque dubitari vix potest, quin inter celeberrimos totius ecclesiae occidentalis sanctos eum enumerari liceat. Laudes ipsius haud paucis hymnis[5] *celebrantur* 25 *atque inter sanctum episcopum et artificem sollertissimum disceptandum est, uter maioribus laudibus dignior fuerit. Artes apud Lemovices etiam saeculo V. vertente ita floruerunt, ut vitrarius Ruricii episcopi ab aliis desideraretur*[6]. *De condicione aurificis lege Salica*[7] *statutum erat, ut una cum fabro ferrario et porcario ministerialibus adnumeraretur, sed arte sua inter servos praestabat apud Alamannos*[8] *atque etiam Karoli* 30 *M. opinione*[9] *e primariis artificibus comitatus iudicis erat: aulico autem ministerio singularem auctoritatem Eligius obtinuit. Ex aurificibus monetarii creabantur, quibus fiscalis monetae officina in urbibus commissa erat. Ius monetam cudendi sicut olim ad imperatorem*[10] *iam ad reges Francorum pertinebat atque monetarii ab eis constituti munere publico fungebantur, sed in privatorum utilitates ipsi facile transierunt sicut in* 35 *Hispania*[11] *ita apud Francos, unde factum est, ut permultae monetae per episcopos, ecclesias, monasteria postea tenerentur eorumque nomine ius illud exerceretur. Etiam duo monetarii coniunctim officinam susceperunt, inter quos Iudaeus quidam apud Matisconenses reperitur, qui et cum socio et solus trientes signavit*[12]. *Officinae Lemovicinae faber ille aurifex praeerat, a quo artem suam sanctus didicerat, quantoque profectu* 40 *regnante Dagoberto illa ibidem culta sit, Ansoindus monetarius testis est, vir et antiquitatis studiosus et artifex, a quo mira elegantia signatus solidus aureus adhuc superest*[13].

1) *Ann. Bertiniani, ed. Waitz p.* 52. 2) *Mabillon, Ann. I, p.* 529. 3) *Pardessus, Diplomata II,* 113. 4) *Scr. rer. Merov. III, p.* 505. 5) *Sex attulit U. Chevalier, Repertorium hymnologicum I, p.* 319 *sq.* 6) *Auct. antiq. VIII, p.* 307. 7) *Lex Salica* 45 *XXXV,* 6. 8) *Lex Alamann., Pactus, fragm. III, et lex LXXIV (LL. V, p.* 25. 139*).* 9) *Capitulare de villis a.* 800 *(MG. Capitularia I, p.* 87*).* 10) *Mommsen, 'Röm. Staatsrecht', Lipsiae* 1887, *II,* 2, *p.* 1027 [3]. 11) *Cassiodorus, Variae V,* 39. 12) *Prou, 'Monnaies Méroving.' p.* 57. 13) *Prou l. l. p.* 400.

Urbis Parisiacae monetarium Gregorius[1] *commemoravit. Licet de eiusmodi Eligii munere in eius Vita nihil relatum sit, tamen adhuc habemus nummorum multitudinem ipsius nomine distinctam. Cum in monetario inprimis integritas quaerenda esset, ne cui vultus regis imprimeretur moneta fraude corrumperetur*[2], *vir probatissimus sane praeter ceteros eo officio dignus fuerat. Attamen haec opinio ea difficultate impeditur, quod regnantibus non solum Chlothario Dogobertoque, sed etiam Chlodoveo nummi quos dixi iique plurimi signati sunt, cui duos tantum annos Eligius in palatio assistebat, neque facile creditu est ipsum episcopum electum monetae curam retinuisse*[3]. *Interim res ad monetam regum Francorum spectantes hodieque adeo in obscuro versantur, ut ne prima quidem elementa adhuc extricata sint, cumque parum verisimile sit, uno eodemque tempore duos sollertissimos fuisse artifices et aurificem et monetarium, utrumque Eligium nominatum, utrumque palatio adscriptum, — nam et haec monetarii condicio mox demonstrabitur, — facere non possum, quin iis assentiar*[4], *qui de personarum unitate minime dubitandum esse statuerunt. Sane etiam monetarius Eligius in arte aliquid profecerat, qui formas obsoletas repudians novas invenerit, quarum elegantia ab aevo Merowingico longe distare videtur*[5]. *Etsi ei monetam administranti ministros affuisse liquet, tamen affirmare nolim formas solas ab ipso aurifice sculptas esse, cum cudendi labor totus illis restitisset.*

Primo imperatorum nummos Francorum monetarii vetustiores satis barbare imitabantur[6] *neque regum quisquam ante Theudebertum I. sui vultus figuram loco imperatoris monetae imprimi iussit, donec Chlotharius II. totius regni monarchiam a.* 613. *adeptus, more antiquo penitus abolito, suo et nomine et signo eam cudendam curavit. Itaque a fronte verba* Chlotarius rex *pro nomine imperatoris substituit, a tergo Victoriam principio servans in locum augustorum reposuit propriam:* Victuria Chlotarii, *imaginem vero eius repudians crucem simplicem addidit in gradu et sphaera positam, qualis in nummis augustorum Iustino II (a.* 565—578*) imperante primum reperitur. Mox monetarii nomen binaeque litterae urbem indicantes accesserunt. Trientes aurei qui supersunt ab Eligio monetario signati non solum tribus regibus, sed etiam tribus locis, scilicet Massiliae, Arelate, Parisiis, exorti sunt, immo triplici crucis genere inter se differunt, ita ut Massilienses trinis regibus, sed unica crucis forma, Parisienses vero plerique binis et regibus et crucis formis distincti sint. Chlothario autem regnante ab Eligio trientes non signati sunt nisi Massiliae, iidem antiquissimi crucem simplicem exhibent eandem, quā Iustinus II. imperator usus est, eaque Massiliensibus et Arelatensibus nummis vel Dagoberto Chlodoveoque regibus restitit. At quos Parisiis aut additis aut praetermissis horum regum nominibus cudendos curavit, crucem in ancorae speciem transformatam trientes fere omnes ferunt atque tertium quoque genus propter similem fabricam ibidem factum esse volunt, eos scilicet quos verbis* moneta palati *aut* schola regia *distinxerat, in quibus tertia crucis forma reperitur, scilicet chrismo ornata. Cruces autem et ancorariam et hanc postea inventas esse et per se liquet et comparatis his nummis cum vetustioribus Iustini et Chlotharii intellegitur. Quod haec inventio ad officinas monetae neque Massiliensem neque Arelatensem translata est, id eo fortasse explicari*

1) *Greg., Gl. Conf. c.* 103. 2) *Cassiodorus, Variae VII,* 32. 3) *A. de Barthélemy, 'Liste des noms d'hommes gravés sur les monnaies de l'époque Mérovingienne, lettre à M. d'Arbois de Jubainville' ('Bibliothèque de l'école des chartes'* 1881, *XLII, p.* 283*), quas schedas examinavit M. Prou, 'Bulletin critique'* 1893, *p.* 263. 4) *Ponton d'Amécourt, 'Les monétaires (encore Abbon et saint Eloi)', ('Annuaire de la société franç. de numismatique et d'archéologie'* 1882, *VI, p.* 71—83*) et M. Prou l. l. p. LXXIII.* 5) *Ponton d'Amécourt l. l.* 6) *G. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 307[3].

potest, quod solo Eligii nomine ab aliis illae administrabantur neque ipse praesens tunc aderat. Pro certo vero affirmare licet primam eius sedem ibi constitutam esse, ubi Chlothario regnante unicam officinam habebat, scilicet Massiliae, ideoque eum fuisse primo Massiliensis urbis monetarium, deinde Parisiacae quoque urbis, successorem scilicet
5 *illius, cuius supra memini. Cum denique moneta palatii a Dagoberto instituta esset ad aurum purum fortasse signandum, quo census publicus thesauro regis inferebatur*[1], *et ipsi idem praefectus est atque praeterea scholae regiae iussu curam monetae exercebat. Schola illa regia ad pueros nobiles temere relata est*[2], *qui in aula educabantur, quasi ius monetae eis convenisset, dum de collegio aulicorum re vera agitur, qui maiore domus*
10 *praecedente officiis palatinis adscripti erant*[3]. *Hos autem verisimilius est Chlodoveo puero monetam regiam usurpasse quam Dagoberto adhuc vivo. Complures diversis locis officinae ab uno eodemque administrari non poterant nisi per vicarios neque vero propterea statuam Eligium totius rei monetariae fuisse procuratorem*[4]. *Quod denique ipso Chlodoveo regnante permulti trientes ab Eligio signati sunt, nescimus, utrum*
15 *monetae cura in certum annorum numerum*[5] *apud Francos committeretur, quo transacto demum episcopo creato officiis renuntiare licuisset, an formis ab eo eleganter sculptis vel successores per aliquot annos uti perrexerint, sicut monetarios posteriores eas satis imperite imitatos esse iam constat*[6].

Muneris illius quo Eligius functus est Massiliensis in ipsa eius vita vestigia duo
20 *deprehendisse quam maxime iuvat: primo egressus navis*[7] *mancipiorum, quae sanctus liberanda curavit, ad civitatem maritimam spectare videtur, deinde Mauri inter ea enumerati Provinciae viciniam indicant, quam ab illis a. 574. infestatam esse Marius rettulit.*

Artifices plurimi[8] *diversarum artium periti inter monachos Solemniacenses adhuc*
25 *aevo Carolingico reperiebantur atque discipulos ab Eligio relictos esse, qui magistri vestigia secuti sint, facile conici licet. Opera eius fabrilia quorum biographus meminit ad nos minime pervenerunt; multa vero per medium aevum sub ipsius nomine emerserunt procul dubio, ut eo magis laudibus celebrarentur. Habemus sellam Dagoberto attributam, quae in thesauro basilicae S. Dionysii olim asservabatur, ipsaque eadem creditur esse,*
30 *quam Chlotharii iussu sanctus composuerat. Vasis illius pretiosissimi Sugerio teste ex lapide prasio inclusorio Eligii opere compositi, quod in eodem thesauro olim extabat, imago*[9] *sola superest. Celeberrimus ille monasterii Calensis calix ex toto aureus, qui Balthildis reginae liberalitate ei venisse dicitur, lapillis pretiosis monente du Saussay per circuitum labri a dextra decoratus encaustoque artificio eliquato infusoque coruscans, alti-*
35 *tudinis fere pedalis*[10] *ab hominibus rerum novarum studiosis a. 1792. conflatus est neque ex pictura quae superest*[11] *satis intellegi licet, utrum de inclusoris opere an pictoris agatur, etsi de illo hodie cogitare malunt artis periti. Cruces Eligio attributae in thesauro basilicae S. Dionysii et in monasteriis SS. Martini Lemovicino Eligiique Noviomagensi*

1) *V. Eligii I,* 15. 2) *E. gr. a G. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 110. 312[3]. 3) *Va-*
40 *candard, 'La scola' ('Revue des questions historiques'* 1897, *LXI, p.* 490) *hanc opinionem primus defendit, postquam M. Prou l. l. p. LI, et ipsam et vulgatam exposuit, rem in medio relinquens.* 4) *Ita Ponton d'Amécourt l. l.; M. Prou l. l. p. LXXXIII.* 5) *Per quinquennium monetae cura apud Gothos committebatur; cf. Cassiodorus, Variae VII,* 32; *J. Friedlaender, 'Die Münzen der Ostgothen' p.* 22. 6) *M. Prou l. l. p. LXXIV.* 7) *V. Eligii*
45 *I,* 10. 8) *Ib. I,* 16. 9) *Eam delineandam curavit E. Rupin, 'L'oeuvre de Limoges', Parisiis* 1890, *p.* 38. 10) *Cointius, Ann. eccl. Franc. III,* 491. 11) *Eam exhibet Rupin l. l. p.* 33. *Cf. M. A. B(arthélemy), 'Le calice de Chelles, oeuvre de saint Eloy. — Analyse d'un mémoire de M. Grésy' ('Revue archéologique', Parisiis* 1863, *VIII, p.* 21).

asservabantur[1]*; huic etiam calix sancti fuisse fertur*[2]*. Capsae manibus propriis eius fabricatae in laterculo reliquiarum monasterii S. Petri Vivi Senonensis saec. XIII. duae enumerantur, calicemque monachi habuisse voluerunt aureum, in quo ille mysteria divina celebrasse dicitur*[3]*. Denique crystallum monasterii Vasor (Vaulsor) lapillis pretiosis iisque subtiliter scalptis ornatum inscriptionem*[4] *ferebat:* Lotharius rex Francorum me fieri iussit, *aut falsam aut ad aevum Carolingicum referendam, multaque alia opera Eligii nomini supposita sunt iam deperdita. Monumenta inclusorum inde ex sexto ad decimum saeculum in Galliis fere desiderantur, artemque ex Germania eo translatam esse existimabant, postquam Ottonibus imperantibus apud nos illa efflorescere coepit. E contrario auctores Gallici demonstrasse sibi visi sunt Eligium inclusorem fuisse artemque domesticam Germanica esse antiquiorem.*

Sicut Hucbertum venatores ita Eligium patronum sibi elegerunt aurifices omnesque fabri aerarii vel ferrarii, quos opifices subsecuti sunt equorum necessitatibus studiosi, denique totum rusticorum agmen. Id autem ita factum est. Equus sancti cum ad abbatem basilicae eius pervenisset, ab episcopo loci ereptus est, unde mox ex pedibus laborare coepit corporeque marcescente decidit, neque mulomedicus adhibitus quicquam profecit; abbati vero redditus statim bonam valetudinem recuperavit[5]*. Quam ob rem ad equos vitiosos sanandos vel certe ad praeveniendum mala sanctus invocabatur multique in ipsius monasterium adducebantur equi, quibus succurreret. Signa plumbea saec. XIII. ex. aut XIV, quae multa in Sequana fluvio reperta sunt, inscriptionem ferunt*[6]*:* Signum *(vel* Sigillum*)* sancti Eligii Noviomensis episcopi *aut* Signus Eligii *aut nudum eius nomen, sanctusque in eis depictus incudem tundit cereumque a cliente oblatum benedicit, adstante equo. Sodalicia aurificum fabrorumque quos dixi per totam Galliam neque rara in Italia Eligii nomine constituta sunt, quae etsi tempestatibus fortasse cesserunt, memoria tamen patroni usque ad hodiernum diem celebrari numquam cessavit.*

Scripta Eligii praeter epistulam cuius supra memini ad Desiderium urbis Cadurcae episcopum datam atque praedicationem quandam infra edendam adhuc reperire non licuit genuina[7]*. Homilias eius plures olim extitisse non negem, de quarum reliquiis infra disserendum est, sed quae hodie eius nomine circumferuntur*[8] *eas suppositas dubiasque habuerunt theologi Gallicani iam saec. XVII. cum Antonius Arnaldus tum Aubertinus, qui multa posterioris aevi vestigia in eis deprehendisse sibi visus est. Eius argumenta nonnulli*[9] *probaverunt, recentiores vero plerique*[10] *aut infirmare conati sunt aut certe neglexerunt. Denique E. Vacandard*[11] *quaestionem iterum retractans novaque argumenta addens eandem opinionem defendit, auctorem Eligio esse multo recentiorem*

1) *Inventio reliquiarum S. Eligii a.* 1183, *Anal. Boll. IX, p.* 423. 2) *Cointius l. l. III, p.* 491. 3) *A. Leroux, 'Les sources de l'histoire du Limousin' ('Bulletin de la société archéologique et historique du Limousin'* 1895, *XLIV, p.* 39*)*. 4) *Rupin l. l. p.* 41. *Opus idem esse quod in museo Britannico hodie asservatur coniecit L. de Nussac l. l. p.* 605. 5) *V. Eligii II,* 47. 6) *A. Forgeais, 'Collections de plombs historiés trouvés dans la Seine', Parisiis* 1862, *II, p.* 150—172*; de Nussac l. l. p.* 539. *De mythologica sancti condicione permulta collegit H. Gaidoz; cf. Anal. Bolland. XIV, p.* 446*; XVII, p.* 248. 7) *De testimoniis divinae lectionis Eligio attributis v. infra p.* 654. 8) *Migne, Patr. lat. LXXXVII, col.* 594—654. 9) *Oudinus, Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis, Lipsiae* 1722, *I, col.* 1619*; 'Hist. litt.'* (1735) *III, p.* 599. *Aevo Carolingico sermones attribuit Vogel (Herzog, 'Real-Encyklop.' IV,* 177 [2]*)*. 10) *Ianus du Marchie Sarvaas, Disquisitio de vita et scriptis Eligii episcopi Noviomensis, Amstelodami* 1859 *(dissert.), p.* 53 *sqq.; Rettberg, 'Kirchengesch.' II, p.* 775*; A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 303 [2]*, qui alibi (Herzog, 'Real-Encyklop.' V,* 301 [3]*) rem in suspenso reliquit.* 11) *'Les homélies attribuées à saint Éloi' ('Revue des questions historiques'* 1898, *LXIV, p.* 471—480*)*.

neque ante saec. IX. ex. aut X. in. eas compositas esse. Ex parte adversa, de cuius recta fide dubitari non licuit, vehementer impugnatus[1] *scriptoribus quos iam Aubertinus ab auctore expilatos esse contenderat Eligio recentioribus Ratramnum*[2] *adiecit monachum Corbeiensem (c.* 867*), sed locus de quo cogitavit ex Gestis Silvestri papae*[3] *pendet Eligio* 5 *antiquioribus*[4]*, quodque ea citavit Ratramnus atque non citavit auctor homileticus, inde minime sequitur hunc illo usum esse. Etsi hoc argumentum tollendum videtur esse, tamen homilias illas suspectas redditas a iudicibus peritissimis vel antiquioribus, cum auctoris simulati vestigia omnino non exhibeant, Eligio nostro attribuere fas non est.*

Vita Eligii admodum prolixa oratione composita laudibusque sancti adeo referta, 10 *ut quisquis eam scripserit paene omnem modum excessisse videatur*[5]*, a Dadone sive Audoino episcopo Rothomagensi edita esse vult neque vero omnibus de bona auctoris fide persuasum est atque suspiciones motae sunt iam inde antiquitus. Textum ab amanuensibus*[6] *interpolatum esse vel editores vetustiores iudicaverunt, de reliquo fidem auctori non derogantes, neque vero adversarii*[7] *deerant, omnia eorum argumenta removere conati* 15 *fortiterque librum defendentes quamvis indignum. Quisquis sana mente ad hunc scopulum appulsus est, eum perhorruit atque primus W. Rettberg*[8] *totum opus pro retractatione posteriore accepit, cui genuinum Audoini scriptum subesse posse concessit; deinde aevo Carolingico illud mecum*[9] *attribuerunt et M. Deloche*[10] *et Albertus Hauck*[11]*. Audoinum auctorem esse non posse facile demonstrandum est, difficile vero dictu, utrum inter falsa* 20 *etiam vera reperiantur annnon.*

Audoinum se fuisse celeberrimum illum Rothomagensem episcopum sanctique amicum aevoque eius se vixisse aequalem saepissime tamque aperte auctor testatus est, ut de ipsius consilio dubitari nequeat. Puerulus enim apud Chlotharium regem habitabat, cum Eligius aurifex in agro Rotoilo iusiurandum dare iussus est[12]*. A fratre quodam ex Oriente* 25 *profecto ea accepisse voluit, quae de Martino papa (a.* 649—655*) narravit, — extant*

1) *Fr. Plaine, 'Nouvelles remarques sur les homélies attribuées à saint Éloi' ('Revue des questions historiques', Parisiis* 1899, *LXV, p.* 235—242*). Adversarii libellum apologeticum E. Vacandard, 'Réponse aux remarques de Dom Plaine' (ib. p.* 243—255*) his verbis reiecit: 'Quant à l'Église, que dom Plaine se rassure, elle n'a besoin, ni souci, que de la vérité'.* 30 *Macte, vir cordate!* 2) *Ratramnus, Contra Graecorum opposita IV,* 3 *(d'Achery, Spicilegium I, p.* 100 [2]*):* Hac die in toto orbe sanctum chrisma conficitur *(= Homilia X, Migne LXXXVII, col.* 629*).* 3) *Mombritius, Sanctuarium II, fol.* 279'. 4) *Gesta pontif. rom. ed. Mommsen p. XX.* 5) *Ita Sarvaas l. l. p.* 51. 6) *Pauca ad ipsum Audoinum spectantia amanuensi attribuit d'Achery, complura vero eiusmodi exempla de la Barre collegit, qui* 35 *decessorem suum nimium acerbe castigavit, quod interpolatorum audaciam ac temeritatem non deprehendisset (Spicilegium, ed. altera, Parisiis* 1723, *II, p.* 76*). Sarvaas l. l. p.* 10 *sqq. vitam quidem magni habendam, sed caute et prudenter adhibendam esse ratus, licet de interpolationibus non dubitaverit, tamen tueri ausus est locos a Barrio reiectos magisque ad fidem auctoris inclinabat.* 7) *Biographi causae post Ghesquierum studiosissimus patronus extitit O. Reich, 'Ueber* 40 *Audoens Lebensbeschreibung des Heiligen Eligius', Halae Saxonum* 1872 *(dissert.), qui eius partibus nimium favens vix quicquam utile praestitisse videtur. Priorem V. Eligii librum annis* 658—664, *posteriorem a.* 670. *compositum esse contendit aliaque temeraria statuere ausus est, quae refellere non vacat.* 8) *Rettberg, 'Kirchengesch.' II, p.* 508. 9) *Scr. rer. Meroving. III, p.* 579. 10) *M. Deloche, 'Mémoire sur la procession dite de la Lunade et les feux de* 45 *la Saint-Jean à Tulle' ('Mémoire de l'Institut national de France, Académie des Inscr. et Belles-lettres', Parisiis* 1891, *tom. XXXII, p.* 189 *sqq.), Reichii opinionem omnino improbavit.* 11) *A. Hauck, 'Kirchengesch.' (ed. altera* 1898*) I, p.* 317, *n.* 2, *duo argumenta attulit, e quibus alterum delendum esse infra demonstrabo.* 12) *V. Eligii I,* 6.

litterae testis cuiusdam oculati ad ea spectantes, — papamque eundem collegis suis, i. e. episcopis Gallicanis, multa bona Romae praestitisse contendit[1]. *Eodem quo Eligius Noviomagensis die et ipse Rothomagensis episcopus consecratus erat*[2]. *Didicerat luem illam Parisiensem, qua Aurea abbatissa ab Eligio instituta mortem occubuisset*[3]. *Auditu*[4] *solo res nonnullas se comperisse monuit, ita ut alias non multo post sancti mortem gestas ipse vidisset*[5]. *Ex auctoribus suis Fredegisilum presbyterum nominavit*[6], *notusque familiariter ei erat frater quidam monasterii cuiusdam Turonici sancti reliquiis sanatus*[7]. *In monasterio suo, i. e. Resbacensi ab Audoino condito, duo quae rettulit miracula gesta esse contendit*[8]. *Eligio vivo res quaedam gesta quomodo evenisset, hactenus exploratum non habebat*[9]. *Denique annum quo vitam litteris mandasse voluit fere certum definivit. Ea enim quae triginta diebus ante Chlodovei II. mortem, i. e. a.* 657. *ex., de regibus Merowingicis sanctum vaticinatum esse asseruit*[10] *eatenus completa erant, ut maior natus ex illius filiis, i. e. Chlotharius III, obiisset (a.* 673*), Childericus II (†* 675. *ex.) vero una cum Theuderico III. fatum suum adhuc expectaret, unde ad annos* 673—675. *intervallum redigitur.*

Quamvis aequalis Audoinus ille fuisset Eligii biographus, decessores tamen habuisse voluit eruditissimos, qui de vita obituque sancti librum condidissent, eos vero curis saecularibus obligatos festinanter ad finem tetendisse contendit[11]. *Quam ob rem hunc laborem ipse aggressus opus quod habemus composuit tenue quidem sicut ingenium proprium, sed ambagibus adeo fastidiosum, ut vel auctorem suum illae non latuerint*[12]. *Prior ex libris duobus in quos totam materiam distribuit ea quae laico habitu sanctus gesserat, posterior res in episcopatu gestas*[13] *mortisque narrationem cum virtutibus defuncti continet, quae hoc ordine disposita sunt: primo virtutes episcopi vivi (II,* 1—26*), intermixtis homileticis nonnullis (II,* 16. 17*), deinde ipsius praesagia (II,* 27—32*), tum obitus funusque (II,* 34—38*), denique virtutes post obitum patratae (II,* 39 *sqq.). Hae pleraeque in basilica S. Eligii Noviomagensi factae (II,* 39—66*), nonnullae (II,* 67—75*) reliquiis eius aut procul aut prope declaratae cum Resbacis (II,* 67. 71*) tum alibi, paucae (II,* 76—79*) ad lectum eius ostensae sunt et Compendiensem et Victoriacensem (II,* 79*) in praedio monasterii S. Eligii situm. Locus Compendiensis Clementis pontificis Bellovacensis regimini biographo teste subditus erat, eiusdem cuius a.* 667. *Drauscius episcopus Suessionum meminit. Inprimis vero ad monasterium S. Eligii Noviomagense, ubi corpus sancti asservabatur, miracula spectant, quae maximam alterius libri partem occupant. Ad idem in calce auctor rediens (II,* 80*) omniaque enarrandi se potentem minime existimans signa virtutum praesentia quasi testis oculatus enumeravit, veluti compeditorum vincula, 'quae* h o d i e *ad tumbam in argumento rerum monstrantur adpensa', multaque haec intra parvum tempus gesta miratus quaesivit, quot deinceps per longa temporum spatia gerenda essent, cum 'hodieque' ad sancti sepulchrum tanta ac talia patrari numquam cessassent.*

Interim personae quam induerat biographus haud raro oblitus Audoini sodalis Eligii meminit ut hominis alienissimi:

I, 8. sodali suo Audoino nomine, cognomento Dadone, quem sicut animam suam diligebat,

I, 12. habebat mansionem assiduae subiunctam cum Dadone; sicut enim animam suam, ita diligebat illum. De cuius quidem exemplis multa sumsimus, quae nec a longe utique narrare sufficimus.

I, 33. Eligius cum sodale *(scilicet Audoino),*

1) *V. Eligii I,* 34. 2) *Ib. II,* 2. 3) *Ib. II,* 53 *sq.* 4) *Ib. II,* 59. 67. 68. 5) *Ib. II,* 58. 67. 6) *Ib. II,* 73. 7) *Ib. II,* 70. 8) *Ib. II,* 67. 71. 9) *Ib. II,* 19. 10) *Ib. II,* 32. 11) *Ita prologus.* 12) *V. Eligii I,* 40. 13) *Alterius quoque libri capita nonnulla ad condicionem saecularem pertinent, veluti II,* 1. 29.

I, 35. coepit vigilanter — — cum Audoino et ceteris catholicis viris tractare,
II, 1. sancti viri Eligius et Audoinus,
II, 2. Elegerunt autem cum eo et Audoinum sodalem eius, qui vocabatur Dado, ut praeesset ecclesiae Rodomagensi. — — Audoino de partibus
5 Transligeritanis reducto iamque eo presbitero — — ordinato.

Loci cum iis quibus prima persona Audoini nomine biographus loquitur conciliari nequeunt atque quam maxime ab auctore ficto abhorrent et titulus sancti non solum Eligio, sed etiam Audoino attributus (II, 1) et imperfectum[1] *'vocabatur' ad Dadonem spectans (II, 2). Audoinus igitur ille celeberrimus auctoris aevo nusquam gentium erat,*
10 *sed inter sanctos relatus cultu ecclesiastico fruebatur, atque nescimus, utrum audaciam et protervitatem, qua nomine ipsius abusus est, in biographo magis miremur quam stultitiam, qua passim personae indutae oblitus veram sui imaginem ostendit.*

Idem celare non valebat, quantum annorum intervallum ex Eligii temporibus intercessisset, quantumque facies mundi interim immutata esset. In monasterio Solemnia-
15 *censi, quo ipse accesserat, congregationem 'etiamnunc'*[2] *magnam singularemque sacrae regulae observantiam repperit atque 'districtam regulae disciplinam'*[3] *aut 'districtionem regulae'*[4] *monasteriis quoque cum virginum Parisiensi tum celeberrimo Luxoviensi attribuit neque vero auctorem regulae nominavit. Monasteria autem contendit Eligii aevo non tam crebra 'adhuc' fuisse, scilicet quam suo erant, et inter ea distinxit et regulari*
20 *disciplinae subdita et saecularia: haec quidem plura in malitia fermenti veteris persistentia erant, illa vero duo tantum statuit quae dixi, Luxovium scilicet, quod 'eo tempore' cunctis eminentius districtiusque fuisset, atque Solemniacum religionis illius caput, quod denique multi sibi initium exemplumque sumpsissent:* adeo ut nunc quoque innumera per omnem Franciam et Galliam haberentur sub regulari disciplina utriusque
25 sexus coenobia. *Auctori igitur minime compertum erat, quot ex Columbani temporibus in Galliis condita essent monasteria, neque celeberrimi illius Scottorum Gallicanorum patriarchae usquam meminit, sed Benedicti potius regula (c. 4) usus est*[5]. *Quanto intervallo ab aevo Eligiano remotus fuerit, ex duobus monasteriorum generibus intellegitur: regularia enim sunt monachorum, scilicet ad regulam quam dixi viventium, saecularia*
30 *procul dubio clericorum ad canones viventium atque aevo Carolingico partem Bonifatianam in restauranda norma regularis vitae admodum laborasse inter omnes constat*[6]. *Sane saecularia illa, quae fermento veteri scilicet malitiae (1. Cor. 5, 8) comparavit, ipsius aevo admodum vulgata erant, nam vel celeberrimum S. Dionysii monasterium Parisiense clerus*[7] *occupaverat, ubi regulam aevo Carolingico paene abolitam esse constat*[8],
35 *atque qui S. Eligii monasterium Noviomagense tunc incolebant item clericos vel clerum*[9] *nominavit neque monachos nisi uno solo loco*[10]. *Etiam quod ecclesiae Turonicae rogante Eligio a Dagoberto rege concessum esse affirmavit ius omne fiscalis census, ita ut vel comes in eadem urbe 'usque hodie' per pontificis litteras constitueretur*[11], *cum institutis Merowingicis conciliari nequit, nam tale quid ab ecclesiis non temptatum est*

40 1) *Etiam res in monasterio suo, i. e. Resbacensi Audoini, gestas enarrans (II, 63) imperfecto auctor fraudes suas detexit:* Erat autem in eodem monasterio oratorium quoddam, in quo reliquiae beati Eligii depositae erant. 2) *V. Eligii I,* 16. 3) *Ib. I,* 17. 4) *Ib. I,* 21. 5) *Ib. I,* 9. 6) *Capitulare Liptin. a.* 743 *(MG., Capitularia I, p.* 28*) et insequentia.* 7) *V. Eligii I,* 23: Denique quodam tempore cum anniversaria Parisius
45 sancti Dionisii martyris celebraretur passio, dum vigilia a clero caneretur in choro *et q. s. In chartis Dagoberti regis duabus ii qui locum sanctum inhabitabant 'clerus vel pauperes' (Pertz, Dipl. I, p.* 16. 140*) dicti sunt neque negem clerum latiore interpretatione toti laicorum corpori oppositum esse posse inprimis in formulis.* 8) *Mabillon, Ann. II, p.* 359. 481. 9) *V. Eligii II,* 65. 66. 10) *Ib. II,* 75. 11) *Ib. I,* 32.

nisi Karolorum stirpe regnante. Subiecit mausoleum Dionysii martyris Eligii industria adeo exornatum, ut 'usque in hodiernum diem' in magna omnium admiratione fuisset.

Aevo Eligio multo posteriore se vixisse ex ipsius auctoris verbis concludi licet atque instituta et ecclesiastica et publica ei familiaria ut a Merowingicis discrepant, ita ad consuetudines Karolorum apte conveniunt. Eligium virum depinxit catholicum, quam partem ipse palam professus est, catholicaque fide inflammatum eum haeresibus omnibus vel laicum restitisse affirmavit; in ecclesiastica vero aevi illius historia male versatus ridicula menda commisit. Haeresim nefandam, scilicet Monothelitarum, voluit principio regni Chlodovei (ex a. 639*), imperante Constantino, in Oriente pullulasse, eoque tempore Martinum papam (ex a.* 649*) Romae sedisse conciliumque congregasse, acta denique, quae contra haereticos ibi ediderat, addita epistula in Gallias misisse, ut viros catholicos eruditosque rex Francorum sibi auxilio mitteret ad haeresim illam comprimendam: Eligium cum sodali eo tunc libentissime perrexisse contendit, 'nisi ei quaedam causa impedimenti fuisset'* [1]. *Cum liber prior, quo exeunte haec aliaque eiusmodi congessit, vitam sancti non contineat, nisi quam ante episcopatum (ex a.* 641*) degerit, de tempore Martini papae omnino erravit atque imperatorem intellexit Constantem II (a.* 641—668*), qui Constantinus etiam a Beda appellatus est. Ea igitur quae principio Chlodovei II. gesta esse statuit re vera decennio post contigerant atque ex hoc anachronismo recte conclusum est, hanc Eligii vitam ab Audoino compositam esse non posse* [2]. *Neque Martinus papa a rege Francorum petiverat, ut laici sibi quamvis catholici mitterentur, sed episcopos poposcerat, qui sedis apostolicae legatione fungerentur, sicut ex ipsius litteris ad Amandum datis* [3] *intellegitur, atque quo iure uterque sanctus et Eligius et Audoinus ad negotium illud attracti sint, vel ex impedimento concludi licet, cuius causam auctor afferre nequibat. Postquam Martini papae historiam usque ad mortem eius († 655) in capite insequenti prosecutus est, ad novam haeresim transiit non minus memorabilem. Eodem tempore, quo illa Romae gesta esse existimavit, unus haereticorum ex partibus transmarinis pulsus in Gallias venit, Augustodunum adiit, ubi dogmata sua nefanda disseminabat, iterumque Eligius cum Audoino a catholicis viris stetit, denique concilio Aurelianensi congregato haereticum 'e nostris' quidam Falvius episcopus refellit, ita ut episcoporum sententia prolata ex finibus Galliae expelleretur* [4]. *Eodem modo, scilicet exilio, ab alio apostata plebem Parisiacam Eligius liberavit atque etiam tertium, qui episcopum se simulans circuibat villas et plateas populum decipiendo, diu carcere inclusum e finibus regni Francorum eiecit: valde enim omnium haereticorum vel schismaticorum figmenta oderat neque ullam doctrinam admisit praeter catholicam* [5]. *Cum igitur de catholica et Eligii et ipsius auctoris fide dubitari minime liceat, quid de haereticis iisque adversariis ipsius sentiendum sit, iam restat, ut perscrutemur. Transmarinas partes, unde primus haereticus in Gallias advenerat, cum genere Saxonico idem auctor alio loco* [6] *coniunxit nomenque ad Britannias referendum esse ex aliis quoque fontibus colligitur, quare qui fidem catholicam pervertere nitebatur adversarius procul dubio ad Scottos pertinebat vehementissimos Romanae partis inimicos, atque pseudoepiscopum illum, scilicet tertium haereticum, huc illucque vagantem* [7] *e Scottis fuisse vix probari opus est. Falvium vero celebrem illum Scottorum episcopum item vagantem, quem pro Salvio ad*

1) *V. Eligii I,* 33. 2) *Vacandard, 'Saint Ouen dans son diocèse' ('Revue des questions historiques', Parisiis* 1901, *tom. LXIX, p.* 1*). Quod in codice Parisiensi n.* 5287, *saec. XIII, cum alia capita tum hoc desiderantur, id librarii neglegentiae vitio dandum est neque de interpolationibus cogitare licet.* 3) *Jaffé n.* 2059 [2]. 4) *V. Eligii I,* 35. 5) *Ib. I,* 36. 6) *Ib. II,* 51: iuvenis quidam ex transmarinis partibus adductus, genere Saxonico ortus. 7) *Vide ea quae de episcopis Scottorum vagantibus scripsi 'N. Arch.' XXV, p.* 138.

codices meliores substitui, suis biographus vindicavit, fidei catholicae fortissimum propugnatorem eum statuens. Eligii igitur nomine catholicus eius Vitae auctor Scottos aut expulit aut sancto suo partis catholicae fautores adiunxit, quem et ipsum Scottorum fidei adhaesisse constat. Denique eo audaciae progressus est, ut tonsuram apostolicam patrono suo affinxerit[1], licet vel successor eius Scotticam gesserit. Episcopos Scottorum eodem modo persecutus est, sicut Bonifatius Clementem, quodque collegas suos, i. e. Audoini, Romae a papa optime exceptos esse rettulit, id aevo Bonifatiano magis respondet quam Eligiano.

Eligius ille, qualem biographus depinxit, homo nimiae violentiae erat eoque progressus est, ut ne sanctis quidem pepercerit. Cum Martialis basilica Parisiensis ab eo aedificata vel potius renovata incendio periclitaretur, ab ipso patrono poposcit, ut domui suae succurreret, perpetuamque illius ruinam ei minatus est, si forte defuisset[2]. Deinde basilicae S. Columbae Parisiensis ianuam spinis allatis ita obserari voluit, ut virgini veneratio deinceps nulla ibi praeberetur, nisi ornamenta a furibus inde subrepta ipsa cito reduxisset[3]. Haec sane monente de la Barre nec Eligium nec Audoinum decebant moresque auctoris eiusmodi eloqui ausi sinceros verosque minime fuisse nemo negabit. Reliquiae sanctorum pecunia accepta eius aevo venum dabantur, ad quam rapacitatem cupiditatemque reprimendam terribile miraculum enarravit[4].

Natione multi, de quibus locutus est, erant Germani, scilicet Saxones, sicut Thillo[5], aut Suevi, videlicet Flandrenses, sicut Tituinus[5], Uffo[6]. Gentes illas barbaras[7] paganasque fuisse, antequam Eligius eas protervosque Francos aggressus est, a nullo dissimulari poterat; earum vero nomine tanto studio consuetudines pristinas auctor ipse defendit tantoque contemptu in Romanum[8] illum, scilicet Eligium, invectus est, ut magis Germanis quam Romanis eum adnumerare velim[9]. Cum Audoinum in partibus Transligeritanis[10], scilicet in Hispania, si biographo ipsius fidem habere licet, annum conversionis degisse scripserit, ex Gallia septemtrionali oriundus erat neque ex Aquitania, ita ut urbs Lemovicensis omnino segregetur. Basilicae sive monasterii S. Eligii Noviomagensis tantam curam egit, ut maxima libri alterius pars commodis utilitatique eiusdem serviat. Miracula ad memoriam seu sepulchrum sancti patrata ad servandas aut ampliandas facultates monasterii spectant multasque morborum curationes auctor exposuit, neque qua periuros sanctus punivisset aut damnatos catenis liberavisset mirabilem sancti vim celebrare praetermisit. Habebant autem clerici seu monachi S. Eligii duo medicinae genera, liquoris sancti duos fere sextarios, quos ex linteo quodam extorsisse voluerunt sepulchro superposito, ut fulgor auri vel nitor gemmarum diebus quadragesimae velaretur[11], deinde oleum illud, quod ex lampade exundare solebat ad caput sancti dependente[12]. Quantum ex artibus illis monachis sperandum esset, inde colligitur, quod donationem comitis cuiusdam, qua decimam rerum suarum villamque quam habuisset maiorem Eligii ecclesiae concessisset[13], liquore illo effectam esse voluerunt, quo se suosque gravi pestilentia exorta servasset. Res monasterii fortiter ab incursionibus latrociniisque tuebatur Sparvus abbas[14], neque vero antequam de sancti sepultura rettulit loci illius auctor meminit, neque hanc ipsam enarrans, ubinam sepulchrum positum fuerit, indicavit, nescio qua de causa, nisi quod omnibus illud notum fuisse crediderit, ubi tot aegri constanter sanarentur. Interim episcopus loci de sancti miraculis suam propriam opinionem habuisse videtur, unde equum

1) V. Eligii I, 31. 2) Ib. I, 19. 3) Ib. I, 30. 4) Ib. II, 72. 5) Ib. I, 10. 6) Ib. II, 39. 7) Ib. II, 9. 8) Ib. II, 20: Numquam tu, Romane, quamvis haec frequenter taxes, consuetudines nostras evellere poteris. 9) Contrariam opinionem O. Reich l. l. p. 36. statuit. 10) V. Eligii II, 2. 11) Ib. II, 42. 12) Ib. II, 80: Multae etiam sanitates ex eo qui illic crescit olei liquore perficiuntur. Cf. ib. II, 50. 61. 13) Ib. II, 43. 14) Ib. II, 39. 58.

ascendens in terram proiectus est neque convaluit, nisi postquam culpam dubitationis suae coram omnibus professus est[1]. *Mummolenus de quo dixi sancti successor equum ab abbate basilicae eripiens damnum sarcire coactus est*[2]. *Ex his miraculis concludi licet biographum in comitatu episcopi minime versatum esse, sed magis ab altera parte stetisse. In basilica illa S. Eligii Noviomagensi, de qua tot miracula enarravit, custodes ecclesiae aegrotos ante sepulchrum sancti statuebant sanandos*[3], *iidem quae ibi gererentur primi sciscitabantur*[4], *primi fures ornamenta rapturos deprehendebant*[5]. *Ipsum ad eos pertinuisse veri fortasse non dissimile est atque pro certo habetur basilicae illi eum adscriptum esse, cuius signa virtutum testis oculatus descripsit. Similem igitur originem V. Eligii atque propinqua Desiderii episcopi Cadurci habuisse videtur*[6].

Haec igitur quam habemus Eligii vita a sodale monasterii eidem sacri Noviomagensis Audoini nomine, celeberrimi illius episcopi Rothomagensis, amici eius, specie quidem a. 673—675, *reapse aevo Carolingico fraudulenter consilioque duplici conscripta est, ut veterem Scottorum sectatorem fidei catholicae auctor addiceret propriaeque basilicae prospiceret. Attamen falsarius ille mendax genuino Audoini scripto adhuc usus est atque operi eius quamvis suspecto praeter res confictas verissimae quoque insunt. Epistulae quae in calce leguntur Dadonis ad Chrodobertum papam Chrodobertique ad Dadonem cum aliis illius aevi comparatae genuinae comprobantur:*

Ep. Dadonis.	*Ep. Chrodoberti (Formulae ed. Zeumer p.* 494; *MG. Ep. III, p.* 461*).*
et a nobis in caritatis vinculo iugiter amplectendo Hrodoberto,	et caritatis vinculo ambiendae Bobae matrifamilias Chrodobertus,
Ep. Chrodoberti.	*Ep. Sigiberti (Desiderii Cad. ep. II,* 17; *cf. II,* 5. 6. 15. 20*).*
Domino vere sancto, culmine apostolico sublimato,	Domino sancto et apostolico in Christo patri *(Marculfus II,* 46: Domino reverentissimo ac ponteficale culmine sublimato*),*
ib.	*Ep. Felicis (ib. II,* 21; *cf. I,* 10*).*
mihique modis omnibus venerabiliter praeferendo domno et patri Dadoni papae Hrodobertus peccator.	Domno semper praeferendo et cum omni veneratione nominando, beatissimo patrae Desiderio papae Felex peccator *(Ep. Chrodoberti l. l.:* Chrodobertus peccator*).*

Idem igitur dictandi mos in his epistulis occurrit, quali aequales utriusque episcopi utebantur, neque de earum fide adhuc dubitare licet. Ex priore intellegitur, Vitam Eligii nuper descriptam Chrodoberto episcopo emendandam a Dadone missam esse, quia auctor verebatur, ne aut sua aut notariorum incuria in verbis vel syllabis erratum esset. Chrodobertus vero, sicut ex responso colligitur, totum volumen percurrens nihil aut adiciendum aut emendandum repperit, sed integerrimam sancti formam ibi depictam conspiciens ex eius virtutibus nullam desiderabat, unde illud remisit, retentis exemplaribus. Chrodobertus alter Parisiensi, alter Turonensi sedi eodem fere tempore praeerant atque disceptatum est, ad utrum de V. Eligii Audoinus scripserit, dum Mabillonius[7] *utroque reiecto tertium eiusdem nominis episcopum statuit Rothomagensi metropoli subditum alias ignotum.*

1) *V. Eligii II,* 46. 2) *Ib. II,* 47. 3) *Ib. II,* 53. 4) *Ib. II,* 64. 5) *Ib. II,* 65. 6) *V. supra p.* 557. 7) *Annales I, p.* 569.

Certe Parisiensis ante mortem Chlotharii III. obiit[1], *dum V. Eligii quae extat post eiusdem mortem scripta esse vult; locus vero ad vaticinia sancti spectans*[2] *falsarii illius Noviomagensis est neque cum vero Audoino aliquo modo cohaeret. Alterum argumentum in Turonensem allatum adhuc minoris existimem, nam quod ex elocutione familiari 'frater karissime' vel 'frater' Mabillonius conclusit, Chrodobertum metropolitanum minime fuisse, cum civiliore eloquio Audoinus tunc usurus esset, quodque huius 'iussioni' illum obtemperasse monuit, quasi dignitate inferior fuisset, sane uterque metropolitanus erat neque vero vocabulo 'frater' alterius auctoritati quicquam derogatum mihi videtur esse; sin Audoino Chrodobertus maiorem reverentiam habuerit, nescimus, utrum ob aetatem aliasque ob causas eam ille meruerit an hic humiliore loquendi more uti consueverit. Certe quae extant litterae Chrodoberti episcopi ad Bobam matrem familias datae eadem humilitate incipiunt:* Litteris tuis parvitatem meam postulasti, *et quomodo illae cum epistulis V. Eligii conveniant, supra adnotavi; hic vero Chrodobertus alius fuisse non potest atque Turonensis. In ipsum locus de exemplaribus V. Eligii retentis optime convenit, nam quibus alterum confectum erat fratres sine dubio monasterii S. Martini Turonensis erant, cuius sepulchrum ab Eligio mirabilius et magnificentius fabricatum erat*[3]. *Bobam Chrodobertus de quaestione satis lasciva certiorem fecit, quod iudicium canonibus de muliere sanctum esset adulterium perpetrante, licet castitatem vovisset, munusque illa ei miserat camisiam longam et largam, 'corpori suo tamquam sciendo congrue praeparatam'. De eius moribus parum laudabilia auctor carminum contumeliosorum*[4] *memoriae prodidit, quae Importuni episcopi Parisiensis nomine in ipsum edita sunt, scilicet Grimoaldo maiori domus uxorem eum abstulisse, in monasterium puellarum Turonense conditam, et ipsum in monasterio quodam genitum esse. Ad Praeiectum episcopum Claromontanum munera per diaconum suum misit, cum miraculorum eius fama ad ipsum pervenisset. Commemoratur in privilegio Adeodati papae (a.* 672—676*) monasterio S. Martini concesso, quod dubiae fidei est*[5].

Primigenius Audoini liber de Vita Eligii invidia temporum nobis subtractus est, locumque eius garruli illius monachi Noviomagensis opus occupavit a posteris antepositum cum ob miraculorum abundantiam sermonemque puriorem sollemnioremque, tum eo quod fidei catholicae ecclesiaeque Romanae defensor iam factus erat is qui potius Scottorum ritum per Gallias propagare studuerat. Formam curriculi vitae, quale a falsario traditum est, in universum constare non negem, sed nonnulla ille consulto praetermisit, permulta addidit aut omnino conficta aut certe suspecta. Utriusque libri finis, prioris scilicet a c. 33. *ad Martinum papam haereticosque spectans, posterioris a c.* 39. *miracula continens post sancti mortem patrata, ut aevo Karolorum excogitatus est, ita auctoritate omnino caret. Vel cursus honorum manu auctoris vitam ad normam caelestem corrigentis immutatus videtur esse, nam monetarii munus omnino silentio praeteriit, fortasse quia eiusmodi artificio sanctitati aliquid derogatum iri credidit, neque vestigia illius sedisque Massiliensis remanserunt nisi perpauca*[6]. *Itaque vel intra fines terminosque, quos supra constitui, V. Eligii non ubique eandem fidem meretur pluraque in altero libro expungenda esse mihi videntur, veluti ea quae de Simoniaca haeresi (II,* 1*), de Rimaclo abbate (II,* 15*), de familiaribus maiorum domus (II,* 19. 20*), de praesagiis sancti (II,* 28—32*) auctor enarravit, atque prolixa obitus sepulturaeque enarratio ut dialogis verbosis scatet, ita ad memoriam vitae describendam parum facit. Maxime iis locis cave credas, quibus falsarius ipse prima persona usus consulto in medium processit, haeque*

1) *Scr. rer. Merov. II, p.* 487, *n.* 1; 495, *n.* 1. 2) *V. Eligii II,* 32. 3) *Ib. I,* 32. *II,* 68. 4) *Ibi Frodebertus appellatus est; cf. Formulae ed. Zeumer p.* 221 *sqq.* 5) *Jaffé, Reg. n.* 2105[2]. 6) *V. supra p.* 643.

simulationis praestigiae iam Rettbergium[1] *nostrum non latebant. Vel ordinationis historiam hoc studio auctor depravavit, nam postquam de Audoini primitiis ecclesiasticis quasi alterius personae rettulit, subito exclamavit*[2]*:* consecrati sumus episcopi, ego Rodomo, ille Noviomo, *quam discrepantiam librarii posteriores animadvertentes tertiam personam restituerunt. Neque vero eis credere fas est, neglectis libris melioribus, unde E. Vacandard v. c. vestigia subsequi nolo*[3]*, sed morum indolisque auctoris bicipitis rationem habere oportet modo simulantis, modo non simulantis. Quod uterque episcopus ordinandus Rothomagum convenit, cum canonibus conciliari nequit neque praeterea exemplum reperitur. Attamen notae temporum, quae eodem loco deprehenduntur, mensis tertius pro Maio, tertius Chlodovei regis annus, dies dominicus ante litanias, consuetudini aevi Merowingici omnino conveniunt neque de earum fide dubitari licet, nisi quod dierum numerus uno asse deducto emendandus est. Hae igitur ex ipso Audoino pendent, quibus alia falsarius immiscuit, neque vera a falsis in hac Vita facile distinguenda esse nemo est qui non videat.*

Alterum auctoris Noviomagensis fontem genuinum e codicibus eruere adhuc successit. Monita salutaria, quibus Eligius plebem sibi commissam in ecclesia adhortatus erat, biographus tam copiose in c. 16. libri alterius congessit, ut ipsi monendum esset, non uno die sed diversis temporibus ea populis dicta esse[4]*. Complures sermones ibi expilatos esse vel inde concludam, quod eaedem res haud raro modo simili iteratae sunt. Incipit autem caput illud permagnum, quod fere quartam totius Vitae partem efficit, iisdem verbis atque Caesarii Arelatensis sermo quidam*[5] *neque doctissimos Maurinos arta necessitudo latuerat, qua cum eiusdem homiliis Eligiana coniuncta sint, ita ut non solum verba cum verbis conveniant, sed etiam loci nonnulli in illis fusius explicati sint quam in his. Haec igitur ex illis pendere manifestum est, dumque sermones nonnulli qui adhibiti sunt adhuc extant, alii iam latere videntur, cum in iis qui supersunt verba non legantur nisi similia. Caesarius enim ipse easdem res verbis persimilibus in pluribus sermonibus repetiverat neque facile dictu est, quales eius sermones expilati sint, utrum ei quos habemus an deperditi. Eligius praedicator vestigia eius persecutus est*[6] *atque etiam quod tenebat fidei symbolum*[7] *a Caesariano vix discrepat. Maximi momenti ea sunt quae de superstitionibus praedicaverat, atque inter ea licet multa Caesariana occurrant tamen haud pauca peculiaria repperi, quae comparanda non erant nisi cum libro Martini Bracarensis de correctione rusticorum et Scarapso Pirminii, unde reliquis praetermissis hanc partem edendam esse curavi. Totum caput seorsum descriptum monentibus Maurinis in vetere codice Sangermanensi extabat, unde inter Augustini opera s. t.* De rectitudine catholicae conversationis tractatus *ab eisdem editum est*[8]*; lemma vero quod ibi praemissum erat hocce:* Incipiunt sermones beati Eligii, quos cum summo studio plebi proferebat ex locupletissimo cordis thesauro, *ex verbis V. Eligii II, 17:* cum summo st. — thesauro *formatum est, unde totius textus origo aperitur. Melior eiusdem condicionis codex ad bibliothecam* ***Parisiensem*** *('Nouv. acq. lat.' n. 450, saec. IX/X.) nuper rediit. Locus ad superstitiones spectans magna ex parte cum homilia convenit, quam e codice Sangallensi n. 146, saec. IX/X, princeps edidit Nürnberger*[9]*,*

1) *'Kirchengesch.' II, p.* 508. 2) *V. Eligii II,* 2. 3) *'Saint Ouen dans son diocèse' ('Revue des questions hist.' tom. LXIX, p.* 14*).* 4) *V. Eligii II,* 17. 5) *Caesarii sermo n.* 249 *(Migne XXXIX, col.* 2206*):* Rogo — admoneo ut, *qui ita pergit:* mihi nullus ex vobis succenseat. *Cf. F. Arnold, 'Caesarius von Arelate' p.* 447. 6) *A. Malnory, 'S. Césaire' p.* 243. 7) *Vacandard, 'Les origines du symbole des apôtres' ('Revue des questions historiques'* 1899, *tom. LXVI, p.* 367*).* 8) *Migne XL, col.* 1169—1190. 9) *'Aus der litterarischen Hinterlassenschaft des hl. Bonifatius und des hl. Burchardus', Nissae* 1888, *p.* 43 *sqq.*

atque hanc ipsam expilatam esse statuens Albertus Hauck[1], *argumentum repperisse sibi visus est, ut aevo Karolorum biographum attribueret. Sed vereor, ne vir de historia ecclesiastica patriae nostrae optime meritus erraverit auctorque homiliae e contrario Vita Eligii usus sit. Locum enim Caesarianum*[2] *biographus plenius eo attulit verbaque quae in homilia desiderantur genuina esse etiam ex V. Caesarii II, 5, colligi licet. Elocutionem auctor homileticus saepe immutavit, ita ut pro* auscultate *scripserit* audite *verbumque* praesumat *biographo familiare bis suppresserit, alias idem servans*[3]. *Licet minus accurate homilia ex V. Eligii exscripta sit, tamen orthographica et grammatica quodam antiquitatis colore praestare videntur, unde eam contuli*[4]. *Genuinam denique Eligii praedicationem in altero eiusdem Sangallensis bibliothecae codice n.* 194, *saec. VIII. ex., repperi (p.* 204—212*), unde initium finemque capitis illius biographus deprompsit, sermonem barbarum haud raro immutans*[5] *nonnullaque neglegenter omittens, quae nunc demum ex fonte ipso supplere licuit*[6]. *Neque vero librarius Sangallensis textum omnibus numeris perfectum posteris tradidit, sed haud pauca incuria sua depravavit plurimaque quae omisit cum iis quae adsunt adeo cohaerent, ut de hiatibus quam de interpolationibus cogitare malim. Certe alter eiusdem familiae codex, scilicet Parisiensis, 'Nouv. acq. lat.' n.* 447, *saec. IX, quamvis fine destitutus sit, tamen initio paulo plenior est neque tam crebro hiat quam ille. Reliquae Eligii homiliae, ad quas media capitis pars referri posset, adhuc expectant felicem investigatorem. Praedicatio autem quam habemus eo pluris aestimanda est, ad quem unicum fontem sincerum biographi fidem examinari liceret, unde eam in altera appendice edendam curavi.*

Interim ad hoc verbosissimum opus componendum, ad tot laudes patroni coacervandas proprium auctoris ingenium minime suffecit, sed copiosa bibliotheca usus ex scriptoribus rerum ecclesiasticarum vitisque sanctorum antiquioribus furatus est ea quae sibi videbantur suavissima. Etsi fontes quos plerumque ad verbum exscripsit multos indagavit W. Levison socius, eo plures sine dubio adhuc latent neque quae ex alieno praedatus est omnia umquam detectum iri persuasum mihi est. Quanta fraude lectores deceperit, inde intellegitur, quod quae de haeresibus et Monothelitarum et Gallicana concilioque Aurelianensi rettulit[7], *ea cum Rufini historia ecclesiastica partim ad verbum conveniunt, nimirum ad haeresim Arianam synodumque Nicaenam ibidem spectantia; etiam scriptura quam citavit*[8] *eiusdem auctoris est atque peregrinationes sancti ad barbaros convertendos eodem usus longius prosecutus est*[9]. *Prologum tumidiorem fere totum ex verbis alienis composuisse videtur, incipiensque a Sedulii carmine paschali hoc ordine scripta*

1) *'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 317. 458[2]. 2) *Caesarii sermo n.* 265 *(Migne XXXIX, col.* 2239*):* Ante omnia, ubicumque fueritis (estis *V. Eligii cum hom.*), sive in domo sive in itinere sive in convivio (sive in d. — s. in c. *om. hom.*) sive in consessu (s. in c. *om. V. Eligii cum hom.*), verba turpia et luxuriosa nolite ex ore vestro proferre. 3) *V. Eligii II,* 16: vota reddere praesumat, dependere praesumat; *homilia Sang.:* vota reddat, deponat. *At:* Nullus [si *add. V. Eligii cum Caesarii sermone n.* 265] quando luna obscuratur, vociferare praesumat *V. Eligii cum homilia.* 4) *Etiam* Predicatio ad populum *(incip.* Rogo vos, fratres karissimi, et cum h. ammoneo, ut auscultare iubeatis*), quam codex Monacensis lat. n.* 6430 *(Fris.* 230*), saec. IX, fol.* 56, *continet, ex V. Eligii II,* 16, *excerpta est (cf.* gaudentes *pro* trepudiantes *in calce), etsi textum illum non solum breviorem, sed etiam puriorem edito esse statuerunt auctores catalogi bibliothecae illius. Ex hac altera quae eam subsequitur homilia pendet, item* Rogo vos et ammoneo, fratres karissimi, *incipiens, cui perpauca ex vita ipsa illata sunt.* 5) *Pro verbis* in gehenna eterna *scripsit* in ignem aeternum. 6) *Locum scripturae sacrae Is.* 58, 1: Clama ne cesses *ex Sangallensi ita suppleas:* quasi tuba exalta vocem tuam *et in posteriore parte post verba* eligere quod teneatis *ex eodem addas:* et quid respuatis. 7) *V. Eligii I,* 33—35. 8) *Ib. I,* 34. 9) *Ib. II,* 3. 4. 8.

expilavit: Rufini historiam monachorum, Fortunati V. Radegundis, Rufini historiam ecclesiasticam, epistulas Sedulii ad Macedonium et Hieronymi quandam, Fortunati V. Hilarii. Venustate sermonis Hieronymiani, sicut auctor V. Desiderii episcopi Cadurci[1], *ita ipse quam maxime delectatus multa in epistulis eius repperit imitanda*[2]. *Versu Seduliano etiam pompam funeris sancti ornavit*[3]. *Ad historiam sancti resque eius aevo gestas describendas inprimis celeberrimam Vitam Columbani adhibuit, scilicet ea quae de utroque et Eligio (II, 10) et Audoino (I, 26) Ionas rettulerat*[4], *praeterea Fredegarium*[5], *Martini papae epistulam*[6] *aliaque quae ad eundem attinent documenta*[7], *acta concilii Cabillonensis de haeresi Simoniaca*[8]. *Ex vitis sanctorum nulla ei acceptior fuisse videtur ea quam de Hilario Fortunatus composuerat*[9]; *alia ex scriptis Sulpicii Severi de Martino*[10] *deprompsit et ex Vita et ex epistulis; pauca in reliquis quas legerat vitis repperit Antonii*[11], *Hilarionis et Pauli auctore Hieronymo*[12], *Remedii*[13], *Silvestri*[14]. *Denique auctores legerat Orosium*[15] *Bedamque*[16] *regulamque secutus est Benedicti*[17].

Vitae Eligii compendii loco laterculos capitum auctor Noviomagensis adiunxit, ut id quod nosse quis velit eo celerius repperiret neve vasta mole diutius fatigaretur; praeterea testimonia divinae lectionis ad exornandum opus addidit, quae sanctum praedicando memoravisse seque ipsum meminisse affirmavit[18]. *Laterculi illi transpositi prologum in codicibus iam subsequuntur; testimonia vero omnino desiderantur. Haec quidem de la Barre homiletica illa esse credidit, quae c. 16. libri alterius iam occupant, neque vero satis constat, utrum sedem suam mutaverint annon, atque testimoniorum nomen in eadem minus convenire videtur. Testimonia vero cum ex aliis patribus tum ex Isidoro deprompta Eligio nostro in codice* S a n g a l l e n s i *n. 230, saec. IX, p. 441—498, attributa sunt, ubi post laterculum 72 capitum haec leguntur praescripta:* Incipit liber sententiarum de aliis pluribus libris, que sanctus E l i g i u s episcopus de euangl. exposuit. *Liber qui inest Scintillarum*[19] *a Defensore monacho Locotigiacensi compositus est neque de auctore dubitare licet, qui de opere suo ipse praefatus sit*[20]. *In codice autem illo non solum prologus, sed etiam multa alia desiderantur neque liber ad finem perductus est, deficientibus capitibus 77—80. Quicumque eum in hanc formam redegit, vix auctoris nomine dignus est, quare hanc quaestionem in suspenso reliquisse satis habeo.*

Camenarum muneribus labente litterarum studio homines eo magis delectabantur, quo minus ad artem illam exercendam idonei erant, neque Gregorius Turonensis quicquam ardentius exoptabat, quam ut opera sua in versus redigerentur[21]. *Quod cum ille non expertus sit, biographus Eligianus eo felicior poetam nactus est, qui libris duobus tertium addens totam vitam 'rhetorice atque commatice' (i. e. poetice) expolivit. Pseudo-Dadonis enim opus admodum 'simpliciter atque prolixe' digestum erat, ita ut poeticis deliciis carminibusque potius tenerentur studiis saecularibus eruditi quam hac simplici quamvis luculenta historia. Quod cum ille animadvertisset, tenuitati ingenii sui minime parcens, amore patroni ductus res gestas eius 'versiculis hexametris' summatim recolebat, ab ipso auctoris Noviomagensis prologo incipiens. Librum illum alterius manu additum esse et ex praescriptione intellegitur et ex ipsius auctoris epilogo, unde tres sancti biographi distinguendi sunt genuinus Dado, Pseudo-Dado vel potius monachus S. Eligii*

1) *V. supra p.* 553. 2) *Prologo addas V. Eligii I,* 3. 20. 39. *II,* 9. 36. 38. 3) *V. Eligii II,* 38. 4) *Ib. I,* 17. *II,* 5 *et I,* 8. 5) *Ib. I,* 33. *II,* 28. 6) *Ib. I,* 33. 7) *Ib. I,* 34. 8) *Ib. II,* 1. 9) *Expilata est non solum in prologo, sed etiam V. Eligii I,* 1. 39. *II,* 3. 36. 10) *V. Eligii II,* 2. 3. 9. 21. 34. 38. 11) *Ib. II,* 34. 12) *Ib. II,* 36. 38. 80. 13) *Ib. I,* 20. 40. *II,* 80. 14) *Ib. I,* 10. *II,* 14. 15) *Ib. I,* 1. 16) *Ib. I,* 17. 17) *Ib. I,* 9. 18) *Ib. II,* 81. 19) *Ed. Migne LXXXVIII, col.* 597—718. 20) *Mabillon, Ann. I, p.* 10. *II, p.* 92. 704; *'Hist. litt.' III, p.* 654. 21) *Scr. rer. Merov. I, p.* 459.

Noviomagensis, poeta ignotus. Versus eius quales ad nos pervenerunt monente Ludowico Traube adiutore studiorum nostrorum indefesso ratione rhythmica ita compositi sunt, ut vox sexies attollatur, factaque incisione ternae sublationes sibi respondentes eadem syllaba terminentur; rhythmos vero illos idem animadvertit non esse genuinos, sed carmen hexametris continuis primo conscriptum, ex parte etiam distichis, ab auctore quarto in eam formam redactum esse quam habemus. Flores poeticos aliunde sibi colligens inprimis Venantii Fortunati carmina poeta expilavit, versus vero huius admodum deformati atque consuetudini vulgari aevoque viliori accommodati sunt, sicut auctor meus artis peritissimus hisce demonstravit exemplis:

Fortunatus II, 9, v. 3 sqq.	*V. Eligii liber III, ed. Bolland. p. 471.*
Iam dudum obliti desueto carmine plectri	Iam dudum cogito, fateor, aptare carmine plectro.
Cogitis antiquam me renovare lyram.	Conor componere novam canendi congruam lyram.
En stupidis digitis stimulatis tangere cordas,	Tentabo ergo stupidis tangere corda digitulis,
Cum mihi non solito currat in arte manus.	Cum mihi non suppetat gurdus in arte huiuscemodi manus.
Scabrida nunc resonat mea lingua rubigine verba	Scabrida insuper verba resonat rubigine lingua;
Exit et incompto raucus ab ore fragor.	Erumpit vix et incomptus raucus ab ore sonus.
Vix dabit in veteri ferrugine cotis acumen	Vix quippe dabit in veteri ferrugine cutis acumen.
Aut fumo infecto splendet in aere color.	
Sed quia dulcedo pulsans quasi malleus instat,	Dulcedo tamen adpulsans plus quasi malleus instat.
Et velut incudo cura relisa terit	*ib. p. 482, v. 11.*
Pectoris atque mei succenditis igne caminum.	Pectoris atque mei succendis igne caminum.

Litterarum ille Noviomagensis auctor Dadonis nomine abusus haudquaquam expers erat, licet grammaticorum vestigiis ingredi nec voluerit nec potuerit. Sermonis quidem sui castigator censorque ipse extitit, sed, nisi vehementer fallor, vix verax, nam simplicitatem vilitatemque illius ea de causa et in prologo et in epilogo vituperasse mihi videtur, ut ab aliis eo magis laudaretur. Cothurnum sublimiorem feliciter evitans auream mediocritatem tenere maluit, ne grammaticorum fumos sectando simplicibus displiceret neve scholasticos nimia rusticitate offenderet. Cum sanctorum gesta scriptorum vitio reliquis magis depravata esse sibi compertum esset, ita ut studiosi quique aevi ipsius fastidio deterrerentur, suo opere aliquid praestitisse sibi visus est atque quam maxime cavit, ne et studium et sollicitudo ipsius librariorum incuria abolerentur. Politioris humanitatis non plane rudem eum fuisse inde concludi licet, quod et 'celsum culmen Olympi' (II, 38) et 'Lesiae (i. e. Elysios) campos' (ib.) non ignoravit. E magistratibus Francorum maiorem domus elegantius appellavit palati praepositum[1] *et pro comite vocabulo 'iudex fiscalis' (II, 15) usus est, quod etiam in Lege Ribuaria legitur, alibi vero barbare 'graffio' scripsit (II, 55), in patrium sermonem recidens. A perfecta grammaticae latinae scientia tantum aberat, ut in codicibus quamvis non satis antiquis multa adhuc deprehendantur menda. Adiectiva satis audacter formavit* egrus, pigrus, inpigrus, familiariis monitis *(II, 17),* in posteriora parte *(II, 6),* radientia mole *(I, 12),* amoenitate virentia *(I, 16); e substantivis* rei *crebro depravavit* regi *et pro* iter *scripsit* itiner *(II, 27). Genera saepe permutans masculinum pro feminino neutroque et vice versa scripsit:*

1) *V. Eligii II,* 20. 56.

masc. pro fem. levissimo febre, eodem serie, turrem validissimum, tantorum vocum;
fem. pro masc. conglobata — ardore, diversas flores, fomitem praestitam, copiosa imbre;
masc. pro neutro honorabilem mausoleum;
neutr. pro masc. cadum quod, magnum quoddam fragorem, scrupulum quoddam, sonum aliquod.

Coniugationem minus recte formavit verborum contetigit *(= contigit)*, totunderet *(= tonderet)*, angeri *saepe (= angi)*, ungeat *(= ungat)*, exposcitas *(= expostulatas)*. *Deponentia ut activa saepe usurpavit atque frequenter passiva notione activa adhibuit:*

act. pro deponentibus comitavit, comitasse, commoraveris, conaverimus, experisset, scrutaverat;
passiva pro activis destinatus erat *(= destinaverat)*, sunt expetiti *(= expetiverunt)*, faverentur *(= faverent)*, iuvatus fuisset *(= iuvisset)*, trepidetur *(= trepidet)*, vernatur *(= vernat) et in infinitivo* commoneri, ignosci.

Accusativo absoluto pro ablativo saepe usus est. Multa praeterea vocabula rariora et parum latina adhibuit, velut adauctius, fortia *(= Gall. 'force')*, repa *vel* crepa, scabare, *aliaque, quae haud facile aut omnino non intellegi possunt. Usu Carolingico scripsit* taxare *pro commemorare neque rhythmis orationem pedestrem condire neglexit, ita ut eaedem syllabae numero poetico iterentur, velut II,* 4.

Absoluto priore libro auctor paene defessus opus imperfectum reliquerat neque inchoatum nisi recreatis viribus iterum aggressus est, cumque fere ad finem alterius libri pervenisset, magnopere iam a loquendo requiescere festinavit[1]. *Lectores nimirum garrulitate sua eo magis fatigavit neque animum inducere poteram, ut hanc vastam molem integram edendam curarem. Prolixam morum formaeque descriptionem, virtutes laudesque sancti, exercitationes pias nimiaque misericordiae opera, denique miracula vana praetermisi, quibus ipsa personarum locorumque nomina haud raro desunt. Cum ex capite homiletico (II,* 16*) eam tantum partem admiserim, quae ad superstitiones pertinet, reliqua tamen haud pauca genuina Eligii praedicatione continentur, quam in appendice edidi.*

Vita Eligii aevo illi adhuc sterili munus exoptatum venit neque, ubi primum edita est, deerant, qui fructus ex ipsa decerperent; expilatores vero non curavi nisi vetustissimos, Landiberti scilicet Traiectensis[2], *Desiderii Cadurci, Aridii Lemovicini*[3] *biographos. Ex his auctor V. Landiberti adhuc saec. VIII. degebat, qui et ipse non multo post a vetustiore Hugberti biographo expilatus est, neque vero textus V. Eligii qui et illi et reliquis praesto erat admodum discrepabat ab eo, qualis in codicibus nostris legitur. Habebant utrumque librum una cum prologo atque in V. Desiderii c.* 39. *vel locus quidam laterculi capitum (II,* 44*) adhibitus est, monente W. Levison. Ad textum restituendum codicumque singulorum auctoritatem examinandam sola V. Aridii aliquid facit atque ex ipsa concludi licet exemplar tunc extitisse, in quo paulo plura legebantur verba activa loco deponentium, casus falsi, cetera. Exemplar igitur unde nostri codices pendent stilo grammatici cuiusdam obiter politum videtur esse.*

*Plerique libri textum vulgatum continent, ad quem emendandum et vetustiores et praestantiores adhibui, neque inter se illi discrepant nisi raro. Praeterea vero classem codicum (*1*) reperire successit, in quibus vetus barbaries et elocutio genuina paulo melius servatae videntur esse, sed praetermissis et prologo et laterculis capitum incipientes ultra*

1) *V. Eligii II,* 79. 2) *Cf. Kurth, 'Annales de l'académie d'archéologie de Belgique' XXXIII, III ser., tom. III, p.* 104 *sqq., Antwerpiae* 1876. 3) *Scr. rer. Meroving. III, p.* 581 *sqq.*

libri prioris finem non perveniunt, cumque exemplar unde pendent neglegentius descriptum esset, haud paucis mendis inquinati sunt. Alterius libri locum in 1a. b brevis vitae narratio occupat (inc. Summo studio et magna cum sollicitudine), quae ut die festo sancti in conventu legeretur ex ipsa prolixiore vita excerpta est. Eam seorsum descriptam in codicibus Carnoteno n. 27 (68), saec. XII, fol. 115—117, (praescr.: Incipit vita sancti Eligii episcopi et confessoris, que est Kl. Decembris[1]) et Bruxellensi n. 18018, saec. XII, olim Laubiensi, repperi[2]. Inventio corporis Quintini martyris, scilicet V. Eligii II, 6, in codicibus 3. 3* alterum librum subsequitur, quae in aliis, veluti Parisiensibus n. 17002, saec. X, n. 17625, saec. X/XI, cum vita non coniuncta est. Librum tertium rhythmicum nisi codices 2a. c. d nulli quos evolvimus exhibent, sed ad eundem spectat finis laterculorum capitum in 3, ex quo concludi licet ipsum etiam in exemplari unde ille pendet affuisse. Recentior denique V. Eligii editio in codice Parisiensi n. 11759, saec. XIV, olim Herovalliano, deinde Sangermanensi, fol. 267—277' (praescr.: Incipit vita Eligii beatissimi episcopi Noviomensis, quam composuit beatus Audoenus, inc.: Beatissimus Eligius natione Aquitanus in villa Cathalacense) extat, qui item V. Columbani textum immutatum atque retractatum continet[3].

1a) Codex Turicensis bibliothecae urbanae C, X, i, formae maximae, saec. X. ex., olim monasterii Sangallensis, n. XC. V. Eligii librum I, n. XCI. alteram breviorem vitam continet (praescr.: Incipit vita sancti Eligii episcopi eiusque transitus Kalendarum Decembrium colitur), quae non integra in verbis: reliquias apostolorum sanctorum martyrum pig| desinit, cum folium paenultimum excisum sit.

1b) Codex Berolinensis, Ms. theol. lat. Fol. 267, saec. XII, olim monasterii Springirsbacensis dioeceseos Trevericae, fol. 201'—216, eadem atque praecedens exhibet.

1c) Codex Bernensis n. 48, saec. XI, fol. 172—184', librum I. solum continet.

1c*) Codex Parisiensis n. 12606, saec. XIII. in., olim monasterii Floriacensis (n. 143), deinde S. Germani a Pratis (n. 499, antea n. 627), fol. 161'—163, in verbis ad belligerandum fortis (I, 12) desinit.

2a) Codex Bruxellensis n. 5374—75, saec. IX/X, quem monasterii Gemblacensis olim fuisse coniecerunt Bollandiani[4], fol. 140, totus Eligio dicatus est, ita ut vel tertius liber (fol. 130—140) adsit, sed folia nonnulla initio desiderantur, ut textus a verbis Eligio concessum (I, 15) demum incipiat, primaque et ultima humore perfusa iacturam scripturae fecerunt. Praeterea librarius quidam saec. XI. sermonem expoliens lectiones primigenias saepe erasit.

2b) Codex Bruxellensis n. 9120, saec. XIII, fol. 108—140', LXXVIIII. Vitae Eligii absque laterculis capitum epistulisque exhibet libros duos in tres divisos, ita ut tertius ab obitu sancti II, 34, incipiat.

2c) Codex Parisiensis n. 5327, saec. X, olim S. Amandi in Pabula, deinde Telleriano-Remensis n. 269, tum Regius n. 4179, inter schedas diversis temporibus scriptas fol. 104'—170. V. Eligii libros duos una cum tertio rhythmico continet.

2d) Codex Bruxellensis n. 18421—29, saec. XIII, olim S. Martini Tornacensis, fol. 88—148', eadem atque praecedens exhibet.

3) Codex Sangallensis n. 556, saec. X. ex., p. 55—319, epistulis Dadonis Chrodobertique caret locoque libri tertii Inventionem S. Quintini (II, 6) continet (p. 320—324).

1) 'N. Arch.' XVIII, p. 570. 2) Initium finemque et prologi et vitae ediderunt socii Bollandiani, Catal. Bruxell. I, 2, p. 419. 3) V. supra p. 60. 4) Catal. Bruxell. I, 1, p. 470.

3*) *Codex Monacensis latinus n.* 3717, *saec. X/XI (Aug. eccl.* 17), *fol.* 1—101, *V. Eligii initio mutilam (inc. I,* 6. pignoribus manus imponere), *fol.* 101'—103. *Inventionem S. Quintini (II,* 6) *continet, quam Sermones (fol.* 104—163') *subsequuntur. Ex praecedente exscriptus est, antequam hiatus nonnulli a correctore posteriore suppleti sunt.*

4) *Codex Divionensis n.* 395, *saec. XII, fol.* 137, *olim 'S. Mariae Cistercii', totus ad Eligium spectans, libros duos una cum epistulis exhibet.*

4a) *Codex Bruxellensis n.* 7487—91, *saec. XIII, antea Musei Bollandiani ibique signatus Q MS.* 4, *fol.* 195'—235, *latis hiatibus laborat, nam desiderantur finis prologi a verbis* Unde lectorem obsecro, *II,* 15 *ex.* Nam collectis — *II,* 17, *epistulae denique in calce. Liber II. in c.* 33. *ibi desinit:* Explicit liber II. de vita et virtutibus beati Eligii confessoris Christi Noviomensis episcopi. Incipit transitus eiusdem, *atque II,* 81. *haec subscripta sunt:* Explicit vita beati Eligii Noviomensis episcopi.

4b) *Codex Parisiensis n.* 5308, *saec. XII, olim Chesnii, deinde Colberti n.* 18, *tum Regius C.* 3593 (2), *fol.* 323—328, *prologo laterculisque capitum destitutus est, excisisque foliis* 329—336, *in verbis I,* 22. concite de equo *desinit.*

5) *Codex Parisiensis n.* 12607, *saec. XIII. in., olim Corbeiensis, deinde S. Germani a Pratis n.* 505 *(antea n.* 460 *et* 796), *fol.* 1—88', *utrumque librum integrum continet, quos fol.* 89—97. *Inventio reliquiarum S. Eligii a.* 1183. *facta subsequitur* [1]. *Ipsum Robertus de Curcellis monachus S. Petri Corbeiensis scribendum curavit, qui de eius origine rebusque quae eo continentur extrema in pagina (fol.* 224') *haec adnotavit:*

|acem[a]! Ego Robertus de Curcellis
|sancti[b] Petri Corbeie monachus feci fieri
[libru]m illum Deo et beato Petro in honore
Eligii Noviomensis episcopi et aliorum, quorum vite
vel actus in eo continentur, hoc scilicet ordine:
Vita sancti confessoris Christi Eligii pontificis
Noviomensis, in duobus libris edita a beato Audoeno Rotomagensi[c] archiepiscopo. Item miracula eiusdem modernis temporibus patrata.
Vita sancti Nicholai Myrreorum archiepiscopi et confessoris.
Passio sanctorum martyrum Fusciani, Victorici et Gentiani.
Passio sancti Thome Cantuariensis archiepiscopi et martyris.
Vita sancte Balthildis[2] regine institutricis huius loci.
Translatio[3] eiusdem gloriosissime Francorum regine.
Vita sancte Bertile Kalensis cenobii abbatisse,

et q. s.

6a) *Codex Parisiensis n.* 5359, *saec. XI, olim Fiscamnensis, postea Bigotianus n.* 173, *deinde Regius* 3863 (2), *fol.* 91—101, *absque prologo laterculisque capitum incipiens permulta praetermisit, scilicet I,* 6. 7. 10—18. 21—26. 28. 30—38 *(quorum locum II,* 11. *occupat).* 40, *II. Praef.,* 3—33, *additaque doxologia desinit II,* 38. *More Alamannorum, veluti* 1a. 3, *librarius* Franchi *scripsit pro* Franci.

6b) *Codex Rothomagensis U* 39, *saec. XII, olim Gemeticensis, fol.* 83—91, *eadem atque gemellus eius qui praecedit exhibet.*

7) *Codex Parisiensis n.* 5365, *saec. XII, olim Lemov. n.* 204, *deinde Regius* 3594 (1) [b], *fol.* 174'—204', *ex pluribus exemplaribus pendet, nam in prologo cum codice* 8

a) *Lacinia abscissa est. c. Suppleas fortasse:* [Lectori p]acem. b) *Suppleas:* [monasterii] sancti? c) Rotomagensis *c., corr.*

1) *Eam ex hoc ipso codice publici iuris fecerunt Bollandiani, Anal. IX, p.* 423 *sqq.* 2) *Nobis C; v. Scr. rer. Meroving. II, p.* 480. 3) *V. SS. XV, p.* 284, *n.* 2.

convenit, praeterea vero in libro priore cum classe 1. *Desiderantur autem laterculi capitum, l. II, c.* 71. *ad 'monasterium meum', scilicet Resbacense, spectans, epistulae in calce, dum duae interpolationes (II,* 19. 20*) adsunt, e quibus alteram ab Ansoaldo episcopo Pictavensi librarius ipse accepisse voluit mendax, scilicet daemoniacos non quinquaginta, sicut biographus rettulerat, sed quingentos ab Eligio sanatos esse.*

8*) Codex Montepessulanus H, n.* 1, *saec. XIII. in., legendarii magni S. Mariae Claraevallensis volumen III. mensem Decembrem comprehendens, fol.* 2—27, *V. Eligii libros duos absque laterculis capitum et epistulis continet eodem modo tripartitos atque in* 2*b. ita ut in obitu sancti II,* 34. *liber tertius incipiat, qui II,* 81. *ita desinit:* Explicit liber III. de transitu et miraculis sancti Eligii episcopi et confessoris; *sed miracula defuncti et ipsa separata sunt, vita desinente II,* 38. *Haud pauca ibi omissa sunt, scilicet homiletica cum capitibus insequentibus a verbis II,* 15. Inde igitur *usque ad II,* 31. *miracula quoque a verbis II,* 50. Denique audite *fere usque ad finem II,* 81. exornarem.

9*) Codex Parisiensis n.* 5287, *saec. XIII, antea Colbertinus n.* 713, *Regius* 3864, *fol.* 126'—156, *V. Eligii in quattuor libros divisam exhibet. Ex his tertius praescriptione caret, incipiens fortasse II,* 34, *ubi spatium relictum est, omissisque verbis II,* 38. Comparetur itaque si pl. *ad II,* 40, *quartus demum a II,* 41. *initium capit hocce:* Incipit liber quartus de obitu sancti viri Eligii. Post obitum vero suum apparuit vir beatus, *praescriptione distinctus, quae potius tertio convenit. Capita nonnulla atque epistulae in calce desiderantur.*

Duae in priore libro codicum classes ita inter se distinguendae sunt, ut libris 1, *quibuscum facit* 7, *potior calculus, alter vero reliquis omnibus accedat. Nam lectiones in codicibus* 1 *reperiuntur splendidissimae, e quibus intellegitur ex exemplari hic illic depravato reliquos pendere, textumque haud paucis locis ad illos emendare successit, ita ut iacturam eorum in altero libro aegre feramus. Constat enim, quae in libris* 1 *aut omnibus aut singulis grammaticae legibus minus respondent, veluti ablativus pro accusativo (I,* 16. 34*), accusativus absolutus (I,* 17. 18*), genera inter se permutata (I,* 21. 32*), verba activa pro deponentibus (I,* 35*), ea auctoris aevo magis convenire quam quae in reliquis iam leguntur formae correctae, sed in his adhuc gravius sermo barbarus cultro grammaticorum sauciatus est:*

I, 4. tuit(c)ione] 1*a. b. c.* 7*;* dit(c)ione *rell;*
I, 30. ad eundem (idem 1*b. c*) oratorium] 1*a. b. c:* ad sanctae Columb(a)e o. *rell;*
I, 31. humi eodem (humo eadem 1*b*) tegerent] 1*a. b. c;* ipsum humo t. *rell.;*
I, 33. contagio] 1*a. b. c cum Rufino;* contagium *rell.;*
I, 35. Falvius] *recte* 1*a. b;* Flavianus 1*c;* Salvius *rell.*

Librarius igitur, ad quem origo reliquorum codicum referenda est, in genere masculino haerens sanctae Columbae oratorium *scripsit pro* eundem o. *casusque falsos I,* 31, *corrigens totum locum immutavit. Alibi sola neglegentia sua erravit, exemplar quod habuit minus accurate describens aut scripturam parum recte discernens:*

I, 30. vel usque ad] 1*a. b. c;* vela usque ad *rell.;*
I, 31. sarculos] 1*a. b. c;* sacculos *rell.;*

verba quoque nonnulla ab eo praetermissa esse manifestum est:

I, 33. ut si essent in regno eius] 1*a. b. c;* ut si essent *(in r. om.)* eius (ei 4) *rell.*

Interim cave credas exemplar, unde codices 1 *pendent, omnibus numeris perfectum fuisse, sed nonnulla studio reformandi ibi immutata erant:*

I, 7. crebrius] *rell. et omnes infra;* prius 1*a. b. c;*
I, 15. purissimus ac rutilus — metallus] 2*b. c.* 3*;* purissimum ac rutilum — metallum 1*a. b. c.* 4*;*
I, 17. infit] *rell.;* dixit 1*a. b. c;*

pleraque menda eo orta erant, quod manum priscam decessoris sui librarius non satis recte investigare potuerat:

I, 10. Maurorum] Insurorum 1*a. c;* Infurorum 1*b;*
ib. pungam] purgam 1*a. b;* purpuram 1*c;*
I, 13. otius] otio 1*a. c;* civium 1*b;*
I, 16. in spheria] in spleria 1*a. b;* in spelea 1*c;*
I, 21. fermenti] per mentes (mentis 1*b*) 1*a. b;* perimentes 1*c.*

Legerat igitur in *pro* m, r *pro* n, o *pro* us, l *pro* h, p *pro* f, *atque pro* que *scripsit* ore:

I, 7. que] ore 1*a. c;* oris 1*b;*
I, 8. que] ore 1*a. b. c,*

aut riae:

I, 32. atque] atriae 1*a. b;* et 1*c;*
I, 34. atque] atriae 1*a. b;*
I, 36. atque] atriae 1*a;* atria 1*b; om.* 1*c.*

Litterarum formae quas in exemplari suo reppererat admodum inter se colligatae et contractae erant, quales in schedis Merowingicis hodieque conspiciuntur, atque nota ꝙ *facile* ore *solvi poterat a librario imperito*[1]. *Libri igitur illi ex exemplari vetustissimo pendent litteris Merowingicis exarato neque vero lectiones eorum semper praeferendae sunt. Ad discernendas autem bonas et malas arbitrum nullum nacti sumus praeter Aridii biographum, qui haud pauca ex V. Eligii deprompsit. Codex enim qui illi praesto erat ad eandem classem* 1 *pertinebat:*

I, 3. Natus ergo Eligius] 1*a. b. c;* Natus ergo Aridius *V. Aridii c.* 4*;* Igitur E. *rell.;*
I, 7. rigans] 1*a. b. c cum V. Aridii c.* 6*;* irrigans *rell.;*
I, 8. Denique iugiter Dominum interpellans pleno pectore fide exigebat, ut si esset accepta eius penitentia Deo] 1*a. b. c;* Inter haec autem Dominum pl. vigore deprecans, ut eius paenitentia ante Dei conspectum esset accepta *V. Aridii c.* 6*;* Denique quodam tempore interpellans pl. p. f. e., ut si e. acc. Deo eius p. *rell.;*
I, 9. Domino] 1*a. b. c cum V. Aridii c.* 5*;* Deo *rell.,*

neque vero mendis iis inquinatus erat, quae imperitiae aut neglegentiae librarii illius attribuenda sunt:

I, 7. se vas] *rell. cum V. Aridii c.* 6*;* fe(ȩ)nus 1*a. b;* se (vas *post* exhibere *superscr.*) 1*c;*
ib. austeram] *rell. cum V. Aridii l. l.;* fortit *corr.* forte 1*a;* fortem 1*b;* fortiter 1*c (librarius ad versum insequentem aberravit:* coepit fortiter *et q. s.);*
I, 40. quanta] *rell. cum V. Aridii c.* 49*;* quando 1*a. b;* quanto *(e corr.?)* 1*c.*

Singuli libri 1 *ita inter se coniuncti sunt, ut primo* 1*a. b ex eodem exemplari pendeant:*

I, 5. sellam] sellam sed iam 1*a. b;*
I, 8. Audoino] Audolino 1*a;* Audalino 1*b;*
ib. cor unum] corona 1*a (pr. m.). b;*
I, 34. Orientis] trientis 1*a. b,*

unde gemelli multo deterioris 1*b lectionibus peculiaribus carere poteramus, deinde* 1*c. c* quam artissime inter se cohaereant:*

I, 3. atque — recondebat] *om.* 1*c. c*;*
ib. ruminaret] in(h)ereret 1*c. c*;*
I, 4. Bobone] Lobonte 1*c. c*,*

tum qui in priore libro cum hac classe facit, 7 *magis cum* 1*a:*

1) *Conferas* itemque *in placito Chlodovei III, Pertz, Dipl. I, tab.* 3, *v.* 4.

I, 5. iuvante] iubente 1*a.* 7*;*
I, 15. vellet] velut 1*a.* 7*;*
quam cum 1*c conveniat:*
I, 17. matronis] matrones 7 *et pr. m.* 1*c.*

5 *Deficiente classe* 1, *alterius libri textus ad reliquos codices solos restituendus erat, in quibus non solum grammatica sed et alia haud pauca immutata sunt. Utrumque vero librum continebat quo Aridii biographus usus est exemplar, sed haud multa ille inde deprompsit, unde nisi raro textum ad hunc fontem emendari non licuit:*
II, 79. prosequere] *V. Aridii c.* 61*;* prosequi *codd.;*
10 *ib.* compleximus] *V. Aridii l. l.;* conplexi sumus *codd.;*
II, 80. pro id] *V. Aridii c.* 62*;* pro eo *codd.;*
ib. infra pauco tempore] *V. Aridii l. l.;* infra paucum tempus *codd.*

Inter reliquos codices 2*a. b. c unam eandemque classem efficiunt levibus rarisque mendis inquinatam:*
15 *I.* 32. adeo] abeo 2*a. b. c* (adeo, *sed* d *in litura* 2*d*)*;*
II, 76. artuum] artubum 2*a. b;* artuhum 2*c;* artubus 2*d,*
e quibus propius inter se coniuncti sunt libri 2*a. b:*
I, 31. se virtutem] servitutem 2*a. b:*
II, 2. Noviomagensi] Noviomagensio *pr. m.* 2*a. b.*

20 *Sermo priscus in eis melius servatus est quam in* 3. 4*:*
I, 5. adauctius] 2*b. c (deest* 2*a) cum* 1*a. b. c.* 4*b.* 9*;* ad altius 3. 4. 4*a.* 5. 6*a. b.* 8*;* adda"cius *corr.* ad laucius 7*;*
II, 27. conatis] 2*a. b. c;* conamini 3. 4*;*
ib. aliquod dies] 2*a. b. c (cf. Scr. rer. Merov. I, p.* 922*);* aliquot d. 4*;* ali-
25 quos d. 3,
qui suo quisque modo aspera expoliverunt:
II, 20. obtemperaveritis] 2*a. b. c. d;* obtemperabitis 3*;* obtemperare velitis 4. 4*a.*

Libros 2 *et* 3 *ex eodem exemplari pendere manifestum est:*
I, 1. Lugdonensis] Lubdonensis *pr. m.* 2*c.* 3*;* Cubdonensis 2*b (deest* 2*a);*
30 *II,* 15. fracta] 4*;* facta 2*b. c et pr. m.* 2*a.* 3*;*
ib. a dirae] 4*;* abire 2*b. c.* 3*;* a : ire *pr. m.* 2*a;*
II, 31. Eligio responsum reddidit] *recte* 4. 4*a* (responsa reddebat *Rufinus*); elogium *(om.* resp.*)* redd. 2*a. b. c.* 3,
atque cum 4 *facit* 4*a:*
35 *I,* 18. lucra] *om.* 4. 4*a;*
II. 32. monarchiam regni] 2*a. b. c.* 3*;* r. *om.* 4. 4*a,*
cum utroque 4*b:*
I, 2. esset haec] ha(e)c e. 4*a. b;*
I, 3. aliorum] aliquorum 4*a. b;*
40 *ib.* Exin] Exhinc 4. 4*b.*

Inter codices 4. 5. 7. 8 *et inprimis inter* 4. 5 *et* 4. 8 *necessitudo quaedam intercedit:*
II, 81. aemulatos] emulos 4. 5. 7. 8,
e quibus 4. 5 *cum* 3 *laterculos capitum soli servaverunt. Magnam auctoritatem codici* 6*a attribuam admodum lacunoso, cuius lectiones optimis libris confirmantur:*
45 *I,* 5. omnia — fieri potuisset] 6*a cum* 1*a. c.* 2*b;* o. — f. potuisse *rell.;*
I, 9. ingentem g. (h)odium] 6*a cum* 1*a. (b). c.* 2*b. c et V. Aridii;* ingens g. odium *rell.,*
quique vel solus proprium auctoris sermonem servavit h. l.:
II, 34. regi] *pr. m.* 6*a;* rei *rell.*

Quomodo 7 *et* 9 *interpolati sint, ex celeberrimo illo consecrationis loco (II,* 2*) intellegitur, ubi* 7 *post verba:* Ego Rodomo, ille vero Noviomo, *addidit:* Item aliter: Audoenus Rodomo, Elegius vero Noviomo, 9 *omnia in tertiam personam transtulit:* Consecrati sunt .... Audoenus quoque Rothomago, Eligius quoque Noviomo.

Alterius libri textus qualis in codicibus nostris traditus est corruptelis nonnullis laborat, quae nisi coniectura emendari non possunt; ad recensendum vero librum priorem classe prima melius instructi sumus. Codices adhibui 1*a. b. c.* 2*a. b. c.* 3. 4. 6*a, praeter quos* 5 *cum prologo, laterculis capitum, epistulis contuli, quae in multis libris desiderantur. Codices* 2*a. c paginasque nonnullas* 2*b W. Arndt b. m. olim contulerat, post quem ipse plerosque examinavi librumque* 3 *totum evolvi; denique W. Levison socius successit, hos omnes recognoscens aliosque de integro perscrutatus. Capita nonnulla locosque selectos cum* 1*a. b.* 2*b. d.* 6*a postea collata officiis O. Cartellieri Berolinensis, H. Lebègue Parisiensis, G. Meyer v. Knonau Turicensis, A. Poncelet Bruxellensis debeo.*

Rationem scribendi ad codices vetustissimos 1*a.* 2*a. c.* 3 *institui, sed* e *pro* ae *nec in casibus nec in praepositione* prae *admisi atque peculiaria librariorum secernere studui. Ut exempla nonnulla afferam,* 2*a geminationem nonnumquam omisit* (consumabatur, gresu, iusit), 2*c saepe* ae *pro* e *et* ci *pro* ti, *praeterea* faccere, peccunia, misseris *scripsit,* 3 *vero morem aevi sui secutus praepositiones plerumque assimilatas adhibuit multaque alia admisit parum probanda* (ci *pro* ti, peccunia, oppificium, oppinionem, colegis, literae, *constanter* negligere). *In priore libro* 1*a, in posteriore* 2*a potissimum secutus sum neque vero lectiones bonas neglexi, quae in reliquis occurrebant. Nomina propria regum Francorum in codicibus plerumque attenuata aut omissa aspiratione incipiunt* Hl *aut* L, *sed* Chlodoveus *servaverunt* 1*a. b. c et in altero libro crebro* 3. *Nomen sancti* Eligius *in plerisque codicibus scriptum est, nisi quod* Elegius *in* 1*a. b semper legitur, raro in* 1*c, saepe in* 3.

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1581, *tom. VI, p.* 709—765, *V. Eligii libros duos omisso prologo edidit, textum genuinum initio satis accurate servans, mox vero suis verbis usus, ut quae fusius et copiosius dicta erant ea paucis comprehenderet. Itaque librum alterum ad capita* 59 *resecuit, dum priore numerus plenus (*40*) vel apud ipsum continetur. Epistulas in calce vitae ita inscripsit, quasi cui sedi Chrodobertus episcopus praefuisset in codice suo repperisset:* Epistola beati Audoeni ad Robertum episcopum Parisiensem de vita S. Eligii *et* Epistola Roberti episcopi Parisiensis, qua beato Audoeno respondet, *sed nomen loci falso ab ipso suppletum esse ex iis quae supra exposui intellegitur. Codex quo usus est aut ipse* 2*a aut exemplar eius erat, nam omnia continebat quae manu recentiore illi illata sunt:*

I, 32. Adeo] Atque ab eo tempore *Surius;* abeo *(m. al.* tempore *post* autem *suppl.* 2*a)* 2*a. b.*

Tertium librum, qui ei item inerat, editor praetermisit, cum nihil contineret nisi epitomen eorum quae duobus libris fusius descripta essent.

Ph. Labbeus, Nova bibliotheca manuscript. librorum, Parisiis 1657, *tom. II, p.* 517 *sq., prologum a Surio omissum publici iuris fecit.*

Lucas d'Achery, Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum, Parisiis 1661, *tom. V, p.* 147—302 [1], *petentibus viris doctis multisque amicis V. Eligii libros duos in pristinum colorem redegit descriptos ex vetusto Corbeiensis (=* 5*) bibliothecae codice, quem cum Conchensi quodam contulerat. In altera huius operis editione I. de la Barre*

1) *Cum priora folia iussu editoris denuo impressa essent, inter schedas Bollandianorum adhuc asservantur plagulae primigeniae, in quibus textus a p.* 148. *incipit; cf. Anal. Bolland. XVIII, p.* 44.

Tornacensis, Parisiis 1723, *tom. II, p.* 76—123, *codicis monasterii S. Audoini fere quingentorum annorum, ideoque saec. XIII, varias lectiones adiecit missas ab E. Martène. In libro illo verba I,* 9. Sectabatur itaque — *I,* 10. captivis subveniret *desiderabantur atque I,* 5, operis artificium *legebatur, sicut in* 6*b.*

5 *Hanc editionem una cum omnibus adnotatis iteravit Migne, Patrologia latina, Parisiis* 1851, *tom. LXXXVII, col.* 479—594, *neque quicquam mutavit, nisi quod laterculis dissolutis capitibus singulis ea praescripsit, quae illi continua exhibent.*

I. Ghesquierus, Acta sanctorum Belgii, Bruxellis 1785, *III, p.* 198—310, *utramque editionem Acherianam cum schedis Bollandianorum contulit, quae in biblio-* 10 *theca regia Bruxellensi n.* 8961. *hodie asservantur, scilicet cum exemplari codicis Rubeaevallensis, cui lectiones codicis Bonifontis adscriptae sunt, sed perpauca ex ipsis deprompsit, velut ultimum enuntiatum II,* 17. *Praeterea vero in museo proprio multi V. Eligii codices extabant, scilicet P. Ms.* 160, *olim Vallicellensis, saec. XIII, p.* 118 —155 (*hodie Bruxellensis n.* 7461), *Q. M.* 4 (*nobis* 4*a*), + *Ms.* 113 *et* 167, + *Ms.* 209, 15 *olim ecclesiae S. Waldetrudis Montensis, saec. XIV. ex., p.* 63—79 (*Bruxellensis n.* 7808). *Laterculos capitum praetermisit, quippe qui aliis incisis textum distinxerit. In praefatione tenui ac ieiuna nihil fere egit, nisi quod de annis et ordinationis et mortis disseruit. Fidem auctoris quantum poterat tueri conatus est.*

Tertium librum rhythmicum soli Bollandiani in Catalogo codicum hagiographi- 20 *corum bibliothecae Bruxellensis, Bruxellis* 1886, *I,* 1, *p.* 470—483, *ex codice* 2*a publici iuris fecerunt, discrepantiam lectionum variantium codicis monasterii Rubeaevallensis adnotantes, cuius exemplar inter schedas decessorum suorum reppererant. Quod carmen cum historiae lucem nullam afferat atque vix aestimetur nisi ab eis qui litterarum historiam aut rem metricam profitentur, non curavimus, nisi quod primos ultimosque* 25 *versus una cum epilogo poetae admisimus.*

Vitam Eligii in linguam francogallicam complures verterunt, quos enumeravit A. Potthast, Bibliotheca II, p. 1284[2], *scilicet L. de Montigny, Ch. Barthélemy, Parenty; in patrium sermonem locos selectos transtulit*

W. Wattenbach, 'Die Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit', saec. VII, 2, 30 *p.* 160—173[2]. *B. Krusch.*

INCIPIT[a] PRAEFATIO DADONIS ROTHOMAGENSIS EPISCOPI IN VITAM SANCTI ELIGII EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Cum gentiles poetae studeant sua figmenta prolixis pompare stilis et saeva nefandarum renovent contagia rerum ac plurima Niliacis tradant[b] mendacia biblis[c], 35 eorumque vana tantum discurrat[d·1] gloria, quae[e] veterum nectunt mendacia, cur nos christiani salutiferi taceamus miracula Christi, cum[f] possimus sermone vel tenui aedificationis historiam pandere plebi? Praesertim cum et[g] ecclesiastica traditione et apostolica ammoneamur auctoritate de sanctorum gestis seu virtutibus nonnulla commemorare, ut scriptum est: *Memoria sanctorum cum laudibus;* et illud:

Sedul. Carm. pasch.

Prov. 10, 7.

40 *Praef.* 2*b. c.* 3. 4. 5.

Praef. a) *ita* 4 (vitam *corr.* vita); *praescr.* Incipit prefatio in vita sancti Elegii episcopi et confessoris 2*b*; In hoc corpori continetinetur *(sic)* vita sancti Eligii episcopi tribus libris digesta, duobus simili sermone necnon prolixe habita, tertio vero metrorum ordine vel distinctione sub brevitate conpraehensa. Incipit praefatio 2*c*; Incipit prologus beati Audoeni episcopi Rotomagensis in vita sanctis-45 simi confessoris Christi Eligii pontificis Novomensis 5; *praescriptione caret* 3; *prologum cum laterculis capitum om.* 1*a. b. c.* 6*a*; *medio c.* 15. *libri I. incipit* 2*a.* b) *ita* 4. 5 *cum Sedulio;* tradent 2*b. c.* 3. c) bilis 2*b.* d) *ita* 4. 5 *cum V. Landib.;* discurrunt 2*b. c.* 3. e) qua 5; qu(i *in ras.*) 4. f) eō 2*c.* g) *ita* 2*c.* 3; *om.* 2*b.* 4. 5.

1) *I. e. disserere; cf. Forcell. h. v.*

Eccli. 44, 1. Hebr. 11, 33. Eccli. 46, 14. 15.

Laudemus viros gloriosos, qui vicerunt regna mundi, ut sit memoria eorum in benedictione, et nomen illorum permaneat in aeternum. Quotienscumque[a] ergo sanctorum sollemnia anniversario curriculo[b] caelebramus, aliqua ex eorum gestis ad aedificationem christianae plebis convenientia in Christi laudibus recitare debemus, quoniam re vera Christi muneris est, quicquid in sanctis eius laudabile est.

Quia igitur omnium paene miracula confessorum et multiplices victoriae martyrum litterarum iam monimentis habentur inditae, multique nobilium ex gestis eorum reliquere[c] molem voluminum, nos modo vel exiguum iuxta qualitatem ingenii aptare temptamus librum, in quo de ortu vitaeque cursu et glorioso obitu sancti ac beatissimi confessoris et episcopi Eligii[d], quae[e] ad plenum experti sumus, adiuvante superna gratia, explicandum suscepimus. Id etiam ante nos iam factitatum[f] ab aliquibus eruditissimis comperimus, sed quia illi curis obligati saecularibus, ut et ipsi profitentur, cum festinatione finiere sermonem, indignum duximus, ut tam larga bonitas tamque eximia sanctitas arto parcoque[g] attenuaretur affatu[h]. Quamvis ergo et nos tantae rei narratione[i] minus[k] simus idonei, indignumque videatur tam laudatae historiae exiguum pusillumque fieri auctorem, tamen, quoniam et[l] mihi olim voti est et fratrum caritas eadem frequenter exposcit, si Dei iuverit favor, quae mihi conperta sunt quaeque ad memoriam Dominus reduxerit, quamquam inperito digeram stilo, non leporem sermonis inquirens, sed sancti simplicem vitam simplici sermone, ipsius animatus precibus, enarrare temptabo, eiusque vitae cursum, licet sermone inculto, ingenti tamen amoris obtentu ferre conabor[m] in publicum: ut cuius est vitae cum Christo memoria, gloria relatu caelebretur in mundo, breveque vitae spatium aeterna memoria conpenset in saeculum atque in hominum ore dulci commemoratione vivat[n] in terris, qui cum suppremis beate vivit in caelis.

Rufinus, Hist. mon. prol. — Fortun., V. Radeg. c. 1. — Rufinus, Hist. eccl. VI, 2. — cf. Matth. 18, 24. — Sedulii ep.

Et si quidem velit[o] quis omnem eius ordinem vitae litterarum tradere monimentis, certum est, quia[p] tanta sunt, quae et volumen magnum requirant et[q] otium. At ego cum sim, sicut sum professus, inperitus sermone, et cum[r] excellentius sit virum sanctissimum mirari quam loqui, cum etiam doctissimi quicquid de eo dicere potuissent, minus procul dubio sit quam meretur, tamen ardore dilectionis plus in illo quid velim, quam in me quid possim consideravi. Nam cum sim debitor decem milium[s] talentorum, vel exiguum meae rusticitatis reddere debitum[t] conatus sum, culpam scilicet metuens silentii incurrere, si agnita miracula ut piger servus silendo occulerem, ne vel unius talenti creditam quantitatem dum niterer cautius custodire, culpa defossae pecuniae non carerem. Idcirco optimum fore arbitratus sum, ut pecuniae commertium, quod ab omnipotente accepi, in laudibus omnipotentis expenderem, atque id quod ab eodem adeptus sum indignus, eidem conferrem subiectus[u]. Unde lectorem obsecro, ut vilitatem[v] nostri sermonis non usquequaque despiciat, quia etsi utcumque eloquenter possit oratio promi, ita stilum placet corrigere, ut nec simplicibus quibusque grammaticorum sectando fumus[w] displiceat nec scolasticos etiam nimia contentos[x] rusticitate offendat, sed perpaucis operta,

Praef. 2*b*. *c*. 3. 4. 5.

Praef. a) quociescumque 2*c*; Quotiëscumque 3. b) *ita rell. cum V. Aridii;* circulo 4. 5; curriculi *V. Landib.* c) reli : quere, *ras.* n 2*b*. d) Eligii *corr.* Elegii *saepe* 3; Elig. *constanter rell.* e) *ita* 2*b*. *c*. 3. 4. f) factatum 2*c*; factum 4. g) partoque *(e corr.* pactoque 2*b)* 2*b*. *c*; parvoque *m. al. in litura* 3. h) effatu 4; affa : tu 2*c*. i) *ita* 2*c*. 3. 5. k) minuissimus 3, *corr.* l) *om.* 4. 5. m) quono in publico *V. Landib.* n) iuvat 3, *corr.* o) velut 3, *corr.* p) qua *pr. m.* 2*c*. q) in o. 4. 5. r) *om.* 4. s) milia 2*c*. t) *om.* 2*b*. u) subiectōs 3; indignus 2*b*. v) utilitatem 3 *(pr. m.)*. 5. w) fu(cum *in litura*) 4; fumos *recte* 7. x) *ita plerique;* conte(mptus *in litura* 4) *et sic videtur emendandum esse;* contentus *coni. d'Achery;* contextus *coni. de la Barre.*

cunctis prorsus retexat aperta. Nam et ecclesiasticum dogma, etiamsi habeat eloquii venustatem, ita eam dissimilare[a] debet ac fugire[b], ut non otiosis[c] phylosophorum sectatoribus, sed universo loquatur hominum generi; nec enim operis est divinae doctrinae sofistice[d] et[e] eloquenter signare sermones, cum scriptum sit: *Qui sofistice loquitur odibilis est; non enim est data illi a Domino gratia.* Eccli. 37, 23. 24. Quid enim legentibus nobis diversa grammaticorum argumenta proficiunt, cum videantur potius subvertere quam aedificare? Quid, inquam, Phytagoras[f], Socratis[g], Plato et Aristotilis[h] nobis phylosophando consulunt? Hieron. ep. 58, 5. Quid sceleratorum[i] neniae poetarum, Omeri[k] videlicet, Virgilii et Menandri, legentibus conferunt? Quid, inquam, Salustius, Erodotus et Livius gentilium texendo historias christianae prosunt familiae? Quid Lysias[l], Grachus[m], Demostinis[n] et Tullius artis[o] oratoriae insistendo Christi puris atque praeclaris possunt[p] conparari doctrinis? Quid Flacci, Solonii, Varronis, Democreti[q], Plauti et Ciceronis aliorumque solertia, quos enumerare supervacaneum puto, nostris[r] iuvat utilitatibus?

His itaque omnibus cum suis vanis studiis omissis, ad simplicem propositae properemus historiae seriem. Adest ille plasmator qui linguas[s] infantium facit[t] disertas; cf. Sap. 10, 21. cuius gratiam nobis[u] adesse supplices obtamus, ut, ipso annuente, confessoris sui palmam gradatim narrare possimus. Quapropter lectores obsecramus et per gloriosum Christi adventum[1] obtestamur, ut si quis haec legens amore captus exemplare voluerit, syllabarum detrimenta summopere observet[v] et dudum conscripta exemplaribus rursus conferat corrigenda, ut quaeque cum studio et sollicitudine scripta sunt, cum cura et diligentia transcribantur. Haec idcirco, quia plerumque videmus nonnulla volumina et praecipue sanctorum gesta ita scriptorum vitio depravata, ut studiosis quibusque non solum lectitare, verum etiam manibus sit contingere[w] fastidium; at nostra haec si placet oratio, per incolomem statum catholicae servetur ecclesiae, nam praemium laboris nostri ultima, confido, pensabit dies. Sed ne prolixa praefatio[x] prius fastidium generet, quam lector supercilium historiae inclinet, V. Hilarii c. 2. licet cum verecundia fratribus quidem oboedientiam et illi inpendo de quo non digne loquor iniuriam; sed tribuat[y] veniam: confido enim, quod devotione non offendo. Nunc vero haec prima in fronte ex eius vita propono.

EXPLICIT PRAEFATIO[z].

Praef. 2*b*. *c*. 3. 4. 5.

Praef. a) *ita* 2*c*. 3 *(pr. m.)*; dissimulare *rell.* b) *ita* 2*c et pr. m.* 3; fugere *rell.* c) otiosos (?) *pr. m.* 3. d) sophystice, *ut infra*, 3. e) *ita* 2*c*. 3. 4; ut 5; sed 2*b*. f) Pytagoras 5; Pitagoras 4. g) *ita* 2*c et pr. m.* 3; Socrates *rell.* h) *ita* 2*c*. 3 *(pr. m.)*; Aristotiles *rell.* i) celer. 2*c*. k) Homeri 4. l) Lisias 2*c*. 4. m) Graccus 4; *corr.* Graechus 2*c*. n) *ita pr. m.* 2*c*; Demostenis *pr. m.* 3 *et e corr.* 2*c*; Demostenes *rell.* o) arti 4. 5 *et e corr.* 2*b*. 3. p) poscunt 2*b*. *c*. 4. 5 *et m. coaera superscr.* 3 *(ubi* possunt *in mg. corr.)*. q) Democriti 4. r) nostras i. utilitates 4. s) linguis 2*c*. 3 *(corr.)*. t) fecit *m. coaera superscr.* 3 *et ita Vulg.* u) no(bis *m. al. in litura)* 2*c*. v) observa:: *m. al. corr.* observæt 3. w) congere 2*c*. x) profatio *pr. m.* 2*b*. y) tribuet 4. z) *ita* 2*b*. 4; Explicit prologus *subscr.* 3. 5; *subscr. om.* 2*c*.

1) Per adventum domini nostri Iesu Christi *Gregorius episcopus Turonensis successores in calce Historiae Francorum X, 31, obsecravit, ne libros suos quamvis sermone rusticiore conscriptos abolendos aut rescribendos curarent, sed omnia integra illibataque conservarent.*

INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRI[b] PRIMI.

1. De prosapia sancti Eligii et loco nativitatis eius.
2. De praesagio quod sensit mater de puero.
3. De moribus quibus optimis adcrescebat.
4. Ubi, relicta patria, Frantiam petiit.
5. Quo ordine ad notitiam regis pervenit.
6. Ubi eidem rex iuramentum extorquere nisus est.
7. Quo ordine paenitentiam gesserit.
8. Ubi divinitus indicium[c] remissionis accepit.
9. De morte Hlotharii[d], et quanta familiaritate vir sanctus habitus sit apud principes.
10. Quanto studio in Dei timore et misericordiae operibus proficerit[e].
11. Quantum pauperibus et peregrinis praeberet[f] obsequium.
12. Descriptio habitus et formae eius et iugitas orationis.
13. Ubi Britanniam adiens pacem cum principe fecit.
14. Quanta facilitate apud regem Dagobertum quicquid poposcisset obtineret[g].
15. Quo ordine monasterium Solemniacensem[h] aedificavit.
16. Qua instantia regularem[i] disciplinam in eodem monasterio custodivit[k].
17. Quo ordine Parisius ancillarum Dei construxit monasterium.
18. Ubi beatorum Pauli et Martialis fundavit ecclesiam et de[l] carcere aperto.
19. De incendio urbis Parisiacae.
20. Quanto studio cottidie in melius vir sanctus proficerit.
21. Quo ardore devotionis coenobia peragraret[m].
22. Quod pedestri labore ad loca sancta properaret[n] et de cura egenorum.
23. Ubi in natale[o] sancti Dionisii[p] clodum sanavit.
24. Ubi manum aridam iocabiliter sanavit.
25. Ubi ex modico vini[q] plures pauperes potavit.
26. Ubi contractum in basilica sancti Germani sanavit.
27. Ubi Gamappio vico claudum direxit[r. 1].
28. De metallo auri in sinu[2] reperto.
29. De caeco Parisius inluminato.
30. De basilica vastata et spolia[s] restituta.
31. De homine seminece vitae restituto.
32. Quod multas[t] sanctorum fabricavit tumbas.
33. De morte Dagoberti regis et de[l] concilio apud urbem Romam sub sancto papa Martino.
34. De multimodis a[u] pape Martino tormentis eiusque vita per martirium[v] finita.

Index I. 3. 4. 5.

Index I. a) *laterculum cap. om. 2b. c.* b) *ita* 4. 5; l. pr. *om.* 3. c) r. i. 5. d) Lotharii 4; Lotarii 5: *item infra.* e) *corr.* profecerit 3 *et sic* 4. 5: *item infra.* f) prebuerit 5. g) obtinuerit 5. h) Solemniacense 4; Sollempniacense 5. i) *ita* 3 *(m. al.).* 4 *(in rasura paulo minore).* 5; regalem *pr. m.* 3. k) custodiu(nt *in ras.*) *fortasse recte* 4. l) *om.* 5. m) *ita* 4; peragraverit 5; perageret 3. n) properaverit 5. o) natali 4. 5. p) Dyonisii 5. q) vino 4. r) erexit 5. s) spoliis restitutis 4. 5. t) *ita* 4. 5; multa sanctorum 3. u) *ita* 3; a papa M. 4; (a *om.*) Martini pape 5; *fortasse participium desideratur, velut* passis, *cf. infra II,* 6. v) martinium 3, *corr.*

1) *I. q. sanare; cf. Scr. rer. Merov. I, p.* 943. 2) Sportella *in textu.*

EXPLICIUNT[f] CAPITULA[g] LIBRI PRIMI.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

Index I. II. 3. 4. 5.

Index I. a) Aurelianis 5; Aurelianensem 4. b) *om.* 5. c) h. et qua b. 4. d) XXXVIII. *et sic inseq.* 4. e) *ita recte* 4. 5 *(v. infra II,* 81*)*; in c. l. *om.* 3. f) Expl. — incipiunt *om.* 4. g) tituli 5.

Index II. a) Sym. 5. b) eius *pro* s. E. 5. c) *ita* 4. 5; miraculis 3. d) *corr.* Quanto 3, *et sic* 4. 5. e) floreret 5. f) *ita* 3; Ubi in partibus P. 4; In P. partes 5. g) *ita* 4. 5; *totum titulum om.* 3. h) Ampu(ci *in litura*)o 4; Ampuno 5. i) *ita* 4; demoniosam 5. k) XII. *et sic deinceps* 3. l) *ita* 4. 5; daemonum 3. m) revisens 5. n) euangelizabat 5. o) populo 4. 5. p) contestabatur 4. 5. q) *ita* 4; operitur 3, *corr.*; invenitur 5. r) *bis scr. erat* 5. s) Quod 5. t) interdici cebrari 5. u) vicarii 4.

1) *Nux arbor, Gall. 'noyer'. Duc.* 2) *Ital. 'fitta', Gall. 'point au côté', Germ. 'seitenstechen'; cf. Forcellini, ed. de Vit. VI, p.* 603; *Ducange h. v.; Bonnet, 'Le Latin de Grégoire' p.* 195.

25. Ubi levitam a lateris dolore absolvit.
26. De presbitero ab eo excommunicato et mortuo.
27. De gratia prophetiae eidem conlata et de morte Herchenoaldi[a].
28. De morte Flavadi ab eo ante praedicta.
29. De visione episcopatus Simplicii.
30. De visione dispersionis coenobii.
31. Ubi cuidam Dei famulo futura praedixit.
32. Ubi ortum Hlotharii regis olim praedixit et alia complura.
33. Quanta moderatione sese vir sanctus dispensabat, et quod populis exemplum dabat.
34. Ubi obitum suum dudum praedixit.
35. Quo ordine de saeculo migravit[b].
36. Valedictio[c] et oratio ultima et miraculum[d] egredientis[e] animae visum[f].
37[g]. Ubi sanguis ex naribus[h] eius fluxit et corpus[i] magno pondere aggravatur.
38. Pompa eius[k] funeris et laus beatitudinis.
39. De virtutibus, quibus post obitum claruit.
40[l]. Ubi cuidam cellano apparens miraculum in[m] vinum declaravit.
41. Ubi cuidam in palatio visus, reginam commonere praecepit.
42. De sepulchro eius sudante.
43. De medicina ex eodem liquore provisa.
44. Ubi quidam vinitor super eius morte exultans[n] percussus est.
45. Quod vincti regi[o] contra eius basilicam solvantur.
46. De catena ante eius sepulchrum rupta.
47. De equo viri sancti.
48. De miraculis in transmigratione[1] corporis[i] ostensis[p].
49. De caecis et puella sanata[q].
50. De miraculo in cecindillo[r] ostenso.
51. De puero contracto sanato.
52. De femina muta et caeca sanata.
53. De alia puella similiter muta[s] sanata.
54. De clade Parisius et vocatione Aureae abbatissae.
55. De portento Garifredo praeostenso.
56[t]. De puerulo[u] Ebroini filio[v] sanato.
57. De viro periuro, cuius viscera diffusa sunt.
58. De interitu viri, qui agrum basilicae invasit.
59. Item de alio periurante mortuo.
60. De homine rabioso sanato.
61. De muliere a pustula sanata.
62. De interitu filii, qui patrem criminabatur.

Index II. 3. 4. 5.

Index II. a) Ercenoaldi 5. b) migr. et valed. 4. c) Maledictio 5. d) miraculo 5. e) *ita* 4. 5; ingredientis *(m. al. corr.* in egredienti*)* anima 3. f) viso 5. g) XXXVI. *et sic deinceps* 4. h) eius n. 4. i) eius *add.* 5. k) f. e. 5. l) XXVIIII. 4. m) *corr.* in vino 3 *et sic* 4; *haec om.* 5. n) *ita* 4. 5; p. est ex. 3; exultans super eius morte *V. Desiderii Cadurc. c.* 39 *(supra p.* 594, 3*)*. o) *ita pr. m.* 3; rei *rell.* p) poris ostensis *iterata, sed deleta* 3. q) *in litura* 3. r) cicendillo 5. s) ab eo *add.* 5. t) *titulos* 56. *et* 57. *m. al. in spatio vacuo relicto suppl.* 4. u) puero 4. v) salio *add., m. al. del.* 3.

1) *I. e. translatione.*

EXPLICIUNT CAPITULA[l] LIBRI[m] SECUNDI**.

INCIPIT[a] VITA SANCTI AC BEATISSIMI ELIGII[b] EPISCOPI[c] ET CONFESSORIS, EDITA A DADONE RODOMAGENSIS[d] URBIS EPISCOPO.

25 1[e]. Igitur Eligius[f] Lemovecas[g] Galliarum urbae, quae ab oceano Brittanico[h] fere ducentorum[i. 2] milium spatio seiungitur, in villa Catalacinse[k. 3], quae a prae- V. Hilarii c. 3.

*) LXXVII. De eo quod cecindillus exundante oleo superfunditur et multi in (*i. e.* inde, *sed* illic *in textu*) perunucti sanantur 4: *titulus ex ipsius biographi verbis formatus ad priorem capitis partem spectat, dum qui supra legitur diversus argumentum posterioris* 30 *indicat.*

**) *Ea quae in* 3 *sequuntur ad librum III. spectant postea additum (om.* 5, *ubi duo versus vacant, et* 6*):* In libro autem tertio adnectere capitula necessarium non putavi, quoniam ea tantummodo quae duo praecedentes declarant particulatim succincteque reciprocat.

Index II. 3. 4. 5. *I. Cap.* 1. 1*a. b. c.* 2*b. c.* 3. 4. 6*a.*

35 *Index II.* a) mund. et de claudo 4. b) LXIII. *et sic deinceps* 4. c) mi sanxio 3. d) *ita pr. m.* 3; auxilium 4. 5. e) Turones *pr. m.* 3. f) circumvallatur 5. g) dolores pede 5, *corr.* h) ostenso 5. i) Apologitium 3; Apologeticum 5; Apollogeticum 4. k) p. o. l. *om.* 5. l) tituli 5. m) l. II. *om.* 4.

I. Cap. 1. a) *ita* 1*a.* 2*c.* 3. 4; *praescr.* Incipit vita beati Elegii episcopi, cuius depositio cele-40 bratur kl. Decembris 1*b*; Incipit vita beati Eligii episcopi 1*c*; Incipit vita sancti Eligii episcopi et confessoris 2*b*; Incipit vita sancti Eligii Noviomensis episcopi 5 *(inde non collatus)*; Incipit vita sancti ac beatissimi Eligii episcopi 6*a.* b) Elegii 1*a. b.* 3. c) Noviomensis *(pr. m.* Noviomægensis) episcopi *pro* e. et c. 4. d) Rodomagrensis 1*a*; Rothomagensis 4. e) *numeros capitum om.* 1*a. b. c (pr. m.)*; I. *om.* 2*c (ubi* L · I · *in mg. ante praescriptionem add.).* 3. f) Elegius *semper* 1*a. b*, *saepe* 3, *raro* 1*c*; 45 Eligius *constanter plerique.* g) Lemovicas 1*a. b.* 4. 6*a.* h) Britanico 2*b*; Britannico *(corr.* Brittann.) *in mg. suppl.* 2*c*; Britannico 4. i) ducentarum 1*a*; decentorum 1*c*, *corr.* k) Catalacense *plerique;* Cattalecinse 1*a*; Cataletinse 1*b*; Cathalecinse 1*c*.

1) Diaconus *in textu.* 2) *Fortunatus* milia nonaginta, *situs Pictavorum urbis rationem habens.* 3) *Hodie Chaptelat (cant. Nieul, arr. Limoges, dép. Haute-Vienne); cf.*

dicta urbe sex circiter milibus ad septemtrionalem plagam vergit[a], oriundus fuit. Est itaque praefata civitas partibus sita Armoricanis[b, 1] in ulteriore Gallia primaque[c] Aquitania[d], quae ad plagam respicit occidentalem. Cui contigua[e] est ab[f] oriente provintia Lugdonensis[g] Galliaque Belgica[h]; habet etiam ab euro[i] et meridie provintiam Narbonensem; a cirtio[k] autem ambitur oceanum[l], porro ab occasu habet Hispanias[m]. In[n] hac[o] ergo[p] regione parentibus ingenuis atque ex longa prosapia christianis Eligius natus atque alitus[q] est; cuius pater Eucherius, mater vero Terrigia[r] vocitata est. Ipse autem, divina gratia praesciente[s], congruum[t] sibi ac veluti speculum mentis suae Eligius nomen accepit. Ergo dum[u] propositum sit de his quae gessit, immoque[v] ea quae Dominus per eum operare[w] dignatus est, sicut gesta constant[x], narrare, tamen id quod, priusquam nasceretur, ad indicium sanctitatis eius ostensum est[y], quodque[z] magnorum virorum testimonio[a] didici, omittere[b] non debeo.

(Orosius I, 2, 68.)

2. Cum adhuc vir beatus matris esset alvo[a] inditus, vidit genetrix eius visionem, quae huiusmodi habet ordinem. Videbat quasi aquilam valde pulchram supra suo[b] volitantem strato ac se tertio inclamantem sibique quid nescio pollicentem. Cumque ex reciproca voce evigilasset, perterrita[c] nimis coepit mirare[d], quaenam esset haec visio. Interea venit tempus pariendi[e] et prae magnitudine doloris[f] coepit mater periclitari. Vocaverunt autem[g] quendam religiosum presbiterum boni testimonii virum, ut pro eadem orare deberet; qui cum venisset ad eam, quasi prophetico mox usurpans verbo, ait ad illam: 'Noli', inquiens, 'mater, timere, quoniam benedictum partum tibi Dominus dignatus est[h] largiri. Erit

I. Capp. 1. 2. 1*a. b. c.* 2*b. c.* 3. 4. 6*a.*

Cap. 1. a) vertit 1*a*. b) Armonicanis 1*a. b. c*; Amoricanis 4. c) prima quę Aquitania 3. d) Aquitanica *pr. m.* 4. e) conti:gua, *ras., ut videtur,* g 1*a*. f) *om.* 2*b*. g) *ita* 1*a*; Lugd(o *in ras.*)nensis 1*c*; Lubdonensis *pr. m.* 2*c*. 3; Cubdonensis 2*b*; *corr.* Lugdunensis 2*c*. 3 *et sic* 1*b*. 4. h) Bellica 1*c* (*pr. m.*). 2*b*. i) Europa et 1*c*. k) *ita* 1*a*; Arcitio *m. al. corr.* A cirtio 1*c*; a circio *rell.* l) *ita pr. m.* 1*c*. 2*b*. 3 (*Oros.:* oceanum — habet); ociano *m. al. corr.* oceano 1*a*, *et sic* 1*b*. 4. 6*a*; oceun:: *m. al. corr.* oceano 2*c*. m) Isp. 1*c*. n) *c.* 2. *inc.* 6*a*, *ubi deinceps capita non distincta sunt.* o) ac *pr. m.* 2*c*. p) r. e. 6*a*. q) *ita* 1*a. b.* 3. 4 *cum V. Landib.;* nutritus est *m. al. in litura* 1*c*; altus 2*b. c.* 6*a*. r) *ita plerique;* Terygia 1*a*; Terigia 1*c*; Tergia 1*b*. s) praeciente *pr. m.* 2*b. c.* t) congruens 4. u) *ita* 1*a. b*; cum 2*b. c.* 3. 4. 6*a*; nunc 1*c*. v) immo ea quae 1*c*; que *eras.* 2*c*. w) *ita pr. m.* 6*a*; operari *rell.* x) constat 6*a*. y) es::t:::: 2*c*. z) quod quae 2*c*. a) testimonia *pr. m.* 3. b) :ommittere, *ras.* c (?) 2*c*; amittere 4.

Cap. 2. a) alio *pr. m.* 1*c*. b) *ita* 1*a*; suum v. stratum *rell.* c) perrita *pr. m.* 2*c*; pterita *m. al. corr.* pterita 2*b*. d) *ita scripsi;* mirari 2*b. c.* 3. 4. 6*a*; narrare 1*a. b*; cogitare 1*c*. e) pariendum (?) *pr. m.* 2*c*. f) *om.* 1*c*. g) vocaveraut *pr. m.* 2*c*. h) *ita* 1*a. b. c*; dignabitur 2*b. c.* 3. 4. 6*a*.

de Nussac l. l. p. 607. *Villam a Lemovicibus septemtrionem versus recte collocavit M. Deloche in tabula pagi Lemovicini dissertationi suae addita* ('*Études sur la géogr. hist. de la Gaule et spécialement sur les divisions territoriales du Limousin*', '*Mém. de l'académie des inscriptions et belles-lettres*', *Parisiis* 1860, *II*, 4, *p.* 266 *sqq.*). 1) *Plinius, Hist. nat. IV*, 105: Gallia omnis Comata uno nomine appellata in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta: a Scalde ad Sequanam Belgica, ab eo ad Garumnam Celtica eademque Lugdunensis, inde ad Pyrenaei montis excursum Aquitanica, Aremorica ante dicta. *Caesar, Bell. Gall. VII*, 75, *Lemovices enumeravit et Aquitanicos et Armoricos, i. e. oras maritimas attingentes, duosque eum secutus distinxit M. Deloche, 'Études sur la géogr. historique de la Gaule'* (*'Mémoires de l'acad. des inscr. et belles-lettres'* 1863, *II*, 4, *p.* 330 *sqq.* 377), *cuius opinionem approbavit A. Longnon, 'Atlas histor. Texte expl.' I, p.* 10. *Basoli quoque biographus Lemovices regioni Armoricae attribuit.*

enim vir sanctus ac de gente sua[a] electus vocabiturque magnus in ecclesia Christi sacerdos'.

3. **Natus**[a] ergo Eligius nutritus est in fide recta atque inbutus a parentibus christianis religione catholica. Exin[b] igitur pueritiae[c] annos excedens, aevum adulescentiae cum industria gerebat, et quicquid operis[d] aetatis[e] suae congruum arripuisset[f], mira agilitate perficiebat. Cum vero videret pater eius tantum filii ingenium, tradidit eum[g] inbuendum honorabili[h] viro Abbone[i][1] vocabulo, fabro aurifice[k] probatissimo, qui eo tempore in urbe Lemovecina[l] publicam[m] fiscalis monetae officinam gerebat. A quo in brevi huius officii usu plenissimae[n] edoctus[o], coepit inter vicinos et propinquos in Domino laudabiliter honorari. Gerebat enim simplicitatem[p] columbae, ne[q] cuiquam machinaretur dolos; habebat et serpentis astutiam[r], ne aliorum subplantaretur insidiis; dignum quoque[s] in cunctis habens ingenium, et facile loquebatur et purae[t]. Ecclesiarum etiam conventiculis frequenter intererat, et quaecumque ibi ex divinis scripturis recitabantur, aurem[u] libenter accommodans, avidissime hauriebat atque[v] ita in cordis sui memoriam recondebat[w], ut etiam, cum absens esset, ea quae didicerat meditatione intentissima ruminaret[x].

Hier. ep. 58, 6. ib. 58, 11.

4. **Interim**[a] post aliquod[b] annos extitit quaedam[c] causa, divina, credo, gubernante providentia, ut, relicta patria et parentis[d], Francorum adiret solum[e]. Ubi paucis degens diebus factus est[f] notus cuidam[g] regis thesaurario[2] Bobone[h] vocabulo, viro honesto et mansueto, cuius[i] se patrocinio committens, sub eius tuitione[k] degebat. Strenue enim ad omne opus se abtabat[l] et omnis[m] cum quibus vel[n] loqui potuisset in suo amore adnectebat.

I. Capp. 2—4. 1*a. b. c.* 2*b. c.* 3. 4. 6*a.*

Cap. 2. a) suę *(m. al. corr.* sua*)* lectus 1*c*.

Cap. 40. a) XXX. 3; XXXVIIII. 4; *c.* 40. *et praefatio libri II. desiderantur* 6*a*. b) *ita rell. cum V. Desiderii Cad. c.* 53; exigere 1*a*; exeri *recte V. Remedii.* c) ut 2*a*, *sed eras.*; *om.* 1*c*. d) refertur 1*a*, *corr.*; resertus 1*b*. e) s. recitet | ariditas 1*c*. f) s. n. 1*a cum V. Aridii.* g) *om.* 4. h) defensa *pr. m.* 1*c*. i) succubant *pr. m.* 2*b*. k) narrandę *pr. m.* 1*c*. l) expleverint 1*a. c*; explicavimus *V. Aridii.* m) *ita pr. m.* 1*c*; cente : simum, *ras.* s 2*c*. n) *ita rell. cum V. Aridii;* quando 1*a. b*; quanto *(e corr.?)* 1*c*. o) praerogativae 1*c*. p) quidem *pr. m.* 1*a*. q) emicans 1*c*. r) scopulos 1*c*. s) *om.* 1*a. b. c.* t) *ita m. al. corr.* 2*a*. 4; frontis enarrantis 1*a. c.* 2*b. c.* 3 *et pr. m.* 2*a*; fronti enarrantis 1*b*; fronte se narrantis *pr. m.* 4. u) *om.* 2*b*. v) *om.* 3. w) quoque 1*a. c (pr. m.)*. x) quoquo 1*a*, *corr.*; quo 4. y) po: *pr. m.* 2*a*. z) *ita scripsi;* virtute superaverit, si 1*c*; v. operatus sit, si *rell.* a) si : , *ras.* c 2*c*. b) eius s. 2*a*. c) audiuti: *pr. m.* 3. d) bello *pr. m.* 2*a*. e) m. sed ipsius 1*c*. f) pro n. *om.* 3. g) interpellere *pr. m.* 3. h) miracula 2*b*. i) *ita pr. m.* 1*c*; operari *rell.* k) *om.* 1*a. b. c.* l) *ita* 3 *(ubi* Elegii*)*; *subscr.* E. l. p. ex v. s. et gloriosissimi E. c. 2*a. c*; E. l. pr. in v. s. Eligii ep. 2*b*; E. l. pr., *reliquis omissis,* 4; Explicit vita sancti Eligii episcopi 1*c*; *subscr. om.* 1*a. b*; *desinunt* 1*a. b. c.*

INCIPIT[a] PRAEFATIO LIBRI SECUNDI.

Domino propitiante vitam beati confessoris Eligii, quam[b] pridem aliqua ex parte ordiri coeperam, et paene defessus ac lassabundus medio in tramite stilum subtrahens, opus inperfectum reliqueram, nunc paulolum[c] viribus recreatis, cupiente voto, corde iocundo calamoque venusto opus inchoatum adire temptabo. Arduum sit licet iter ac profundum, sed libere fateor: quo[d] non possum pedibus viare, ardentissimo ducor amore; ibo[e] ergo votis, quo accedere non possum verbis. Indignum profecto reor tanti ac talis viri vitam ad posteritatis memoriam iuxta qualitatem ingenii non ad plenum monimentis tradere litterarum, cum nimirum opiner ex narratione rerum gestarum aedificationem plurimam legentibus fore[f]. Sed[g] quoniam tanta ac talia[h] eius sunt opera, ut magnitudo quidem bonorum nihil me praeterire patiatur, multitudo vero gestorum quam plurima cogat omittere[i], in incerto aestuat animus, dum deliberare non valet, quid teneat, quid omittat. Profiteor namque, si cuncta voluero adnectere, et dies deficiet me narrante et modum excedam voluminis; rursus si pauca conpraehendam, et inrisiones[k] metuo hypochritarum[1] dicentium, quoniam: *Hic*[l] *homo coepit aedificare, et non potuit consummare,* et offensam potius pertimesco[m] antestitis, ne dum seriem[n] exponere nitor, artatus eloquii siccitate, magis ei iniuriam videar inrogasse quam vitam exposuisse. His igitur ex utraque parte discretis, articulum iam infigam membranis, et quae primus huius operis liber veluti exundans reicit[o], hic modo sequens velut nimium sitiens[p] prosequatur. Satisque sufficiat priori libro ea[q] tantum exposuisse, quae sub habitu saeculari gesserit; nunc vero de his quae in episcopatu egerit haec prima conveniant.

Rufin., Hist. eccl. VI, 2. — ib. X, 14. — Hieron. ep. 108, 13; V. Hilarionis c. 7. — Luc. 14, 30.

EXPLICIT PRAEFATIO[r].

INCIPIT LIBER SECUNDUS[a].

1[b]. Eligius itaque olim iam in palatio militaverat sub saeculari[c] habitu regi aeterno omniumque principi Christo; fuerat quoque de temporibus Lotharii[d] mediani[2], mansueti regis Francorum[e], et toto tempore Dagoberti incliti principis necnon et Chlodovei[f], filii eius, et usque ad initium regni iunioris Chlotharii[g] mansit in corpore. Sed crudeliter in diebus illis Simoniaca heresis pullulabat in urbibus et in cunctis finibus regni Francorum, maximeque de temporibus Brunihilde[h] infelicissimae[3] reginae usque ad tempora Dagoberti regis violabat hoc contagium fidem catholicam. Sollicite tamen pro hoc invigilabant sancti viri Eligius et Audoinus[i], et commune[k. 4] cum ceteris viris catholicis habito consilio, sugges-

II. Praef. 2*a. b. c.* 3. 4. *Cap.* 1. 2*a. b. c.* 3. 4. 6*a.*

Praef. a) *ita* 2*a. c.* 3; Incipit praefatio in librum secundum vitae sancti Eligii episcopi et confessoris 4; Inc. prologus libri II. 2*b*. b) *corr.* iam 4. c) *ita pr. m.* 3. d) qui 3. e) Ibi *pr. m.* 3. f) forte *pr. m.* 2*b*. g) Ṣd 3. h) talis(?) *pr. m.* 2*a*. i) amittere 4. k) inrisioni 2*c*, *corr.* l) *m. al. suppl.* 3. m) pertime(sco *superscr.*) 3. n) si rem *pr. m.* 2*a*; *om.* 2*b*. o) re(ieci *in litura*)t 3. p) sciens 2*b*. q) *om.* 4. r) *in rasura maiore* 4; prologus 2*b*.

Cap. 1. a) de vita sancti Eligii episcopi et confessoris *add.* 2*b*. b) *om.* 2*a. b. c.* 3; *redit* 6*a*. c) securi *pr. m.* 6*a*. d) *ita codd.* e) Franch. 3. 6*a* *(ut infra)*. f) *ita constanter* 3; Lodov. *semper rell.* g) *ita* 3; Loth. *rell.* h) *ita* 2*b. c.* 4. 6*a*; Brunehilde 2*a*; Brunnihildẹ 3. i) Audoenus 4. 6*a*, *constanter*. k) communi 4.

1) *Malo hypercrites quam hypocrites, i. e. simulator.* 2) *I. q. secundus. Duc.* 3) *Auctor odio Brunichildis reginae flagrabat, a qua Simoniaca haeresis minime inventa est, unde de ea nimis severe iudicasse mihi videtur E. Löning, 'Kirchenrecht d. Merow.' II, p.* 189. 4) *Et Audoinus et*

serunt principi et obtimatibus eius, ut[a] hoc mortiferum virus cito deleretur de corpore Christi, quae[b] est universalis ecclesia[c]. Habuit itaque effectum eorum pia petitio, et libenter obtinuerunt, quod devote rogaverunt. Tunc ergo placuit omnibus, uno in Spiritu sancto accepto consilio simul cum regis imperio, ut nullus, 5 praetio dato, ad sacerdotale officium admitteretur, neque eos qui ut lupi rapaces munera dando mercanda censebant dona Spiritus sancti, sed hos potius qui essent boni testimonii viri et inrepraehensibilis[d] vitae ad officium pontificatus eligerent.

cf. Matth. 7, 15.
cf. Act. 8, 20.

2[a]. Exinde igitur elegerunt[1] ex merito sanctitatis cunctis bonis operibus praeditum[b] ad sacerdotale officium sanctum Eligium iam lumine radiatum, ut 10 praeesset ecclesiae Noviomagensi[c]; decesserat enim in ipso anni[d] circulo Acharius[e, 2] praefatae urbis antestis[f]. Elegerunt[g] autem cum eo et Audoinum sodalem eius, qui vocabatur Dado, ut praeesset ecclesiae Rodomagensi[h]. Hoc ergo modo aurificem invitum[i] detonsum constituerunt custodem[k] urbium seu municipiorum his vocabulis, Vermandensi[l] scilicet, quae est matropolis[m] urbs, Tornacensi vero, quae 15 quondam[n] regalis[3] extitit civitas, Noviomagensi quoque et Flandrensi[4], Gandensi etiam et Corturiacensi[5]. Ob hoc itaque eum vel maxime in his locis dederunt pastorem, quod incolae eiusdem regionis magna adhuc ex parte gentilitatis errore detinebantur[o] et vanis[p] superstitionibus satis dediti erant, quique[q] velut agrestes ferae nullius uspiam salutare verbum recipere poterant. Sed vir beatus cum se 20 nullo modo ab officio disposito[r] discutere posset, ne[s] tamen in ullo catholicae regulae deviare videretur, non se permisit prius sacerdotem consecrari, nisi sub normula clericati[t] aliqua temporis curricula[6] exigeret[u]. Tempore ergo dilationis

II. Capp. 1. 2. 2*a.b.c.* 3. 4. 6*a.*

Cap. 1. a) et *versu ineunte add., sed eras.* 2*a.* b) quod 4. c) ecclesię 2*a*; aecclesia 6*a.* 25 d) in(r)repr(a)ehensibiles 2*a.*(*b.c*). 3. *(pr. m.)*.

Cap. 2. a) *om.* 2*b.* b) praedictum *pr. m.* 6*a.* c) Noviomagensio, *ras. extrema* o 2*a.b (non* 2*c)*. d) anno 4, *corr.* e) Archarius 3. f) *ita* 2*a.b (pr. m.).c*; antist : tes *corr.* antistes 6*a*, *et ita* 3. 4. g) Aeleg. 6*a.* h) Rotomag. 6*a*, *ut infra;* Rothomag. 4. i) iniunctum 6*a.* k) et *add.* 4. l) Vermadensi 3; Vermagensi *corr.* Vermand. 6*a.* m) metropolis 4. 6*a.* n) condam 30 *pr. m.* 3; quodam 2*b.* o) detimebantur *pr. m.* 3. p) variis 6*a.* q) Q, *spatio c.* 3 *litt. vacuo relicto,* 2*b.* r) deposito 3, *corr.*; *m. al. corr.* imposito 2*a.* s) *corr.* nec 6*a.* t) clericatus 4. 6*a*; clerico 2*b.* u) exieret *pr. m.* 3.

Eligius episcopi 'tam ex c o m m u n e *omnium voluntate, quam ex evocatione vel ordinatione Chlodovei regis' concilio Cabillonensi c. a.* 644. *intererant, in quo inter cetera statutum est* 35 *(c.* 16, *Concilia ed. Maassen I, p.* 211*):* Ut nullus episcopus neque presbyter vel abba seu diaconus per praemium ad sacrum ordinem amodo penitus non accedat. *Ea quae de haeresi Simoniaca biographus hoc loco enarravit ex actis concilii illius pendere fere pro certo habeam, etsi turbato rerum ordine demum in capite insequenti ad utriusque electionem episcopalem transitum est.* 1) *Scilicet cives et clerici; cf. E. Vacandard, 'Les élections épiscopales* 40 *sous les Mérovingiens' ('Revue des questions historiques', Parisiis* 1898, *tom. LXIII, p.* 370*).* 2) Acharius Veromandorum et Noviomensis ac Tornacensis episcopus *(Ionas, V. Columb. II,* 8*) erat, qui Aigahardus in actis concilii Clippiacensis a.* 626/7. *appellatur, Aigatarii nomine privilegio Burgundofaronis monasterio Resbacensi dato a.* 637/8. *subscripsit (Pardessus, Dipl. II, p.* 41*).* 3) *Cf. Waitz, 'VG.' II,* 1, *p.* 31[3]. 4) *Municipium Flandrense credunt* 45 *esse urbem Brugensem atque* Brugense *in breviario quodam V. Eligii pro illo substitutum est; cf. Valesius, Notitia Gall. p.* 196*; Piot, 'Les pagi de la Belgique' p.* 15. *De pago Flandrensi v. Longnon, 'Atlas histor. Texte expl.' I, p.* 124. 5) *Hodie Courtrai.* 6) *Laicus episcopus vel presbyter ordinandus non erat nisi unius anni praemissa conversione, ut interim*

transacto atque Audoino de partibus Transligeritanis[a. 1] reducto iamque eo presbitero a domno Deodato[2] Matascensis[b] urbis episcopo ordinato, inito consilio, pariter sub unius diei articulo apostolicam benedictionem meruerunt gratuitu. Erat enim tempus, quo apud Gallias[c] rogationes[d] a cuncto populo celebrabantur. Convenientes[e] igitur simul[3] in civitatem[f] Rodomagensem[g] quarto decimo[4] die mensis tertii, tertio anno Chlodovei iuvenculi adhuc regis, die dominico ante lętanias inter catervas populi, inter agmina clericorum, inter choros[h] psallentium consecrati[i] sumus gratis ab episcopis pariter episcopi, ego Rodomo[k], ille vero[l] Noviomo[*. m]. Sic ergo episcopatu suscepto, ad sedem suam remeans, qualem se demum quantumque praestiterit, quis digne valeat explicare; aut quis tanta verborum copia instructus[n] existat vel[o] quae oratio tantae[p] affluentiae[q] ubertate exundans, quae cuncta eius bona, ut decet, queat prosequi? — — — — — — — — — — —

641, Mai. 13.

Sulp. Sev., V. Mart. 10, 1.

3[a]. Praeterea pastoris cura sollicitus lustrabat urbes vel municipia circumquaque sibi commissa. Sed Flanderenses[b] atque Andoverpenses[5], Fresiones quoque et Suevi[c. 6] et barbari quique circa maris litora[d] degentes, quos velut in extremis remotos nullus adhuc praedicationis[e] vomer inpresserat, primo[f] eum hostili animo et aversa mente susceperunt, postmodum vero, cum paulatim per gratiam

Rufin., Hist. eccl. X, 9. ib. VII, 10.

*) Item aliter: Audoenus Rodomo, Elegius vero Noviomo *add.* 7; *cf. supra p.* 662.

II. Cap. 2. *2a. b. c.* 3. 4. *6a.* *Cap.* 3. *2a. b. c.* 3. 4.

Cap. 2. a) Translegeritanis *2b. c (non 2a)*; Ligeritanis *6a.* b) Matacensis 4. *6a.* c) Gallius *2c.* d) rogationis *pr. m. 2a.* e) Conveniens *pr. m. 2a*; Conventes *pr. m. 2b.* f) civitate *6a et pr. m.* 4. g) Rotomag. 4. h) chorus *2c, corr.* i) consecrat(i su *m. al. in ras.*)mus *2a.* k) Rotomago 4. l) *ita corr. ex* vere 3; *om.* 4. m) Noviono *2b*; Noviomago 4. n) (in *m. al. in litura*)structus *2a*; structus *2b.* o) idque *pro* vel quae *6a.* p) ante *pr. m. 6a.* q) effluentiae *2a.*

Cap. 3. a) *c.* 3—33. *om. 6a.* b) Flandrenses 4. c) Suesi *2b.* d) littora *2a.* 4. e) praedicationes *2c.* f) promo *pr. m.* 3.

a doctis probatisque viris et disciplinis et regulis spiritalibus plenius instrueretur; cf. Conc. Arel. a. 524, *c.* 2; *Aurel. a.* 538, *c.* 6; *a.* 549, *c.* 9 *(Conc. ed. Maassen p.* 37. 75. 103*)*.
1) *Annum illum, de quo supra, Audoinus in Hispania transegit; cf. V. Audoini c.* 7: Post acceptam potestatem exsul de patria, dum annus vertitur in tempora, per gradus et ordines fieret scriba doctus in ecclesia; proinde processit partibus Spaniae. *De Aquitania eaque Galliae parte quae Gothis adhuc subdita erat cogitavit E. Vacandard, 'Saint Ouen dans son diocèse' l. l. p.* 11. 2) *Deodatum vel Adeodatum episcopum Matisconensem, qui synodis Parisiensi a.* 614. *et Cabillonensi c. a.* 644. *intererat (Conc. ed. Maassen, I, p.* 191. 213*), studiosissimum ritus Scottici fuisse sectatorem inde intellegitur, quod utrique privilegio subscripsit et Solemniacensi Eligii a.* 632. *et Resbacensi Burgundofaronis a.* 637/8. *(cf. Pardessus l. l. II, p.* 13. 41*)*. 3) *Ita legi derogatum est, ut episcopus in civitate in qua electus erat ordinandus essęt; cf. E. Vacandard, 'Saint Ouen dans son diocèse' l. l. p.* 13. 4) *Numerum XIII. emendavi ('Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 470*) atque coniecturae meae, quoad vidi, viri docti omnes consenserunt.* 5) *Antwerpum castellum in pago Renensium situm erat; cf. Piot l. l. p.* 82. 6) *Suebos et Sigambros in Galliam traductos Augustus in proximis Rheno agris collocavit teste Suetonio, Aug. c.* 21. *Suevi Flandrenses praeterea in Ann. Vedastinis commemorantur a.* 880 *(SS. I,* 519*)*: Nortmanni — — Curtriaco sibi castrum ad hiemandum construunt indeque Menapios atque Suevos usque ad internecionem delevere, quia valde illis infesti erant. *Cf. Zeuss, 'Die Deutschen u. die Nachbarstämme' p.* 57; *Piot l. l. p.* 4. *Eorum memoriam loca nonnulla Sueveghem, Suevezeele adhuc servaverunt; cf. Warnkönig, 'Flandrische Staats- u. Rechtsgesch.' I, p.* 91; *Sarvaas l. l. p.* 39.

Christi his verbum Dei insinuare coepisset, pars maxima trucis et barbari populi, relictis idolis, conversa est ad verum[a] Deum Christoque subiecta; sicque demum factum est, ut quasi caelitus lumen ostensum[b] aut radius quidam solis erumpens totam partis illius barbariem inlustraret. — — — — — — — — — — — —

Rufin., Hist. eccl. VII, 10. ib. II, 3.

5 5. Praeterea aedificavit et[a] oppido Noviomagense[b] ancillarum Christi monasterium, ubi et congregationem[c] magnam et vitae institutionem districtam indidit; terrae quoque reditus sufficienter delegavit et omnia quae essent monasterio necessaria sollerti satis cura providit. Sed et alia multa monasteria[1], quaeque eius opere[d], quaeque vero[e] institutione a discipulis eius constructa[f], hodie intra Gal-10 lias noscuntur; nam multi[2] ex discipulis eius ecclesias condiderunt, multi monasteria salubriter rexerunt, multi etiam in regimen episcopale sublimati ecclesiis praefuerunt[g].

6. Huic[3] itaque viro sanctissimo inter cetera virtutum suarum miracula id etiam a Domino concessum erat, ut sanctorum martyrum corpora, quae per tot 15 saecula abdita populis actenus habebantur, eo investigante ac nimio ardore fidei indagante, patefacta proderentur; siquidem nonnulla venerabantur prius a populo in locis quibus non erant[a], et tamen quo in loco certius humata[b] tegerentur[c], prorsus ignorabatur. Ex eo ergo tempore, quo Eligius pontifex consecratus ecclesiae pastor est datus, ab eo nonnulla inventa populis sunt declarata; ex quibus 20 primum ac summum sanctum martyrem Quintinum in[d] principio episcopatus sui grandi instantia quaesitum, olim quoque celatum[e], promovit palam in publicum. Denique priusquam Eligius eiusdem loci datus esset episcopus, extitit quidam vir inprobus, vocabulo[f] Maurinus, ut videbatur populis[g] habitu religiosus, cantor[4] etiam[h] in regis palatio laudatus atque ex hoc, ut regi[i] docuit exitus, mente 25 tumidus, corde protervus atque actione dissipatus, qui audatia suae praesumptionis deceptus, coepit verbis extollere, a se corpus martyris Quintini et inquiri posse et invęniri; sed ut et eius proterviam ilico et Eligii merita demum Dominus de-

II. Capp. 3. 5. 6. *2a. b. c.* 3. 4.

Cap. 3. a) verbum *2a.* b) : ost., *ras.* h 3.

30 *Cap.* 5. a) et *(fortasse m. al. insertum)* i(n o *in litura*)ppido 3. b) *ita 2b. c.* 3 *(pr. m.)*; Noviomagensi *2a.* 4. c) congrega : : *(ras.* ti*)* | tionem 3. d) operae *2c*; opera *m. al. corr.* operæ *2a.* e) *om.* 3. f) structa 4. g) praefer *pr. m. 2a.*

Cap. 6. a) erat *pr. m.* 3. b) huma *pr. m. 2a.* c) tegererentur *2c.* d) *versu exeunte om 2c.* e) cęlatum *m. al. versu exeunte suppl.* 3. f) nomine *add. 2a.* g) populus *pr. m. 2a.* h) *om.* 4. 35 i) *ita pr. m.* 3; rei *rell.*

1) *V. Columbani II,* 10: Quam multi iam in amore Columbani et eius regula monasteria construunt, plebes adunant, greges Christi congregant. 2) *Ib. II,* 8: nam multi eorum postea ecclesiarum praesules extiterunt. 3) Inventio corporis S. Quintini *seorsum et descripta (e. gr. cod. Paris* 17002, *saec. X = P, Sangall. n.* 556, *saec. X = S;* 40 *cf. supra p.* 657*) et edita (v. Bibliothecam hagiogr. ed. Boll. n.* 7014*) cum hoc V. Eligii capite ad verbum convenit, nisi quod exordium paulo immutatum:* Elegio itaque vero sanctissimo inter cetera *P,* Sanctissimo itaque atque religiosissimo Elegio Noviomensis ecclesiae episcopo inter coetera *S, et finis in P ita decurtatus est:* diligentia transhacta, prestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor, laus et imperium in secula seculorum. Amen. 45 Explicit de inventione corporis sancti Quintini martiris. *Textu collato formas rusticas adnotavi eas, quae in vitae codicibus non deprehenduntur, atque complures ex praestantissimo codice P eruendae erant.* 4) *Cf. G. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 75[3]; *F. Dahn, 'Könige der Germ.' VII,* 2, *p.* 245.

clararet, mox ut terram sarculo scabare[a][1] coepit, manubrium fossorii[2] manibus eius inhaesit, sicque miser opus praesumptum relinquens, sequenti quoque die, in[b] manibus suis[c] vermes ebullientes[d], miserabiliter expiravit. Ex quo facto tantus timor adolevit in populo, ut nullus deinceps quamvis probabilis vitae praeter Eligium huiusmodi negotium auderet appetere. Eligius ergo, cura[e] pastorali suscepta, statim in exordio suae ordinationis coepit assiduare[3] erga locum illum; est enim haut procul ab urbe Vermendense[f], in eo scilicet loco, ubi[g] quondam[h] martyr ex fluvio elevatus[4] ab Eusebia in monte fuerat tumulatus. Eligius itaque divino notu[i] instigatus volvebat in animo, sed et libere proclamabat populo non illic habere[k] corpus, quo eum loco venerabatur populus, sed esse potius in parte ulterius. Cumque diu huiusmodi conditio[l] mentem eius stimularet, coepit tandem sagaci inquisitione per basilicae[m] pavimentum[n] huc illucque temptare, sicubi sacratum tumulum posset depraehendere. Sed cum nullatenus indicium tumuli reperiret, coepit a fratribus distitui[o], prosequentibus cum tremore interitum illius, qui dudum huiusmodi investigationem[p] superba mente concipiens, lugubri[q] morte vitam finisset; necnon et antiquitatem corporis longinquitate iam temporis consumpti atque ad nihilum in pulverem redacti obicientes, conabantur eum a coepto mentis proposito revocare. Cumque ei istiusmodi inpedimenta a fratribus obicerentur, altius ille ingemescens aiebat: 'Nolite, fratres, quaeso, nolite inpediri[r] devotioni[s] meae; nam[t] ego credo in creatorem meum, quod non me dignabitur tanto thesauro tantumque mihi desiderato fraudare'. Tunc ergo adtentius persistens levavit triduanum ieiunium, atque innixius[u] Christi domini divinitatem cum lacrimis exorans, vovit non se prius quicquam alimoniae accepturum, quam mereretur desideratum percipere votum. Tanta namque erat ei fides tantaque constantia, ut plerumque sic facienda praeveniret[v], tamquam iam facta crederet, et nonnumquam ita cum Deo quemadmodum cum terreno[w] suo loqueretur domino ac propositum, quod ipse statueret, id Deo[x] complere[y] indubitanter crederet. Unde etiam cum a multis deortaretur, dicebat: 'Tu[z]', inquid, 'domine Iesu, qui omnia nosti, priusquam fiant, tu scis, quod nisi manifestatum ostenderis mihi corpus huius testis tui, qui propter nomen sanctum[a] tuum passus est, quamquam sim indignus, numquam tamen plebis huius episcopatum geram, sed exul potius ab hac provintia procul secedam, ubi ut dignum est inter bestias[b] moriar'. Quid multa? Coepto opere[c] persistens, cum adiutores eius[d] per diversa

II. Cap. 6. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 6. a) *ita codd.* b) *om.* 2*a.* c) eius 3. d) ebulliens 2*c*, *corr.* e) curam pastoralem susceptam *P.* f) *corr.* Vermendinse, *m. al. corr.* Vermandense 2*a.* g) loco *iterat.* 2*b.* h) condam *pr. m.* 2*c.* i) *ita pr. m.* 2*b.* 3; nutu *rell.* k) haberi 4. l) contio *pr. m.* 2*a.* m) basalicae 2*c.* n) pavimento *P.* o) destitui 4. p) investigatione *P. S.* q) lucubri *pr. m.* 2*a.* r) impedire 4. s) devotionem meae (?) *corr.* devotioni meae, *m. al. corr.* devotionē meam 2*a*, *et ita* 4. t) Non *(m. saec. XV. corr.* Nam*)* ergo cr. 2*b.* u) innexius 2*b*; enixius *rell.* v) praveniret 3. w) terrore 2*b*, *m. saec. XV. corr.* x) d(m̄ *in ras.*) 3; Deum 4. y) cūplere 2*c.* z) tu : :, *ras.* nc 3. a) t. s. 2*b*, *corr.* b) bestibias 2*c*, *corr.* c) *ita e corr. pr. m.* 3; operi *rell.* d) *om.* 2*b.*

1) *I. e. excavare, fodere.* 2) *I. q. ligo; cf. Duc. h. v.* 3) *De eo qui assiduus est in re aliqua. Duc.* 4) *Greg., Gl. Mart. c.* 72: Apud Virmandinsim vero oppidum Galliarum Quintinus martyr quiescit, cuius beatum corpus a quadam religiosa, quae dudum fuerat caecata, repperitur. Sed mox ut a fluminis fundere elevatum est, miraculum protulit, cum mulieris facie, ubi primum inluxit, lumina caecata restituit. *Eusebia mulier in Passione Quintini appellata est; cf. AA. SS. Oct. XIII, p.* 785. *Locus ex ipso martyre nomen Saint-Quentin (dép. Aisne) cepit; cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 411.

ecclesiae loca temptando discurrerent nullamque[a] inveniendi spem caperent, leniter ille omnes conpescens, unum eis locum, quo nulla esse suspicio[b] poterat, in posteriora[c] ecclesiae parte effodiendum designat. Tunc omnium labore ibi converso libenter iussis[d] obtemperant, defossaquae[e] iam in altum ultra pedes decem seu amplius terram[f], ab spe iterum inveniendi corporis destituuntur[g], et cum tertia iam nox media fluxisset, arrepto Eligius sarculo reiectoque amfibalo coepit totis viribus cum cereis et cum lampadibus terram[h] sanctis[i] effodere manibus. Cumque paulolum ima fossae declinans, in latus cabernae[k] scabare[l] humum[m] coepisset, mox repperit cumbum[1] sanae[n] veterrimum[o], tegentem corpus sacratum. Tunc gaudio magno repletus, cum sarculo quem manu gestabat avidissime[p] latus ferisset sepulchri, confestim forato tumulo, tanta odoris flagrantia[q] cum inmenso lumine ex eo manavit, ut etiam ipse sanctus Eligius fulgore luminis odoreque inenarrabili[r] perculsus vix subsistere potuisset. Nam et globus[s] splendoris, qui ex tumulo ad ictum ferientis processit, tantam vim suae claritatis sparsit, ut, cunctorum adstantium obtutibus oculorum retunsis[t], partem maximam regionis illius in diei[u] claritatem mutaret. Unde omnes, quos eadem hora[v] vigilare contigerat, quique rei causam ignorabant[w], magnum quoddam datum caelitus signum aestimabant. Erat enim transacta media nox et[x] nox quidem obscura valde et caligosa, sed procedente fulgore quasi lux diei ad tempus resplenduit et in tempore claritas[y] recessit. Tunc ergo sacrum inventum corpus Eligius cum gaudio lacrimabili exosculatur, ac de profunda tellure elevato, reliquias sibi undecumque concupivit segregavit, dentes etiam pro languentium medella[z] ex maxilla sancta abstulit, atque in radice dentis gutta sanguinis exivit. Clavos quoque mirae magnitudinis, quos tempore[a] passionis eius persecutores corpori infixerant, ex cerebro ceterisque artubus abstractos, sibi pro[b] reliquiis[c] sequestravit. Capillos etiam pulcherrimos reliquiis separatos delegavit. Deinde olosirico praetiosissimo obvolutum conpositumque honestissime corpus summa cum diligentia citra[d] altare transposuit[e]; tumbam[f] denique ex auro argentoque et gemmis miro opere desuper fabricavit. Ecclesiam quoque, quae exigua conventibus[g] populi videbatur, eximio opificio ampliatam[h] decoravit. Ipse demum ex reliquiis, quae a sancto corpore sequestraverat, multa loca condivit multimodamque[i] medelam diversis aegritudinum incomodis[k] easdem inpertiendo praebuit[l].

Rufin., Hist. eccl. X, 8.

7. Post haec simili modo grandi labore atque instantia invenit in territurio Medenantense[a. 2] vico Sacilinio[b. 3] sanctum martyrem Piatonem, cui similiter clavos

II. Cap. 6. 7. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 6. a) nullaque i. spe *P*; et nulla i. indicia *S.* b) suscipio 2*c.* c) *ita* 2*a* (*pr. m.*). *b. c.* 3 (*pr. m.*) *cum P*; posteriore 4. d) iussit *pr. m.* 2*a.* e) *ita* 2*c et pr. m.* 2*a. b.* 3. f) *ita pr. m.* 3; terra *rell.* g) destituntur 3. h) *bis scr., sed del.* 4. i) sancti 2*c.* k) caberi *P.* l) escabare *P*, scabere *h. l.* 2*b*; cavare *S.* m) humi *P.* n) *ita* 2*a.* o) (integer *in ras.*)rimum 4. p) audacissime(ę) *P. S.* q) fraglantia 4. r) inennarr. 2*a. b. c.* s) gloribus 2*c.* t) retonsis 4. u) die *pr. m.* 2*a.* v) horo 2*c.* w) ignorabat 3, *corr.* x) *m. al. in litura* 2*a*; (nox et *om.*) nox (*corr. ex* mox) 2*b.* y) claritatis 3. z) *ita pr. m.* 2*a.* a) tempora *P.* b) *m. saec. XV. superscr.* 2*b.* c) liquiis 2*c.* d) circa 2*b.* e) conposuit 3. f) turbam *pr. m.* 2*b.* g) convenientibus populis *S.* h) ampliatum 2*a.* i) multimodasque medelas *S.* k) morbis *S.* l) *reliqua pagina vacat* 3.

Cap. 7. a) Madenatensi 3. b) Salicinio 3; *m. saec. XV. superscr.* Siclinio 2*b.*

1) *Gr.* κύμβος, *est cavus recessus.* 2) *Le Mélentois, cuius pagi nomen adhuc servavit locus Sainghin-en-Mélentois (cant. Cysoing, arr. Lille, dép. Nord); cf. Longnon, 'Atlas hist. Texte expl.' p.* 126. 3) *Séclin (arr. Lille, dép. Nord).*

prolixos[a, 1] ex corpore ablatos populis in argumentum monstravit. Corpus denique, sicut martyrem decuit[b], eliganter conposuit atque mausoleum[c] urbane desuper fabricavit[d]. Suessionis quoque civitate sanctos martyres et germanos Crispinum et Crispinianum ex quadam cripta prolatos mirifice conposuit eorumque memoriam insigni ornamento decoravit necnon et Belloacus[e] municipio beatum martyrem Lucium[f, 2], collegam quondam sancti Quintini, inventum similiter fabricavit atque conposuit; sed et alias quam multas memoriis sanctorum inpendit diligentias, quae nunc non sufficit narrantis evolvere lingua.

8. Multum praeterea in Flandris laboravit, iugi instantia Andoverpis[a] pugnavit multosque erroneos Suevos convertit[b]; fana nonnulla Christi clipeo protectus cum apostolica auctoritate[c] destruxit; idolatria[d] quoque diversi generis, ubicumque invenit, funditus subruit. Inter haec autem cum semper sobriam religiosis virtutibus teneret disciplinam, frequenter ab ingrato et perfido[e] populo lacessitus et paene usque ad contumeliam provocatus, nullatenus a coepta doctrina arcebatur, sed magis ipse lenis, patiens, humilis et mitis pro eis Dominum deprae-cabatur. Nam cum circumquaque rura lustraret, inenarrabili subtilitate blande atque conposite desides barbarorum animos et minus de spe futura[f] sollicitos sollerti satis studio verbis blandis nitebatur stimulare[g] atque ad amorem supernae patriae accendere[h]; praedicans infestis pacem, violentis quietem[i], ferocientibus[k] lenitatem[l]; docens omnes in unum ad ecclesiam coire, monasteria construere[m] atque in bonis actibus Deo sedule servire. Ad cuius videlicet ortatum[n] ita nonnulla permutata est[o] barbaries, ut subito in arido et squalenti campo videretur faecunda seges et uberrima messis surrexisse. Videres conplures ad penitentiam currere, opes pauperibus erogare, libertates familiae dare aliaque quam plurima bonorum operum praecepta sectari. O quanti Eligii industria ab errore gentilium retracti, venerabili Christi iuncti sunt gregi! Quanti exemplo[p] eius secuti, omnes[q] saeculi inlecebras[r] respuentes, beatam monachorum vitam sunt adepti! Quantae puellae, eo suadente, carnales nuptias spreverunt, ut in matris ecclesiae[s] gremio receptae Christi sponsae dignae haberentur! Quam copiosum[t] etiam agmen[u] utriusque sexus annis singulis in paschali sollemnitate, quod per totum annum adquirere poterat, manibus propriis baptizans sacro fonte abluebat! Extrahebat[v] enim tam dulciter[w] quam viriliter[x] a faucibus[y] inimici viros cum[z] mulieribus, senes cum iuvenibus, salubraque[a] monita assiduae tradens, innumeros convertebat ad viam salutis. Videres[b] plerumque inter multas infantium turbas anus decrepita[c] valde

Rufin., Hist. eccl. XI, 9.

II. Capp. 7. 8. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 7. a) prolixus (?) *pr. m.* 3. b) docuit 2*c*. c) maus(o *in rasura maiore*)leum 3. d) frabricavit 2*a*. e) *ita* 2*a (pr. m.). b. c*; (Bello *in litura*)acio 3; Beluacus 4. f) *m. al. corr.* Lucianum 2*a et ita* 4. 4*a*. 8.

Cap. 8. a) Andoverbis *pr. m.* 3 *et e corr.* 2*b*; Andeverpis 4. b) *m. saec. XV. suppl.* 2*b*. c) auct. *om.*, fide *m. saec. XV. suppl.* 2*b*. d) idolatra *corr.* idolatria, *m. al. corr.* idola 2*a*; idolatriam 3. 4. e) perf. *bis scr.*, *om.* pop. 2*b*. f) *om.* 2*a*. g) fovere *pro* st. 4. h) accende *pr. m.* 2*c*. i) quetem 2*c*. 3 *(pr. m.)*. k) *ita* 2*a (ras.* enti*). b. c.* 3; ferocibus 4. l) laenitatem 2*c*. 3. m) construre 2*c*. n) ortantum, *expunct.* n 3. o) *om.* 2*b*. p) exemplum 4. q) omnē 2*c*. 3 *(pr. m.)*. r) inlecebra *m. s. XV. corr.* illecebrā 2*b*; inlaecebra 2*c*. s) ecclesia 2*c*. t) copiosā 3, *corr.* u) acmen 2*c*. v) Extra habet 2*b*, *m. saec. XV. corr.* w) duciter *pr. m.* 2*c*. x) utiliter 2*a*. y) fucibus *pr. m.* 3. z) cumulieribus 2*c*. a) *ita* 2*c et pr. m.* 2*a*. 3; salubrata *m. s. XV. corr.* salubria 2*b*. b) Videre 2*c*. c) detrepita 2*c*; *m. al. corr.* decrepitas 3.

1) *De hoc tormentorum genere in Passione Piatonis recentiore aevo composita nihil legitur; cf. AA. SS. Oct. I, p.* 16. 2) *Lucianus vulgo appellatur, sed v. supra I,* 32.

aetate, cuncta[a] tremula membra, canescente capite, rugata fronte, necnon viros eiusdem senectutis sub eius manibus in fonte[b] sacro renasci quodammodo ac subito albis indutos renovari[c]. Videres et nonnullos ad confessionem piaminum concurrentes et sagittis inimici saucios[d] ita ab Eligio veluti a peritissimo medico 5 redire sanos, ut nulla iam in eis cicatricum vulnera remanerent nullaque prioris culpae eos delectatio comitaretur. Sed quid diutius[e] inmoror? Manifeste enim et evidenter aderat ei divina gratia, qua innumeros[f] ad imitationem sui provocabat. Porro resplendebant in eum[g] virtutes eximiae: modestia cum verecundia, sapientia cum simplicitate, severitas cum mansuetudine, doctrina[h] cum humilitate, humilitas 10 cum rigore; et cum esset aliis misericors, sibi ipsi erat durissimus; ceteris quoque pius, sibi abstinendo severus; omnibus largus, sibi soli restrictus. Inter cuius conloquia sacra semper resonabant verba; qui de pace sollicitus, de salute[i] patriae curiosus die noctuque pro quiete ecclesiarum, quae[k] ubique[l] sunt, ac pro pace principum[m] supplicabat; cuique ut vocabulum nominis, ita et virtus animi et 15 caelestium gratiarum magnificentia concordabat. — — — — — — — — — — —

Rufin., Hist. eccl. VI, 3.

11[a]. Igitur quodam tempore causa extitit, ut regionem, quae propriae[b] Provintia[c] nuncupatur, adire debuisset. Cumque die quadam[d] nobili suo comitatu iter agens partes eiusdem Provintiae[e] peragraret, occurrit ei vir quidam inmundo et nimis saevo repletus spiritu. Is cum vidisset sanctum virum, timore perculsus 20 et spumans ac pallens dixit ad eum: 'Quid hic tu, Eligi?' Ad quem conversus sanctus Eligius dixit: 'Et quid ad te, inmundissime diabole? In nomine Iesu Christi[f] obmutesce[g] et exi ab illo'. Et continuo vehementer decerpens[h] hominem, exiit ab eo; quindecim vero annis obsederat et cruciaverat virum pessimus ille spiritus. Statim ergo pristinae sanitati restitutus[i], homo surrexit incolomis et 25 sanus factus est[k] ex illa hora.

cf. Act. 16, 18. Luc. 4, 35. cf. Marc. 9, 25.

12. Profectus igitur Eligius devenit in villam quandam, quae vocatur Ampucius[a, 1], quae sita est super ripam fluminis Rodani et pertinet ad praedium Erchenberti[b] inlustrissimi viri. Erat autem ibi femina quaedam infestum diu daemonium patiens; quo in loco[c] Eligius orationis gratia basilicam ingressus, 30 cum, oratione expleta, regrederetur, occurrens ei mulier, coepit nomen eius crebrius atque insolentius inclamitare[d]. Tunc Eligius respiciens eam, misertus eius, fixis in terram genibus, oravit; deinde conversus ad eam, dixit: 'Adiuro te, maligne spiritus, per Deum patrem omnipotentem et per Iesum Christum filium eius et per sanctum[e] Spiritum paraclytum, ut ipsius virtute fugatus discedas ab hoc vas- 35 culo quem[f] obsides captivum'. Et confestim ad eius verbum conlisit spiritus mulierem in terram, et facta est velut mortua; sicque vim maximam patiens

cf. Marc. 9, 25.

II. Cap. 8. *2a. b. c.* 3. 4. *Cap.* 11. *2a. b. c.* 3. 4. *6a.* *Cap.* 12. *2a. b. c.* 3. 4.

Cap. 8. a) cunta tr. m. *m. al. corr.* cuntis tremulas membris 3, *et sic* 4 *(ubi* cunctis*)*. b) fronte *pr. m. 2a.* c) *om. 2b.* d) sauciatos 4. e) diutios *pr. m. 2a.* f) innumerus *2c, corr.* g) eo 4. 40 h) doctrina — *l.* 12 semper *aliis erasis pr. m. in litura* 3. i) salutae *2a.* k) qui *2c.* l) ubi *m. s. XV. corr.* ubicumque *2b.* m) (pr. suppl. Cui *in litura*)que *2a*; principium *2c, corr.*

Cap. 11. a) *c.* 11. *subsequitur c.* 29. *libri I. 6a.* b) *ita 2a. c.* 3 *(pr. m.)*. *6a*; proprie 4. c) Provincia 4, *ut infra.* d) cum *add. 2b. c.* e) Provintiae — quidam *m. coaeva in inf. marg. suppl.* 3. f) Christe *2a.* g) obmu : : | ce *m. al. corr.* obmuti|sce *2a.* h) (discer *m. al. in ras.*)pens *2a* 45 *cum Vulg.* i) restitus 3, *corr.* k) *m. al. suppl. 2a*; *superscr.* 3.

Cap. 12. a) Amputius *2b.* 3. b) Erchenperti *m. al. corr.* Erchanberti 3; Erchemberti *2b.* 4. c) locu *pr. m.* 3. d) *ita codd.* e) Sp. sanctum *2b.* f) *ita 2b. c et pr. m. 2a.* 3; quod 4.

1) *Ampuis (cant. Condrieu, arr. Lyon, dép. Rhône) ad Rhône fl.*

daemon et sanguinem per os mulieris ex internis visceribus egerens[a], confusus exiit ab ea et aufugiit[b] a facie hominis Dei. Tunc sanctus Eligius iussit allevari mulierem et benedicens aquam cum oleo dedit ei in potu, et cum gustasset, refocillata[c] est anima eius et sana facta est ex ea hora.

13[a]. Neque illud praetereundum puto, quamvis sit ignobile, quod eodem itinere vir beatus experimento cognoverat. Itaque cum sufficienter cuncta pro quibus advenerat experisset, omnibusque[b] sibi amicis et episcopis in Provintiae[c] partibus visitatis necnon et domo Aspasii sobolis Iuvini[d] christianissimi viri lustrata, parat iam Eligius cum suis omnibus remeare ad propria. Postremo igitur omnium cum, apud Aurelianum Uzecensem[e] episcopum[1] convivio peracto, eidem[f] vale dicere pararet, contigit, ut inter satagentium utrorumque frequentiam ministrorum, unus ex famulis eius canuam[2], cum quo[g] camelum onerarium secum semper ducere consueverat, subito perderet, ob quod in diversa discurrens, prolixius arcebat iter. Tunc Eligius, accito ad se secretius famulo, indicat ei hominem sui conscium furti; iubet insuper dicens: 'Vade', inquid, 'in illam quae[h] cetimum[i, 3] sita est[k] rupem. Illic inter vepres repperies legatum[l] funda et absconsum quod quaeris; solutoque[m] eo, accipe quod tuum est et absque ulla iniuria, absque verbo etiam gravi redde homini tibi designato ex quo ligatus tenetur fundibalum'. Quod cum ille fecisset, nimio fur pudore atque stupore perculsus[n], veniam facti sui praecabatur, offerens insuper homini redemptionem piaculi. — — — — —

15[a]. Denique quodam tempore, affectu pietatis et pastorali cura sollicitus, venerat ei in animum solum proprium paternae possessionis, civitate Lemovecina visitare. Audiens enim sanctam famam[b] monasteriorum, suo iam exemplo in eadem urbe constitutorum, desiderabat magnopere proprio eadem cernere intuitu, et praecipuae[c] ob monasterii sui venerabilem atque omnibus imitabilem institutionem, quam nimio desiderio[d] aestuabat. Comitatu[e] cum Bituricas civitate[f] propinquaret, directis in viam cunctis comitibus suis, ipse cum paucis destinatus[g] erat ad memoriam Sulpicii[4] confessoris adorare[5]. Quo cum pervenisset, oratione facta, audit conplures nuper mortis sententia damnatos teneri in carcere fiscali vinctos; interficerant[h] enim quendam fiscalem iudicem[6] et idcirco habebantur in vinculis. Eligius ergo memor verbi Domini dicentis: *In carcere eram, et venistis ad me*, et: *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis*, rogat se[i] deduci ad

Matth. 25, 36. — ib. v. 40.

II. Capp. 12. 13. 15. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 12. a) egerent 2*c*; ageres (?) *pr. m.* 2*a*; egeres *pr. m.* 3. b) *ita* 2*c et pr. m.* 2*a. b.* 3; aufugit 4. c) refocilata 2*a (pr. m.).* 3; refoci : lata, *ras.* t 2*c*.

Cap. 13. a) *om.* 3. b) que *om.* 2*b*. c) Provinciae 3. 4. d) *ita edd.;* Invini *codd. plerique;* Sinvini 8; Iuviani 4*a*. e) Uzetensem 3. f) ei'dem 3, *corr.* g) *ita codd.* h) iuxta *add. edd.* i) c : timum *m. al. corr.* citimum 2*a*. k) *m. saec. XV. suppl.* 2*b*. l) ligatum 4. m) sulotoque (?) *pr. m.* 2*a*. n) percussus 2*c*.

Cap. 15. a) XIIII. 3. b) fam : m *m. al. corr.* famā 2*a*. c) *ita* 2*c*. 3 *(pr. m.).* d) videre *add.* 4. e) intueri. Cunque *pro* com. cum *m. al. in ras.* 2*a*. f) civitati 4. g) destinatis *pr. m.* 3. h) *ita pr. m.* 2*a*. 3. i) set educi (?) *pr. m.* 3.

1) *De eo nihil constat.* 2) *I. q. funiculus, scilicet canava, tela cannabina, Gall. 'canevas', Ital. 'canapa'. Cf. infra c.* 60. 3) *I. e. citimum.* 4) *Sulpicius a.* 646. *obierat; cf. supra p.* 365. 5) *Biographo sine dubio locus ille Sulpicii Severi, Dial. I,* 3, *ante oculos versabatur:* quo tempore tibi, Sulpici, hinc abiens valedixi, — —. Libuit animo adire Carthaginem, loca visitare sanctorum et praecipue ad sepulchrum Cypriani martyris adorare. 6) *Ita comes in Lege Rib. appellatur; cf. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p* 25[3].

eos; sed cum adpropinquasset custodiae carceris, mox milites consurgentes obstiterunt[a] ei vehementer nec permiserunt eum propius accedere. Tunc ille mestus admodum indignatusque animo discessit[b] et coeptum iter peregit.

Factum est autem, cum pervenisset ad locum destinatum, commoratus est aliquamdiu apud urbem Lemovecas[c], et circumiens[d] omnia monasteria tam infra urbem quam in suburbanis sita, devotissime omnium benedictiones hauriebat[e]. Visitatis etiam in suo monasterio fratribus necnon et secundo eisdem abbate constituto, — prior[1] enim ad episcopatum captus habebatur — paterna singulos sollicitudine[f] commonebat, ortans[g] omnes servire Deo in veritate et[h] simplicitate cordis cotidieque in melius coalescere, acceptum propositum omni instantia ad finem usque perducere. Venit autem et[i] ad[k] praedium[l] parentum suorum; nam et ibi iam habebatur monasterium a germano eius Alicio[m, 2] in ipsa patris[n] sui tabernacula constructum. Ibique similiter fratribus conventis atque clementer consolatis, parat postremum reverti ad civitatem suam.

Et cum procul a Bituricas iter carperet, voluit iterum divertere[o] ad civitatem; stimulabat[p] enim animum eius, quoniam reos qui tenebantur in carcere nihil prius iuvatus fuisset[q] nec quivisset liberare eos. Ob hoc ergo iter agens, praecabatur Dominum, ut convento carcere non pateretur laborem suum frustra consumere. Die[r] igitur qua ingressurus erat civitatem, cum valde diluculo elevasset oculos suos ad[s] caelum, facta est caligo et nebula tenebrosa nimis, ita ut habitatores civitatis nec ad[t] spatium iacti lapidis procul contueri[u] possent. Sic ergo Eligius urbem ingressus, cum adpropinquasset ianuas[v] carceris, confestim velut magno ferientis inpulsu divino nutu confractae sunt serae[w], dissipatae[x] cardines, ostia carceris patefacta[y] omniaque vincula conpeditorum soluta. Tunc Eligius, concessam sibi virtutem quasi nihil ad se simulans pertinere, cito a[z] carcere discedit[a]; dat tamen reis consilium, ut mox egredientes ergastulum, ecclesiae peterent confugium. At illi egressi[b] sine mora, celeri cursu ad basilicam[c] beati Sulpicii[d] properant[e]; cumque essent omnia ecclesiae[f] ostia obserata et rei huc illucque circumspicientes[g] nusquam invenirent introitum, fracta[h] est subito una ex vitreis maximis, quae erant in fronte basilicae, simul quoque[i] et ostium patefactum est unum ex latere ecclesiae, atque ita carcerati basilicam ingressi, thronum altaris sunt[k] expetiti. Deinde cum sanctus Eligius omnia orationum loca circumiens[l] illuc[m] quoque devenisset, invenit eos omnes circa altare seu ante sepulchrum praefati antestitis consistentes. Et milites[n] quidem cum invenissent carcerem dissipatum, statim persecuti sunt eos usque ad praedictum locum, et ingressi

II. Cap. 15. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 15. a) obsti : uerunt *pr. m.* 2*a.* b) disces *pr. m.* 3. c) Lemovicas 4 *et e corr.* 2*a.* d) circuiens 2*b.* 4 *(fortasse e corr.).* e) huriebat 3. f) sollicitate 3. g) orans *pr. m.* 4. h) in *add., sed eras.* 2*a.* i) *om.* 2*b.* k) *m. al. suppl.* 3. l) prae(dium *pr. m. superscr.*) 2*a.* m) Alitio 2*b.* n) *ita* 4; patri *plerique;* patri suo *m. al. corr.* patris sui 3. o) devertere *pr. m.* 2*a.* p) simulabat 2*b. c et pr. m.* 2*a.* q) pr. iuvisset nec 4. r) Di(e *in litura*)gitur 2*a.* s) in 4. t) *om.* 2*b.* 3. 4. u) conturi 2*c.* v) ianuis 4. w) sacre(?) *pr. m.* 3; saerae 2*c.* x) dissipati 4. y) patefact(a *m. al. in ras.*) 3. z) *ita codd.* a) discessit 4. b) regressi *pr. m.* 4. c) basalicam *saepe* 2*c.* d) Supplicii(?) *pr. m.* 2*a*; Sulpitii 3. e) properaverunt 4. f) ecclesia *pr. m.* 2*a.* g) conspicientes 4. h) *ita* 4 *et m. al.* 2*a.* 3; facta 2*b. c et pr. m.* 2*a.* 3. i) *ita codd.* k) *ita* 2*b. c.* 3; expetierunt 2*a* *(m. al. in ras.).* 4. l) circuiens 4. m) illic 3. n) mi *versu exeunte pr. m.* 2*c.*

1) *Scilicet Rimaclus, de quo infra plura. Eum ex abbate Solemniacensi episcopum factum esse minus constat neque biographo fides attribuenda est, unde erravit A. Malnory l. l.* p. 58. 2) *Rectius Alethius; v. supra p.* 634, *n.* 1.

basilicam, iniecerunt eis manus ac ferro vinctos foris[a] trahere conabantur. Quibus beatus Eligius blando alloquio dixit: 'Nolite, quaeso, homines Dei, nolite haec[b] in sacrato loco agere; cur perdere nitimini, quos iam pius Dominus liberavit? Quare facitis tam impie in domo Dei? Cur non pertimescitis tanti[c] sceleris culpam? Domus enim haec domus vitae est, non mortis; refugium est delinquen- 5 tium, non damnatio confugientium[d]; orationis est locus, non latronum specus[e]'. (cf. Matth. 21, 13.) Sed cum nihil apud eos sermo eius proficeret, iterum ait: 'Dominus Deus videat quod operamini. Vos si quidem me audire rennuistis, audiet, credo, ille qui numquam derelinquit sperantes in se'. (cf. Iudith 13, 17.) Mox ergo ad solita praesidia se convertens, prostravit se in terram inter[f] altare et confessoris memoriam atque innixius[g] 10 Dominum supplicavit; et cum ab oratione capud elevasset, statim confractae catenae in terram ceciderunt, cunctaque quae inposuerant ligamina, omnibus adstantibus, sunt magno impetu disrupta ac[h] dissoluta. Quod milites videntes, ingenti metu perculsi confestimque ad pedes sancti Eligii provoluti[i], veniam facti sui praecabantur, dicentes: 'Peccavimus, domine pater, inique egimus, stulte ges- 15 simus in eo quod contra te contendere praesumpsimus; agnoscimus modo quod male egimus, impietati nostrae te ignosci[k] rogamus'. Tunc ille dixit ad eos: 'Et ego novi quod ignoranter[l] fecistis; Dominus enim[m] operatus est, sicut voluit. Ipse qui hos eripuit, ipse vobis, oro, indulgentiam tribuat et a cunctis[n] peccatis propitiatus absolvat: nam non ego, ut vos putatis, sed sanctus Sulpicius[o] ad se 20 fugientes defendit reos'. Hoc ergo modo Eligius, immo Dominus per Eligium, absolvit reos bis numero a dirae[p] mortis periculo. Ille[q] pius, ille misericors, qui saeviente[r] Herode eripuit Petrum de obseratis militum custodiis, (cf. Act. 12.) nunc operatus est cum Eligio famulo suo Bituricas; qui vinctum in carcere absolvit vas electionis Paulum, (ib. 9, 15. 16, 26.) ipse nunc dissipato carcere humiliavit arrogantiam superborum. 25 Illi[s] ergo laus, illi gloria, per quem servi eius in mundo tanta possunt facere mirabilia. Sic[t] ergo, reis absolutis, qui paene nudi[u] videbantur, Eligius, largitis indumentis et elemosinis, mandat de cetero corrigere vitam multamque et aliam, exceptis his, eodem die diversis pauperibus necnon et monasteriis distribuit pecuniam. 30

Inde[v] igitur degressus[w], coepto tramite pergens pervenit tandem ad suos. Diebus namque singulis plebem sibi commissam commonens, infatigabiliter salutaribus monitis exortabatur; zelo nimirum veritatis accensus, volebat populis[x] pandere, quod ipse intemerata fide teneret, mandans[y] omnibus servire Deo in veritate et facere iustitiam in omni tempore, et ut essent memores beneficiorum Christi 35 et benedicerent nomen eius cunctis diebus vitae suae. Nam collectis undique ad ecclesiam turbis, multa quidem[z] et magna breviter in sermone conplexa[a], sed in aedificatione spiritaliter copiosa, cum prophetica fiducia exaltans vocem, huiuscemodi ad eos proferebat[b] monita.

II. Cap. 15. 2*a. b. c.* 3. 4. 40

Cap. 15. a) foras 4. b) hoc 2*a*. c) tanti:, *ras.* s 3; tantis celeris 2*c*. d) confugentium 2*c*. 3 *(corr.)*. e) specū 2*b*. f) interra 2*c*. g) inxius 2*a*, *corr*. h) *ita rell.*; atque (2*a*). i) *ita codd.* k) ignoscere 4. l) ignorabant 2*c*. m) *om.* 2*c*. n) pro *add., sed eras.* 2*b*. o) Sulpitius 2*b*. 3. p) a : ire *pr. m.* 2*a*; abire *pro* a d. 2*b. c.* 3 *(non 4)*. q) Illius *corr.* Illi pius 2*c*. r) saeu : : iente *m. al. corr.* seviente 2*a*. s) ille *pr. m.* 2*a*. t) si 2*a (pr. m.). c.* u) nu| : : ludebantur *m. al. corr.* nu|di videbantur 2*a*. v) *c.* 16. *incip.* 2*a. b. c.* 4; *c.* 15. *incip.* 3. w) digressus 4. x) populus 3, *corr* y) mandant *corr.* mandat 3. z) quidam 3. a) compl&a 3. b) propherebat *pr. m.* 2*a*. 45

16[a]. Rogo[1] vos, fratres karissimi, et[b] cum grandi humilitate admoneo, ut intentis animis auscultare iubeatis, quae vobis pro salute vestra suggerere[c] volo. — —

Ante[2] omnia autem illud denuntio atque contestor[3], ut nullus[d] paganorum sacrilegas consuetudines observetis, non caragos[e, 4], non divinos[5], non sortilogos[f], non praecantatores, nec pro ulla causa aut infirmitate eos[g] consulere vel interrogare praesumatis, quia qui facit hoc malum, statim perdit[h] baptismi sacramentum. Similiter et auguria vel sternutationes[6] observare nolite, nec in itinere positi[i] aliquas aviculas[k, 6] cantantes adtendatis, sed sive iter seu quodcumque opere[l] arripitis, signate vos in nomine[m] Christi et symbolum vel[n] orationem dominicam cum fide et devotione dicite, et nihil vobis nocere poterit[o] inimicus[p]. Nullus christianus observet, qua[q] die domum exeat, vel qua die revertatur, quia omnes dies Deus fecit; nullus ad inchoandum[r] opus[s] diem vel lunam adtendat, nullus in Kalendas[t] Ianuarii nefanda et ridiculosa[u], vetulas[7] aut cervulos[v] vel[w] iotticos[x, 8] faciat[y] neque mensas super noctem[9] conponat neque strenas[10] aut bibitiones[11] superfluas exerceat. Nullus christianus inpuras[z, 12] credat neque in cantu[13] sedeat, quia opera diabolica est. Nullus in festivitate sancti Iohannis[14] vel quibusque[a] sanctorum sollem-

II. Cap. 16. 2*a. b. c.* 3. 4. *X.*

Cap. 16. a) XVII. 2*a. b. c*; *om.* 4. b) ut *pr. m.* 2*b.* c) suggere 2*b.* d) *ita pr. m.* 2*a et Hom. Sang. cum Sermone Caesarii;* nullas *rell.* e) *ita X cum Caesario;* caraios *plerique;* caragios *Hom. Sang.* f) sortilegos *X cum Hom. Sang. et Caesario.* g) *om.* 4. h) perdidit *Hom. Sang.*; peribit *Caesarius.* i) *postea add. X.* k) avicolas *Hom. Sang.* l) *ita X;* operis *rell.* m) nomini 2*c.* n) *ita X cum Caesario;* et *rell.* o) potuit *pr. m. corr.* potuerit 3. p) *bis scr., sed eras.* 2*a.* q) qui 3, *corr.* r) incoandum *X;* choandum 2*c.* s) opere *recte Hom. Sang.* t) *ita X*; Kl. 2*a. b.* 3. u) vel (?) *add., sed eras.* 2*a*; aut *add. (X).* v) ceruuolos *m. al. corr.* ceruuŏlos 2*a.* w) aut 4. x) iocticos 2*a.* y) facit *pr. m.* 2*a.* 3. z) impuras *X.* a) *ita X*; vel que *plerique;* vel quibuslibet 4.

1) *Plures Eligii praedicationes genuinae in hoc capite inter se coniunctae videntur esse, quarum reliquias in codicibus Sangallensi n.* 194, *saec. VIII. ex., et Parisiensi, 'Nouv. acq. lat.' n.* 447, *saec. IX, asservatas in altera Appendice edidi. Locum quem infra admisi ad superstitiones pertinentem cum altero Parisiensi, 'Nouv. acq. lat.' n.* 450, *saec. IX/X, (nobis X) conferendum curavi, qui totum caput continet ex ipsa Vita depromptum, sed ex codice nostris meliore.* 2) *Ea quae insequuntur magna ex parte in homilia expilata sunt, quam e codice Sangallensi n.* 146, *saec. IX/X, princeps edidit Nürnberger, 'Aus der litterarischen Hinterlassenschaft des hl. Bonifatius und des hl. Burchardus', Nissae* 1888, *p.* 43 *sqq. Vide supra p.* 652. 3) *Locus cum Caesarii sermone n.* 278 *(Migne XXXIX, col.* 2269*) convenit.* 4) *Est sortilegus, praestigiator, qui characteribus magicis utitur. Duc.* 5) *I. q. hariolus. Duc.* 6) *Ita etiam Caesarius l. l. Similiter Martinus Bracarensis, De correctione rusticorum (ed. Caspari c.* 16, *p.* 34*):* alia diaboli signa per avicellas et sternutationes et per alia multa adtenditis. *Cf. Grimm, 'Mythologie' II, p.* 935[4]. 7) *De his superstitionibus v. Scr. rer. Merov. III, p.* 479, *n.* 6. 8) *Sunt ludi, Gall. 'jeux'. Duc.* 9) *Scil. Kal. Ian., 'ut per totum annum convivia illorum in tali abundantia perseverent'; cf. Scr. rer. Merov. III, p.* 479, *n.* 6. 10) *Caesarii sermo n.* 129 *(Migne l. l. col.* 2002*):* Diabolicas etiam strenas et ab aliis accipiunt et ipsi aliis tradunt. 11) *I. q. compotatio. Duc.* 12) *Dicta abbatis Pirminii de singulis libris canonicis scarapsus (Caspari, 'Kirchenhistorische Anecdota' I, p.* 173*):* neque (qui *cod.*) inpurias *(scil. nolite credere)*, que dicunt homines super tectus mittere, ut aliqua futura possint eis denunciare, quod eis bona aut mala adveniant: nolite eis credire, quia soli Deo est futura prescire. *Vocabulum* inpuras *ex Gr.* ἔμπυρος *pendere coniecit editor doctissimus, qui locum V. Eligii in editis depravatum recte restituit.* 13) *I. e. angulus, Ital. 'canto'. Duc. Cf. p.* 706, *n.* 6. 14) *De hac festivitate egit Caesarius, Sermo n.* 277 *(Migne XXXIX, col.* 2268*). S. Iohannis focos diu solstitiales dictos esse monuit*

nitatibus[a] solestitia[b. 1] aut vallationes[c. 2] vel saltationes[d] aut cantica diabolica exerceat. Nullus nomina daemonum aut Neptunum aut Orcum aut Dianam[e] aut Minervam[f] aut Geniscum[g. 3] vel cetera[h] huiuscemodi ineptia credere aut invocare praesumat. Nullus diem Iovis absque sanctis festivitatibus nec in Madio[i] nec ullo tempore in otio observet[4] neque dies tiniarum vel murorum[5] aut vel unum omnino diem nisi tantum dominicum. Nullus christianus ad fana vel ad petras aut ad fontes vel ad arbores aut ad cancellos[k. 6] vel per trivia luminaria[7] faciat aut vota reddere praesumat. Nullus ad colla[l] vel hominis vel[m] cuiuslibet animalis ligamine[n. 8] dependere praesumat, etiamsi a[o] clericis fiant[p], etsi dicatur, quod res sancta sit et lectiones divinas contineat, quia non est in eis remedium Christi, sed venenum diaboli. ˙Nullus praesumat lustrationes facere nec herbas incantare[9] neque pecora per cavam[q] arborem vel per terram foratam[r. 10] transire, quia per haec videtur ea diabolo[s] consecrare. Nulla[t] mulier praesumat sucinos[11] ad collum dependere nec in tela vel in tinctura[u] sive quolibet opere Minervam[v. 12]

II. Cap. 16. *2a. b. c.* 3. 4. *X.*

Cap. 16. a) solempnitatebus *2c, corr.* b) solstitia 4. c) ballationes *Hom. Sang.* d) aut caraulas *add.* 4; *v. infra c.* 20. e) *ita rell.;* Dianem *X.* f) Menervam *Hom. Sang.* g) *corr.* Genium 3. h) cęteras h. ineptias 4. i) Maio 4. k) *ita X cum cod. Sangerm. (v. supra p.* 652*)*; cellos *plerique; m. al. corr.* calles 3; caelos *m. al. corr.* caellos 2*c.* l) collo 2*c.* m) *om.* 2*a.* n) *ita pr. m. X;* ligamina *plerique;* ligamine *et add.* aut cartellas *Hom. Sang.* o) a:, *ras.* d 2*b*; (a *om.*) clericus *Hom. Sang.* p) fiantur *Hom. Sang.* q) cavem 2*c, corr.* r) foram 2*c*; *in mg. suppl.* 4. s) diaboli 3, *corr.* t) Nullā 2*c.* u) tinctu 2*b.* v) Menervam *Hom. Sang.*

M. Deloche, 'Mémoire sur la procession dite de la Lunade et les feux de la Saint-Jéan à Tulle (Bas Limousin)' ('Mém. de l'Acad. des Inscr. et Belles-lettres', Paris. 1891, *tom. XXXII, p.* 158*)*. 1) *V. Grimm l. l. I, p.* 516[4]. 2) *Pirminius l. l.:* Nullus christianorum neque ad ecclesiam neque in domibus neque in trivios nec in nullo loco ballationes, cantationis, saltationis, iocus et lusa diabolica facire non presumat. 3) *I. e. genius, 'Génie local' E. Vacandard, 'L'idolâtrie en Gaule' ('Revue des questions histor.' LXV, p.* 440*). Cf. homiliam quam attulit Carpenterius apud Ducange l. l.:* Sunt aliqui rustici homines, qui credunt aliquas mulieres, quod vulgum dicitur, strias esse debeant et ad infantes vel pecora nocere possint, vel dusiolus vel aquatiquus vel geniscus esse debeant. 4) *Quinta feria nec viri opera faciebant nec mulieres lanificium, teste Caesario (Sermo n.* 265, *Migne col.* 2240*)*. 5) *Martinus l. l. (c.* 11, *p.* 14*):* Iam quid de illo stultissimo errore cum dolore dicendum est, quia dies tinearum et murorum observant, et si dici fas est, ut homo christianus pro deo mures et tineas veneretur? 6) *Cancelli sunt saepta, Germ. 'hagen', sed angulos cum arboribus triviisque coniunxit Pirminius l. l.:* Noli adorare idola non ad petras neque ad arbores, non ad a n g u l o s neque ad fontes, ad trivios nolite adorare nec vota reddire. 7) *Martinus l. l. (c.* 16, *p.* 29*):* Nam ad petras et ad arbores et ad fontes et per trivia cereolos incendere, quid est aliud nisi cultura diaboli? 8) *Indiculus superstitionum et paganiarum (MG. Capitularia I, p.* 223*):* De filacteriis et ligaturis. 9) *Martinus l. l. (c.* 16, *p.* 33*):* Incantare herbas ad maleficia et invocare nomina daemonum incantando quid est aliud nisi cultura diaboli? 10) *Eiusmodi mos hodieque a pastoribus Gallicis observatur teste E. Vacandard l. l. p.* 444. 11) *Caesarii homilia (ed. Caspari l. l. p.* 222*):* Phylacteria diabolica, caracteres, sucinos et herbas nolite vobis et vestris adpendere, quia qui hoc malum fecerit, sacrilegium se non dubitet admisisse. *Similiter Caesarii sermo n.* 265 *(Migne l. l. col.* 2239*), Pirminius l. l.* 12) *Pirminius l. l.:* mulieres in tela sua Minerva nominare et Veneris aut alium diem in nuptiis observare, et quo die in via exeatur attendire, omnia ista quid aliut nisi cultura diabuli est?

vel ceteras infaustas personas nominare[a], sed in omni opere Christi gratiam adesse optare et in virtute nominis eius toto corde confidere. Nullus, si quando luna[1] obscuratur, vociferare praesumat, quia, Deo iubente, certis temporibus obscuratur; nec luna nova quisquam timeat aliquid operis arripere, quia Deus ad[b] hoc lunam fecit, ut tempora[c] designet[d] et noctium tenebras[e] temperet, non ut alicuius opus inpediat aut dementem faciat hominem, sicut stulti putant, qui a daemonibus invasos a luna pati[2] arbitrantur. Nullus dominos solem aut lunam[3] vocet neque per eos iuret, quia creatura Dei sunt et necessitatibus hominum iussu[f] Dei inserviunt. Nullus sibi proponat[g] fatum vel fortunam aut genesim, quod vulgo nascentia[4] dicitur, ut dicat, qualem nascentia attulit, taliter erit: quia Deus *omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* adque omnia in sapientia dispensat, sicut disposuit ante constitutionem[h] mundi. Praeterea quotiens[i] aliqua infirmitas supervenerit, non quaerantur[k] praecantatores[l], non divini, non sortilogi, non caragi, nec per fontes aut arbores vel[m] bivios diabolica filacteria exerceantur; sed qui[n] aegrotat, in sola Dei misericordia confidat et eucaristiam[o] corporis ac[p] sanguinis Christi cum fide et devotione accipiat oleumque benedictum fideliter ab ecclesia petat, unde corpus suum in nomine Christi ungeat[q], *et* secundum apostolum[5] *oratio fidei salvabit infirmum et allevabit*[r] *eum Dominus;* et non solum corporis, sed etiam animae sanitatem recipiet[s], conplebiturque in illo quod Dominus in euangelio[t, 6] promisit, dicens: *Omnia enim quaecumque petieritis*[u] *in oratione credentes, accipietis.*

1. Tim. 2, 4.

cf. Eph. 1, 4.

Ante[7] omnia, ubicumque estis, sive in domo sive[v] in itinere sive in convivio verba turpia et luxoriosa[w] nolite ex ore vestro proferre[x], quia sicut Dominus[y] in euangelio[8] praenuntiat[z]: *De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines super terram, reddent rationem in die iudicii.* Ludos etiam diabolicos et vallationes[9] vel cantica gentilium fieri vetate; nullus haec christianus exerceat, quia per haec paganus efficitur. Nec enim iustum est, ut[a] ex ore christiano, ubi sacramenta Christi mittuntur, et cui[b] decet Deum semper laudare, cantica diabolica procedant. Ideoque, fratres, omnes adinventiones[c] inimici toto corde respuite et supradicta sacrilegia cum omni horrore fugite. Nulli creaturae praeter[d] Deum et sanctis

II. Cap. **16.** *2a. b. c.* 3. 4. *X.*

Cap. 16. a) no|(minare — in virtute no *om.*)minis *2c.* b) ab *pr. m. 2b*; l. ad hoc *X.* c) tempore 3, *corr.* d) designæt 3; disignet *2c.* e) tempora disignat *(corr.* designet*)* et noctium tenebras *iterat. 2c.* f) ius::s *pr. m.* 3. g) proponet *2c*, *corr.* h) contutionem 3, *corr.* i) *ita* 4. k) queratur *pr. m. 2b.* l) praecantatoros *2a.* m) aut *X.* n) qui:, *ras.* a *2a.* 3. o) *ita 2a. b*; uucariscia *corr.* eucariscia *2c*; eucari(stiam *m. al. in litura*) 3; eucharistiam 4. *(X).* p) et *(X).* q) ungueat *m. al. corr.* unguat 3 *et sic* 4. r) alleviabit *Vulg.* s) recipiat *X.* t) euangeliū *pr. m. 2c.* u) petieris *pr. m. 2a.* v) *ita* 4. *(X)*; seu *rell.* w) *ita 2a. c.* 3. x) proferri 3, *corr.* y) D. *h. l. om., post* in euang. *superscr.* 3. z) pronuntiat *X.* a) et uxore *m. saec. XV. corr.* ut ex ore *2b.* b) quē *corr.* cui 4. c) adventiones *2c.* d) nisi Deo 4.

1) *Eadem verba in Caesarii sermone n.* 265 *(Migne l. l. col.* 2239*) leguntur.* 2) *Ii lunatici vocabantur; cf. Ducange h. v.* 3) *Caesarii sermo n.* 130 *(Migne l. l. col.* 2005*):* Et solem enim et lunam Deus pro nobis et nobis profutura constituit, non ut ista duo luminaria quasi deos colamus. 4) *I. e. horoscopus; cf. Ducange h. v.* 5) *Iac.* 5, 15. 6) *Matth.* 21, 22. 7) *Locus cum Caesarii sermone n.* 265 *(Migne l. l. col.* 2239*) convenit.* 8) *Matth.* 12, 36. 9) *Caesarius:* Isti enim infelices et miseri homines, qui balationes et saltationes ante ipsas basilicas sanctorum exercere nec metuunt nec erubescunt, etsi christiani ad ecclesiam venerint, pagani de ecclesia revertuntur, quia ista consuetudo balandi de paganorum observatione remansit.

eius venerationem exhibeatis; fontes vel arbores quos sacrivos[a, 1] vocant succidite; pedum[2] similitudines[b], quos[c] per bivios[d] ponunt, fieri vetate, et ubi inveneritis, igne cremate. Per nullam aliam artem salvari vos credatis nisi per invocationem et crucem Christi[e]. Nam[3] illud quale est, quod si arbores illae, ubi miseri homines vota reddunt[f], ceciderint[g], nec[4] ex eis[h] ligna ad focum sibi deferunt? Et videte, quanta stultitia est hominum, si arbori insensibili et mortuae honorem inpendunt et Dei omnipotentis praecepta contempnunt[5]. Non ergo caelum, non sidera, non terram nec ullam omnino creaturam praeter Deum ullus adorandam credat, quia omnia ipse solus condidit atque disposuit. Altum quidem est caelum, ingens terra, inmensum mare, pulchra sidera, sed[i] inmensior et pulchrior sit necesse est qui haec creavit. Si[k] enim haec quae videntur tam inconprehensibilia sunt, id est varii terrae fructus, pulchritudo florum, diversitas pomorum, genera animalium, alia super terram, alia in aquis, alia in aere, apum[l] quoque prudentia[m], ventorum flatus, nubium rores, tonitruorum fragores[n], temporum vices, dierum noctiumque vicarii[o] recursus, quae omnia nullatenus mens humana[p] potest[q] aestimationem conpraehendere; si ergo haec talia sunt, quae videmus, et nullatenus conpraehendimus, qualia aestimanda[r] sunt illa caelestia, quae nondum[s] videmus? Vel qualis horum omnium opifex, cuius nutu[t] cuncta creata sunt, cuius et arbitrio omnia gubernantur? Illum[u] ergo, fratres, super omnia timete[v], illum inter omnia adorate, illum ultra omnia amate, ad illius vos misericordiam tenete, de eius clementia numquam desperate. — — — — — — — — — — — — — — —

17[a]. Haec summatim de tanti viri familiariis[b] monitis hucusque narrasse sufficiat; quae ille etsi non sub unius diei articulo ex ordine, ut digesta sunt, percurrebat, diversis tamen temporibus huiusmodi semper praecepta populis intimabat. Ad ultimum vero inferebat, dicens: 'Haec, fratres, si custoditis, habebitis praemium[6]. — — — — — — — — — — — — — — — — — — —
Sed[c] de his satis sit dictum; nunc[d] interim propositas prosequamur virtutes.

18[a]. Erat autem vir quidam habitans in suburbio Parisiaco[b], haud procul a basilica beati Petri[7] apostolorum principis commanens, quem Eligius pro fide et devotione sua familiariter diligebat, ipseque ab eo pro reverentia sanctitatis unice

II. Cap. 16. *2a. b. c.* 3. 4. *X.* *Capp.* 17. 18. *2a. b. c.* 3. 4.

Cap. 16. a) sacri vos *2c.* 3 *(pr. m.) et m. al. 2a*; sa | vos *pr. m. 2a*; sacrilegos *X*; quas sacras 4. b) similitudinis 3, *corr.* c) quas 4. d) bivia 4. *(X).* e) Domini 4. f) reddant *X.* g) ceciderunt *2c*, *corr.* h) *in litura 2a*; eius *X.* i) et 3. k) Si:, *ras.* c 3. l) apium *X et pr. m. 2a.* m) prudentiā 3, *corr.* n) fulgura *m. al. in litura X.* o) *ita* 4; vicariis *2c et pr. m. 2b.* 3; varios *m. al. in rasura maiore (ultima littera erat* s*) 2a*; varius *m. al. in litura X.* p) mens *iteratum, sed eras. 2b.* q) p. estimatione *X*; estim. potest 4. r) sunt est. 3. s) non *2a.* t) natu *pr. m.* 3. u) illud *2a*, *corr.* v) temete (?) *pr. m.* 3.

Cap. 17. a) XVIIII. *2b*, *et sic deinceps; om.* 3. b) familiaribus *e corr. m. al. 2a;* familiaris *corr.* familiaribus 3, *et ita* 4. c) Sed — virtutes *om.* 4. d) prop. n. int. 3.

Cap. 18. a) *corr.* XVII. 3. b) Parasiaco 3, *corr.*

1) *Concil. Autissiod. a.* 573—603, *c.* 3 *(ed. Maassen p.* 179*):* Non licet — — inter sentius aut ad arbores sacrivos vel ad fontes vota dissolvere. 2) *Cf. Scr. rer. Meroving. I, p.* 681, *n.* 5. 3) *Locus in Caesarii sermone n.* 278 *(Migne l. l. col.* 2271*) legitur.* 4) *Caesarius:* nemo. 5) *Caesarius addit:* ramos arboris non sunt ausi mittere in focum, et se ipsos per sacrilegium praecipitant in infernum. 6) *Ea quoque quae insequuntur Caesariana esse patet.* 7) *Genovefae nomen basilicae postea inditum est; cf. Scr. rer. Merov. III, p.* 205.

diligebatur. Accidit ergo quadam die, ut praedia monasterii[a] sui Eligius lustrata[b], et a Gentiliago[c, 1] iam digressus, Parisius remearet. Cumque non longe a domo eius cum suo nobili, ut solebat, comitatu tramitem praeteriret, fortuitu ille eminus conspiciens, cognovit ilico adesse Eligium. Tunc obviam accurrens, coepit ienua[d] 5 eius lambere, dicens: 'Est mihi pauxillulum Falerni in cadum[e]; divertat, quaeso, dominus meus[f] paulisper in domum servi sui, ut hi qui tecum sunt percipiant[g] merum, et benedicat mihi Dominus[h] ad introitum tuum'. Cumque ille recusare vellet, vix comitantum[i] victus[k] precibus, tandem ad domum divertit. Erat autem praefato viro positum vas in cellario, quod vulgo tunna vocatur, duas fere[l] aut 10 tres tantummodo in sese metretas vini habens. Cum ergo illic ingressus obnixe rogaretur, ut vel parum quid pro benedictione perciperet[m], allatum sibi poculum benedicens, modicum ex eo pro satisfactione hausit[n]; cuncti tamen comites eius gratissime ubertimque potati sunt. Deinde, benedicta domo, valedicens viro, discessit atque ad monasterium suum, quod in eadem urbe situm est[2], ad manendum 15 divertit. Post cuius videlicet abscessum repente cadum[o], quod ad usus famulorum eius paene fuerat exhaustum, divinitatis gratia exuberante, vino usque ad summum est repletum. Facto autem die altero, fortuitu ingressus homo in paenum[p], invenit tunnam, quae pridie vacua prope remanserat, usque ad os vino[q] repletam. Ex quo vehementer mox adtonitus, coepit nimium eventum rei mirari, confestimque 20 hospitis sui merita reducens ad memoriam[r], praepropere[s] ad eum perrexit, narrans, quanta sibi Dominus ad[t] adventum eius praestiterit. Quod cum Eligius audisset, agens Domino[u] gratias, dixit ad eum: 'Pax tibi, frater, tecum sit hic sermo, nec patiaris usquam divulgare[v] eum, sed vade et cum gratiarum actione quod tibi pius Dominus largitus est in usus necessarios expende'. Tunc ille coepit 25 rogare eum, ut dignaretur ipse iterum ad domum eius usque fatigari ac per semet ipsum temetum[w] illud benedicere et utendum ex vase proferre; quod nisi faceret, testabatur se nullatenus exinde umquam vel guttam foris praeripere. At ille cernens devotionem hominis, pariter ad domum perrexit, et ingressus domum, prostravit se in pavimento ac[x] diutissime praecem fudit; post orationem vero 30 considerans[y] apotecam plenam, iussit eam reserari vinumque in vase proferre. Et cum factum fuisset, et ipse quidem exinde modicum gustavit et omnes qui simul[z] aderant largissimos[a] ex eo meros hauserunt. Sic demum, oculis manibusque ad caelum porrectis, gratias agens et glorificans nomen Domini, via qua venerat rediit.

35 19[a]. Sed neque illud silendum puto, ex quo lectores auditoresque ad studium humilitatis[b] causa huius exempli incitare confido, ut ne aliquando inprobi quique praesumant contra sanctos viros verba procacia incaute proferre, dum

II. Capp. 18. 19. *2a. b. c.* 3. 4.

Cap. 18. a) monasteria 2*c*, *corr.* b) lustraret 2*a*; prediis — lustratis 4. c) gentili (agro 40 *in litura?*) 3. d) *ita pr. m.* 3; genua *rell.* e) cado 4. f) m(eu *in ras.*)s 3. g) percipiunt 2*c* *et pr. m.* 2*a*. h) *om.* 2*b*. i) comitutu: *m. al. corr.* comitantū 3; comitantium *rell.* k) pr. victus 4. l) aut fere 4. m) perciperet — benedicens *om.* 2*b*. n) hauxit 2*c et pr. m.* 2*a* (?). *b*; *m. al. corr.* haussit 2*a*. o) cadus qui — exhaustus — repletus 4. p) *m. al. superscr.* cellarium 3. q) vini(?) *pr. m.* 2*a*. r) moriam *pr. m.* 3. s) (prae *om.*)propere 2*b*. t) *om.* 2*c*. u) dn̄s 2*c*. v) divulgari 4. 45 w) merum 4. x) adiutissime *m. al. corr.* et diut. 2*a*, *m. al. corr.* ac diut. 3. y) consideraris 2*b*. z) (sim *in litura*)ul 2*a*. a) largissim(e *m. al. in litura*) 2*a*.

Cap. 19. a) XVIII. 3, *et sic deinceps.* b) humilitas 2*c*, *corr.*

1) *Gentilly (cant. Villejuif, arr. Sceaux, dép. Seine).* 2) *Virginum monasterium, de quo supra I, 17.*

simili metuunt exitio succumbere. Quidam itaque vir infaustus[a] nimiumque protervae mentis ac segnis, utpute ex Hebroini[b] familiaribus, conquirebatur multis diebus contra Eligium, volens ecclesiae eius silvam quandam valde optimam pertinaciter praeripere[c] suaeque ditioni mancipare[d]. Pro qua causa frequenter ad illum conveniens, paene eum ad iniuriam[e] verbis procacibus[f] provocabat; unde etiam una dierum praefatus vir adiens Eligium, coram copiosa[g] multitudine coepit violenter eadem[h] ab eo repetere. Cui cum Eligius modeste leniterque responderet, ille, ut sese habet humana iactantia, amplius se extollens, audacter obtendebat[i], multis eum verbis lacessiens. At[k] Eligius patienter adhuc ferens, blandis eum verbis cohercere studebat, dicens: 'Amice, refrena cupiditatem tuam! Cur non erubescis[l] tam caeca mente res alienas appetere? Si mea a me postulares, darem forsitan, quod peteres; nunc vero, quia non[m] meum, sed ecclesiae praedium a me repetis, non tibi do omnino, quod pauperum est necessitatibus delegatum'. Tunc ille acrius incitatus vehementer eum verbis iniuriabat, dicens: 'Si mihi id voluntariae[n] non reddis, ego vi[o] subripiam, velis[p] nolis'. Tandem ergo Eligius permotus, minaci vultu dixit ad eum: 'Novit meus creator, nisi cito desieris ab hac intentione, dignam meritis tuis recipies excommunicationem'. Quod verbum ille audiens in tanta caccinnatione[q] prorupit, ut multa ei probra et convitia inrisionesque[r] procaciter iacularet[s]. Tunc Eligius videns eum[t] nullo genere posse sedari, protensa ad eum manu dextra[u], iaculum excommunicationis in eum terribiliter congessit. Et, o mira virtutis potentia! confestim divina indignatio verbum eius comitata ita perculit virum, ut omni funditus robore destitutus et vigorem amitteret et speciem vivi hominis[v] perderet. Denique pariter cum Eligii verbo corruens in pavimentum[w], sic divinitus est percussus, ut palam omnibus adstantibus videretur velut[x] mortuus; nam cuncti haec videntes stupore nimio perculsi in Eligii iniuriam Dei ultricem mirabantur adfuisse iram. Sic[y] ergo miser ille in manibus inde sublatus, triste valde suum praestolabatur funus. Omnes praeterea qui aderant communi praece Dei hominem depraecabantur, ut non considerans infausti illius vecordiam pro eodem praeces funderet, quo restitutus sanitati sponte super his quae contra eum gesserat paeniteret. Quod utrum fecerit, actenus incertum habemus. Hoc nimirum solum admirationi[z] adscribimus, quantam vim sermo eius ex divina largitione obtineret, qui absque ullo verbere solo potenti verbo superbum in terram deiecit arrogantemque humiliavit; quamque[a] carum hunc Deus haberet, cuius utique verbo[b] tam celeris[c] in hominis[d] ultione[e] comitavit[*, f]. Sed ne solam hanc verbis eius putetis comitasse[g] virtutem, audite, quid[h] et alibi gesserit.

*) *Post* comitatus est *haec addit* 7: Nec dissimile[i] fuit illud, cum vice quadam cum Landerico Parisiacae urbis episcopo disceptans, graviter eum sola verbi virtute

II. Cap. 19. *2a. b. c.* 3. 4.

Cap. 19. a) infaustum *pr. m.* 2*a*. b) Ebroini 2*a*. c) praecipere(?) *pr. m.* 2*a*. d) mancipe 2*c*; mancipari 2*a*, *corr.* e) adiuriam 2*c*. f) procatibus 2*c*; proca(ci *in litura*)bus 2*a*. g) copiose *pr. m.* 2*a*. h) eandem 2*a (m. al. in ras.).* 4. i) (obtun *m. al. in ras.*)debat 2*a*. k) *om.* 3. l) erubesc(is *in ras.*) 2*a*. m) nomen *pro* non *pr. m.* 2*a*; nom̄ *pro* non meum *pr. m.*, non mea *m. saec. XV. superscr.* 2*b*; non (me *in ras.*)um 3. n) *ita* 2*c*. o) vi : : , *ras.* di (?) 2*c*. p) vellis *pr. m.* 2*c*. q) cachinnationem 4; quod verbum ille audiens in tanta *post* caccinn. *iterat.*, *sed expunct.* 2*c*. r) inresionesque 2*c*. s) iacularetur 4. t) *superscr.* 4. u) dextera 3. v) homini *pr. m.* 2*b*. w) paviment : : *pr. m.* 2*a*. x) *om.* 4. y) Si *pr. m.* 2*b*. z) admiratione scribimus 2*a*. a) quamqua *corr.* quamquaē 2*c*. b) verbum 4. c) *ita* 2*a*; celer 4; celeri *rell.* d) hominem 4. e) ultioni *corr.* ultio 2*a*, *et ita* 4. f) cōmitavit 2*c*; comitata est 4. g) comitem esse 4. h) qui *m. saec. XV. corr.* que 2*b*. i) dissimilem 7, *corr.*

20. Igitur quodam tempore, cum dies natalicius[a] beatissimi Petri apostoli in diocesim[b] quandam haud procul a Noviomense oppido celebraretur[c], adiens Eligius vicum, cum ingenti constantia praedicabat, sicut semper consueverat, Dei verbum, abiciendos dumtaxat atque abhominandos esse cunctos daemonum ludos et nefandas saltationes[d] omnesque inanes prorsus relinquendas[e] superstitiones. Quam eius praedicationem praestantiores quique loci illius valde aegre[f] ferebant, scilicet quod ferias eorum everteret ac legitimas, ut putabant, consuetudines exinaniret. Tunc pravi quique inientes consilium, — et praecipue ex familia Herchenoaldi[g. 1], qui erat eo tempore praepositus palati[h. 2], aemulabatur[i] Eligium, sed non ad bonum, — decreverunt simul, ut si ulterius huiusmodi nugis eorum contrairet Eligius, ilico inruentes interficerent eum. Quod cum Eligius cognovisset, ingenti martyrii desiderio stimulatus[k], surrexit concite et praecepit suis omnibus, ut nullus

Iun. 29.

---

prostravit. Nam cum idem Landericus frequentissimas ei molestias pro prediis vel monasteriis suis ingereret, et Elegius modo gemendo, modo dissimulando subportaret, tandem causa in examen obtimatum et episcoporum perlata, abitum est concilium in basilica montis Martiri[l. 3], quod lingua rustica montem Mercurii dicunt. Ubi cum multa obicerentur multaque, ut in talibus assolet, reicerentur[m], presumptione audaciae suae provocatus, idem Landericus inmensam verborum fatigationem Elegio ingerebat, in tantum ut inmensum angorem inferret. Cuius superbiam cum diu Elegius subportasset, et ille nullatenus moderationem assumeret, ut procatiam suam temperaret, tandem Elegius permotus et cum gemitu conversus ad Dominum ait: 'Exurge, Domine, iudica causam meam'; et iterum: '*Exurge et intende iudicio meo; Deus meus et dominus meus, in causam meam. Iudica me secundum iusticiam tuam*'. Dum hec diceret, manus quas ad caelum extulerat deposuit et contra protervum extendit. Mox autem Landericus tremefactus, irridendo tamen cachinnans et de sedili concite exiliens, in terram decidit. Qui tam vehementer collisus est, ut ambos ei pedes desectos putares. Coepit autem volutari miser in pulvere palpitans et spiritu intercluso tenuiter oscitans semivivus angeri. Timor ilico cunctos et metus ingens invasit. Omnes stupent et omnes perculsi mirantur, singuli ad sua discedunt; solus cum suis protervus inibi terrae incumbit. Inde ad palatium curritur; regi haec causa intimatur. Clipiaco tunc rex morabatur; audito nuncio mirando, terretur. Palatium omne rumore impletur, Elegius interea exorandus petitur. Illa interim die cum sequenti nocte protinus prostratus in monte decubat, donec sequenti precibus multorum Elegius motus maximeque regia supplicatione devictus, pro eodem orare compulsus est. Qui tam diu[n] precibus cum multis aliis institit, quousque prostratus et flatum et speciem et vigorem reciperet. Sic ergo Elegius et cum voluit arrogantem stravit et cum doluit prostratum erexit.

cf. Ps. 73, 22.
ib. 34, 23 sq.

II. Cap. 20. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 20. a) natilicius *pr. m.* 3. b) diocesi quadam 4. c) celebraret 2*b*. d) vel caraulas *add.* 4; *cf. p.* 706, 16. e) relinquas 2*b*, *m. s. XV. corr.* f) agere *pr. m.* 2*a*. g) Herchenaldi 2*a*; Erchenoaldi 3: *item infra.* h) paliati 2*b. c et pr. m.* 2*a* (?); palatii 3. 4; qui *add.* 4. i) *m. al. corr.* emulabantur 3, *et ita* 2*b*. k) stimalatus 3; *om.* 2*b*. l) *m. al. corr.* Martiris 7. m) *ita scripsi;* reniterentur 7. n) *m. al. superscr.* 7.

1) *Erchinoaldo maiori domus Neustriae Ebroinus successit, qui supra c.* 19. *commemoratur.* 2) *Infra c.* 56. *addita sunt:* quod vulgo dicitur maior domus. *Cf. Waitz, 'VG.' II, 2, p.* 89[3]. 3) *Montmartre.*

eum praeter duobus[a] clericis atque uno diacone sequeretur. Venit ergo per medias populorum turbas, et stans in quodam eminenti loco[b] ante basilicam, coepit instantius praedicare, vehementer obiurgans populum, eo quod monitis salutaribus terga parantes, diabolicis filacteriis tantopere essent intenti. Ad cuius exortationem vehementer turba commota, probrosa ei verba cum ingenti protervia respondebant, interitum ei[c] minitantes atque dicentes: 'Numquam tu, Romane, qnamvis haec frequenter taxes[d], consuetudines nostras evellere poteris, sed sollemnia nostra sicut actenus fecimus, perpetuo semperque frequentabimus[e], nec ullus hominum erit, qui priscos atque gratissimos possit nobis umquam prohibere ludos'. Tunc ille cum nihil se proficere cerneret magisque ludos coalescere videret, indignatione[f] commotus[g], dominum Iesum ex imo pectore interpellavit, dicens: 'Quaeso, Domine, divinam clementiam tuam, ut hi qui cum tanta audatia atque superbia tuis sanctis monitis contradicere[h] audent et magis daemonum seductionibus quam tuis praeceptis obtemperant, tuo permisso ipsorum nunc ferocitatem[i] ad exemplum terroremque[k] multorum impleantur[l], quo cognoscere possint, quorum opera exercent, ut ab hominibus in te credentibus enixius glorificetur nomen sanctum tuum'. Post cuius verba subito plurimi, hi praecipue qui erant ex parte Herchenoaldi[m], quique divina mandata despicientes manus in eum parabant iniecere[n], inmundo afflati spiritu, coeperunt continuo modis diversis debaccare[o]. Omnis autem multitudo, exceptis his qui aderant, ingenti pavore perterriti, vestigia hominis Dei lambebant, verentes, ne similia paterentur, pollicentes singuli, cuncta quae mandaret sine aliqua iam simulatione sese[p] adsecuturos. Ad quos vir beatus dixit: 'Nolite timere vos, sed magis iustum Dei iudicium glorificate, quoniam re vera dignum est, ut hi qui eius voluntati contraire videntur, traditi eis[q] ad tempus quos diligunt, sentiant praeceptores suos[r], quorum cultui inserviunt; vos autem, si praeceptis Christi libenter obtemperaveritis[s], nihil paveatis, quia innoxii ab his latrunculis semper eritis'. Multis praeterea rogantibus pro vexatis, noluit statim orationem pro eis adsumere, sed ait: 'Sinite hucusque, sinite, sentiant, sentiant; debent scire, quos demum perhorrescant et quibus actenus obtemperantes oboedierunt'. Sic itaque, anno illo[t] transacto, cum anniversaria[u] rursus praefata[v] festivitas advenisset[w], iussit omnes vexatos illos palam adesse. Cumque omnes adessent, oratione praemissa, exorcizavit[x] aquam et dedit eis pro medela, confestimque liberavit eos ab obsidione diabolica. Erat autem numerus eorum amplius quam quinquaginta. Sic ergo via eis[y] salutis adnuntiata plurimumque correctos eos et castigatos dimisit abire sanos*.

*) *In 7 haec subsequuntur:* De hoc autem vexatorum numero multo cautius et minus quam gestum fuit ystoriographus hic indidit. Vir enim apostolicus et verbo[z] veracissimus Ansoaldus Pictave urbis episcopus huic rei interfuit et cum testificatione affirmare solet, quod se presente hoc miraculum gestum sit et illa curatio, que sub eius oculis per beatum Elegium facta est, amplius quingen-

II. Cap. 20. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 20. a) duos clericos atque unum diaconem 4. b) locum *pr. m.* 2*a*. c) *om.* 2*b*. d) taxas 2*a*. e) frentabimus *pr. m.* 2*a*. f) indignatio *pr. m.* 2*a*. g) commutus 2*c*. h) contradicerent *pr. m.* 3. i) ferocitat(i *in ras. maiore*) 4. k) terrorumque *pr. m.* 2*a*; torroremque *pr. m.* 3. l) impleatur *e corr.(?)* 2*a*; tradantur *in litura* 4. m) Herchenaldi *h. l. etiam* 2*b*. n) *ita* 2*a* *(pr. m.). c*; inicere 2*b*. 3. 4. o) *ita* 2*b. c*; debachare *m. al. corr.* debachari 2*a et ita* 3. 4. p) esse 2*b*. q) eius *pr. m.* 2*a*. r) *m. al. superscr.* 4. s) *ita* 2*a. b. c*; obtemperabitis 3; obtemperare velitis 4. t) *om.* 2*b*. u) anniversaria:, *ras.* s 2*a*. v) patefacta 2*b*. w) adveniset 2*c*, *corr.*; advenissed 2*b*. x) exorcitavit 2*b*. y) eius *pr. m.* 2*a*. z) *m. al. superscr.* 7.

Sulp. Sev. ep. 1, 10. 3, 6.

21. Alio[1] vero tempore cum dioceses[a] suas, ut episcopis mos est, visitaret, extitit quaedam certa causa, ut in una basilica interdiceret cursum vel oblationem, quousque[b] ipse iuberet, celebrari[c]. Erat autem illic presbiter quidam malae conscientiae saucius[d], cuius videlicet ob culpam excommunicatio processerat[e]. Qui episcopi iussis[f] minus obtemperandum credens verbaque eius leviter valde ferens, cum longius eum a loco illo abisse aestimaret[g], mox signum ecclesiae statuta hora, sicut mos erat, pulsare coepit. Tunc ad confutandam[h] humanam praesumptionem magis insensibilis[i] quam rationabilis[k] creatura verbis[l] episcopi parens, veluti sibi indictum[m] silentium, nullum[n] ad pulsantis nisum signum reddidit sonum. Deinde presbiter diutius funem terebrans[o], cum cerneret tinnulum[p] omnino permanere mutum, egressus protinus basilicam, causam cunctis manifestat. Tunc autem Eligii reminiscentes[q] excommunicationem post eum nonnulli quantotius properant ac reconciliari[r] ab eo basilicam exorant. Sed ille, quamvis[s] esset benignus, noluit tamen tam calide, priusquam satisfactio praecederet, sententiam suam reflectere. Sic ergo transacta[t] die una ac[u] nocte, cum saepissime presbiter quatere signum temptaret, nullum pulsanti praebuit sonitum. Transiit quoque et sequens nox cum die, et nec sic[v] quidem[w] sonum produxit; fluxit nihilominus et tertia dies cum nocte, sed nec tandem sonum aliquod[x] reddidit. Postea vero crebris discurrentibus nuntiis cum optimatum et seniorum epistolis, tandem eorum[y] praecibus victus, necnon et paenitentiae satisfactione praelata, solo verbo[z] Eligius reconciliavit[a] locum, et mox signo tacto sonus pristinus rediit in tintinnabulum.

22. Una autem dierum iter necessarium carpens, devenit ad quendam locum haud longe a Conpendio[a] regali, optimum praedium, et fatigatus ex itinere, divertit[b] in[c] agrum cuiusdam coloni; erat autem illi arbor magna nucarii onusta

---

torum[2] numerum habuerit vexatorum, qui omnes sub unius hore spacio curati et sanati sunt, cum hic, sicut dixi, pro cautele studio multum minus, id est quinquaginta numerum, ystoriographus indiderit. Laudabiliter ergo et omni cum favore predicandus[a], cum nonnulli de rebus quibuslibet gestis amplius aliquit soleant propagare, hic vero maluit minora cum laude adnecti, quam vituperabiliter maiora propalare, ut et[b] gloria Dei ex rebus agnitis predicetur et claritas miraculorum absque mendacii suspicione divulgetur. Sed his omissis, cepta interim prosequamur.

II. Capp. 21. 22. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 21. a) diocesses 2*c*. b) quoque 2*c*. c) celebra(ri *m. al. in ras.*) 2*a*; cęlebraret, *ras.* t 2*b*. d) suacius 2*c*. e) precesserat 2*a*, *corr.* f) iussit *pr. m.* 2*a*. g) estimare 2*a*, *corr.* h) funtandam *m. al. corr.* refutandam 3. i) insensabilis *pr. m.* 2*b*. k) rationibilis *pr. m.* 3. l) vebis 2*a*, *corr.*; verbi *pr. m.* 2*b*. m) indictum esset sil. 4; interdictum sil. *rell.* n) nullum — tinnulum *eras., sed manu posteriore haec restituta sunt:* ad pulsantis nisum nullum sonum redd. signum. Deinde — funem tendens, cum cerneret tintinnabulum 2*a*. o) trahens, *m. al. superscr.* vel quatiens 3. p) timnulum, *m. al. superscr.* vel tintinnabulum 3. q) reminesc. *pr. m.* 3. r) reconsiliari 2*c*. s) quantus 2*a*, *corr.* t) trasacta 3, *corr.* u) (ac n *in ras.*)octe 3. v) sit 3, *corr.* w) *c.* 3 *litt. eras.* 2*a*. x) aliquem 4. y) pr. eorum 3. z) vero 2*a*, *corr.* a) reconsiliavit 2*c*.

Cap. 22. a) Comp. 3. 4. b) diverti *pr. m.* 2*a*. c) in a. *in mg. suppl.* 3.

Nota *) a) predican 7, *versu exeunte.* b) *m. al. superscr.* 7.

1) *Cf. V. Caesarii II,* 18: Quodam tempore dum dioceses visitaret; *c.* 20: Alio vero tempore cum in dioceses venissemus *et q. s. Uterque auctor vocabulum* dioecesis *pro paroecia accepit.* 2) *Cave, ne impudentibus his mendaciis fidem ullam attribuas.*

fructu[a] vescibili[1]. Cumque Eligius in diversorium[b] quiesceret, egressi quidam[c] ex ministris eius coeperunt ex praefata arbuscula avellere nuces; erat enim[d] tempus, quo congrue vesci poterant[e]. Accurrens autem concite dominus arbustae[2], causabatur procaciter nuces sibi subripere[f]; quo Eligius conperto[g] vocat ad se virum, et blande ac leniter eum demulcens, ait: 'Noli, amice, huiuscemodi ob[h] causam molestus nobis existere, et si pauca pueri praesumpserunt, plurima tibi adhuc supersunt; nam et hoc quod attigerunt[i] ego, data pecunia, tibi gratifice satisfaciam'. At ille tumida mente lenitatem eius spernens, duris eum amaricabat[k] verbis, eadem[l] crebrius taxans[3]. Tunc[m] Eligius animo inmutatus famulos quidem pro rei facto durius obiurgavit, homini vero pro substantiae damno tres aureos dari iussit; ad arbustam tamen conversus, nimirum salvatoris ficulneae imperantis[n] exemplo usus, ait: 'Quoniam tantopere pro te lacescimur[o], numquam[p] ex te ex hoc iam fructus nascatur in aeternum'. Et, o mira Domini potentia! cuius exemplum secutus fuerat in verbo, eiusdem et virtus subsequitur in effectu[q]; nam post non longum spatium arefacta[r] arbusta, sicca demum permanet in aevum[s]. Merito igitur in hoc opere dominicum secutus exemplum, arbustae cum fiducia imperavit, qui fide plenissima[t] dominicam tenebat sententiam, qua dicitur, quia *qui credit in me, non solum faciet ea quae ego facio, sed et maiora,* inquit, *faciet.* — — — — —

(cf. Matth. 21, 19.) (Ioh. 14, 12.)

26[a]. — — — Praeterea Eligius in tantum mentis sinceritate proficerat[b], sedule Deo in hymnis et orationibus serviens, atque ita[c] cunctis animi virtutibus sublimatus florebat, ut nonnumquam ea quae futura erant praescius longe ante praenuntiaret, ad[d] quod declarandum necessarium reor vel pauca de plurimis[e] enarrare.

(Rufin., Hist. mon. c. 1.)

27. Quodam[a] itaque tempore rogabatur obnixae[b] ab Herchenoaldo palati[c] praeposito quandam ob causam procul ab oppido secum pergere in comitatu. At ille multa secum reputans, renuebat praedictum itiner[d] eo tempore cum ipso arripere; cogebatur vero a senioribus et abbatibus civitatis suae, ut quo[e] modo satisfaceret voluntati eius, ne pro excusatione[f] itineris offendiculum vel inimicitiam[g] tam praestantissimi incurreret viri[h]. Tandem autem ab eis in propatulo respondere conpulsus[i], ait: 'Quid necesse est, fratres, quod nobis tantam vexationem conatis[k] ingerere? Ego procul dubio novi, quod vos omnino nescitis, quoniam si illuc properaverimus, magnam ibidem iniuriam passuri sumus; hinc enim homo pergens vadit[l] illuc, sed vivus exinde non revertetur[m], illic etenim morietur[n]'. Porro post paucos dies completur sermo eius, et cum vix[o] acturi simul ad destinatum praedium pervenissent ibique aliquod[p] dies commorarentur, ita ut dudum praedixerat

II. Capp. 22. 26. 27. 2*a. b. c.* 3. 4.

***Cap.* 22.** a) fructus (?) *pr. m.* 2*a*. b) *ita* 2*b. c*; diver(sorio *in ras. maiore*) 2*a*; diversorio 3. 4. c) quadam *pr. m.* 3. d) autem 2*a*. e) poterat 3, *corr.* f) *corr.* surripi 4. g) conperte *pr. m.* 2*a*. h) *om.* 2*b*. i) adte(?)gerunt *pr. m.* 2*a*. k) v. am. 3. l) eandem *pr. m.* 2*a*. m) *duae litt. eras.* 2*a*. n) imperitantis 3. o) *ita* 2*b. c.* 3 *et pr. m. (?)* 2*a*; *m. al. corr.* lacessimur 2*a*, *et ita* 4. p) et (?) *add., sed eras.* 2*a*. q) affectu 2*b*. r) aref(acta arbuscula sicca *m. al. in ras.*) 2*a*. s) eum 2*c*. t) plenissimā 4, *corr.*

***Cap.* 26.** a) XXV. *et sic deinceps* 2*c*. b) *ita* 2*a. (c)*. c) *om.* 2*b*. d) At 3. e) pluribus 4.

***Cap.* 27.** a) Quadam *pr. m.* 2*b*. b) *ita* 2*c*. c) palatii 3. 4. d) *ita* 2*c et pr. m.* 3; iter 2*b*. 4 *et m. al. in rasura maiore* 2*a*. e) *m. al. corr.* quoquo 3 *et sic* 4. f) excausatione 2*b*. g) inimiciam 3, *corr.* h) virum *pr. m.* 2*a*. i) repulsus *pr. m.* 2*b*. k) conamini 3. 4. l) vidit 3, *corr.* m) reverteretur 2*c*. n) moritur 2*b*. o) *om.* 3. p) aliquot 4; aliquos 3.

1) *I. q. esculentus.* 2) *I. q. arboris.* 3) *I. q. commemorare.*

contigit. Denique quadam nocte, cum alto sopore omnes quiescerent, fortuitu Eligius egressus tabernaculum, dum foris ante vestibulum deambularet ac de psalmis nescio quid secum volveret, vidit subito columnam ignis e[a] caelo descendere cubiculumque Herchenoaldi vehementer penetrare. Et tacite secum eventum 5 rei considerans, interitum bestiae illius diacono suo, qui forte solus cum eo tunc inventus erat, indicat. Confestim vero Herchenoaldus ultione divina percussus[b], cum subito in internis visceribus[c] vasto cremaretur incendio[d], iussit protinus ad se vocari Eligium; qui cum vocatus[e] adfuisset et videret eum vehementer angeri[f], coepit ei suadere, ut quia[g] iam ei[h] vivendi[i] non aderat[k] fiducia, vel hoc faceret 10 moriturus, quod non fecerat sponte vivus, scilicet ut sacculos copiosos[l] metallo auri refertos, quos secum equi vehebant incomptos, pauperibus iam sine dilatione pro refrigerio suae animae tribueret[m]: hoc ei solum adstruens prodesse, illa vero quae in thesauris relinquebat procul dubio animae suae obesse. Sed ille sicut semper[n] rapidus, ita tenax et avarus[1], dum mora[o] dilationis longius[p] innectit, 15 repente miser spiritum exalavit. Cuius corpus Eligius[q] secum pro misericordia referens, sepulturae tradidit ac sic verba sua cunctis manifeste completa ostendit.

28[a]. Similiter dudum[2] de morte quoque Flavadi crudelissimi viri fratribus[3] praenuntiaverat. Nam cum praefatus tyrannus Willibadum[b] christianissimum virum, Burgundiae patricium, innoxie interfecisset atque eius[c] mors Eligio nun- 20 tiata fuisset, ille ad haec e contrario ista narrantibus respondit, dicens: 'Vos quidem adseveratis Willibadum mortuum, Flavadum vero vivum. Ego autem illum quem vos dicitis interfectum novi pro eximiis[d] meritis melius nunc vivere in caelum[e]; illum vero quem[f] vos adplauditis vivum scitote celeri[g] internitione male fore mortuum[h]'. Qui[i] cum[k] causam huius inmutationis percunctarentur[l], 25 apertius ilico praenuntians, ait: 'Haec ideo dixi, quia vir ille verus Dei cultor mortuus ad tempus videtur[m], sed iam sine fine feliciter[n] vivit[o]; Flavadus vero, qui per prolixa tempora[p] vivere putatur[q], infra hos decem[r] dies male, ut dignus[s] est, morietur[t]'. Ita ergo factum est, sicut ipse praedixit. Nam septem diebus

II. Capp. 27. 28. *2a. b. c.* 3. 4.

30 *Cap.* 27. a) de 4. b) perculsus 4. c) vesceribus *pr. m.* 3. d) incendiis *pr. m.* 2*a*. e) vocatis *pr. m.* 2*a*. f) angi 4. g) qui 2*a* (*pr. m.*). *b. c.* h) *om.* 2*b*. i) vivendo *pr. m.* 2*a*. k) erat fuducia 2*a*; aderant *pr. m.* 2*b*. l) copioso a. m. 3. m) tribuere *pr. m.* 2*a*. n) *om.* 2*a*. o) moram 4; se *m. al. add.* 3. p) *om.* 3. q) Elegeus *pr. m.* 3.

Cap. 28. a) XXVII. *et sic deinceps* 2*a*. b) Willibaldum 3, *ut infra*. c) E. eius mors 3. 35 d) n. pro ximiis 2*c*. e) caelo 4. f) quę 2*b*. g) sceleri *pr. m.* 3. h) *m. al. corr.* moriturum 3, morturum 4. i) Cui 2*a. b. c.* k) *superscr.* 2*c*. l) praecuntarentur *pr. m.* 3; percontarentur 4. m) videret (?) *pr. m.* 2*a*. n) feliter *pr. m.* 3. o) vivet 2*a*. p) temporę 2*c*. q) putabatur 2*a*. r) dicem 2*b*. s) dignum 2*a*. t) moritur 2*b*.

1) *Erchinoaldus, qui post Aeganem a.* 641. *maior domus Franciae creatus obiit post* 40 *Chlodoveum a.* 657. *mortuum, cum moribus egregiis teste Fredegario IV,* 84, *eminebat, tum a cupiditate remotus erat ipsumque erga homines ecclesiasticos se bene gessisse ex V. Fursei c.* 9. 10. *intellegitur, sed mutata mente ex monasterio suo Perronensi postea expulit peregrinos (Additam. Nivial., supra p.* 449*). Eius rogatu Eligius cum Audoberto episcopo Cameracensi Fursei corpus in novam domunculam transtulit.* 2) *Ea quae hoc capite continentur a.* 642. *contigerunt,* 45 *scilicet multo ante Erchinoaldi mortem (c.* 27*), eaque e Fredegario IV,* 90, *pendere pro certo habeam, quippe qui in rebus Burgundicis potissimum versatus sit. Sed de Willebado patricio biographus longe aliter iudicavit atque auctor suus; cf. supra p.* 613, *n.* 3. 3) *Scil. monachis S. Eligii Noviomagensis.*

transactis, fortuitu Flavadus percussus[1], iuxta sententiam viri Dei miserabiliter[a] est defunctus[b].

29. Alia etiam conplura episcopus factus[a] mira praedixit; sed[b] dum adhuc sub laicali habitu esset, praesagus futura praenuntiavit. Ex quibus nocte quadam, dum consuetas orationes explesset[c], paulolum in discubitu requiescens, coepit subito in somnis vehementer satagere. Quem mox clericus excitum cum causam visionis illius interrogaret, huiusmodi ab eo responsum audivit: 'Nuper', inquit, 'Simplicius Lemovecenae[d] urbis episcopus migravit de mundo, et ecce! modo Felix[e. 2], qui iam sacerdotio sortitur, missos ad nos destinavit, ut eius parti solatium praebeamus; cum ipsis equidem[f] nunc loquebar. Solliciti ergo estote, haud procul enim sunt'. Dixit et conquievit[g], et ecce! post eius verba, cum lux diei daret initium, coeperunt repente praedicti nuntii vestibulum domus pulsare; qui ilico ingressi nuntiant episcopi mortem cunctaque ita esse gesta, sicut iam Eligius praedixerat. Tunc vero offerentes ei copiosam pecuniam[h] a Felice pro adminiculo episcopatus missam, nullatenus suadere potuerunt, ut quippiam ex eadem acciperet, sed protinus ingressus ad principem gratifice cuncta quae petierant obtinuit, et sic demum eosdem ad[i] propria remeare fecit. — — — — — — — — — — — — — —

31[a]. Alio vero tempore cum Eligius monasterium suum in territurio[b] Lemoveceno[c] visitasset[d], atque inde rediens, Bituricas devenisset, voluit videre quendam[e] qui illic morabatur inclausum[f] nomine Ebrigisilum[3], cuius bona fama ab omnibus tunc Bituricae urbis hominibus celebrabatur[g]; qui videlicet inclausus indiscrete institutionis suae rigorem servans, nec faciem quidem suam Eligio tunc[h] praebuit videndam, sed solummodo per fenestram[i], et ipsam infecto vitro clausam, sicut ceteris consueverat, Eligio[k] responsum reddidit. Cui Eligius post aliquantulam[l] conlocutionem, cum videre eum non quivisset[m], ultimo valefaciens ait: 'Hic te, frater, videre non potui modo; videbo procul dubio cito[n] in aula regis[o] Clippiaco[p]'. At ille cum id numquam fore protestaretur: 'Eia', inquit Eligius, 'eia, probabis hoc in die illa, cum te illuc[q] coram populis et principibus visurus sum in palam'. Verum post breve tempus sequitur effectus eius sermonem; nam talis quaedam extitit causa, ut eundem inclausum, cellulae suae claustra[r] patefacta, palatium regis adire necessitas certa conpelleret, ubi ab Eligio honorifice susceptus est.

Rufin., Hist. mon. c. 1.

II. Capp. 28. 29. 31. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

Cap. 28. a) mirabil. 2*b*. b) defunctis 2*c*, *corr*.

Cap. 29. a) *om.* 2*b*. b) et *add.* 4. c) complesset 4. d) *ita* 2*b*. *c*. 3 *(pr. m.)*; Lemovecinae *pr. m.* 2*a (?)*; Lemovicine 4. e) iam F. qui 4. f) *ita* 4; ipsi se quidem *pr. m.* 2*a*. 3; ipsi siquidem 2*b*; ipsi: sequidem 2*c*. g) consequievit 2*c*. h) *om.* 2*b*. i) appropria 3, *corr*.

Cap. 31. a) *ita* 4; XXVIIII. 2*a*. *c*, *et sic deinceps;* XXXII. 2*b*, *et sic deinceps;* XXX. 3, *et sic deinceps*. b) territuri(o *m. al. suppl.*) 2*a*. c) Lemovicino 4. d) atque visitasset *add.* 2*b*. e) quandam 2*c*. f) inclus. 4, *ut infra*. g) celebratur 2*b*. *c*. h) *m. al. add.* 2*a*. i) fenaestam 2*c*. k) *ita recte* 4 (responsa reddebat *Rufin.*); elogium (*m. al. corr.* eloquium 2*a*, eulogium 3) redd., *om.* resp. *rell.* l) aliquantulum 2*c*, *corr*. m) quivisse : t, *ras.* n(?) 2*c*. n) *superscr.* 4. o) reis *pr. m.* 3. p) Clyppiaco 2*a*; Clipiaco 4. q) illic 4. r) claustro patefacto 4.

1) *Cf. Fred. IV,* 90: Flaochadus iudicio Dei percussus, vixatus a febre, — — undecimo diae post Willibadi interetum amisit spiritum. 2) *Felix episcopus ecclesiae Lemovicinae ad concilium Cabillonense c. a.* 644. *celebratum Paternum abbatem delegavit; cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 214. 3) *Ebargisilum e clericis suis Sulpicius episcopus Biturigus ad Chlodovechum (ex a.* 639*) regem misit, ut plebs censu a Dagoberto imposito liberaretur; cf. V. Sulpicii c.* 6 *(supra p.* 376*).*

Contigerat enim, ut ibi tunc adesset, et inter dulcia conloquia honeste valde ac iocabiliter[a] increpitus[b], demum post transactam petitionem[c] ad propria[d] est[e] regressus.

32. Sunt et alia multa quae familiariter loquens saepe prophetando prae- 5 dixit, sicut et de[a] morte quondam Hariberti[b] regis, quam[c] sicut praenuntiavit, ita post paulolum evenit, et de morte Dagoberti incliti principis necnon et de nativitate Lotharii iunioris. Nam cum adhuc in[d] utero esset inditus et regina magnopere ob id pavitaret, verens, ne filiam ederet et ob hoc regnum succumberet, veniens ad eam Eligius alacriter eam recreavit, atque coram omnibus puer- 10 peram vocitans, partum eius masculum praenuntiavit suumque filium ex mysterio[e] regenerationis[f] fore praedixit; nomen etiam puero adhuc[g] in alvo inposuit et ad haec[h] omnia[i] certius tenenda quoddam opificium[k], quod parvulo[l] posset aptari, fieri rogavit atque ad usus eius, usque dum nasceretur, custodiri iussit. Haec autem omnia sicut praedixit, ita demum regi[m] eventus probavit. Nam et regina 15 filium protulit et Eligius eum filiolum[n] habuit ac nomen Hlotharius[o], quod dudum indiderat, vocitavit. Post hunc quoque multiplicavit Deus sobolem eius et genuit adhuc filios duos. Sed cum tres iam[p] procreati essent[q] parvuli et rex ac[r] regina pacifice grateque consisterent[s], talem relationem de[t] eis in diebus illis Eligius praedixit: 'Aspiciebam', inquit, 'in visione nocturna ceu solem circa tertiam diei 20 horam properantem clareque praelucentem[u] subito nusquam conparuisse. Cumque adhuc informe prodigium sollerter intenderem, conspexi ilico, et ecce! quasi[v] media oborta[w] luna, tres[x] circumquaque vallata stellas, eo teneri tramite visebatur, quo sol recurrens cottidie vertitur. Itaque cum et hoc portentum attonitus expectarem, mox inter mirantis obtutum, stellis permanentibus, luna fortuitu exempta 25 est. Post haec vero cum enixius tres illas[y] considerarem stellas[z] ad horam paene meridianam accedere ac vicissim[a] suis radiis sese repercutere[b], ea quae eximior ex tribus videbatur ex inprovisu[c] sublata, duas[d] tantum liquit[e] in propatulo. Deinde cum simul duae illae comitare[f] viderentur, dicto citius[g] una earum obscurata atque subtracta, una tantummodo remansit in palam, quae sola recto tra- 30 mite solis cursum imitans, magno demum fulgore rutilabat, quantoque amplius ad occidentem declinabat, tanto uberius claritas eius late[h] propagabatur[i]. At ubi ad ultimum occidui locum pervenit, tantam claritatem[k] suarum lampadarum profudit, ut potissimam solis[l] claritatem superare videretur[m]. Hic[n] est itaque ordo visionis. Post mortem Hlodovei[o] regis — nam absque dubio cito defungetur — 35 aliquanto tempore obtinebit hoc Francorum regnum relicta eius regina cum tribus parvulis. Postquam vero et ipsa regno[p] fuerit exempta, tribus filiis in regno

II. Capp. 31. 32. *2a. b. c.* 3. 4.

Cap. 31. a) iocaliter *2b.* b) increpatus 4. c) petionem *2c.* d) propia *pr. m. 2a.* e) *om. 2b.*

40 *Cap.* 32. a) *om.* 3. b) Harberti *pr. m.* 4. c) quae 4. d) esset in ut. 4. e) ministerio *2b.* f) recreationis 3. g) adhęc *pr. m. 2a.* h) h(ęc *in litura*) *2a.* i) etiam *2a.* k) oppificium *pr. m.* 3; opifidum *2c.* l) pauulo *2c.* m) : egi (*i. e.* regi) *m. al. corr.* rerum *2a*; rei *rell.* n) filium 4, *corr.* o) Lotharius *2a.* 4. p) *om. 2b.* 4. q) esset *2a, corr.* r) et 4. s) constiterent *pr. m. 2a.* t) de eis *om. 2a.* u) prolucentem *pr. m. 2a.* v) quas *2c*; iam *add. 2a.* 45 w) *ita recte* 4; aborta *rell.* x) tribus c. v. stellis 4. y) *om. 2b.* z) stellam (?) *2a, corr.* a) vicisse(?) *2a, corr.* b) repertere *corr.* repetere 3. c) improviso 4. d) duostatum *m. al. corr.* duastatum *2a.* e) reliquit 4. f) *ita pr. m. 2a*; comitari *rell.* g) ci : : tius, *ras.* us (?) *2c.* h) *superscr.* 4. i) propagapatur *pr. m.* 3; propagatur *2b, m. s. XV. corr.* k) claritatam *2c.* l) *c. tres litt. eras. 2a.* m) videtur *2a.* n) Hic est *bis scr., sed corr. 2a.* o) *m. al. corr.* Chlod. 3. p) f. r. 3.

relictis, unus demum ex ipsis cadet; et post hoc[a] haud longo spatio ex duobus quoque regno unus privabitur[1], tertius vero solus monarchiam regni[b] indeptus dilatabitur super omnes adfines suos atque magnificabitur et obtinebit sub ditione sua tria haec regna. Et sic visio haec consummabitur'. Huc usque Eligius. Sed nos minime diffidere convenit, quin[c] verba eius[d] consequantur effectum, praesertim cum haec iam aliqua ex parte completa cernamus. Cetera vero quae nondum impleta sunt ex consideratione praecedentium impleri e proximo non dubitamus. Nam secundum eius sententiam et rex Hlodoveus[e] infra paucum tempus, hoc est anticipans triginta dies, in pace obiit, et eius demum relicta regina cum parvulis paucis annis regnum obtinens, postmodum iure regio exempta, filios in principatum reliquit, ac non post multos annos maior natu ex ipsis, qui potissimum ius tenere videbatur, dum quiete tranquillaeque[f] regnaret, diem[g] obiens, duos superstites fratres reliquit[h]. De ipsis[i] iam quid agatur, solius Dei iudicio definiri[k] convenit. Haec igitur[l], sed et[m] alia conplura his similia, quae persequi[n] longum est, plerumque Eligius prophetiae gratia afflatus praenuntiavit.

33. — — — Sed quia per alternas temporum vices discurrens oratio paene iam ad finem et felicem eius transitum perduxit stilum, sufficiat interim huc usque seriem vitae eius discripsisse[a]. Iam enim, ut spero, etsi sensu rustico prolixum produximus sermonem, quamquam meritis eius digna praeconia nullatenus narrare sufficerimus[b], nunc[c] ergo dignum[d] puto ob audientium aedificationem, quo ordine ex hac vita migraverit, paucis explicare.

34[a]. Obitus sancti ac[b] beatissimi Eligii episcopi et[c] confessoris.

Factum est autem in diebus illis, postquam Eligius cuncta mundi huius adversa cunctosque labores aequanimiter toleravit, post vitae temporariae[d] administra-

II. Capp. 32. 33. 2*a. b. c.* 3. 4. *Cap.* 34. 2*a. b. c.* 3. 4. 6*a.*

Cap. 32. a) *superscr.* 4. b) *ita* 2*a. b. c.* 3; *om.* 4. c) qui in 2*b.* d) *om.* 3. e) *m. al. corr.* Chlod. 3. f) *ita* 2*c.* g) demum 4. h) relinquit *pr. m.* 3. i) *ita codd.* k) diffiniri 3; definire 2*b.* l) inquit *pr. m.* 3. m) *om.* 2*a.* n) prosequi 4.

Cap. 33. a) descr. 4. b) *ita* 2*a. b. c.* 3 *(pr. m.)*. c) nunc ergo *om.* 4. d) degnum 3, *corr.*

Cap. 34. a) *numerum una cum praescriptione om.* 6*a*, *h. l. rediens;* Explicit liber II. *(ita pr. m. superscr., eras.* tertius*)*. Incipit tercius *pro* 34. Obitus — conf. 2*b.* b) ac b. *om.* 3. 4. c) et c. *om.* 4. d) temporiae *pr. m.* 2*a.*

1) *Duo, de quibus auctor cogitasse videtur, fratres sunt Childericus a.* 675. *ex. occisus et Theudericus monarchiam adeptus, postquam reges affines in Austrasia e medio sublati sunt. Hic vero primum a.* 673. *Chlothario fratre maiore defuncto rex Franciae successerat, sed mox per Childericum regem Austrasiorum regno privatus est (cf. 'N. Arch.' XVI, p.* 579*), qui iam et ipse tribus regnis solus potiebatur. Ultima Eligii vaticinatio triginta diebus ante Chlodovei mortem († 657. ex.) emanasse fertur atque biographus post Chlotharii mortem, et antequam de fratribus praesagium impletum esset, i. e. inter a.* 673—675, *haec litteris mandasse voluit. Multa eo teste Eligius praedixerat fata regum Francorum, scilicet obitum et Chariberti († 631/2) et Dagoberti († 639), natales trium Chlodovei regis filiorum, quos e Balthilde regina ille genuerat, mortem denique patris eaque quae de filiis supra commemoravi, sed res Merowingicae aevo Carolingico facile divinari poterant. Neque Balthildis marito defuncto cum tribus parvulis regnabat, sed cum Chlothario solo (V. Balth. c. 5), neque ipsa in monasterium relegata tres fratres simul regnabant neque Chlotharius cum Theuderico, id quod auctor infra c. 77. statuisse videtur, sed Chlothario vivo unus Childericus petentibus Austrasiis rex praepositus est. Auctor itaque de successionibus gentis Merowingicae haud ita multum instructus videtur esse neque magnam fidem iis habeam, quae de Eligii vaticinationibus hoc capite exposuit.*

tionem bene[a] transactam, post multiplicia[b] misericordiae opera, post dulcia vitae exempla, post innumera captivorum agmina liberata, post monachorum virginumque multitudinem copiosam Deo traditam coenobiisque[c] mancipatam[d], post inmensam molem substantiae elemosinis distributam[e], post fidelissimae[f] dispensa-
5 tionis[g] creditae sibi pecuniae undique merita cumulata, vergente iam in senio aetate, cum esset annorum amplius[h] septuaginta[i], cunctis bonis operibus refertus, sentiens iam dissolutionem sui corporis inminere, coepit quadam die cum discipulis Noviomo in oppido deambulare, et fortuitu conspiciens eminus, vidit ex fronte basilicae sancti Medardi parietem ex parte dissipatum cripturamque[k. 1] inminens[l] ruinam
10 minitantem[m] instare. Iussit ergo continuo artificem vocari et parietis infirmitatem ilico cum liniamentis[2] solidare. Cui cum discipuli dicerent: 'Oportunum, domine, tempus expectetur[n], ut tum[o] facilius ac solidius emendetur', ille respondit[p]: 'Sinite[q] huc usque, filioli, quoniam si modo non emendatur, me iam superstite in corpore non emendabitur'. Ex quo verbo cuncti paene tabefacti atque in angorem
15 versi, coeperunt mutuo suspirantes dicere: 'Non contingat, domine, famulis tuis haec videre quae loqueris, sed magis annis multis ad ornatum ecclesiae suae Dominus pauperumque praesidium beatitudinem tuam hic vernare permittat'. Ad haec ille, supplices oculos[r] caelorum[s] aspectu[t] dirigens atque ex imo pectore longa suspiria trahens, ait: 'Non nostra[u] ex[v] hoc, sed potius Domini in me
20 fiat voluntas. Exigit enim naturae conditio, ut post multiplicia vitae huius oblectamenta tandem iam pergamus ad veniam; sed et vobis expedit, ut cum effectu nequeatis, vel[w] sola tamen voluntate Dei in hoc voluntati non discrepetis[x], quia procul dubio tempus iam praefinitum est'. Porro ad haec verba cunctis in merorem conversis, ait: 'Nolite ob id, filioli, contristari[y], sed potius gaudete et
25 congratulamini mihi[z], quia olim hoc[z*] tempus desiderabam, olim hanc messionem[a. 3] post longam[b] vitae aerumnam percipere cupiebam'. Illis itaque suspirantibus atque in angorem conversis, nihilominus et regi[c] ambiguitate detentis, ab huiusmodi conloquio cessatum est. Nec[d] mora, post haec et levissimo[e] febre corpori infuso coepit taediari[f]. Tunc certius quid divina providentia de sua morte condiscens[4],
30 iussit convocari omnes famulos et ministros suos, quos ipse longo[g] iam tempore alens instituerat, et coepit eis finem dierum suorum palam facere hac[h], sicut semper consueverat[i], inter cetera praedicare pacem semper habendam, pacem fratribus custodiendam et caritatem praecipuae[k] tenendam, in qua est unitatis[l]

Sulpic. Sev., ep. 3, 6.

cf. Luc. 22, 42.

V. Antonii c. 56.

ib.

Cap. 34. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4. 6*a*.

35 *Cap.* 34. a) breve 3. b) multiplica *pr. m.* 3. c) cęnobiique 4, *corr.* d) mancipā 2*c*. e) distributa *pr. m.* 2*b*. f) fidelissim(ę *m. al. in ras.*) 2*a*; fidelissimū *pr. m.* 3. g) dispensationē(?) *pr. m.* 3. h) *superscr.* 4. i) septuginta 3, *corr.* k) cript : : amque 3; scriptur. *m. saec. XV. corr.* structur. 2*b*. l) imminentem 4. m) munitatem 2*b*. n) exspec : : tetur 2*c*. o) *ita* 2*a*. *b*; cum 2*c et pr. m. fortasse* 3 (*m. al. corr.* tunc); eum *m. al. corr.* ille 6*a*; *om.* 4. p) respondebat 6*a*.
40 q) Sinete 2*b*; huc *om.* 3. r) *om.* 4. s) caelo : : 6*a*; caelo 4. t) *ita* 2*b*. 3; aspectui 2*a*. *c*; aspectus 4. 6*a*. u) *ita rell. cum V. Aridii c.* 50; vestra 4. v) (ex *pr. m. om.*) hoc est *m. al. corr.* in hoc 2*a*. w) *om.* 6*a*. x) discrepitis 2*b*. y) constristari 6*a*. z) *om.* 4. 6*a*. z*) t. hoc 3. a) *ita pr. m., m. al. superscr.* vel missionem 3; remissionem *V. Aridii.* b) longa *pr. m.* 2*a*. c) *ita pr. m.* 6*a*; rei *rell.* d) ne 2*c et pr. m.* 2*a*. *b*. 3. e) *ita rell. cum V. Aridii*; levissima —
45 infusa 4. f) tediare 4. g) iam l. 2*a*. h) *ita pr. m.* 6*a*. i) consuerat 2*a* (*pr. m.*). *b*. k) *ita* 2*a*. 6*a*. l) uni | : : stis *pr. m.* 2*a*; unitas 3.

1) *Ruptura, fractura, Ital. 'crepatura', Gall. 'creveure'. Duc.* 2) *Malim ligamentis. Duc.* 3) *I. q. messis.* 4) *In V. Antonii c.* 56. *verba* ita exorsus est *subsequuntur, ad quae biographus infra p.* 720, 20. *rediit.*

et concordiae vinculum. Deinde, evocato Balderedo ecclesiae Turnacensis[a, 1] abbatem[b], dixit ad eum: 'Rem tibi, frater, non celabo, quam certissime fore didici. Ego quidem secundum tenorem patrum gradior viam[c] meam. Te vero moneo, ne ulterius Turonos[d, 2] redire appetas, sed esto hic contentus cum fratribus tuis, cum eisdem degens; nam si oblitus verba mea illic[e] deinceps accesseris, novi pro certo, quod vivus inde non redies'. Itaque, ut tum[f] praedixit, ita post eius obitum contigit. Namque[g] praefatus Balderedus neglegenter excedens verbum istud, post mortem beati viri ad praedictam[h] urbem sine cunctamine properavit[i], et non post multos dies, inruente super se turba, vehementer caesus, ad ultimum interemptus est. Igitur, ut dicere coéperam, cum vir beatus ultima[k] decumberet aegritudine eiusque[l] infirmitas per quinque vel sex dies protelaretur[m], ita dumtaxat ut semper eandem[n] deambulando baculoque regente infirmos artus sustentando[o] dissimularet, nec sic quidem a Dei opere cessabat, bonam hanc virtutum suarum[p] consummationem existimans, si ad finem usque perduceret, id quod per longa vitae spatia iugi instantia tenuisset. Pernox enim in orationibus et vigiliis membris[q] fatescentibus spiritui servire cogebat, et mente quodammodo ad memoriam futurae beatitudinis transiens, nimium[r] laetus cupidum[s] iter expectabat. Interea cum iam propinquare profectionis salutarem diem sentiret, congregatis pridie[t] Kalendarum Decembrium cunctis undique famulis et discipulis suis, quos iam etsi non spiritu, corpore tamen incipiebat relinquere orfanos, ita[u] exorsus est[v] ad eos[3]: — —

cf. Ios. 23, 14. — Sulpic. Sev., ep. 3, 14. — ib. — Nov. 30. — V. Antonii c. 56.

36[a]. — — — Et, his dictis, inter verba orationis flagitatum a superis emisit spiritum[4]. Statim vero cum esset hora prima noctis, visus est subito velut[b] pharos magnus[c] ingenti claritate resplendens ex eadem domo[d] coruscando conscendere atque inter mirantium[e] obtutus sphera[f] ignea, crucis in se similitudinem praeferens velocique cursu densitatem nubium praeteriens, caeli altitudinem penetrare. Hoc ergo ordine sancta eius anima, sarcina carnis abiecta atque terrenis praessionibus liberata, ad suum laeta revolavit auctorem et in antiquam possessionem, diu hic peregrinata, caelo gaudente, terra plorante, angelis etiam plaudentibus, tandem ovans conscendit. Itaque quantum haberet vir beatus in plebe amorem, confestim in eius declaratum est morte; vix quidem spiritum exalaverat, vix debitam[g] Christo reddiderat[h] animam, et iam luctus totius urbis[i] in caelo resonabat omnesque plateas, currente nuntio, varius subito rumor impleverat et unius obitu quasi commune[k]

660, Dec. 1. — Hieron. ep. 39, 1. — V. Hilarii c. 16. — Hieron. ep. 77, 11.

II. Capp. 34. 36. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4. 6*a*.

Cap. 34. a) *ita* 2*b*. *c*. 3; Torn. *rell.* b) *ita pr. m.* 3. 6*a*; abbatęs *corr.* abbate 2*c*; abbate *rell.* c) vitam *pr. m.* 3. d) Tornaco 8. e) illuc 4. 6*a*. f) cum 3; eum *m. al. corr.* ei 6*a*. g) Nam 4. h) praefatam 6*a*. i) properabat(?) *pr. m.* 2*a*. k) ultimam d. aegritudinem *V. Aridii.* l) que *om.* 3. m) protela::: ur *m. al. corr.* protelatur 3. n) eadem 2*a*, *corr.* o) sustentanda 2*c*. p) *om.* 6*a*. q) membris fatiscentibus *V. Aridii;* membra fatiscentia 4 *et m. al.* 3. 6*a*. r) nimius 6*a*. s) cupitum 4. t) :::pridie 2*a*. u) ita::, *ras.* et(?) 3. v) *om.* 2*c*; ē& (?) *m. al. corr.* est 3.

Cap. 36. a) XXXV. 2*c*. 4; II. 2*b*: *et sic deinceps.* b) velud *pr. m.* 3. c) *in mg. suppl.* 4. d) demo 2*c*. e) miratum *corr.* miratium 2*c*. f) spera 2*b*. 4. 6*a*. g) debitum *pr. m.* 2*a*. h) an. redd. 4. i) orbis 2*a (pr. m.)*. *b*. *c*. 3. k) communis, *expunct.* s 4.

1) *Tornacense S. Martini monasterium ab Eligio conditum esse aliasque fabulas tradit Herimannus, De restauratione S. Martini Tornacensis c.* 43 *(SS. XIV, p.* 294*).* 2) Turnacus, *hodie Tournai, intellegitur, cum* Turonis *haud raro commutatum, quod etiam apud Herimannum c.* 40. *(l. l. p.* 292*) legitur.* 3) *Dialogos quos praetermisi biographus partim ex iisdem fontibus composuit, quibus supra usus est, scilicet ex V. Antonii et Sulpicii Severi epistula.* 4) *De anno quo obiit supra p.* 640. *disserui.*

orbitatis vulnere tota[a] simul[b] civitas lamentabat[c]. Quid multa? Conpositum continuo ex more corpus feretroque inditum ad ecclesiam deferunt, ibique excubias vicissim agentes, clerus in hymnis, populus in lamentis noctem pervigilem ducunt.

37. Facto autem mane convenit ingens in oppidum utriusque sexus multi-5 tudo. Adfuit etiam et regina Balthildis[a] cum filiis et obtimatibus exercituque copioso[b]; quae velociter oppidum ingressa celerique cursu funeri accurrens, ingenti voce in fletum prorupit, plorans atque eiulans, quod eum vivum minime repperisset[c]. Cumque diutissime feretro incumbens lamenta geminaret, rogat interim praeparari[d], quemadmodum corpus beati viri[e] ad Cala[f] monasterium suum trans-10 ferret; sed cum voluisset eum levare et non praevaluisset ex loco movere, tristis admodum effecta, indixit ecclesiae triduanum ieiunium celebrare[g] cum psallentio[h]. Quod cum fieret, ipsa quoque cum obtimatibus suis pariterque cum clero inhianter persistens[i], indesinenter per illud triduum[k] excubiae celebratae sunt. Dum haec igitur agerentur, ipsa[l] venerabilis regina nimis intolerabiliter lugens, nullo genere 15 a fletu cohibere se poterat. Denique cum ex nimio dolore absentiam sancti viri ferre non posset, tandem ut desiderio suo[m] satisfaceret, revelata eius facie, in lugubro[n] osculo ruens, coepit manus pectusque lambere ac genas copiosa[o] lacrimarum imbre perfundere. Et ecce! repente, dum sanctum corpus exosculans palparet, miraculum non silendum ilico contigit. Nam cum esset hieme[p] tempus et 20 corpus iam dudum mortuum totum decumberet gelidum, fortuitu unda sanguinis ex naribus iacentis profluens, coepit ubertim genas sancti rigare. Quod videlicet conspicientes[q] episcopi et regina christianissima, confestim subpositis hinc inde billeis[r. 1] linteis, summa[s] cum diligentia, quousque sponte decucurrit[t], sanguinem collegerunt ac pro magno munere servandum deinceps[u] in pignoribus segregarunt[v]. 25 Interea, ut praedictum est, ieiunio expleto, satagebat omnimodis regina, ut quo[w] modo corpus sancti viri in Cala monasterium suum transferret; e contra[x] alia pars conabatur eum Parisius civitatem deferre[y]: utrisque tamen obsistebant[z] cives Noviomagenses, iustissimam sibi hereditatem membra sui antistitis vindicantes[a]. Hoc ergo modo orta[b] erat inter eos[c] altercatio, pia vicissim devotione pro sancta rapina 30 decertantes, quinam iustius eius[d] mereretur[e] reliquias ac[f] sepulturam possidere. Sed cum episcopi et praestantiores quique qui aderant partibus reginae faverentur[g] adque ad eius eum monasterium ferendum[h] decernerent, orta est ingens vociferatio et tumultus magnus ab universa plebe Noviomagense. Tunc regina prudentiori consilio utens et iudicio Dei omnipotentis[i] causam committens, ait: 'Seponantur[k]

cf. Ov., Ars amat. I, 532.

35 *II. Capp.* 36. 37. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4. 6*a*.

Cap. 36. a) tato 2*c*. b) *om.* 4. c) *ita* 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c* *cum V. Landib.*; lamentabatur 3. 4.

Cap. 37. a) Baltildis 6*a*. b) copiosa 2*c*. c) reppirisset 2*c*. d) praepari 3. e) vi 2*c*. f) Calam 2*a*, *ut infra*. g) cum s. cęl. 6*a*. h) *ita recte V. Aridii c.* 53; silentio *codd.* i) persistente *m. al. in ras.* 2*a*; persist(ente *in ras.*) 4; ieiunio *m. al. add.* 6*a*. k) triduanum ieiunium exc. 3. 40 l) ipse 2*b*. m) *om.* 2*b*. n) *ita* 3. 6*a* (*pr. m.*); lugubre 2*a*. *b*. *c*; lugubri 4. o) copioso 4; copiosa | crimarum *pr. m.* 2*a*. p) hyeme *m. al. corr.* hyemis 6*a*; hiemale 4. q) conspientes 3, *corr.* r) bileis 6*a*. s) cum s. 6*a*. t) decurrerit *m. al. corr.* decurreret 2*a*. u) deinde 6*a*; *om.* 4. v) segregerunt 4, *corr.* w) *ita recte* 6*a* (*v. p.* 714, 27); quoquo 4; quoque *plerique*. x) e cuntra 2*b*. y) defere 2*c*. z) obsistebat 6*a*, *corr.* a) vendic. 4. b) horta 6*a*. c) *bis scr., sed corr.* 2*a*. 45 d) ei *pr. m.* 2*a*. *b*. *c*. e) meretur 2*b*; mererentur 4. f) a *pr. m.* 2*a*. g) faverent 4. h) deferendum 2*a*. i) *om.* 4. k) Seponatur *pr. m.* 6*a*.

1) *Legendum indubie bibleis aut bibliis linteis. Glossae Isidori:* Bibleis, duplicibus linteis (*G. Loewe et G. Goetz, Corpus Glossariorum lat. V, p.* 614). *Est autem byblium linteum cannabinum vel potius ex gossipio seu, ut tunc vocabant, bombace confectum. Duc.*

iam ambages verborum, et si est Domini voluntas aut sancti huius, ut illuc[a] eat quo ego[b] cupio, sine ulla iam dilatione levetur[c]; sin vero[d] alias, modo probabimus[e]'. Post haec verba cum accessissent ad feretrum et temptarent eum levare, tanto pondere depressum[f] senserunt, ut nec movere quidem a[g] loco illum[h] possent. Deinde[i] alii atque alii vicissim sibi succedentes nihil[k] uspiam praevalere potuerunt; 5 postremo omnium regina accedens[l] ipsaque per se probare volens, ulnis exertis ac rebrachiatis[m. 1], coepit pulsare, utrum[n] vel unum feretri cornu valeret movere. Cumque totis viribus nitens inhianter pugnaret et quasi montem[o] inmanem pulsaret, nihil prorsus proficere[p] potuit. Tunc ergo conversa ad optimates, ait: 'Ecce! iam[q] liquide cognoscimus non esse voluntatis eius, ut eum alicubi[r] feramus; 10 concedamus igitur huic plebi vel inviti, quod actenus noluimus voluntarii'. Placuit autem[s] hoc consilium cunctis et decreverunt eum uno omnes[t] ore[u] in eodem oppido sepelire. Itaque post hanc definitionem[v], cum rursus feretrum sublevare temptarent, tanta mox celeritate levigatum sublevatumque[w] est, ut facile iam a duobus portaretur, qui ante horam nec a plurimis[x] movebatur. Quod miraculum 15 cuncti cives cum regina cernentes, gloriam Domini magnificabant[y], dicentes: *Magna et mirabilia sunt opera tua, Domine* virtutum, et: *Mirabilis es, Deus, in sanctis tuis.*

Apoc. 15, 3. Ps. 67, 36.

(38[a]). Deinde iam[b] cum deferretur[c] corpus ad sepulchrum, tota paene civitas ruit in obsequio funeris cum luctu. Nam et regina devota[d], cum esset hiemis[e] 20 tempore[f] palus[g] inmensa, nullatenus suaderi potuit, ut vehiculo uteretur equi, sed pedestri et gravi labore sequens feretrum, per paludem lamenta continua cum omni sociabat[h] familia. O quantus luctus omnium, quantus praecipue monachorum fletus et pauperum, qui eo die ibi confluxerant[i], plateas omnes perstrepebant[k]! Chori siquidem psallentum[l] lacrimosas reddebant voces[2], cantus et agmina flentium 25 lugubres reboabant[m] in aere fletus; omnem populus urbem quatiebat gemitibus celsumque culmen Olimpi implebatur plangoribus; accentus antiphonarum concrepabat in choro et luctus Noviomagensium resonabat in[n] caelo; funereos cantus omnes reddebant tramites, ululatus dirus cunctas compleverat aedes; heiulans[o] populositas[p] omnes se fuderat per orbitas, 30

Sulp. Sev. ep. 3, 18. — ib.

Flebilibusque[q] vagas implebant[3] vocibus auras.

Sed., Pasch. carm. IV, 34.

Tali pompa vallatus eminebat pastor extinctus; tali constipatus caterva[r] ferebatur corpus ad[s] tumbam. Hinc praeterea chori praecedebant canentium, illinc[t] agmina

II. Capp. 37. 38. 2*a. b. c.* 3. 4. 6*a.*

Cap. 37. a) illic *V. Aridii.* b) *om.* 2*b.* c) lęventur *m. al. corr.* lęvabitur 6*a.* d) *om.* 4. 35 e) pbavimus *pr. m.* 2*b.* f) depressus *pr. m.* 2*a.* g) *m. al. superscr.* 2*b.* h) illo 2*b.* 3. i) Denique 2*b.* k) nulluspiam 2*c*, *corr.* l) *pr. m. in mg. suppl.* 4. m) rebraciatis 2*b.* n) p. unum utrum vel f. 2*b.* o) immanem m. 2*b.* p) proficeret. Tunc, *om.* ergo 6*a.* q) *om.* 2*a.* r) aliubi 2*a. b. c.* s) *om.* 3. t) *om.* 6*a.* u) *superscr.* 4. v) diff. 6*a.* w) que *om.* 2*b.* x) pluribus *corr.* plurimis 6*a.* y) *ita rell. cum V. Aridii;* magnificantes dicebant 6*a.* 40

Cap. 38. a) *caput in codd. a p.* 723, *l.* 27. *incipit, quod h. l. distinxi laterculum capitum editionesque secutus.* b) cum iam 6*a.* c) deferetur 2*c*; defferretur 3; deferreretur 6*a.* d) devotę 6*a.* e) hiems *pr. m.* 2*a.* f) *m. al. (?) superscr.* 4. g) paludis *pr. m.* 6*a.* h) sociebat *pr. m.* 2*c.* i) conflexerant 2*c*, *corr.;* confluxeran(t et *in ras.*) per pl. 4. k) p : strepebant, *ras.* ę 2*a*; perstrepabant 2*b.* l) *ita* 2*b*; psallentium *rell.* m) roboabant 2*b.* n) in c. *om.* 2*b.* o) heilans 2*c.* 45 p) populus ita omnes 4. q) flevilibusque *pr. m.* 2*a*; que *om.* 2*b.* r) caterva : , *ras.* m 2*b.* s) ad t. *om.* 2*b.* t) *ita* 4; illuc *rell.*

1) Rebrachiatis manicis succinctaque veste *Acta S. Ottonis (auct. Herbordo, SS. XX, p. 735). Duc. s. v. rebrachiatorium.* 2) *Rhythmi sequuntur.* 3) Implentes *Sedulius l. l.*

plebium continuabant heiulatum[a]; patrem se et nutricium[1] perdere[b] omnes clamabant et inter quatientes singultus vix haec verba promebant: 'Cui, pastor bone, servandam committis[c] plebem, vel cui[d] caulis[e] gregis tradis curam pastoris[f]? O Eligi[g], dulcedo tu pauperum, fortitudo debilium, tu protector, inpar[h] egentium 5 consolator! Quis iam post te elemosinam sicut tu dabit largam, vel quis nostri erit protector sicut tu, bone pastor? Quis tecum pariter interire nobis tribuat[i] hodie[k], essetque[l] mors dulcior quam tuam[m] praesentiam carere?' Huiuscemodi ergo modo cum properant ad sepulchrum, omnes simul inconfusas[n] voces dabant[o] ad caelos[p], nec erat[q] facile inter geminos[r] tantorum[s] vocum accentus cantum an[t] 10 fletum, clerum psallentem an plebem discernere ululantem. Quis enim in illo die, quamvis sine visceribus esset[u], cum pauperum lamenta audiret, non statim in fletu[v] prorumperet? Aut quis ita inmisericors plebem omnem vociferantem cerneret, et non ilico in rugitus se converteret? Quis autem ita ferreum possideret[w] pectus vel stolidum, ut cum reginam cum principibus deflentem intueretur[x], non 15 protinus in lamenta se[y] funderet? Quis vero etiam[z] nunc siccis oculis recordari poterit, cum perventum est[a] ad locum sepulchri, quo ardoris desiderio, quo amoris affectu[b], quo doloris inpulsu tenebatur? Arcebatur, retrahebatur[c] feretrum a populo retrorsum, ut vel uno momento adhuc superesset corpus in propatulo, quo vel sic utcumque suo satisfacerent desiderio; siquidem studiose tardabant omnes, 20 moras innectentes, ne[d] clauderetur sepultura, quia nimirum[e] non poterant eius ferre absentiam. Post tandem ergo vix populis praereptus atque, ut ita dixerim, fortia[2] a fortioribus raptus, ab episcopis qui aderant sepulchro est mancipatus[f]. Ubi[g] satis festine saxo opertus, sub magnis iam servatur honoribus, ibique vallatus tumba, surrecturus iacet in gloria[h]. Sic demum venerabilis regina cum plebe 25 valde defessa humata[i] praesulis membra adorans, revertitur ad propria ieiuna[k], et prohibente luctu eam sumere cibum, sic triduanum in fletu explevit merens ieiunium. —

Hieron., V. Pauli c. 17.

Haec nos de[l] obitu vel super obitum sancti viri narrasse sufficiat. Ceterum ne legentibus[m] ingererem[n] fastidium, eo quod prolixe iam extenditur oratio, dignum 30 fore[o] iudicaveram, ut, eius terminante vita, noster quoque terminaretur sermo, nisi multimoda miracula, quae ad sacratissimum corpus eius[p] assiduae[q] Dominus operatur, me denuo ad[r] loquendum inpellerent. Plurima ergo pro legentium oportunitate praeteriens, pauca[s] in calce sua praesens liber ostendat.

II. Cap. 38. 2*a. b. c.* 3. 4. 6*a* (*ad l.* 24).

35 *Cap.* 38. a) hieulatum 2*b*. b) perdidisse 4. c) pl. comm. 3. d) cui' (?) *pr. m.* 2*a*. e) caularum 4. f) pastori 4. g) Eligii 2*c*. h) et *pro* inpar 4. i) tribuas 2*c*. k) *om., sed* nobis *iteratum et corr.* essetque nobis 3. l) esseque 2*b*. 3 (*pr. m.*); que *om.* 4. m) tua praesentia 4. n) confusas 4. o) dabat 2*a*, *corr.* p) caelum 4. q) erant 2*b*. r) giminos 3. s) *ita* 2*a. b. c.* 3; tantarum 4. t) ac *pr. m.* 2*a*. u) *om.* 2*b*. v) fletum 4. w) possidere 3. x) intuerentur 2*b*. 40 y) *om.* 3. z) nunc etiam 4, *corr.* a) est esset, *eras.* est 2*a*. 3; um est *in ras. maiore* 4. b) *ita* 4; effectu 2*a. b. c.* 3. c) retrahimur *pr. m.* 3. d) nec claudetur 3. e) quiani(mi *m. al. in ras.*)rum 2*a*. f) macipatus 2*c*. g) unde 6*a*. h) *doxologia addita* prestante domino nostro Iesu Christo, qui cum (deo *add.* 6*b*) Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen *desinunt* 6*a. b.* i) humatis p. membris 4. k) ieiunia *pr. m.* 3. 4. l) debitu 2*b*. m) *ita* 4; 45 neglegentibus 2*c et pr. m.* 2*a*; negligentibus 3; ut neglegentibus *V. Aridii c.* 54. n) ingerem 2*b*. o) fovere *pr. m.* 3. p) *m. al. superscr.* 4. q) *ita* 2*a*. 3. r) alloqu. (?) *pr. m.* 2*a*. s) pauce *pr. m.* 2*b*.

1) *I. q. educator; cf. Scr. rer. Meroving. I, p.* 954. 2) *I. q. violentia, vis, Gall.* '*force*'. *Duc.*

39. Postquam vir beatus de saeculo migravit, cum corpus eius delatum esset ad sepulturam, remansit fortuitu in loco quo iacuerat rachina[1] caprina ex episcopio valde optima, quae nimirum in beselio[2] fuerat pridie subposita feretro; quam ilico, cunctis[a] discedentibus, diaconus quidam Uffo[3] nomine, Suevus quoque natione, cupiditatis stimulis[b] exagitatus, clancule rapuit atque in lectum sibimet sub stramine[c] abscondit. Igitur corpore ex more tradito sepulturae, cum ministri exequiarum redissent atque ablata[d] recognovissent, vehementer mox conterriti coeperunt eandem in diversa perquirere; cumque diu discurrentes et huc illucque investigantes nullum rei perditae caperent indicium, orta est inter ministros non modica ob hoc turbatio[e]. Sed cum nox iam instaret somnique tempus advenisset, cunctis alto sopore quiescentibus ex more, apparet[f] subito vir sanctus in visione abbati cuidam Sparvo[4] nomine, eumque ut solebat blando conpellans alloquio[g], indicat, quo in loco furtum celaretur[h] absconditum. Cum ergo lux die crastina terris esset iam reddita, adhibitis secum praedictus Sparvus duobus creditis[5] fratribus ordinem visionis[i] eisdem[k] exponit. Deinde ad locum designatum pariter eos pergere ortans, ipse pro proditore prior cunctis accedit. Cumque diligenter scrutati fuissent locum, statim, ut vir beatus indicaverat[l], reppererunt et furtum. Mox autem, accersito diacono, durissimis eum verbis increpaverunt, non tamen acerviter verberibus[m] vindicarunt[n, 6], quia et hoc idem a[o] sancto Eligio in mandatis acceperunt. Ex quo facto coeperunt omnes sanctum antistitem ex ipso die obitus eius magnopere pertimescere ac venerationem ei debitam[p] de die in diem iugiter exhibere. —

41. Illud etiam adnectendum credidi, quod nuperrime post obitum suum apparuit vir beatus in visione noctis cuidam personae in aula regis habitanti, cui in habitu praefulgido adsistens praecepit, ut sine aliquo cunctamine adiens[a] reginam Balthildem[b], commoneri[c] eam deberet, quod[d] insignia auri gemmarumque ornamenta, quae[e] adhuc in cultu utebatur, ob Christi iam reverentiam deponere non gravaretur. Quod cum is[f] cui iussum erat neglegenter silendo praeterisset, apparuit nihilominus et nocte secunda atque eadem quae pridie eodem[g] serie[h] commonuit. Sed cum nec tunc quidem praesumpsisset ex visione reginae quicquam indicare, tertia nihilominus vice cum magna apparens comminatione, eadem quae prius mandaverat ingeminando subiunxit, cumque nec sic quicquam reginae auderet indicare, emissa subito[i] corpori febre coepit vehementer angeri. Quem cum regina aegrotantem visitaret, causas aegritudinis sciscitari[k] studuit. Tunc aeger, oportunitate inventa, secreta cordis detexit, mandata reginae indicavit atque omnem

II. Capp. 39. 41. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 39. a) disc. cunctis 4. b) *ita* 4; stimulus *rell.* c) tramine 2*a*, *corr.* d) ablatam 4. e) perturbatio 4. f) sub. app. 4. g) abloquio 2*c*. h) cęlebraretur *pr. m.* 2*b*. i) visioni 3. k) ea iusdem *pr. m.* 2*a*. l) indicarat 2*b*. m) verberius 2*b. c* *(non* 2*a)*. n) vindicaverunt 4. o) *m. al. suppl.* 2*a*. p) *bis scr.* 2*b*.

Cap. 41. a) *om.* 2*b*. b) Balthidem *h. l.* 2*b*. c) commonere 4. d) quo 4. e) quibus 4. f) his 2*a. b*. g) eadem 4. h) sirie 2*b*. i) corpori subito *add., sed del.* 4. k) suscitari 3.

1) *Genus quoddam vestis crassioris panni; cf. Scr. rer. Merov. II, p.* 381, *n.* 4. 2) *Scamnum duplex, cui feretrum impositum erat, i. q. bisellium. Duc.* 3) *Germ. 'ufo', lat. bubo.* 4) *S. Sparvus in litaniis commemoratur psalterio monasterii Sangermanensis adiunctis; cf. Mabillon, Ann. I, p.* 452. 5) *I. q. fidelis.* 6) *Verbera Columbanus minime prohibuerat, cuius regula auctoris aevo sine dubio abolita erat; v. supra p.* 15.

ei tenorem visionis exposuit. Nec mora, et post rerum[a] narrationem discedente[b] extimplo febre, sanitatem pristinam recepit. Regina vero non ambigua de confessoris admonitione omnia a se confestim ornamenta reiecit nec praeter brachiles[1] aureos super se quicquam ornamentorum reservavit: omnia itaque[c] in elemosinis[d] dispertiens, potiora quaeque in crucis opere aptans; quam nimirum eliganter perficiens, ad caput sancti Eligii stabiliri praecepit. Iussit praeterea et crepam[2] ex auro atque argento mirifice fabricare, quam supra confessoris membra deponere deberet[e]. In quo opere copiosam molem argenti et auri ipsa praebuit, dicens: 'Hic beatissimus multorum sanctorum fabricavit sepulchra, et ego, ut dignum est, si quivero[f], fabricabo eius memoriam'. Factumque est ita, et cum stabilita in locum tumuli fuisset, tanta deinceps copia auri vel gemmarum in fibulis ac diversis speciebus a[g] potentibus eodem[h] loco conlata est, ut eam sermo narrantis vix sufficiat exponere.

42. His ita gestis, mos erat, ut diebus quadragesimae propter fulgorem[a] auri vel nitorem gemmarum operiretur tumba[b] velamine lineo[c], urbane ornatu olosirico[d, 3]. Ingrediente ergo quadragesima[e] praecinxerunt crepam huiusmodi sindone, ut molis[f] radiantis metalli velata tegeretur diebus paenitentiae. Et post aliquod[g] dies fortuitu, dum multi adstarent sepulchro, miraculum apparuit inauditum. Coepit namque subito linteum quo tumba cingebatur sudare ac deinde, paulatim[h] paulatimque fumigans, uberius rore infuso umectari. Quod cum circumstantes conspicerent, in magno protinus stupore conversi, magnalia Christi ibi fatebantur[i] tunc fieri. Deinde cum distillare cernerent linteum, visum est senioribus consilium optimum, ut auferentes eum[k] e tumulo atque extorquentes in vasculo, aliqua ex eodem liquore procuraretur medicina fore; quod et factum est. Et mox tollentes praecinctorium[l, 4], elicuerunt in vase aereo atque ex hoc demum multis praebuerunt sanitatis antidotum. Tanta quippe fuit[m] sudoris illius ubertas, ut[m] etiam olosiricum[n] urbane tunc tinctum ex nimia roris infusione proprium amitteret colorem linteumque sibi conexum colore inficeret suo. Itaque simile huic operi Gedeonis factum intueor. Ibi etenim ros in vellere ex divina praestantia ad indicium rogantis infusus est; hic nihilominus infusio divinae virtutis ad sanitatis remedium conlata est. Illic conca vellere expresso[o] rore[p] completur; hic nimirum linteum in conca expressum, ad duorum fere sextariorum mensuram liquor sanctus elicitur.

cf. Iudic. 6, 37 sq.

43. Denique eo tempore vastabat morbus acerrime nonnullas civitates Franciae. Unde divinitus praedicti liquoris fomitem praestitam[a] credimus esse, adeo

II. Capp. 41—43. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 41. a) postremum 2*c*, *corr.* b) discendente 2*c.* c) Omni itaque *corr.* Omni altaque 3; itaque *corr.* utique 4. d) ael. 2*a. c*; hel. 4. e) iubet *pro* d. 4. f) quę vero 2*b.* g) o *pr. m.* 2*a*; a: 3. h) in *add.* 4.

Cap. 42. a) fulguorem 2*b.* b) tumbam *pr. m.* 2*a.* c) linteo 4. d) olesirico 2*a. (b). c*; oleserico *corr.* oloserico 3, *et ita* 4. e) quadragesimo 2*b*, *corr.* f) *ita* 2*a (pr. m.). b. c (corr. e modis).* 3; moles 4. g) *ita* 2*a (pr. m.). b. c.* h) (paulatimque *eras.*) paulatim 3. i) fateantur 3. k) illud 4. l) praecintorium 2*b. c (non* 2*a).* m) *om.* 2*b.* n) *m. al. corr.* oloserioum 4, *et ita* 3. o) express:o, *ras.* i 3. p) *m. al. superscr.* 4.

Cap. 43. a) praestitum 4.

1) *V. supra I,* 10. 2) *Supra I,* 32. repam *legitur.* 3) *I. e. holosericum cum linteo conexum erat, sicut ex insequentibus colligi licet.* 4) *Linteum, quo crepa praecingebatur.*

ut si quis tunc ingruente morbo mortis pateretur periculum, si praedictam[a] adtingere potuisset medicinam, mox omni malo depulso, sanus redderetur a morbo. Erat autem ea tempestate comis[b] quidam urbis Tyroandensis[1] nomine Ingomarus, praedives valde et potens homo[c]. Qui nimium[d] metuens vastantem circumquaque pestem necnon et audiens miraculum rei gestae, totum se ex corde intimo ad sancti Eligii contulit praesidium. Denique multa ex fide postulat sibi ex praefato dari liquore, spondens atque devovens, ut si isdem antistis[e] apud Dominum obtineret, quod eius praedia discurrens morbus[f] non penetraret, decimam rerum suarum ex die praesenti villamque quam habebat[g] maiorem eius ecclesiae dilegaret[h]. Adiens[i] igitur praedia[k] sua, omnes eorum habitatores cum voto[l] et[m] devotione fecit ex illo salutari[m] liquore contingere, ac sic factum est, ut cum undique provintiam morbus vallaret, nullus eorum qui ad eum pertinebant pestis tunc incommodum senserit[n]. Post haec autem praedictus vir exultans valde[o] de suorum sospitate subiectorum, decimam ex omnibus partem segregavit atque ecclesiae sancti Eligii cum voto, ut spoponderat, gratulationis contulit. Porro tanta fuit copia decimae, ut decima accularum pars centum animae ad partem beati[p] Eligii sorte devenirent, insuper adhuc et pecora multa nimis. — — — — — — — — — —

47. Dum[a] igitur adviveret[b] vir beatus, habuerat equum unum inter ceteros mansuetissimum, cui, cum necessitas poposcisset, plerumque sedere consueverat. Post cuius videlicet discessum ad ditionem abbatis qui eiusdem basilicae praeerat isdem equus pervenerat; super quem vir apostolicus Mummolenus[2] eiusdem loci episcopus inhianter sitiens, violenter eum[c] praedicto abbati subripuit suique[d] iuris vindicavit. Abbas vero nihil ei obtendere audens, ad sanctum ilico perrexit Eligium, eique multa[e] deplorans causam hanc commendavit. Cum ergo praedictus equus ad ditionem episcopi fuisset perductus, coepit statim pedibus condolere[f], ac toto corpore marcescente, tabescens decadere[g]. Tunc episcopus, adhibito mulomedico[h], iussit ei studium inpendere, quo scilicet sanari potuisset. Sed quamvis ei[i] sedule inpenderetur, nihil prorsus proficere poterat; insuper etiam, cum ad eum aliquis accessisset, veluti fera agrestis in fremitus et calces prosiliens, laniare curatorem suum nitebatur. Cumque haec per dies plurimos faceret nullatenusque

II. Capp. 43. 47. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 43. a) predicta 2*b*. b) comes 4. c) *om.* 2*b*. d) nimirum *pr. m.* 2*a*. e) :ntistes 4. f) moribus *pr. m.* 3. g) habet 2*a*. h) *ita* 2*c et pr. m.* 2*a. b*; deleg. 3. 4. i) A : diens, *ras.* u 2*a*. k) praesidia 2*b*. l) vote *pr. m.* 2*a*. m) et — salutari *om.* 2*b*. n) senserint *pr. m.* 2*a*. o) val | de suorum 2*b*. p) sancti 2*a*. 4.

Cap. 47. a) Cum 3. b) i. adhuc viveret 3. 4. c) cum 2*b*. d) suisque 2*b*; s. *(m. al. corr.* suoque*)* iuri 4. e) multum 3. f) condolore 2*c*. g) decidere 4. h) (mul *in litura*)omedico *m. al. corr.* mulorum medico 2*a*; multo medico 4. i) *ita* 2*a. b. c.* 3; cura *add.* 4.

1) Tyroanda *civitas in Gestis abb. Fontan. c.* 2. *appellatur Tarvanna, hodie Thérouanne (dép. Pas-de-Calais), unde male coniecerunt* Viromanduorum comes *locum immutans A. Duchesne I, p.* 634, *et* Virmandensis *Bouquet. Vivo autem adhuc sancto eoque defuncto Garifredus comes Virmandensibus praeerat; v. infra II,* 50. 2) *Mummolenus primus monasterii Sithiensis abbas a Chlodoveo II. rege († 657) privilegium immunitatis accepit, quod Chlodoveus III. a.* 691. *petente Bertino abbate confirmavit (Pertz, Dipl. p.* 52*), deinde Noviomagensis urbis episcopus Eligio defuncto a.* 660. *electus mox privilegio Emmonis episcopi Senonici monasterio S. Petri dato consensit (Pardessus, Dipl. II, p.* 113*) atque cum Bertino successore commutationem locorum quorundam pactus est, quam Chlothacharius rex a.* 663. *indulsit (Pertz l. l. p.* 35*). Scottorum ut erat ritui addictus, ita Scottica tonsura (v. supra p.* 641*) imago ipsius ornata est, quam e codice Elnonensi Mabillon, Ann. I, p.* 529, *publici iuris fecit.*

melioraret[a], tandem verens episcopus, ne eum, si in hoc periculo permaneret, totum perderet, cuidam illum matronae sibi dilectae doni gratia obtulit, quem illa acceptum diligenti cura studiari[1] fecit. Cuius cum dorsum die quadam iter arripiens insedisset, statim calcibus et stridoribus inmensis actus, graviter eam in terram 5 conlisit, in tantum graviter, ut per totum fere annum eadem conquassatione[b] laborans aegra decumberet. Quae nimirum femina cum se sentiret vehementer adgravari, remisit episcopo quem dederat equum et cum eo pariter pro munere exacerbationem ac pro gratiarum actione probra mandavit. Quem episcopus receptum rursus diligere iussit, sed cuncta eius diligentia in cassum consummabatur, et 10 quantum plus cura adhibebatur, tantum semper isdem[c] in peius delabebatur. Post haec autem extitit quidam presbiter religiosus, qui daret episcopo consilium, quatenus videret, cum[d] nihil apud se posset equus proficere, redderet illum eidem abbati, cui dudum iniuste ablatus fuisset. Et cum secundum eius consilium factum esset, post paucos dies sanus factus equus ac mansuetissimus redditus, sub iure 15 eiusdem abbatis permansit omni forma decorus.

48. His ita gestis, cum corpus beati viri[a] in latere altaris esset sepultum, visum est[b] episcopo pariter et reginae[c] consilium optimum, ut, aedificata ultra altare volutione[2], illic ei demum condignam facerent translationem. Cumque, huiusmodi consilium[d] mente conceptum, illic accessissent[e], et qualiter[f] id fieri de- 20 beret, disponerent[g], apparuit subito in pariete circa vitream maximam veluti arcus in rotundo praerupta inminens criptura[3], ut videlicet liquido cunctis patesceret Dei id nutum[h] fieri, quod disponerent, ac per eum locum maceriam debere evertere, quo nimirum viderent hoc opus cripturam[i] praeire. Haec ergo cum magna admiratione universi cernentes, meritis antestitis voluntatem ex hoc fatebantur[i*] 25 salvatoris. Deinde iam hac confidentia acti, cum conarentur parietem[k] eo in loco forare, ut praedictum opus possent perficere, ita[l] sese sponte absque eorum labore in directum maceria fudit, ut nec hominem ullum nec ipsam denique tumbam, quae ei erat contigua, ullatenus[m] laederet corruentis[n] ruina. Sic igitur cum antestitis praesidio opus adgredientes optatum, dignum beato confessori atque[o] hono- 30 rabilem[p] construxerunt mausoleum. Interea, adpropinquante die depositionis eius annuali[q], parabant cives, quemadmodum ei honorificam facerent translationem. Praeparabat etiam regina vestimenta omnia olosirica[r] nimium praetiosa, ut eum in[s] die transmigrationis[t] exueret illa quae dudum cum eo miserat indumenta et indueret ea quae tunc praeparabat nova. Igitur cum anno iam vertente dies depo- 35 sitionis eius advenisset, convenit[u] in oppidum copiosa populi multitudo. Tum[v] cuncto clero canorae[w] vocis celebrante melodiam[x] omnibusque[y] christianis insisten-

Dec. 1.

II. Capp. 47. 48. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

Cap. 47. a) *ita* 2*a* *(pr. m.)*. *b*. *c*. 3; melioraretur 4. b) cūquass. 3. c) idem 4. d) quatinus (cum *m. al. superscr.*) vid. (quod *m. al. in ras.*) nichil 4.

40 *Cap.* 48. a) *ita* 4 *(v. supra p.* 726, 18*)*; Eligii *rell.* b) *om.* 2*b*. c) regire 2*b*. d) consilio m. concepto 4. e) *ita* 2*a*. 4; accersissent 2*b*. *c*. 3 *(pr. m.)*. f) qua | id f. 3. g) disponeret 3. h) *ita pr. m.* 3; nutu *rell.* i) criptam 8. i*) *addas* adesse; *cf. p.* 731, 21. k) parientem 2*b*. l) ita sese *om.* 3. m) nullatenus 4. n) corruentes 2*c*, *corr.* o) *m. al. superscr.* 4. p) honorabile 4. q) annuale (?) *pr. m.* 2*a*; anuali *pr. m.* 2*b*. r) oloserica 3. 4. s) inde tr. 2*b*. t) deposi- 45 tionis 4. u) cum venit *pr. m.* 3. v) Tunc c. 3; Tūncuncto 2*c*. w) *ita* 2*a*. *c*. 3; canore *rell.* x) mediam 2*c*. y) omnibus quę *pr. m.* 3; que *om.* 2*b*.

1) *I. q. curare. Duc.* 2) *Fornix, concameratio, Gall. 'voûte'. Duc.* 3) *Cf. supra II,* 34.

tibus excubiis, ablata est cum diligentia tumba desuper confessoris membra[a]. Deinde cum esset levatum tumuli opertorium, magnum circumstantibus visum est miraculum[b]. Nam ubi[c] revelatum fuerat corpus sanctum, odor continuo flagravit[d] gratissimus. Quodque ita erat solidum et inlibatum atque absque[e] ullius membrorum diminutione incorruptum, ut vivere adhuc putaretur in tumulo; et quod 5 his adhuc mirabilius est, ita barba et capilli eius, qui tempore abitus[f] sui iuxta morem fuerant abrasi, mirum in modum creverant[g] in tumulo, ut cuncti haec videntes novum inauditumque obstupescerent rei gestae miraculum. Tunc episcopi cum tremore magno levantes eum de tumulo, vestimenta ei praetiosissima, quae regina paraverat, mutaverunt[h] omnia; ea quoque quibus[i] dudum obtectus fuerat 10 eundem exuentes, cum magna diligentia reposuerunt[k] sub sigillis. Ac sic demum, concrepante hinc inde choro[l] psallentum[m] cymbalisque spiritalibus perstrepentibus, canora organis suavique modulatione concinentibus[n], a loco quo iacuerat vir sanctus tunc coram cunctis submotus, cum summo et honorifico studio deponitur, atque in praeparato sibi sepulchro urbane, ut decebat, conpositus[o], aeternae memoriae 15 servandus ampliusque cottidie honorificandus. Sed quibus post haec miraculorum effulserit[p] signis, nunc, si aurem sollicite accommodatis, oportunius audire potestis.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — —

50[a]. Inter cetera quoque, quae illic ex divina gratia inoperabantur miracula, cecindillus[b] qui[c] ad caput beati viri dependebat, cum die quadam paene[d] constaret 20 semivacuus, repente subita inundatione repletus atque ex semet ipso, divinitus lumine gignente, accensus, plerumque deinceps et ardet et superfunditur. Denique audite, quale[e] Dominus per eundem[f] cecindillum pro meritis tanti viri ostenderit miraculum. Dum adhuc igitur[g] vir beatus in corpore degeret, quidam comes Vermandensis[h] Garifredus nomine habuit adversus eum scrupulum quoddam, quod 25 nimirum piaculum, cum beatus Eligius migrasset de corpore, inultum[i] adhuc[k] remansit apud hominem. Post longum vero intervallum neglegenter oblitus piaculum, venit tandem adorare ad sancti sepulchrum, cumque tunc ex more ad confessoris caput cecindillus arderet, illo ingrediente ecclesiae limen, confestim extinctum est candelabri lumen. Quod cum ille ilico animadvertisset, tremens pal- 30 lensque oravit; post orationem vero, cum egressus fuisset ecclesiam, statim reddito divinitus lumine, cecindillus solitum profudit fulgorem. Itaque cum praedictus vir paratus esset iam equum ascendere, quidam ex famulis eius, qui[l] posterior basilicam fuerat egressus[m], rem ei ex ordine narravit[l], sicut gestum[n] constabat[o]. Quod[p] cum ille audisset, tristis admodum effectus, archana conscientiae suae coepit 35 discutere, quod esset facinus[q], pro quo istud portentum[r] esset ostensum. Et cum culpam suam[m] depraehendisset, reminiscens, quae aliquando in sanctum virum admiserat, confestim revertens, retrorsum fores basilicae adiit, sed ubi primum gra-

II. Capp. 48. 50. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

Cap. 48. a) membris 4. b) *m. al. suppl.* 3. c) ibi *pr. m.* 3. d) fraguit *corr.* fraglavit 4. 40 e) *pr. m. om.*, sine *al. m. suppl.* 2*a*. f) *ita pr. m.* 2*a*; habitus 2*b* (*pr. m.*). *c*. 3. 4; obitus *m. al.* 2*a*. *b*. g) creaverant *pr. m.* 3. h) m::: uerunt *m. al. corr.* induerunt 4. i) quibubus *pr. m.* 3. k) *ita codd.* l) chorus *pr. m.* 2*a*. m) *ita* 2*a* (*pr. m.*). *b*. *c*; psallentium *rell.* n) concinnentibus 2*a*. o) conponitur 4; conposita *V. Landib.* p) efulserit 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 50. a) XV. 2*b et sic deinceps.* b) cecindillus(?) *corr.* cecindalus 3. c) qu:e *pr. m.* 2*a*. 45 d) const. pene 4. e) qualem 2*a*. f) eun *pr. m.* 2*a*. g) *om.* 4. h) Vermendensis 3. i) in ultimum *pr. m.* 3. k) rem. adhuc 4, *corr.* l) *om.* 3. m) *om.* 2*b*. n) *ita* 2*a*. *b*. *c*. 4; gestum est 3. o) contestabat *m. al. corr.* contestabatur 3. p) Ad 2*b*, *corr.* q) protinus *add.* 2*b*. r) facinus *pr. m.* 4.

dum in pavimento inpressit, mox lumine subtracto iterum cecindillus visus est dependere extinctus. Tunc ille palam id cernens, iam nimio timore perterritus, prosternit se cum lamento et ingenti rugitu coram sancti sepulchro, ac sic diutissimae culpae suae satisfaciens, coepit apertis fletibus se reum[a], se indignum seque 5 infelicem accusare, ob cuius videlicet necem[1] in loco sancto candelabrum extinctum dependeret. Cumque diu flens atque eiulans eo in loco persisteret seque illic mori, nisi lux amissa rediret, voce publica proclamaret[b], tandem satisfactione eius susceptā lux candelabri ablata denuo rediit, divinitus admissa[c]. Tunc ille, quantulumcumque recreatus, iussit continuo famulum vas sibi praetiosum cito deferre argen- 10 teum[d], quo accepto, veluti pacis obsidem Christi confessori obtulit ac iuxta eius tumbam deposuit, promittens insuper nonnulla ex suis facultatibus eidem basilicae conlaturum, tantum ut culpa in sancto[e] viro admissa haberet iamiamque terminum. Sic demum adorans et glorificans potentiam salvatoris, lumine[f] cecindilli micante, ex eodem laetus loco discessit. — — — — — — — — — — — —

15 52. Mirandis rebus plus adhuc miranda[a] succedunt. Quaedam namque femina muta et caeca ad sepulchrum sancti Eligii fuit quondam oblata. Quae cum diu ibidem orbata[b] et sine loquela de caelo expectaret medelam, sopore tandem depraessa, somno sua concessit membra. Et ecce! repente, dum quiesceret, visum est ei adstitisse sanctum Eligium atque oculos eiusdem mulcendo tetigisset[c], cul- 20 tellum etiam vel forficem in specie medici manu gestans[d], conpedes linguae eius leniter abscidisse. Et ex hoc continuo expergefacta, oculis iam[e] apertis, coepit novam contueri lucem ac per os excreare[f] cruorem, quo affluenter egesto, protinus elimatum formavit eius lingua verbum. Et post hoc iam sana facta, exsurgens et adorans, regressa est ad propriam villam.

25 53. — — — Inter cetera vero neque illud puto silendum, quod tempore mortalitatis Parisius didici gestum.

54. Factum est igitur, cum nefanda clades depopularet[a] urbem Parisiacam et nonnullae iam virgines ex monasterio sancti viri, ubi Aurea[2] nomine praeerat abbatissa, ad Dominum praecessissent, apparuit quadam[b] die beatus Eligius cuidam 30 adulescenti[c] in basilica puellarum, veste candida amictus, togarum velamine comptus. Cumque is[d] qui aderat nimio pavore perterritus latibulum quaereret, blande eum leniterque conpellans[e] vir beatus, praecoepit[f], ut iens[g] cito diceret matri virginum, quod ad se quantotius cum deputatis properaret virginibus. Currens autem is[h] qui audierat et citius Auream praeveniens: 'Surge', inquit, 'velo- 35 citer, quia domnus[i] Eligius in ecclesiam te vocat'. Quod cum illa[k] audisset, gaudio magno[l] repleta, sine mora properavit; sed tamen cum venisset, visio beati viri iam abolita[m] erat. Ecclesia vero ad firmitatis[n] indicium, quod illic[o] esset visus, nebula quadam repleta monstrabatur, in tantum ut candelabra quoque et

II. Capp. 50. 52—54. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

40 *Cap.* 50. a) re : um 3. b) proclamare *pr. m.* 2*a*. c) *ita* 4; amissa *rell.* d) argentum *corr.* argenti 2*b*. e) s. v. *eras.*, *m. al. add.* servum Dei 2*a*. f) limine *pr. m.* 2*a*.

Cap. 52. a) *ita rell. cum V. Aridii c.* 59; mirandae 4. b) lumine *add. et corr.* lum. orb. 4. c) *ita pr. m.* 2*a*. 3; tetigisse *rell.* d) gestantem 4. e) *bis scr.* 2*b*. f) execrare *pr. m.* 2*b*.

Cap. 54. a) depopularetur 4 *et e corr.* 3. b) quam 2*c*. c) adolescente (?) *pr. m.* 3. d) his 2*b*. 45 e) compellens *pr. m.* 3. f) *ita pr. m.* 2*a*; praecaepit 2*c*. g) gens *m. saec. XV. corr.* pergens 2*b*. h) his 2*b*. i) domus *pr. m.* 3. k) *om.* 4. l) magna *pr. m.* 3. m) (o *in ras.*)bolita 3. n) firmatis *pr. m.* 3. o) illi *pr. m.* 3.

1) Necem *sibi instare ex candelabro extincto reus conclusit, unde* noxam *immutare noli cum editis.* 2) *V. supra I,* 17.

vela subita roris inundantia distillare viderentur. Tunc ergo praedicta Aurea in sese reversa, intellexit[a] se ex hoc mundo vocari, et protinus convocans omnes sorores, coepit valedicere singulis, sequestrans[b] ex eis nonnullas, quae eam comitarent[c] inter ceteras. Deinde, iam ipsa migrante ad Dominum, et reliquae nihilominus subsecutae sunt demum, adeo ut ea tempestate ex eodem monasterio usque ad numerum centum sexaginta monachae morerentur.

55. Audite iam et aliud, quod ad sacratissimum[a] Eligii corpus gestum est miraculum. Quidam etenim vir inlustris Garefredus graffio[b. 1] veniens ad basilicam sancti antestitis, cum, oratione facta, pro foribus adstaret[c], pauperum illic turbam clamantem audivit; cumque minime ad praesens haberet, unde eis elemosinam tribuere posset, misericordia erga eos motus, coepit volvere mestus: 'Numquam', ait, 'o miseri, talem habebitis[d] consolatorem, qualem hunc beatum habuistis antestitem! O qualis ei poterat causa obsistere, quae eum a vestra miseratione umquam praepediret, quo vos obturata[e] transiret[f] aure, sicuti nunc multi faciunt et ego miser!' Et cum huiusmodi adversum se uteretur increpationibus, visum[g] ei fuit, veluti in extasim[h] adstitisse sibi in momento sanctum virum. Ex qua visione consternatus, cum amens paene adstaret, repperit subito in manu vel veste sua aurum, quod pauperibus erogari deberet; quod et protinus factum est. Et ille multa secum ex eo quod acciderat cogitans, exiit ab ecclesia et discessit.

56. Illud quoque non nos effugiat, quod vir inlustris[a] Ebroinus palati[b] praepositus — quod vulgo dicitur maior domus — habebat filium adulescentem vocabulo Bobone[c. 2], quem ipse ac coniux eius unice ac singulariter[d], utpote cari parentes, diligebant[e]. Quodam itaque tempore, morbo medullitus ingruente, coepit isdem[f] puer vesano aegrotare languore[g]; pro quo[h] parentes nimis solliciti erant, positi in angustia gravi. Dehinc, invalescente paulatim aegritudine, coepit iam puer vehementer[i] angeri, et morte iamiamque inminente, cum vivendi penitus spes auferretur[k], nimis[l] anxii parentes pro filio ad sanctum confugiunt Eligium, confidentesque de miraculis tanti antestitis, puerum ilico devovent ei supplices atque pro muneris gratia pueri nonnulla offerunt[m] ornamenta balteumque eius speciosissimum protinus cum devotione sepulchro infigunt. Quo facto, confestim sine mora, intercedente confessore[n], aegritudo abcessit, et ad praesens convalescens puer, sanitatem[o] ilico recepit ac deinceps incolomis[p] mansit. — — — — — — — — —

58. Quis vero possit[a] et illud silentio praeterire, quod vir quidam agrum in loco nuncupante Calvomonte[b. 3], ad basilicam sancti Eligii pertinentem, rapaci in-

II. Capp. 54—56. 58. *2a. b. c.* 3. 4.

Cap. 54. a) intelligit *2b.* b) sequens trans exiens nonnullans *pr. m. 2a.* c) *ita 2c et pr. m. 2a. b.* 3; comitarentur 4.

Cap. 55. a) sacra::tissimum *2c.* b) grafio 3. 4 *(pr. m.); m. al. corr.* grasfio 4. c) adstateraet *2c.* d) habetis 3. e) obdurata 3. f) a. tr. *2b.* g) usum *pr. m. 2a.* h) extasi 3. 4.

Cap. 56. a) inlutris *2a.* b) *ita 2a (pr. m.). c*; palatii *2b.* 3; palacii 4. c) Bobonem 4. d) singularite *pr. m. 2a.* e) diligebat 3, *corr.* f) idem *2c.* 3. g) langore *2b.* 4. h) qua *pr. m.* 3. i) ac *add., sed eras. 2a.* k) auferetur *pr. m.* 3. l) nimi *pr. m. 2a.* m) offertur *pr. m.* 3. n) confessores *2c.* o) sanatum *pr. m. 2b.* p) inlocomis *2c.*

Cap. 58. a) possis *pr. m. 2a.* b) calvo in monte 3.

1) *Sine dubio comes Virmandensis, de quo supra II,* 50. 2) *Ebroinus maior domus cum coniuge Leutrude filioque unico Bovone a Drauscio Suessionum episcopo a.* 667. *pro monasterio virginum ibi sito privilegium impetravit, quod cum ab aliis episcopis tum a Clemente Bellovacensi (v. infra c.* 76*) confirmatum est; cf. Pardessus, Dipl. II, p.* 139. 3) *Nomen per Gallias satis vulgatum, e. gr. Chaumont-en-Vexin (arr. Beauvais, dép. Oise).*

vadens[a] cupiditate, divina sit interemptus ultione? Hic namque cum malo ordine praedictum praedium suae niteretur ditioni vindicare[b], obsistebat[c] ei vehementer Sparvus[d] abba[e] eiusdem ecclesiae. Qui cum diu ab eo incursaretur, tandem causa in palatio regis perlata, accepit a principe iudicium, ut si posset in sancto loco terram ipsam[f] coniurare, ad partem utique praefatae ecclesiae vindicaret; sed ille maluit, ut idem pertinax vir, qui eam invadere quaerebat, iureiurando adseveraret suam. Et cum iudicatum[g] esset, ut praefatus vir cum plurimis secundum Francorum[h] legem sacramentum persolveret, et hoc ipsud[i] indulgens abba: 'Novi', inquit, 'quod male eam invaserit, idcirco rogo, ut, cunctis iuratoribus[1] indultis, ipse singulus[k], si Deo placet, iurando eam[l] vindicet'. Cumque haec dixisset, placuit verbum[m] istud cunctis obtimatibus regis et decreverunt omnes ita fieri. Post haec ergo pergentes ad ecclesiam beati Eligii, et ingressi ad locum sepulchri, praestolabant omnes eventum rei. Tunc memoratus vir leve reputans negotium, cum inportuna audatia posuisset iuraturus manum super sanctum locum, in medio fere sacramenti verbo contremescens[n], vehementer toto corpore declinavit retrorsum super cervices caput, et mox devaricatis[o] dentibus reverberatisque oculis, cadente, ut dictum est, deorsum[p] capite magnoque ex ore fumo procedente, hunc solum proferre potuit sermonem: 'Abba', inquit, 'Sparve[q], recipe terram tuam'. Hoc ergo modo divinitus percussus atque ilico in terram prostratus, mortem quam non timuit fortuitu praeventus miser incurrit. Ex quo facto omnes ingenti metu perculsi, potentiam illic, sicut et ubique, praesentem fatebantur[r] adesse Christi. — —

61[a]. Modolenus quidem[b] centenarius[c], oppidi Noviomagensis[d] colonus, habebat uxorem bonam, honestam valde atque devotam, quae quodam tempore, dum quietam ageret vitam, nefanda[e] pustula nequiter est percussa. Quo tabo increscente, iacebat tumida toto corpore, et paulatim plaga adolescente, sola iam sepultura maritum reddebat sollicitum. Uno itaque mane cum abbas basilicae beati Eligii tenderet ad orationem, obvius ei[f] factus flens et eiulans mulieris maritus, mortem coniugis suae indicat sepulturamque ei in basilicam suppliciter postulat. Cumque ab eo, utrum veraciter esset mortua, interrogaretur: 'Unum', inquit, 'constat, utrum sit factum an mox futurum, cum iam[g] muta et toto corpore decumbat praemortua'. Tunc ille festine valde ad confessoris sepulchrum contendit, et sumens ex eo qui ibi funditur olei liquore, ad domum funeris cito accedit. Dicebat enim hoc sibi in nocturna visione a sancto Eligio praeceptum fuisse, ut, allato olei[h] liquore, sanaret ab incommodo mulierem. Ingressus ergo domum, vidit corpus inter lamenta adfinium iacere tumidum et gelidum. Et ocius[i] accedens, confidenter ex iussione[k] sancti perunxit oleo quod detulerat corpus et ait: 'Haec mandat sanctus Eligius, ut in virtute nominis Christi exsurgas modo sana

II. Capp. 58. 61. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 58. a) *ita* 4 *et m. al. corr.* 2*a.* 3; invidens *rell.* b) vendicare 4. c) obsistebant 3, *corr.* d) *corr.* Spavus 2*a*; *cf. infra n.* q. e) abbas 4, *ut infra.* f) *ita codd.* g) vindicatum *pr. m.* 3. h) l. Fr. 4. i) ipsum 3. 4; illud 2*b.* k) singulis 3 *(pr. m.).* l) eadem *(m. al. corr.* eandem 2*b)* 2*b. c.* m) : : t *post* verbum *eras.* 2*c.* n) contremenscens 2*c*; contremiscens 3. 4. o) dirivatis 3. p) de *add.* 2*c.* q) Spave 2*a.* r) fatebatur *pr. m.* 3.

Cap. 61. a) : XXVI, *ras.* X 2*b.* b) quidam 3. c) cementarius oppido 3; c. oppid: *pr. m.* 4. d) Noviomagensi 2*b*; Noviomensis 3. e) nefandam postula 2*b.* f) est *add.* 3. g) *m. al. superscr.* 3. h) oleo *pr. m.* 2*a.* i) citius 3. k) visione 3.

1) *Consacramentales igitur abbas denegavit, ne periuri fierent. Lex Salica XLVIII, tit.* 2: Si cuicumque fuerit inculpatum, quod periurasset, iuratores quinos solidos condemnentur.

ab hac peste'. Et confestim, oleo sancto viscera eius penetrante, coepit palpebras oculorum commovere, ac veluti ex gravissimo somno evigilans, suspirare. Deinde mira celeritate detumescente corpore et[a] virium iam amplius resumens, femina resedit. Nec mora, post haec et omni dolore fugiente de corpore[a] nec ullo tumore remanente in cute, facie etiam decorata robore[b], surrexit de lectolo[c], benedicens et glorificans creatorem, qui se revocasset a morte. Sana ergo ex hoc effecta, coepit eos conpellere illic eo die cibum sumere nec aliter distitit[d] neque permisit eos domum suam exire, nisi prandio apposito ipsa[e] eis circa frequens et misceret et ministraret[f].

62[a]. Post hos autem dies fuerat quoddam furtum in[b] rure Noviomagense admissum, cumque persona admissi facinoris quaereretur, iuvenis quidam per indicium eidem[c] culpae conscius conpellabatur[d]. Habebat autem idem iuvenis eo tempore cum genitore suo quandam[e] contentionem, ob quam videlicet[f] et insidias ei moliebatur[g] intentare. Tum ergo, occasione reperta, et satis accurate[h] repellens a se huiusce opinionem[i], coepit eadem[k] super patrem velle deflectere[l]. Ducuntur igitur in huiusmodi iurgium[m] uterque in publicum, et conglobatis undique[n] multis, sistuntur in examine episcopi et comitis[o]. Ubi multa vicissim altercantes, satagebat filius magnopere in patrem[p] calumniam reflectere; e[q] contra pater, ut res erat, innoxium se huius facinoris esse defendebat, atque in hunc modum contendebant coram duce[1] atque episcopo. Tunc itaque vidimus impleri, quod Dominus in euangelio olim praedixit: *Exsurgent,* inquit, *filii in parentes et odio*[2] *eos afficient.* (Matth. 10, 21.) Quidam ergo circumstantium partibus filii[r] favebant, alii vero rectius quid promulgantes, non esse rectum credi filium super patrem iudicabant[s]. Cumque[t] diu huiuscemodi altercatio inter eos verteretur nec facile aut temere a quoquam[u] defineretur[v], tandem episcopus cum duce, accepto consilio, cum nullatenus possent rei veritatem cognoscere, iudicio eos committunt beatissimo confessori: 'Quia', inquiunt, 'nescimus, cui ex his potius credi decernamus, tibi, sanctae[w] Eligi[x], cum Dei sententia[y] hoc supplices iudicium committimus'. Tunc statuentes utrumque coram sancti sepulchro, expectabant per sacramentum Dei fore iudicium[z]. Et ecce! repente dum iuramentum coepisset promere, arreptus iuvenis a daemone[a], conlisus in terram est graviter, sicque se vehementer decerpens, volutabatur miser, tremens et spumans atque pallescens. Ex quo facto cuncti adstantes adtoniti nimioque timore perterriti, Dei omnipotentis magnificabant iudicium fieri[b]. Sic ergo in publicum facinus manifestae[c] prolatum, ab ecclesia est discessum. Post haec autem acerrime diuque iuvene castigato, condolentes multi pro eodem misero conveniunt patrem, ut pro eo simul facerent orationem, et ita prostrati omnes

II. Capp. 61. 62. 2*a.b.c.* 3. 4.

Cap. 61. a) et vir. — de corpore *om.* 4. b) rubore 4; roborare 2*a.* c) *ita pr. m.* 2*a.* d) destitit 3. 4. e) di *add., sed eras.* 2*a.* f) ministret 3, *corr.*

Cap. 62. a) XXXVII. *corr.* XXVII. 2*b.* b) inruere N. 2*c.* c) eiusdem 4. d) compellebatur *corr.* compellabatur 3. e) quadam 3, *corr.* f) vidilicet 2*c.* g) moliebantur 3, *corr.* h) accusare 3. i) opinio *pr. m.* 2*a.* k) eandem 4. l) def(lectere *m. al. in ras.*) 2*a.* m) iurgio uterque *m. al. in ras.* 2*a.* n) utique *(corr.* utrique*) m. al. in ras.* 2*a.* o) comites 2*a. b. c.* p) *ita codd.* q) et contra 3. r) in parentes *add.* 3; fav. filii 4. s) iudicabunt 3, *corr.* t) Cumque 2*a.* u) quo quatā(?) *pr. m.* 3. v) *ita pr. m.* 2*c.* 3; definiretur *rell.* w) *ita* 2*a. b. c.* 3. x) Eligii *pr. m.* 3. y) sentia 3, *corr.* z) iudic(iū *m. al. in ras. maiore*) 2*a.* a) daemon(e *m. al. in ras.*) 2*a.* b) *om.* 3. c) *ita* 2*c.*

1) Comitis *supra.* 2) Morte *Vulg.*

ecclesiae ministri beato[a] confessori rogabant innixe, ut quemadmodum eos audierat ad iudicandum, sic iterum exaudiret[b] ad miserandum. Cumque diutissime in praece persisterent, tandem miserante gratia Christi, effugata maligni infestatione, iuvenis restitutus est sanitati. — — — — — — — — — — — — — — —

65[a]. Quadam[b] itaque[c] die, vergente iam in[d] vesperam sole, cum clerici[1] consuetas explessent praeces vespertinas, contigit, ingruente neglegentia, ut omnes egrederentur basilicam[e], cunctisque in diversa[f] occupatis, nullus ad horam ex custodibus superesset introrsus[g]: cum subito vir quidam conscientia saucius, cupiditate accensus[h], captato ut fur amico vesaniae suae[i] secreto, velociter accurrit ad sepulchrum, et inpellente nefanda cupiditate[h], sollicite huc illucque circumspiciens, cum nullum adesse cerneret, non timuit miser ex pendentiis[k] aureis, quae illic pro ornatu sepulchri innumerae[l] dependebant, quaedam clancule praesumere. Sed cum unam ex catenis aureis, in qua dependere videbatur id quod rapi[m] volebat, violenter ad se tractam rupisset, tantus mox ad trahentis inpulsum sonitus prosilivit[n], ut custodes longe foras[o] positi, sonitu ad se perlato, magnum quoddam[p] fragorem in ecclesia crederent[q] exortum. Unde et confestim veloci cursu ad ecclesia[r] properantes[s], inveniunt furem in ipso basilicae limine[t] cum direpta[u] divinitus detineri nec[v] usquam prorsus gradum posse moveri[w]. Quem protinus circumvallantes, ipsum sonitum ad se delatum, vel quid[x] illic ageret, percunctantur[y]; tunc vero miser furata in medium proferens, conpulsus est confiteri se eisdem[z] ablatis silenter voluisse aufugere[a], sed nullatenus potuisse extra limitem basilicae pedem proferre. Sic ergo furtum cum pudore[b] restituens veniamque facinoris sui toto corde deposcens, et ex loco moveri potuit, et ab eisdem misericorditer dimissus, liber discessit.

66[a]. Quodam[b] vero tempore vir[c] quidam saecularis ex nobili genere, culpa vel parva interveniente, infensum omnimodo[d] habebat principem, pro quo nimirum[e] ulciscendo offendiculo ducitur principis iussu exsecutus in palatium. Ubi dum sententia mortis eius diffiniretur[f], traditur interim servandus Amalberto viro inlustri, comiti[2] scilicet[g] Noviomagensi. Cumque aliquod[h] dies sub eius custodia degeret, coepit una die inter frequentiam famulorum vulgato sermone percipere, quod die crastina prolatam adversum se sententiam[i] capitalem exciperet. At ille haec audiens, cum nimium formidaret mori nec ullum iam perfugium[k] speraret evadendi, unum solummodo sibi credidit[l] suffragari, si permitteretur noctem eandem apud sanctum Eligium pervigilem ducere. Cumque rogasset et impetrasset,

Capp. 62. 65. 66. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 62. a) beatum confessorem 4. b) audiret 3.

Cap. 65. a) LXIII. *et sic deinceps* 4. b) quodam 2*a*. c) autem, *superscr.* itaque 3. d) ad 4 *et in ras.* 3. e) egr. a basilica 4. f) divessa 2*a*. g) *ita* 2*a. b*, *in utroque corr.;* introrsum 2*c*. 3. 4. h) accensus — cupiditate *om.* 2*b*. i) *om.* 3. k) pandentiis *corr.* pændentiis 3. l) innumero *corr.* innumere 3. m) rapere 4. n) prosiluit 2*a*. o) foris 4. p) quendam 4. q) *in ras.* 3. r) *ita pr. m.* 3; ecclesiam *rell.* s) prope | properantes 3, *corr.* t) liminae 2*a*. u) direptis 4. v) ne *pr. m.* 2*b*. w) movere 4. x) quicquid 2*b*. y) *ita* 2*b (cf. p.* 715, 24*);* percuntantur 4; percontatur *corr.* percontantur 3, *et sic* 2*a*. z) isdem 3. a) aut fugere 2*b*. b) podere 2*c*.

Cap. 66. a) XLI. 2*b et sic deinceps.* b) Quidam 2*c*. c) *om.* 4. d) omnimodi *m. al. corr.* omnimodis 4. e) nimium 2*a*. f) difiniretur 2*c*; deffiniretur 3. g) illustri *pro* sc. *iterat.* 3. h) *ita* 2*b*. 3; aliquot *rell.* i) sentiam *pr. m.* 2*a*. k) refugium 4. l) crediderit 2*b*.

1) *De clericis monasterii S. Eligii Noviomagensis v. supra p.* 647. 2) *V. F. Dahn, 'Die Könige der Germanen' VII, 2, p.* 114.

ardenter nimis accurrens ad mausoleum confessoris, totam paene noctem in lacrimis et gemitibus duxit, sibique[a] ut eum oportebat patrocinari in crastinum sanctum antestitem innixe supplicans[b]. Et factum est, postquam matutinos hymnos ex more persolvit clerus[c], nimium vir[d] praefatus ex merore defessus, subito obdormivit innixus[e]. Et ecce! repente[f] sanctus ei adstitit Eligius, modestissimoque aspectu blande eum recreans, consolari coepit, pollicens, quod crastina die ipse esset cum principe, et isdem pro eadem culpa nullatenus poneret vitam, sed magis indulgentia a principe accepta, ilico absque poena esset regressurus ad propria. Factumque est ita, et postera die accitus praedictus vir in aulam a principe, sicut praedixerat vir sanctus, liber ab eo[g] dimissus, ovans ad propria est[h] reversus.

67. Operae praetium est, ut non solum eas quae ad sacratissimum corpus eius efficiuntur virtutes, sed et[a] eas quoque quae per reliquias eius procul aut prope, ubicumque delatae fuerint, declarantur, huic operi vel pauca pro multis intexere. Itaque res haec quae[b] narro in meo[1] nuper gesta est monasterio. Frater quidam ex monachis nostris ulcere pessimo, quod vulgo pustula[c] dicitur, percussus in faciem pessime laborabat. Erat autem in eodem monasterio oratorium quoddam, in quo reliquiae[d] beati Eligii depositae erant. Cum ergo praedictus frater in lecto aeger decumberet et medicus quoquendi[e. 2] ulceris congruum ferri opificium[f] praepararet, formidolose valde id frater ferens, rogat mox relinquere igniti illius ferri operationem, et confidens de merita[g] confessoris, rogat sibi deferri ex eo oleo quod medendi gratia ante pignora praefati antestitis dependebat. Quo[h] mox allato, faciem sibi et pustulam turgentemque perunxit[i] cervicem, et, o[k] mira virtus! post illius liquoris infusionem ita cancer ille[l] absque ulla foci appositione radicitus exsiccatus atque extimplo[m] deletus[n] est, ut nec vestigium quidem cicatricis ullius in faciem monachi relinqueret. Adiciam et illud, quod[o] solummodo auditu cognovi.

68[a]. Cum adhuc beatus Eligius sub saeculi habitu Turonus[b] in urbe sancti Martini tumbam fabricaret[3], habebat hospitium in cuiusdam matronae domum[c] foris murus[d] in vicum[e]. Quae[f] nimirum femina inspiciens sanctum virum iugiter eximiis operibus intentum, eo quod promptus esset in omni opere[g] bono, frequens in oratione necnon et largissimus in pauperum consolatione, vere, ut erat, Dei famulum[h] credidit. Et die quadam cum unus ex ministris eius eum iuxta morem totunderet[i], illa linteum quod capillos decidentes exceperat rapiens, quaeque ex capillis et barba colligere potuit, linteo obvoluta in arcam sibi reposuit. Transierunt demum plurimi anni, ita ut penitus iam in oblivionem haec[k] eadem femina duceret. Post obitum vero sancti Eligii, cum praedicta femina noctibus in[l]

Capp. 66—68. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

Cap. 66. a) que *om.* 4. b) *ita* 4; supplicam:: *corr.* supplicans 3; supplicavit 2*a*. *b*. *c*. c) cleros 2*a*, *corr.* d) *superscr.* 2*c*. e) innexus 3. f) eccepente 2*c*. g) ea 2*c*. h) r. est 4.

Cap. 67. a) *pr. m. om.* 2*a*. b) quam 4. c) postul. 2*b*; *item infra*. d) reliquae 2*c*. e) *ita pr. m.* 2*c*. f) opicium 2*a*, *corr.* g) merita *V. Desiderii Cad. c.* 52; meritis *codd.* h) Qui 2*a*. i) perungit 4. k) cum *pro* o 3. l) ill(e *in litura*) 2*a*. m) exemplo *m. al. corr.* extemplo 3. n) dilectus (?) *pr. m.* 2*a*. o) quos *pr. m.* 2*a*.

Cap. 68. a) XVII. 2*c*. b) *ita* 2*a*. *b*. *c*; Turonis 3. 4. c) domo 4. d) *ita pr. m.* 2*a*, *ubi* cui *add., sed eras.* e) vico 4. f) quem 3. g) *ita* 3. 4; b. o. 2*a* (*ubi littera* o *in litura*). *b*. *c*. h) falmulus *pr. m.* 2*a*. i) *ita pr. m.* 2*a*. 3; totonderet 2*b*. *c*; tonderet 4. k) hac *pr. m.* 2*b*; in *add.* 2*c*. l) inter 4.

1) *Scilicet Resbacensi Audoini.* 2) *I. q. excurere.* 3) *Supra I,* 32.

secreta silentia quiete se ageret, audiebat plerumque in suum[a] cubiculum dulci modolamine celebrare psallentium, et cum curiose ad hoc intenderet portentum, conspiciebat per quaedam[b] foramina radiantia nimis micare luminaria. Cumque crebro eadem cerneret[c] fieri, nimio pavore perterrita, non audebat iam nocte in
5 diversorium suum[d] manere; nullatenus tamen recordari poterat de hoc quod aliquando ex fide condiderat. Evocato interea Agerico[1] basilicae sancti Martini abbate, causam ei per ordinem exponit, deflens non se posse securam noctibus quiescere[e] in domum[f] suum. Accedens autem praedictus[e] abba ad domum in qua fiebat portentum, coepit inquirere a femina, utrumne aliquando ibidem ser-
10 vorum Dei manserit quispiam, anne etiam ei oblatum esset[g] aliquid[h] a viris sanctis pro munere vel eulogiis[i], utrum vel ipsa non rapuerit[k] aliquando aliquid[l] munus[m] ex sanctorum pignoribus. Tunc[n] vero illa veluti per somnium[o], utpote ex longinquitate temporum, capillorum sancti Eligii reminiscens pectusque ilico pugnis saepius caedens, rei ordinem exponit, qualiter videlicet aliquando ibidem
15 capillorum beati[p] viri decisiones ex fide condiderat. Statim ergo perscrutantes loculum, reppererunt easdem reliquias veluti aromaticis unguentis odoriferas, ut[q] ipsas quondam[r] colligerat[s], inlibatas. Tunc nempe[t] liquido claruit, et meritum antestitis quantum esset, et saepe dictae matronae fides[u] quantum Deo placuerit, ut post tot annorum curricula in eodem loco ex iussione divina ostenderentur mi-
20 randa prodigia. Audivi enim, quod postmodum in eodem domicilio eligans oraculum[2] fuerit a fidelibus constructum. Simillimum quoque et Noviomo gestum est nuper miraculum.

69. Anus[a] itaque quaedam in monasterio, quod vir sanctus construxit[b] Noviomo, quodam tempore decisiones similiter ex capillis eius sibi colligerat[c], atque
25 panno obvolvens, supra suum discubitum[3] in machinile[d. 4] collocaverat. Sed postquam vir beatus[e] migravit de mundo, crebro cum caecae noctis tenebrae cuncta operirent caligine, micabat ex eodem loco radius quidam splendoris, qui nonnumquam in domo inlustrabat tenebras noctis. Quod cum sanctaemoniales[f] illic feminae plerumque fieri cernerent, convocantes praedictam sororem, studuerunt ab
30 ea percunctari[g], quae esset causa, quod isdem splendor ab eius lectu nocte micaret. Tunc illa pignorum sancti viri recordans, rem sicut gesta constabat, omnibus mirantibus, exposuit. At illae haec audientes protinus ad locum accedunt, eas-

Capp. 68. 69. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 68. a) suo cubiculo 4. b) quadam 2*a, corr.* c) (cerne *in ras.*)ret 2*a.* d) *om.* 3;
35 diversorio suo 4. e) quiescere — praedictus *om.* 2*c.* f) domo sua 4. g) est 2*a.* h) aliquit 2*a (pr. m.). c.* i) eulogius 2*c, corr.* k) rapuit 2*b.* l) al(iqđ *m. al. in ras.*) 2*a*; aliq : : *corr.* aliquod 4. m) *ita* 4 *et m. al. corr.* 2*a.* 3; minus *rell.* n) Tun *pr. m.* 2*a.* o) sonnum 4. p) cap. viri Dei decis. 4. q) et 2*a.* r) condam *pr. m.* 2*a.* s) *ita* 2*a (pr. m.).* 3. t) neppe 2*c.* u) fide *pr. m.* 2*b.*

40 *Cap.* 69. a) Unus *errore miniatoris* 2*b.* b) construit 2*b.* c) *ita pr. m.* 3. d) manichile 3. e) *om., m. al. suppl.* Dei 2*a.* f) *ita* 2*a. b. c.* 3; sanctimoniales 4. g) abea : : : | : percunctari, *ras.* t : : | s 2*a.*

1) *Aegiricus presbyter et abbas S. Martini commendatus a Chrodoberto episcopo Turonensi eodem, cui V. Eligii Audoinus emendandam misit, Romam adiisse atque ab Adeodato papa*
45 *(a.* 672—676*) privilegium impetrasse dicitur (Formulae ed. Zeumer p.* 496*), de cuius fide dubitatur; cf. Jaffé, Reg. n.* 2105[2]. 2) *V. supra p.* 575, *n.* 3. 3) *Infra lectus appellatur.* 4) *Pro manichile, pera. Duc. Certe manichile in codice nostro* 3 *legitur, reliquis vero consentientibus auctoritatem eius haud magni existimem.*

demque[a] reliquias auferentes, digno in loco mox condunt, glorificantes et laudantes Deum, qui est fidelis in verbis suis et tantam gloriam praestat sanctis[b] suis.

cf. Eccli. 46, 18.

70[a]. Sed neque illud silendum puto, quod in monasterio quodam Turonicae[b] ruris fratri cuidam contigit remedium. Itaque[c] quidam illic monachus honorabilis inter suos mihique familiariter notus, ingruente morbo, sua in viscera gravissime per dies plurimos laborabat, cumque nullatenus invalescere recuperarique[d] posset salutem, inspiratus[e] tandem Dei miseratione[f] amphibalum[1] sancti Eligii, quod illic cum magna reverentia servabatur, super se inposuit. Quo nimirum ex fide amictus et aniles artus cunctaque membra saevo languore defessa, baculo regente, sustentans, communionem Christi recepit, et postquam haec egit[g], ita sanus atque incolomis est redditus, ut plus demum convaluerit quam fuerat ante vegitatus[h].

71. Alius etiam frater in monasterio meo, infuso corpori tabo, a tertiano typo gravissime vexabatur. Qui cum per dies multos, morbo invalescente, nimium attereretur[a] cunctaque eius membra valitudo tremula quatiendo paene dissolveret, unus ex diaconibus monasterii habens apud se reconditum quoddam linteum, quod beatus Eligius aliquando habuerat in corporis usum, explorata tremoris illius hora[b], detulit eumque[c] super pectus aegri inposuit. Quod postquam tertio fecit, satagens nimium aeger coepit sudare atque rubere; vehementi etiam singultu pectus quatiente, omnem continuo abundantiam fellis evomuit. Sicque demum, Christi gratia miserante, convalescens, pristinam sanitatem recepit.

72. Illud etiam magnopere adiciendum putavi, quod vir quidam, haud[a] procul a confinio Remensis urbis habitans, desiderio religiosae mentis concoepit[b], ut basilicam in honore sancti Eligii in praedio suo aedificaret. Quam cum[c] consummasset[d], pignoribus sacris eiusdem confessoris decorari cupiens, ad municipium Noviomagense perrexit. Quo cum pervenisset, reliquias poposcit exposcitasque[e] impetravit; sed cum ab[f] oppido properare vellet, conveniens quidam clericus, stimulis cupiditatis agitatus, coepit eum violenter detinere, dicens non se permittere eum gratis cum reliquiis exire, nisi sibi aliquod[g] pro eisdem munus praeberet. Tunc praefatus vir, ut ex manibus eius citius evaderet, munusculum quoddam, quod ad praesens apud[h] se habere potuit[i], non sine merore eidem tribuit. At ille avidissime oblata praeripiens, sine aliqua tarditate intra gremium sibi abscondit. Nec mora, et inmisso divinitus igne, coepit subito pectus cum vestimentis eius vasto incendio conflagrare, ita ut protinus conpelleretur inmensis vocibus clamare, dicens: 'Parce, sancte[k] Eligi[l], quia[m] ego[n] miser numquam iam[o] deinceps tale quid[p] agere praesumam!' Mox autem circumstantes praepropere[q] ei vestimenta fumigantia auferunt munusque acceptum viatori restituunt; ipsum etiam paenitentem multaque deflentem ad confessoris tumbam reducunt, ubi oleo

Capp. 69—72. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 69. a) que *om.* 2*b.* 4. b) servis 4.

Cap. 70. a) LVIIII. 2*c.* b) Turonici 4. c) que *om.* 2*c.* d) cuperarique *pr. m.* 3. e) *ita* 4; *om. rell.* f) miratione 2*c.* g) aegit 3. h) vetigatus 2*b.*

Cap. 71. a) atte : reretur, *ras.* r 2*a.* b) horę 3. c) illudque 4.

Cap. 72. a) aud *pr. m.* 2*a.* b) *ita* 3. c) que *add.* 2*c.* d) sumasset *corr.* consumasset 2*a.* e) expositasque 2*a.* f) *m. posteriore suppl.* 2*a.* g) aliquid 4, *corr.* h) apud se *om.* 2*a.* i) poterat 3. k) sancti 2*c.* l) Eligii 2*a (pr. m.). c.* m) qua 2*c*, *pr. m. corr.* n) *bis scr., sed corr.* 4. o) iam deinceps *in litura* 2*a*; iam inceps 2*c.* p) quit *pr. m.* 2*a.* q) propere 3.

1) *Vestis villosa.*

delibutus[a], vix tandem sedato incendio a tormento est liberatus. Hoc autem idcirco evenisse non ambigo[b], ut per haec facilius obtundatur[c] immoque confundatur rapacitas cupiditasque similium, eorum dumtaxat qui non verentur[d] inportune, pecunia accepta, sanctorum pignora venundare. Cesset ergo, quaeso, 5 iam[e] hoc in omni loco contagium, ne[f] contingat a facientibus simile incurrere[g] incendium.

73. Adiciam quoque et illud, quod, viro devoto Fredegisilo presbitero[a] narrante, cognovi. Quidam enim, ut agebat[b], monachus a[c] Noviomo veniens reliquias beati Eligii secum detulit, quas nimirum, ut decebat, cum magna reverentia 10 basilicae indidit, atque post aliquot dies duo viri, unus caecus, alter vero clodus[d], fideliter illic excubantes, solo sancti interventu sanati sunt; nimirum caecus lumen, clodus gressum recipiens, post adeptam medelam regressi[e] sunt uterque ad loca propria. In alia nihilominus basilica, quae ad eius honorificentiam in regione Aquitanica[f] miro eligantique[g] opere fuerat aedificata, similiter vir quidam[h] pede 15 claudicans[i] medendi gratia advenerat; qui cum ex oleo quod ante venerandum altare consuevit ardere fuisset perunctus, nervorum vinculis resolutis[k], et ipse sanatus est. — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

75. Itemque frater quidam ex monachis beati Eligii quodam tempore podacrico in pede humore percussus decumbebat in lectulo[a], tumidus in tantum, ut 20 nullatenus sufferret pedem[b] suum in terram ponere. Is namque post tandem confidens de meritis confessoris, melotem beati Eligii, quod[c] pro magno munere apud se servabat, devotissime sibi inposuit atque ex eius ora[d] pedem tumidum et inmobilem mulcendo undique contetigit[e]. Post cuius videlicet adtactum, detumescente pede, gressum pristinum recepit et ita demum a praedicto podacrico 25 humore inlaesus[f] permansit, acsi numquam antea eum expertus fuisset. Iam vero in calce libri dignum putavi adiciendum illud quod ad eius lectum[g] declaratum fuit miraculum.

76. Cum vir beatus in Conpendio[a] villa regali frequentius esset solitus adventare, providerat sibi hospitium ultra fluvium Hysera[b, 1] in cuiusdam viri domi- 30 cilium[c] vocabulo Waldoleno[d]; quo videlicet in loco eundo plerumque vel redeundo consueverat divertere ad manendum. Postquam ergo migravit de mundo, praedictus hospes eius minime reverescens[e, 2] pontificis stratum, destruxit per incuriam lectulum, parvi pendens tanti[f] viri discubitum; spondam etiam lectuli, quam saepius triverant manus sancti, subpedaneum limitis[3] fecit seque[g] cum coniuge[h] 35 in eo loco quo vir beatus pausaverat sine ullo cunctamine collocavit. Et ecce!

II. Capp. 72. 73. 75. 76. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 72. a) delibitus 3. b) ambiguo *pr. m.* 2*a*. c) obtunda: tur, *ras.* n 3. d) venerentur 2*c*. e) in *add.* 3. f) ne: , *ras.* c 2*b*. g) incurre *pr. m.* 2*a*; *scr.* incurri?

Cap. 73. a) presbiteri 2*b*. b) *ita pr. m.* 2*a*; aiebat *rell.* c) *om.* 4. d) claudus 3. 4, 40 *ut infra.* e) regressus est 4. f) Equitanica 2*b*. g) *ita* 2*a. b. c.* h) quaedam 2*a*. i) ri *add.*, *sed eras.* 2*a*. k) resolutus 2*c*, *corr.*

Cap. 75. a) lecto 3. 4. b) pedum 2*b*. c) *ita* 2*b. c.* 3 *et pr. m.* 4; *corr.* quam 2*b*. 4 *et sic* (2*a*). d) hora 2*a*. 3. 4. e) contigit 4. f) perm. illesus 4. g) *in mg. suppl.* 4.

Cap. 76. a) Conpedio 2*a*, *corr.* b) Hysere 4. c) domicilio 4. d) Valdoleno 2*b*; Vaal- 45 doleno 2*c*; Waldoleni 4. e) revirescens 3. f) tandi 2*c*, *corr.* g) Sedquę 3, *corr.* h) (con *pr. m. superscr.*)iuge 3.

1) *Oise fl.* 2) *Pro* reverens. 3) *Forte* liminis. *Acherius. In antiquis mss. et editis libris saepe* limen *et* limes *inter se sunt confusa teste Forcellinio s. v. limen.*

ipsa nocte vehementi febre correptus, coepit protinus[a] taediare, tremere, sudare[a*] ac pallescere; pedes[b] quoque eius, qui lectuli calcaverant spondam, coeperunt[c] fortuitu condoleri[d] nimioque ardore fervoris adgravari, ita ut a gressu penitus conpelleretur arceri[e]. Cumque huiusmodi in[f] artuum torqueretur cruciatibus, iussum est coniugi eius in visu, ut amoverent[g] se uterque quantotius ab illo discubitu, spondam etiam, quam neglegenter proiecerant[h], in loco pristino restaurarent atque omnem[i] stratum, sicut fuerat, diligenti cura conponerent. Sed illa neglegenter visionem obliviscente, vir eius atrocius cruciatur dolore et sequenti nocte etiam ipse admonetur[k], quod nisi se cito a lecto submoveret, severius iam ex hoc corriperetur. Tunc ille post transactam visionem, moderata in se quantulumcumque febre, surrexit, ut valuit, festinus et spondam lectuli ilico recollegit[l]. Quam diligenter lotam in eo loco unde exierat restauravit lectumque[m], ut prius fuerat, circumquaque conposuit; sicque se deinceps a discubitu illo[n] removens, prioris facti cum multa satisfactione paenitentiam gessit atque ita demum sanitatem recipere meruit. Deinde iam, hoc miraculo latius crebrescente, coeperunt undique adventantes eo in loco munuscula inferre; coeperunt etiam illic virtutes crebrius declarari populique conventus frequens ibidem fieri. Quod factum cum magna admiratione cernens homo, relicta protinus domo, in alio se iuxta contulit tabernaculo[o] suumque diversorium hospicium perpetuum in aevo concessit Eligio. Et ecce! iam domo viri diruta, basilica ibi constructa, lecto[p] mirifice exornato, condignum in aeternum possidet Eligius hospicium; quem videlicet locum Clemens[1] pontifex Belloacensis[q] sub suo habet regimine et multa ibidem iugiter exercentur miracula, ex quibus nunc duo tantummodo brevitatis studio praepropere[r] commemorabo.

77[a]. Die igitur quadam duo reges germani, Hlotharius[b] scilicet et Teudericus[c, 2], egressi penes[d] palatium gratia illic orationis divertunt. Ubi oratione facta, cum redirent ad regiam, praevenientes eos quidam optimatum, dabant salubre[e] consilium, ut aliquid elemosinae ob sancti venerationem eidem loco tribuerent; sed rex senior in promptu contempnens neglexit hoc verbum, iunior vero, maiore[f] foris praegresso, solidos illic posuit cum voto ex[g] radianti[h] metallo. Deinde ab eo loco uterque properantes, cum ingressi fuissent palatium, coepit subito idem rex Lotharius infuso[i] corpore febri vehementer angeri, et conglobata[k] undique omni corporis ardore ac simul repente in capite defluente, coepit ardentissimo dolore dente ilico cruciari. Cumque noctem illam in maximis[l] transegisset angustiis, facto mane neglegentiam recordans hesterni diei, ad praesidium sancti

II. Capp. 76. 77. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4.

Cap. 76. a) *om.* 3. a*) suadere 2*b*. b) Pedesque eius *pr. m. corr.* Pedes quoque eius 2*a*. c) coeperant 2*c*, *corr.* d) condolere 4. e) artari 3. f) *ita pr. m.* 3; (in *om.*) artuum 4; in artuhum 2*c*; in artubum 2*a* (*pr. m.*). *b*. g) amoveret 4. h) proicerant 3. i) *ita rell.*; omne 4. k) admon:::: *pr. m.* 2*a*. l) recolligit 3. m) lectuque *pr. m.* 2*b*. n) ille 3, *corr.* o) tabernaculō (?) *m. al. corr.* tabernaculum 2*a*; tabernaculi *pr. m.* 2*b*. p) ibi *iteratum* 2*a*. q) Belloaccensis 3; Belvacensis 4. r) *ita* 4; perpropere *rell.*

Cap. 77. a) LXXV. 4, *et sic deinceps;* XXVI. 2*c*. b) *ita* 2*a*. *b*. *c*; Loth. 3. 4. c) *ita pr. m.* 2*a*; Theodericus *rell.* d) spanes 3. e) salubrae *pr. m.* 2*a*. f) maiore *bis scr., sed eras.* 3. g) e 2*b*. h) radienti *pr. m.* 3. i) infusa corpori febre 4. k) conglobato *e corr.* 4. l) maxillis 2*b*.

1) *Clemens Bellovacensis inter episcopos erat, quibus Drauscius episcopus Suessionum privilegium inscripsit a.* 667. *monasterio virginum Suessionico concessum; cf. Pardessus, Dipl. II, p.* 138. 2) *V. supra II,* 32.

confugit Eligii, et ubi pridie, fratre[a] largiente sua, nihil obtulerat sponte, ibi iam coactus, tantum ut mereretur medelam, multos ex publica moneta misit solidos per creditam personam. Et protinus cum donum[b] illic[c] elemosinae inlatum esset[d], confestim ab eo discedens dolor, sine ulla mora sanitatem recepit. — — — —

79. Multae et aliae[a] ibidem, iubente Domino, eius meritis operantur virtutes, inter quas[b] etiam et cecindillus[c], exundante ubertim oleo, superfunditur, ex quo sancto liquore multi illic peruncti a diversis sanantur incommodis et benedicentur[d] ibi iugiter[e] nomen Domini salvatoris. Haec omnia quidem in Conpendio[f] geruntur. Sed et[g] aliud[h] nihilominus eius lectum, quod situm est in monasterii[i] sui praedio[k], loco nuncupante Victuriaco[1], virtutes similiter declarantur et diversae sanitates[l] efficiuntur. Quae omnia ex ordine onerosum ducimus[m] verbis prosequere[n] et idcirco ea his paucissimis syllabis conpleximus[o], quia magnopere iam a locutione cessare festinamus.

80. Succurrunt hoc loco adhuc beati viri nonnulla miracula et diversis quidem in locis, sed praecipue[a] ad eius sacratissimum corpus declarata, quae si singillatim, ut gesta constant, nunc enodare conaverimus, et modum voluminis excedimus et pro ipsa forsitan prolixitate fastidium legentibus inrogamus[b]. Idcirco ergo ea quae actenus prosecuti sumus utpote sufficienter contenti simus[c]; pro illa[d] vero quae nos minus enarravimus palam omnibus fidem praestant cernentibus illa multimoda conpeditorum vincula, quae hodie ad eius tumbam in argumento rerum monstrantur adpensa. Ex quibus nos nimirum in hoc opere aut[e] paene pauca aut certe nulla commemoravimus[f], pro id[g] dumtaxat quod in praesentia omnium exposita, sicut nos totum, ita et omnes nosse[h] non ambigimus. Plurimae namque catenae, ut cunctis liquet, disruptae et conpedes[i] illic[k] monstrantur dissipatae, cippi[2] etiam fracti[l] et clodorum[m] bacterii in argumento ostenduntur. Daemonum vero expulsio et caecorum inluminatio solo sanguinis indicio declarantur in pavimento. Et haec quidem tam multa infra pauco[n] tempore constant gesta; illa vero quae deinceps[o] per prolixa temporum spatia sunt gerenda, quanta fiant et qualia, quis modo aestimatione conpraehendat, cum nusquam a praesulis[p] tumba hodieque cessent[q] fieri signa? Nam non, ut in[r] multis adsolet, declarata iam miracula umquam operari desistit, sed cotidie undique aegri veniunt et ibi excubantes sanantur: ferro[s] vincti confugiunt et solvuntur[s]; clodi carrucis advecti, consolidatis ibi gressibus, ad propria revertuntur; periuri veniunt et aut moriuntur aut daemonio vexantur; daemoniaci[t] veniunt et liberantur; caeci veniunt et in-

Hieron., V. Hilarionis c. 7. V. Remedii c. 3.

II. Capp. 77. 79. 80. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 77. a) fratrem 2*c et pr. m.* 2*a. b.* b) dominum *pr. m.* 3. c) illuc 3. d) esse *pr. m.* 2*b.*

Cap. 79. a) alia 2*c.* b) quae *V. Aridii c.* 61. c) *ita rell. cum V. Aridii;* cicindelus 3. d) *ita* 2*b. c et pr. m.* 2*a.* 3; benedicitur 4 *cum V. Aridii.* e) *ita codd. cum V. Aridii.* f) Comp. 3. g) *ita codd.; addas* ad; *cf. V. Aridii:* Sed et ad eius n. l. h) alius *m. al. corr.* alibi 2*a.* i) monasteri 2*c.* k) praedico *m. al. corr.* praedicto 3. l) sanitatis 2*c, corr.* m) duximus *V. Aridii.* n) *ita V. Aridii;* prosequi *codd.* o) compleximus *recte V. Aridii;* conplexi sumus *codd.*

Cap. 80. a) praecipu(e *in ras. maiore*) 3. b) irrogemus *V. Aridii c.* 62. *cum V. Remedii.* c) sumus 2*b et pr. m.* 2*a.* d) illis 4. e) aut 2*c.* f) commeravimus *pr. m.* 3. g) *ita V. Aridii;* eo *codd.* h) nos *pr. m.* 2*a.* i) compe(des *m. al. add.*) 3. k) ill. m. diss. *om.* 3. l) facti 2*c.* m) claud. 4, *ut infra.* n) *ita V. Aridii;* paucum tempus *codd.* o) inceps 2*c.* p) praesuris 2*c.* q) censent 2*b.* r) *om.* 3. s) ferro — solvuntur *om.* 3. t) demonici (veniunt *om.*) et 2*b.*

1) *Vitry-en-Artois (dép. Pas-de-Calais).* 2) *Instrumentum, quo reorum pedes constringuntur. Duc.*

luminantur. Multae etiam sanitates ex eo qui illic crescit olei liquore perficiuntur, ita ut quacumque quis teneatur infirmitate, cum ex eo perunctus fuerit, statim, fugiente tabo, incolomitatem pristinam, praestante Domino, recipere possit.

81. Sed quia, largiente Domino, digessimus[a] utcumque opus optatum, nunc lectorem quaesumus[b], ut vilitatem nostri sermonis non usquequaque dispiciat[c], quia et fortassis potuit eloquentius oratio promi, sed studiose valde ita stilum correximus, ut rem potius quam verba legentibus commendaremus; et maxime hoc opus coturno tumentis eloquii nullatenus inflari debuit, quod de tanti antestitis humilitate manavit. Me quoque devotum potius quam audacem fuisse praesens pagina ostendat, quia non praesumptione virium sarcinam tantae molis arripui, cum scirem indignum esse tam luculentae rei exiguum pusillumque fieri auctorem. Sed cum[1] sim debitor decem milium[d] talentorum, vel exiguum donum a quo accepi reddere festinavi, culpam scilicet silentii[e] metuens incurrere, si agnita miracula ut piger servus tacendo occulerem, atque id[f] ipsum parvi fomitis nutrimentum, quod in me potuit doni caelestis olei repperiri[f*], nefas esse putavi muti tenacitate silentii praeterire, ne unius talenti[g] creditam quantitatem[h] dum studerem[i] cautius custodire, culpam[k] defossae pecuniae non carerem. Idcirco ergo optimum fore putavi, ut ipsam talenti exiguitatem, quam ab omnipotente accepi, in laude sancti ad gloriam omnipotentis expenderem, et quod Dei munere sumpsi, Dei devotione consummarem, atque id quod ab eodem indignus accepi, eidem subiectus inpenderem. Quamvis etenim hunc beatum virum consultius mihi fuerit mirari quam loqui, tamen, ardore dilectionis actus, plus in illo quid velim quam in me quid possim consideravi. Unde nunc, quaeso, nemo de nobis[l] deroget, quod laudem nominis eius crebrius ingeminaverim, cum[m] scriptum sit: *Laudemus viros gloriosos.* Et[n] cum has easdem laudes flagrans amoris magnitudo exigeret, quia[o] re vera nec est iactantiae deputandum, sed[p] gratiae, quicquid non virtuti hominis adscribitur, sed de Dei munere praedicatur, Dei est, inquam, Dei omne, quod per eius famulos geritur, quoniam ex illo vitae fonte trahitur, quicquid inpraesentiarum hauritur. Porro nec[q] lectorem stili latioris copia fatigarem, conpendium facere volui, ut, subnexis capitulis, quod nosse quis velit, mox sine tarditate inveniret, nec non et illud utile ac salubre prospexi consilium, ut quaeque testimonia[2] vir sanctus divinae lectionis[r] praedicans memorabat, quaeque etiam equidem meminisse potui, velut praetiosas[s] adiciens[t] gemmas, opus patratum[u] solidarem atque exornarem. His itaque singulis ita dispositis, hunc librum contra omnes aemulatos[v] tuae, Christe, defensione[w] commendo tibique[x] devotionis meae supplex dicta committo[x]; tibi etiam inter haec et per haec omnia mea[y] lingua pio, ut valet, affectu reddit praeconium, qui contulisti praesidium, quo posset patrare opus optatum. Tibi ergo laus, tibi gloria, tibi honor, creatori et recreatori hominum Iesu Christo

[Marginalia: Sedulii ep. — Rufin., Hist. mon., prol. — cf. Matth. 18, 24. — Sedulii ep. — Eccli. 44, 1.]

II. Capp. 80. 81. 2*a. b. c.* 3. 4.

Cap. 81. a) dignissimus 2*b*. b) q̃s 2*b*. c) *ita* 2*a*; desp. *rell.* d) milia 3. e) silentium 3. f) ad 2*b*. f*) oleo permanere *Sedul.* g) talent(i *m. al. in litura*) 3. h) quantatem 2*c*. i) studi::::: *m. al. corr.* studuerim 3; niterer *supra p.* 664, 34; nitor *Sedul.* k) culpa 4. l) *m. al. (?) corr.* vobis 3; vel vo *m. al. superscr.* 2*a*. m) *m. al. in litura* 3. n) pręsertim *pro* Et cum *m. al. in ras.* 2*a*. o) Qui *corr.* Quia 3. p) sed gr. *bis scr.* 3. q) *m. al. corr.* ne 2*a*. 3, *et sic* 4; *cf. Scr. rer. Merov. II, p.* 567. r) *in litura* 3. s) preciosissimas 4. t) abitiens 3. u) *ita rell.;* paratum 2*a. c*. v) Hęmulatos xpe *m. al. corr.* ęmulos tuę xpe 2*a*; *corr.* aemulatores 3; emulos 4. w) *ita pr. m.* 2*a*; defensioni *rell.* x) tibique — committo *om.* 2*c*. y) mea|: l., *ras.* a (?) 3.

1) *Inde ex hoc vocabulo ad v.* 20. *epilogus cum praefatione, supra p.* 664, 31—38, *fere ad verbum convenit.* 2) *De his testimoniis, quae in codicibus desiderantur, v. supra p.* 654. *Laterculi capitum transpositi iam prologum subsequuntur.*

domino nostro, qui cum Deo patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT[a] VITA SANCTI ELIGII EPISCOPI[b] ET CONFESSORIS.

EPISTOLA[a] DADONIS AD RODOBERTUM.

5 DOMINO SANCTO ET A NOBIS IN CARITATIS VINCULO IUGITER AMPLECTENDO HRODOBERTO[b] PAPAE DADO SALUTEM.

Vitam[1] beati Eligii, quam nuper, frater karissime, descripsimus, per praesentem latorem strenuitati argutiaeque vestrae concertandam direximus. Quaesumus ergo, ut, sepositis paulolum curis exterioribus, studium illic adhibeas quantotius, et si 10 quid forte aut mea aut notariorum incuria[c] in verbis vel syllabis inconpositum aut minus aptum depraehenderis, iuxta prudentiam tibi conlatam studiose emendes nobisque demum emendata restaures.

Vale in Domino et noli, frater, differre quod quaeso.

RESCRIPTUM[a] AD DOMNUM DADONEM A RODOBERTO.

15 DOMINO VERE SANCTO, CULMINE APOSTOLICO SUBLIMATO MIHIQUE MODIS OMNIBUS VENERABILITER PRAEFERENDO, DOMNO ET PATRI DADONI PAPAE[b] HRODOBERTUS PECCATOR.

Decreveram quidem gratificae iussioni vestrae, venerabilis pater, obtemperare, nisi inperitiae meae prudentia vestra in dictandi studio tantopere obviasset. Totum 20 itaque volumen, quo vita sancti continetur Eligii, a summis ad ima usque sollerti, ut iusseras, cura quidem percurrens, nihil omnino quod adicere emendarique[c] deberem usquam potui repperire, sed magis potius quod admirarer, venerarem[d], praeferrem et praedicarem. Et, ut vere fatear, pinxisse mihi illic[e] videris sanctitatis tuae immoque beatissimi antestitis Eligii integerrimam formam, ita ut nihil 25 prorsus defuerit ex cunctis sancti virtutibus[f], quod non potentatu verborum per singula investigaveris, ventilaveris celsoque in sublime faro[2] sustuleris. Unde equidem, animo iam meo ex eius ubertate refoto, exemplaria[g] etiam integerrimi voluminis fratribus mihique confecto[h] totumque demum volumen inlibatum a[i] sanctitate vestrae remissum, orationum vestrarum supplex quaeso suffragium, domne 30 semper Dado.

II. Cap. 81. 2*a. b. c.* 3. 4. *Ep. et Rescr.* 2*a. c. d.* 4. 5.

Cap. 81. a) Explicit liber III. in vita sancti Eligii *subscr.* 2*b.* b) *ita* 4; e. et c. *om.* 2*c.* 3; et c. *om.* 2*a.*

Ep. a) *ita* 2*d.* 4; E. Audoeni ad R. 5; *praescriptionem om.* 2*a (ubi linea vacua relicta est). c;* 35 *epistulae desiderantur* 2*b.* 3. b) Rodob. 2*d.* 4. 5, *ut infra.* c) incura 2*a*, *corr.*

Rescr. a) *ita* 2*a. c.* 4; Rescr. Rodoberti ad Dadonem 2*d*; Epistola Rodoberti ad eundem Audoenum 5. b) papa 4. c) *m. al. corr.* emendareque 4. 5. d) venerarer 2*c. d.* 4. 5 *(ubi* rer *m. al. in litura).* e) *om.* 4. f) (virtutib *in ras.*)us 2*a.* g) exemplari(o *m. al. in litura*) 4. h) *expectes* confecta. i) *ita* 2*a*; a sanctitati v. 2*c*; ac sanctitati vestrae 2*d*; (a *om.*) sanctitati vestre 4. 5.

40 1) *Has epistulas genuinas esse supra p.* 650. *demonstravi. Chrodobertus eodem fere tempore alter Turonicae, alter Parisiacae sedi praeerat atque disceptatum est, utri hanc vitam Dado emendandam miserit. Certe altera quae superest epistula (MG. Ep. III, p.* 461*) Chrodoberti episcopi Turonici est neque Parisiaci atque fratres qui infra commemorantur celeberrimi S. Martini monasterii monachos existimem. V. supra p.* 651. 2) *Pharus pro candelabro accipitur;* 45 *cf. Forcellini h. v. Chrodobertus de loco scripturae sacrae Matth.* 5, 15. *cogitasse videtur.*

INCIPIT ALTERIUS MANU CONSCRIPTA VITA SANCTI ELIGII RETHORICE ATQUE COMMATICE[1] EXPOLITA LIB. III.

Innumeros homines sublimia facta ferentes,
et virtutes in tempora honos frequentat[a] longinqua:
cf. V. Elig., Prol. Quorum famam laudesque poete plectro ingeniis nectentes[b], 5
ficta mendacia diversis carminibus aptant. — — — — — — — — —
Regnum continuat aevis[c], nomine triplici texens,
omnibus perpetuis altis saecula saeclis[d]. Amen.

Satisfecisse me reor succincto carmine plectro;
plura nam referre gravor, necesse quoque nec opinor. 10
Haec pauca exametris reciprocare studui versiculis,
adludentibus digitis tanti amore antestitis.

Cur autem haec metrica voluerim immoque per pauca ratione conponere, non differam breviter explanare: ea itaque causa, quia multi sunt, quos studiorum saecularium disciplina per poeticas magis delicias[e] et carminum lenitates oblectat[f], 15 quam simplex quamvis luculenta historia trahat; et quod idemque[g], quod versuum viderint[h] blandimento mollitum, hoc nimirum intenta mente animoque defixo sepius avidiusque libentissime percurrunt[i]. Horum equidem studiis utcumque consulens, haec quae omnimodis simpliciter[k] atque prolixe digesta[l] a sancto viro Dadone episcopo habebantur, quantulumcumque altius breviter perplexa 20 repetivi, ne videlicet non haberent, quod in tanto volumine doctiores quique[m] delectabiliter sumerent. Sive[n] ergo vilius, seu quid nitidius exsequi[o] potui, decretum animo fuit, ut parcitatem ingenii[p], quam ab omnipotente accepi, in laudem (V. Eligii II, 81.) confessoris ad gloriam omnipotentis expenderem, ipso adiuvante, qui regnat in trinitate perfecta Deus per cuncta saecula saeculorum. Amen. 25

EXPLICIT[q] VITA SANCTI ELIGII EPISCOPI ET CONFESSORIS. AMEN.

III. 2*a. c. d.*

Liber III. a) *corr.* frequentant 2*a*, *et ita* 2*c. d.* b) *corr. e* noct. 2*c.* c) eius 2*d.* d) scta sctis 2*c. d.* e) dilicias 2*c.* f) oblectant 2*a (exp.* n*). c. d.* g) *ita* 2*a. c. d*; denique *apographon cod.* 30 *Rubeaevallis.* h) viderit 2*a*, *corr.* i) percuit' 2*d.* k) *inde ex hoc loco scriptura prior ex parte detrita vix discerni potest, quam m. s. XV. restauravit,* 2*a.* l) degesta 2*a.* m) qui : que, *ras.* c 2*c.* n) *ita* 2*c. d*; Quid 2*a* (?). o) exequi 2*a.* p) inienii 2*d.* q) *haec m. saec. XV. exarata versum unum occupant, sed alter quoque scripturae vestigia exhibet* 2*a*; Explicit *(ΗΧΠΛΥΚΥΘ ΦΗΛΥΚΥΘΗΡ, ΔΩ ΓΡΑΘΥΑC ΑΜΗΝ, i. e.* explicit feliciter, Deo gratias amen, *atramento pallidiore add.) subscr.* 2*c*; *subscr. om.* 2*d.* 35

1) *Commaticus est versificator, ut exponit Gloss. Isid. n.* 443. *Forcell.*

APPENDIX.

I.

ELIGII CHARTA CESSIONIS SOLEMNIACENSIS.

Antiqua monasterii Solemniacensis privilegia, quae Tillonis biographus adhuc viderat[1], *omnia iniuria temporum perierunt praeter unam Eligii chartam, qua fundum agri Solemniacensis munificentia Dagoberti regis sibi donatum ecclesiae illi vel congregationi a.* 632, *die* 22. *Novembris cessit, Rimaclo abbate tunc praesidente. Ipsam vero minime genuinam, sed omnino confictam esse contendit A. Malnory*[2], *cuius argumenta iam examinanda sunt.*

Synodus Suessionica[3] *a.* 866. *celebrata rogatu abbatis Solemniacensis priores tabulas Nortmannis infestantibus incendio concrematas monachis confirmavit. Quae? Primo testamentum sancti manu ipsius propria aliorumque episcoporum confirmatum, quo 'iure ecclesiastico necnon et hereditario' monasterium monachis Solemniacensibus ea condicione tradidit, ut 'sub tuitione atque quem trito sermone mundeburde vocant' Dagoberti regis successorumque eius nullo contradicente neque a quoquam infestati in facultatibus suis viverent. Deinde confirmatio Dagoberti regis, qua non solum ea quae ipse tradiderat monachis iam confirmavit, sed etiam quae a bonis hominibus collata possidebant. Ea quae Eligii testamento continebantur in charta quam habemus cessionis aut aliis verbis expressa aut omnino non leguntur neque ibi inter sanctos quibus monasterium dicatum erat nomina Crispini Crispinianique et Hilarii enumerantur. Ex actis igitur synodi illius colligitur monachos Solemniacenses post cessionem facto testamento ab Eligio heredes institutos esse neque cessionem pro ipso testamento haberi licet. Item confirmatio regis ad donationes et ipsius et bonorum hominum spectans diversa erat a charta illa, qua cessionem suam a rege confirmandam curaverat sanctus. Praeterea quod testamentum Eligianum una cum confirmatione regia incendio periit, id ad autographa sola referendum est neque inde colligere licet apographa nulla superfuisse. Immo contrarium ex ipsis actis synodalibus intellegitur, nam quonam modo nomina episcoporum qui subscripserant in ipso testamento relegi potuissent, id quod ibi dictum est, nisi exemplar ipsius monachis praesto fuisset?*

Ab aetatis Merowingicae consuetudine et loquendi more charta illa cessionis non adeo discrepare mihi videtur, sicut viro illi docto visum est. Reminisci autem oportet ipsam et ante formulas quas habemus editam esse et ad res spectare non adeo communes, ita ut quibuscum comparetur exempla nisi raro non occurrant. Inscripta est ecclesiae Solemniacensi, scilicet Rimaclo abbati cum fratribus, ideoque inter Solemniacenses abbatemque distinguere minime licet atque modo ad totam congregationem modo ad

1) *Mabillon, AA. SS. Saec. II, p.* 956 [2] *(c.* 3*).* 2) *V. supra p.* 637. 3) *Mansi, Coll. concil. XV, p.* 735*; cf. Werminghoff, 'N. Arch.' XXVI,* 637.

Rimaclum solum Eligius se convertere poterat. Accedit tertia ad Dagobertum regem allocutio, quae chartae illius auctori vitio data est. Attamen ne in hac quidem rhetorem se gessit, sed solam aevi sui consuetudinem secutus est; reges enim eo modo obsecrare tunc fas erat, ne voluntatem donatoris irritam fieri permitterent, id quod non solum ex Radegundis epistula[1] *ad episcopos missa, sed etiam ex ipsis formulis Marculfinis*[2] *colligitur. Numero singulari loco pluralis episcopus quoque utitur in adhortatione illa ad regem iuvenem aut Chlodoveum II. aut Sigibertum III.; eidem etiam superlativi familiares erant, veluti* piissime rex[3]. *Neque titulus quem in charta illa Eligius demissus ut erat sibi attribuit* servus omnium servorum Christi *ab ipsius consuetudine alienus erat, nam* servum servorum Dei *se ipsum in epistula genuina ad Desiderium appellavit*[4], *neque adeo exploratum mihi videtur esse illum solis episcopis olim reservatum esse, sicut hodie soli papae convenit, neque laico eodem uti licuisse, inprimis homini Dei, qualis conditor monasterii illius erat.*

Formulam cum chartis aevi Merowingici genuinis comparans A. Malnory multa vituperanda repperisse sibi visus est, etsi quam maxime dubito, quin eas quae vere comparandae erant tabulas adhibuerit aut certe noverit. Norma enim quam statuit saec. VIII. usitata fuisse videtur[5] *verbaque quae abundare credidit atque in cessione Eligiana leguntur charta Dagoberti Dionysiana a.* 629. *ex parte confirmantur*[6]. *Rimaclum primum monasterii Solemniacensis abbatem fuisse negavit, auctoribus posterioribus nimiam fidem attribuens, quodque abbatis Luxoviensis in Solemniacenses potestatem in dubium vocavit, inter coenobia tam longe a se distantia eiusmodi necessitudinem illo quidem tempore numquam intercessisse ratus, de institutis Scottorum interim fortasse melius instructus est.*

Rimacli autem abbatis historiam considerantibus nobis monasteriorum quibus postea praeerat in Arduenna silva constitutorum, scilicet Casecongiduni et Malmundarii seu Stabulai, in mentem venit, comparatisque chartis eorum cum Solemniacensi signa fidei emerserunt certissima, quae a falsario nullo excogitari poterant. Formula, qua auctor Solemniacensis de Rimaclo abbate monasterioque utitur: ubi et auspice Christo praeesse dinoscitur vir venerabilis Rimaclus abbas, *a chartis plerisque aevi Merowingici aliena videtur esse, in quibus in universum haec ita dicta sunt:* ubi N. abbas praeesse videtur. *Attamen elocutio* Christo auspice, *quae antiquitatem certe sapit, etiam in epistula episcoporum ad Radegundem*[7] *data deprehenditur, eaque ipsa in tribus chartis Arduennensibus eidem Rimaclo datis hoc modo adhibita est*[8]*:*

Casecong. et ibidem Christo auspice Remaglum abbatem constituimus,

Malmund. I. ubi Christo auspice Remaglus venerandus abba praeesse dinoscitur,

Malmund. II. ubi vir venerabilis Remaglus episcopus et abba Christo auspice praeesse videtur.

Atque non solum verba Christo auspice *in priore charta Malmundariensi redeunt, sed tota fere formula usque ad verbum* dinoscitur *ibi eadem est atque in Solemniacensi. Chartae quas attuli Arduennenses tres a Sigiberto rege datae sunt, sed adhuc propiore necessitudine cum Eligiana Grimoaldi ducis confirmatio*[9] *coniuncta est, quam Rimaclo monasteriisque Malmundario seu Stabulao concesserat:*

1) *Greg., H. Fr. IX,* 42. 2) *Marculfus II,* 1 *(ed. K. Zeumer p.* 73*).* 3) *MG. Ep. III, p.* 457, 22. *Cf. ib. p.* 195, 7. 24. 4) *Ib. p.* 206. 5) *Formulae ed. K. Zeumer I, p.* 476, *n.* 3. 6) *Scilicet* colonis, inquilinis, servis, ibidem, praesidio; *cf. editionem J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 265. 7) *Greg., H. Fr. IX,* 39. 8) *Pertz, Dipl. I, p.* 22 *sqq.* 9) *Ed. Pertz l. l. p.* 91.

Charta Eligii.	*Charta Grimoaldi.*
considerans molem peccaminum meorum,	Recogitans molem peccaminum meorum,
Si quis sane, quod fieri non credo, contra hanc cessionis meae munusculam, quae — — omnipotenti obtuli Deo, venire — — temptaverit,	Et si sane, quod fieri non credo, aliquis — — contra hanc firmationem de *(lege* firmationis mee*)* parva munuscula, quae in ara summi Dei omnipotentis offerre non dubito, venire temptaverit,
Facta cessione sub die.	Facta exemplaria sub die.

Etsi chartae Arduennenses, quod ad elocutionem pertinet, non omnino integrae ad nos pervenerunt, sicut concessimus *exhibent pro more sollemni* visi fuimus concessisse[1], *adhuc tamen tot Solemniacensi similia in eis reperiuntur, ut de huius fide dubitari nequeat. Vocabulum aevo illo parum usitatum, quod etiam in priore charta Malmundariensi*[2] *legitur,* munuscula *Eligius bis adhibuit*[3] *atque temporum notas idem eodem modo atque Grimoaldus per verbum* facta *expressit, quo chartas pagenses Marculfus quoque haud raro conclusit*[4]. *Privilegia ad Rimaclum abbatem spectantia et Solemniacense et Arduennensia tam arte inter se conveniunt, ut ab uno eodemque composita esse videantur, atque regia ex schedis monachorum pendere manifestum est. Cum autem Vincentius diaconus chartae Eligianae scriptorem se ipse nominaverit, eum Rimacli abbatis in Arduennam silvam profecti comitem fuisse conici licet. Ingressus* Legum latores *cum cessione quae inter formulas Turonenses extat convenit*[5], *aliique loci cum simili Marculfi formula II,* 4, *comparandi sunt.*

In tanta chartae Solemniacensis auctoritate textum editis emendatiorem proferre vehementer desideravi, utque vota solverim, humanitate virorum doctissimorum effectum est et Alfredi Leroux collegae Lemovicini et Henrici Lebègue Parisiensis, qui alter optimum codicem 1, *alter deteriores* 2*a. b contulerunt.*

1*) Codex archivi Lemovicini, 'fonds de Solignac', n.* 9116, *saec. XI.*

2*a) Codex Parisiensis n.* 9193 *(D. Col, 'Recueil sur le Limousin'* 1*), p.* 368, *ex archivo Solemniacensi descriptus.*

2*b) Codex Parisiensis n.* 12779, *antea Sangermanensis n.* 579, *fol.* 398—399, *inter diplomata monasteriorum Eligianum 'ex chartulario perantiquo monasterii Solemniacensis' a.* 1648. *depromptum exhibet.*

Textum ad praestantissimum codicem 1 *recensui, discrepantiam lectionum alterius classis apparatui attribuens, quippe quae sermone immutato a loquendi more aevi illius haud raro recedat.*

Codex qui Mabillonio[6] *praesto erat Solemniacensis inter libros* 1 *et* 2 *medium quendam cursum tenebat atque ipse codex* 1 *aut certe gemellus eius in Gallia christiana nova tom. II, instr. col.* 185, *adhibitus est. E contrario editores recentiores de Bréquigny et la Porte du Theil, Diplomata, chartae, epistolae et alia documenta*

1) *Cf. 'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXVI, p.* 173. 2) *Privilegium Sigiberti regis (ed. Pertz l. l. p.* 23, 13*)*: parva munuscula. 3) *Infra p.* 747, 8. 748, 15. 4) *Marculfus II,* 5: Facta precaria, *II,* 25: Facta cautione, *II,* 28: Facta obnoxiatione, *II,* 30: Facta epistola, *alia.* 5) *Formulae ed. K. Zeumer I, p.* 137. 6) *AA. SS. ord. S. Benedicti, Venetiis* 1733, *Saec. II, p.* 468. *Editio prior quae a Veneta locis nonnullis discrepare videtur penes nos minime erat.*

ad res Francicas spectantia, Parisiis 1791, *tom. I, p.* 137 (= *Pardessus II, p.* 11), *textum eo magis corrumpentes, exemplar pessimae notae a.* 1664. *descriptum simile* 2*a imprimendum curaverunt, optimas Mabillonii lectiones addentes uncinis inclusas.*

B. Kr.

In[a] nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

(1). Ego Eligius servus omnium[b] servorum Christi dominae[1] sacrosanctae aecclesiae, quam in honore[c] sanctorum Petri et Pauli apostolorum, Pancratii et Dionisii[d, 2] martirum[e] cum sociis suis, Martini[3], Medardi, Remigii[f] atque Germani confessorum in suburbio Lemovicensi intra[g] fundo agri Solemniacensis[h] Deo auctore construxi, ubi et auspice Christo praeesse dinoscitur[i] vir venerabilis Rimaclus[k] abbas cum reliquis fratribus.

(2). Legum latores[4] de singulis quibuscunque[a] rebus quid humana fragilitas custodiat expressius decreverunt; in cessionibus vero sola[b] tantum dixerunt professione sufficere. Ideoque et ego supplex vester, considerans molem peccaminum[c] meorum, ut merear ab ipsis[d] exui et a Domino sublevari, cedo vobis parva pro magnis, terrena pro caelestibus, temporalia pro aeternis, cessumque[e] esse volo ac de meo iure in vestro dominio transfundo, hoc est supradictum agrum Solemniacensem, qui mihi ex munificentia gloriosissimi et piissimi domini Dagoberti regis obvenit, cum aedificiis quae in ipso agro vel intra muros supradictae civitatis esse noscuntur, cum omnibus adiacentiis suis, cum mansionariis[f, 5], originariis[6], inquilinis ac servis vel acolanis[g] ibidem commorantibus, condaminis[h, 7], vineis, pratis[i], pascuis, silvis, arboribus pomiferis seu inpomiferis, aquis aquarumve ductibus, itibus[k] ac reditibus[l], cum speciebus vel omnibus rebus mobilibus et immobilibus, cum omni termino et integro suo statu, cum quadrupedibus omnibus et iumentis vel[m] peccoribus, cum omni superlectili[n] et presidio inexquisitae domus, sicut a me usque nunc possidetur, vel quicquid ad ipsum[o] agrum pertinere videtur, ut superius sum professus, meo exinde subtracto dominio, vestrae dominationi de praesenti cedo perpetualiter in Dei nomen[p] a vobis vel a[q] vestris successoribus in iam dicto monasterio habitantibus possidendum[r], exceptis libertis meis,

Capp. 1. 2. 1. 2*a. b.*

Cap. 1. a) *praescr.* Fundatio monasterii Solemniacensis 2*b*, Fundatio monasterii sancti Petri Solemniacensis ordinis S. Benedicti per S. Eligium postea Noviodunensem episcopum anno 641. 2*a*. b) *ita* 1. 2*a*; servorum o. 2*b*. c) honorem 2*a. b*. d) Dyonisii 2*b*. e) *ita* 1; *om.* 2*a. b*. f) Nevidii 2(*a*). *b*. g) *ita* 1; in terra et fundo 2*a. b*. h) Sollemn. 2*a*. i) disnoscitur 1; dignosc. 2*a. b*. k) Remaclius 2*a*; Remaldius *corr.* Remaclus 2*b*.

Cap. 2. a) quibusque (2*a. b*). b) *ita* 1; solam — professionem (2*a. b*). c) *ita* 1. 2*a cum charta Grimoaldi Malmundariensi (Pertz, Dipl. I, p.* 91*)*; peccatorum 2*b*. d) ipso (2*a. b*). e) que *om.* (2*a. b*). f) mancipiis fidelibus, coloniis *pro* mans. (2*a. b*). g) *ita* 1; ac colonis 2*a*; ac coloniis (2*b*). h) *ita* 1; cum dominiis (2*a. b*). i) patris 1, *corr.* k) *om., spatio vacuo relicto,* 2*b*. l) redditibus 2*a*. m) et 2*a*. n) *ita recte* 1 *cum testamento Grimonis*; supellectili 2*a. b*. o) ipsos agros (2*a. b*). p) *ita* 1; nomine (2*a. b*). q) *om.* (2*a. b*). r) possidendam *corr.* possidenda 2*b*, *et sic* 2*a*.

1) *Ita etiam a Marculfo II,* 1, *ecclesia appellatur.* 2) Crispini atque Crispiniani *add. acta conc. Suession. a.* 866 *(Mansi XV, p.* 735*)*. 3) Hilarii *add. ib.* 4) *Similiter in Formulis Turonensibus cessio incipit; Formulae ed. Zeumer I, p.* 137. 5) *Sunt iidem qui alias servi casati dicuntur; cf. G. Waitz, 'VG.' II,* 1, *p.* 224 [3]. 6) *Sunt coloni, qui ab ipsa origine condicione adstricti erant terrae colendae; cf. Forcellini h. v.; G. Waitz, 'VG.' II,* 1, *p.* 242 [3]. 7) *Condama idem videtur esse atque mansus, scilicet fundus cum certo agri modo; cf. Th. Mommsen, 'N. Arch.' XIV, p.* 498.

quibus per cartulam vel[a] denarium manum[b] misi, ut in[c] ingenuitate integra maneant et vestram tuitionem vel defensionem in omnibus habeant: ea tamen condicione interposita, ut vos vel successores vestri tramitem religionis sanctissimorum virorum Luxoviensis monasterii consequamini et regulam beatissimorum patrum Benedicti et Columbani firmiter teneatis, et[d] nullam potestatem nullumque ius episcopus vel quelibet alia persona in prefato monasterio neque in rebus neque in personis nisi tantum gloriosissimus princeps poenitus sit habiturus.

(3). Si quis sane[a], quod fieri non credo, contra hanc[b] cessionis meae munusculam, quae cessante[c] vi, dolo, sed propria voluntate et nullius cogentis imperio[c] pro felicitate[d] regum et animae meae remedio et pro exoranda populi pace et pro servorum Dei quiete omnipotenti obtuli[e] Deo[f, 1], venire aut in aliquo refragator esse temptaverit, vel repletus[g] spiritu inmundo, qui christianorum semper conatur convellere[h] facta, consilium dederit aut adminiculum[i] praebuerit vel quodcumque solatium[k] prestare nisus[l] fuerit, ut haec[m] devociones meae oblatio in aliquo, quod divina potentia non permittat, corrumpatur, veniat super eum[n] ira Dei omnipotentis et sicut Dathan[o] et Habiron[p] vivens in[q] infernum descendat et[r] deleatur de libro viventium et cum iustis non scribatur. *Sit*[s] *super eum peccator, et diabolus*[t] *stet ad*[u] *dextris eius. Cum iudicatur, exeat*[v] *condempnatus, et oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci et dignitatem eius accipiat alter. Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua. Commoti amoveantur*[w] *filii eius et mendicent*[x] *et eiciantur de*[y] *habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius, et diripiant*[z] *alieni*[a] *omnes labores eius. Non sit illi adiutor, nec*[b] *sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in exterminio, in una generatione deleatur*[c] *nomen eius*[2] *in conspectu Domini, et peccatum matris eius non deleatur. Fiat contra Dominum semper, ut*[d] *dispereat de terra memoria ipsius.* Et insuper inferat fisci iuribus auri libras X et argenti pondo viginti[e], stante nichilhominus[f] perpetim[g] huius cessionis meae decretum[h].

cf. Num. 16, 33.
cf. Ps. 68, 29. ib. 108, 6—15.

(4). Te vero, clementissime princeps, per regem regum exorare praesummo, qui omnia regna suo[a] pugillo constringit, ut hanc voluntatis meae cessionem numquam paciaris in aliquo refragari. Simili modo te, beatissime pater Rimacle[b] abba, tuosque successores vel subiectos post[c] te per individuae trinitatis maiestatem obtestor et per illam innumerabilem[d] omnium[e] sanctorum, angelorum, archange-

Capp. 2—4. 1. 2*a. b.*

Cap. 2. a) (vel *om.*) dignarum (2*a. b*). b) manuum *corr.* manum 2*b*. c) *om.* 2*a*. d) *om.* (2*a. b*),

Cap. 3. a) hanc 2*a*. b) haec (*corr.* hanc) — munuscula[m?] 1; hoc c. m. munusculum, quod (2*a. b*). c) cessante — imperio *om.* (2*a. b*), *sed v. n.* f. d) faelicitate 2*b*. e) obtulit 2*a*. f) doloso *add.* 2*a*; dolose seu propria voluntate aut cuiusvis gentis (*lege* cogentis) imperio cessante dolo *supra omissa hic supplevit* 2*b*. g) replectus 2*a*. h) *ita* 1; connellere 2*b*; evellere 2*a*. i) admiculum 2*a*. k) solamen *m. al. ut videtur postea suppl.* 2*b*. l) visus (2*a. b*). m) et devotionis (2*a. b*). n) cum 2*a*. o) *ita codd.* p) *ita* 1; Abiron (2*a. b*). q) (in *om.*) infernum (*corr. ex* inferinum) 2*a*. r) *om.* 2*a. b*. s) que *add.* (2*a. b*). t) stet d. 2*b*, *corr.* u) *ita* 1; a 2*a. b*. v) exat 2*a*. w) ammoveantur 1; amoneantur *vel* amoveantur 2*b*. x) mediunt 2*a*. y) *om* 2*a*. z) diripiat 2*b*. a) *ita* 1 *cum Vulg.*; *om.* (2*a. b*). b) vel 2*b*. c) delatur *pr. m.* 2*a*. d) et *Vulg.* e) vigenti 2*a. b*. f) *ita* 1. g) in perpetuum (2*a. b*). h) *ita* 1; decreto (2*a. b*).

Cap. 4. a) sua 2*b*. b) Rimcale 1; Remacle 2*a. b*. c) postulo per (2*a. b*). d) immarcessibilem (2*a*). e) s. o. 2*b*.

1) *Ex charta, quam Grimoaldus dux eidem Rimaclo episcopo atque congregationi monachorum Malmundariensi seu Stabulensi c. a.* 659. *dedit, colligitur optimum codicem* 1 *integrum esse neque quicquam desiderari; v. supra p.* 745. 2) *Vulg. add.*: In memoriam redeat iniquitas patrum eius.

lorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martirum et confessorum catervam exoro, ut regulam supradictorum patrum, quam in sepe memorato monasterio Luxoviense[a] tenent, omni[b] custodia teneatis et vigilias atque obsecrationes ad placandam iram furoris Domini assiduae[c] impendatis[d]. Quod si, aliqua tepiditate faciente seu subiectorum tumore impediente, a te vel a successoribus tuis sepe 5 memorata regula fuerit dempta aut[e] in aliquo pretermissa et ferventer[f] pro Dei timore a vobis non fuerit adimpleta, licentiam habeat Luxoviensis abbas, qui tunc temporis fuerit, et[g] ex quorum regula tu nobis complacens in[h] hoc monasterio aliis[i] es prelatus, negligentem quem viderit seu abbatem sive[k] subiectum de hoc monasterio quod constitui, benigno[l] animo castigare, ut continuo correptus[m] talis 10 inveniatur, qui pro felicitate et gloria principis et absolutione scelerum meorum Domini indesinenter[n] valeat exorare misericordiam[o]: sic tamen, ut nulla deminutio[p] in rebus vel facultatula[q] ipsa, preter quod super[r] habetur insertum, a sepe memorato principe[s] ullo umquam tempore inferatur[t].

(5). Et quia, ut superius sum pollicitus[a], munuscula ipsa ex largitate christia- 15 nissimi et piissimi domni[b] Dagoberti regis videor habere et possidere, ideo ut perpetuum in Dei nomen[c] ipsa cessionis meae aepistola sorciatur effectum, prefato principi obtuli confirmandam, cuius pietas[d] de presenti sacratissima manu sua roboratam promulgavit auctoritatem. In qua cessionis meae cartulam[e], stipulatione et sponsione[f] subnixa, infra manu propria subscripsi, et qui[g] pro testimonio sub- 20 scriberent, de presenti rogavi.

Facta cessione[h] sub die decimo[i] Kl. Decembris* anno decimo regni glorio- sissimi[k] domni[l] nostri[m] Dagoberti regis feliciter. (632, Nov. 22.)

In Christi nomine Eligius[n] servus servorum Dei cessione[o] a me facta relegi et subscripsi. 25

+[p]. In Dei nomine ego Adeodatus[1] episcopus, rogante homine Dei, filio meo domno Eligio[q], hanc cessione[r] subscripsi.

☧[s]. In Christi nomine Medegisolus[t, 2] episcopus subscripsi.

Chanovaldus[u, 3] episcopus, rogatus ab Eligio, hanc cessione[v] sua carthola subscripsi. 30

*) anno Christi sexcentesimo quadragesimo primo *add.* 2*a*.

Capp. 4. 5. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 4. a) Luxoviensi 2*b*. b) *ita codd.* c) *ita* 1; assidue 2*a*. *b*. d) intendatis (2*a*. *b*). e) vel 2*a*. f) ferventur 2*a*. g) *om.* 2*a*. h) in hoc m. *om.* 2*a*. i) aliisque est 2*b*. k) seu 2*a*. *b*. l) bono 2*a*. m) *ita* 1; correctus (2*a*. *b*). n) v. i. 2*b*. o) clementiam 2*b*. p) *ita* 1; dim. (2*a*. *b*). 35 q) *ita* 1; facultate ipsa (2*a*. *b*). r) supra (2*a*). s) abbate Luxoviense (Luxoviensi 2*a*) *pro* pr. 2*a*. *b*. t) inseratur 2*b*.

Cap. 5. a) pollicetus 2*a*. b) *ita* 1; domini (2*a*. *b*). c) *ita* 1; nomine (2*a*. *b*). d) et *pro* p. (2*a*. *b*). e) chartula 2*a*. *b*. f) sponsiones *pr. m.* 1. g) in testimonium subscribi *pro verbis* qui pro t. subscr. (2*a*. *b*). h) cessio (2*a*. *b*). i) decima 2*a*; duodecima (2*b*). k) gloriae 1. 40 l) domini (2*a*. *b*). m) *om.* 2*a*. n) Elegius 1. o) cessionem a me factam (2*a*. *b*). p) *ita* 1; LL + 2*a*; *crucem om.* (2*b*). q) *ita* 2*b*; Elegio 1. 2*a*. r) cessionem (2*a*. *b*). s) *chrismon om.* (2*a*. *b*). t) *ita* 1. 2*b*; Madegisolus, *om.* ep. 2*a*. u) Ehanovaldus 1; Chanoaldus 2*a*; Cauoaldus 2*b*. v) *ita* 1; cessionem cum sua c(h)artula 2*a*. *b*.

1) *Matisconensis; v. supra II,* 2. 2) *Medigisilus episcopus Turonicus concilio Clippia-* 45 *censi a.* 626/7. *(Conc. ed. Maassen I, p.* 201*) intererat atque chartae Burgundofaronis Resba- censi a.* 637/8. *subscripsit (Pardessus II, p.* 41*).* 3) *Laudunensis; v. supra p.* 25. 85.

Maurinus[a. 1] episcopus, rogatus ab Eligio, hanc cessione[b] sua carthola subscripsi.
Deotemus[c. 2] peccator, rogante[d] a[e] suprascripto[f], subscripsi.
Salapius[g. 3] peccator, rogatus a suprascripto[h], subscripsi.
In Christi nomen[h*] Lupus[4] acsi[i] indignus episcopus rogatus hanc epistolam subscripsi[k].
Hildegarius[l. 5] peccator subscripsi.
Arogetualis[m. 6] Eligio[n] pro testimonio subscripsi.
Chramnolenus[o. 7] pro testimonio subscripsi.
Gundoenus[p. 8] subscripsi.
Chramnoaldus[q] pro testimonio subscripsi.
Agorichius hanc epistolam sub.[r]
Sign[um] ⊕ [viro] inl[ustri] Childeramno[s] sen.[t]
Baso[u], rogatus a supradicto fratre meo Eligio, subscripsi.
Ansoaldus[v] subscripsi[w].
Dado rogatus a suprascripto[x] subscripsi[y].
Rado[z] rogatus a suprascripto[a] pro [testimonio subscripsi].
Bobobertus subscripsi.
Baso[b] subscripsi.
Bobo[c] rogatus pro testimonio subscripsi.
Vincencius[d] minimus omnium levitarum Christi, rogatus a filio Eligio, hanc cessionis carthola[e] scripsi et subscripsi.

II.

PRAEDICATIO ELIGII DE SUPREMO IUDICIO.

Praeruptos superavimus montes metamque suam tetigit volumen iam nimium extensum, utque finem capiat faustum felicemque, genuinae Eligii praedicationis reliquias addere libet e duobus codicibus nunc demum erutas. Cento ille, qui c. 16. *libri alterius*

Cap. 5. 1. 2*a. b.*

Cap. 5. a) *Maurini subscriptionem post Salapi collocat* 2*a; eandem om.* 2*b.* b) *ita* 1; cessionis suae chartulam 2*a.* c) *Deotemi subscriptionem post Salapi in marg. suppl.* 2*b*; Deotemius 2*b*; Deotenius 2*a.* d) *ita* 1; rogatus (2*a. b*). e) *superscr.* 1. f) supradicto (Eligio *add.* 2*b*) 2*a. b.* g) Galapius 2*a*; Galopius 2*b.* h) supradicto 2*a. b (ante correctionem)*; Eligio *add.* 2*b.* h*) nomine (2*a. b*). i) etsi 2*b.* k) *notam* ϑ *add.* 2*a.* l) Ildegarius (2*a. b*). m) *ita* 1; Arogectualis (2*a. b*). n) Elegio 2*b.* o) *ita* 1; Crannolinus 2*a*; Craunolinus 2*b.* p) Agoricius *pro* G. 2*a. b*; *hanc subscr. superscr.* 2*b.* q) Crannovaldus 2*a*; Cranvolius 2*b.* r) *ita coni. Levison (cf. chartam Chlodovei II, Havet, 'Oeuvres' I, p.* 240*); habent ante signum* subsignavi 1, subscripsi 2*a. b, post illud* et inl ..... 1, et culs 2*a*, cul's 2*b.* s) *ita* 1; Childerannio (2*a. b*). t) seu 2*a. b.* u) Boso 2*a.* v) *Ansoaldi subscriptionem post Dadonis collocat* 2*a.* w) 8 *add.* 2*a.* x) a supra scripsi 1; a supradicto subscripsi 2*a. b.* y) V. *add.* 2*b.* z) Rabo 2*a.* a) *ita scripsi;* a supra scripsi pro. Bobobertus subscripsi 1; a supradicto subscripsi. Probobertus (Probabobertus 2*a*) s. 2*a. b.* b) Raso 2*a*; Iaso 2*b.* c) Rabbo 2*a*; Rabo 2*b.* d) Vicentius 2*a.* e) *ita* 1; c(h)artulam 2*a. b.*

1) *Bellovacensis subscripsit chartis et Burgundofaronis quam dixi et Emmonis episcopi Senonici a.* 660 *(Pardessus II, p.* 114*).* 2) *Episcopus ignotae sedis.* 3) *Sallappius episcopus ecclesiae Namneticae ad concilium Cabillonense c. a.* 644. *archidiaconum suum delegavit (Conc. ed. Maassen I, p.* 213*).* 4) *Lemovicinus; v. supra p.* 637. 5) *Childegarius episcopus Senonicus chartae Burgundofaronis subscripsit.* 6) *Locus corruptus fortasse ita restituendus est:* Arnvalis rogatus ab Eligio. *Arnvalis socio cuidam Kiliani martyris nomen erat.* 7) *Procul dubio dux Vesontionensis, de quo v. V. Columb. I,* 14. 8) *Cum Gundoino abbates Luxovienses congressi sunt, scilicet cum patre Sadalbergae Eustasius (V. Columb. II,* 8*), cum duce Waldebertus (V. Germani Grandivall. c.* 7*).*

V. Eligii occupat, totam fere Caesarii episcopi Arelatensis doctrinam, de qua alibi disserui[1], *continet ipsius auctoris verbis plerumque expositam atque probe dubitari poterat, utri haec attribuenda essent, Eligione an biographo. Nunc vero Eligii nomine praescripto ea ipsa praedicatio emersit edita multo brevior, continens scilicet, mediis praetermissis, initii particulas finemque tantum, atque utroque textu inter se comparato vix dubitandum est, quin ipso biographi fonte potiti simus. Initium finemque capitis* 16. *arte inter se cohaerere negari nequit. Exorsus est praedicator a tremendo Dei iudicio et a desiderando caelesti praemio, ad quod plebem sibi commissam excitare voluit, atque perorans ad ignem aeternum regressus est, discrimen inter miseros illos, qui suppliciis inferni per tot milia annorum cruciandi essent, vitamque aeternam iustorum tanto ardore describens, ut fine mundi appropinquante paenitentia sane acceleranda esset. Alter autem codex initio cum vita paulo longius convenit, addens opera christiana, eleemosynas, decimas, omittens vero paganorum quas supra edidi sacrilegas consuetudines, neque negem vel ea quae interiacent atque in utroque desiderantur Eligiana esse, sed difficile creditu est haec omnia ab auctore ipso in unam solam praedicationem redactam esse, multoque magis mihi persuasum est complures olim extitisse Eligii sermones a biographo consutos. Capiti* 7. *lemma* Item unde supra *in A* 2 *praescriptum est.*

A 1) *Codex* *Sangallensis* *n.* 194, *saec. VIII. ex., formae octavae, p.* 204—212, *c.* 1—3. *et* 10—20. *continet.*

A 2) *Codex* *Parisiensis*, *'Nouv. acq. lat.' n.* 447 *(Libri n.* 67*), saec. IX, fol.* 115', *c.* 1—9. *exhibet absque auctoris nomine*[2].

Capita igitur 4—9. *solus codex A* 2, *c.* 10—20. *solus A* 1 *servavit. Textus V. Eligii multis locis ad utrumque emendari poterat, multaque verba a biographo omissa nunc demum ex utroque aut alterutro suo loco restituenda erant*[3]. *Prisca sermonis barbarie vetustior codex A* 1 *magis infuscatus est quam A* 2. *Librarius autem A* 1 *non adeo accurate munere suo functus multa praetermisit, quae desiderari non possunt, et per homoeoteleuton et aliter, eaque non solum in vita sed etiam ex parte (cf. c.* 2*) in A* 2 *leguntur. Vitae igitur codicibus quos littera B distinxi carere non possumus neque vero singulorum lectionibus variantibus opus erat nisi raro, cum pro uno solo exemplari habendi sint. Meliora vitae exemplaria olim extitisse ex libro priore intellegitur, cui recensendo codices* 1 *subsidio erant, itemque homilia II,* 16. *ex codice praestantiore seorsum descripta adhuc extat in*

X) Codice *Parisiensi*[4], *'Nouv. acq. lat.' n.* 450 *(Libri n.* 69*), saec. IX/X, fol.* 25'.

Is textum B plenum continet iisdem hiatibus destitutum, sed egregias lectiones nonnullas servavit, quae in codicibus quibus usi sumus B non leguntur:

c. 3. enim] *X cum A* 2*;* vero *B cum Sangerm.;*
c. 5. ex ipsis] *X cum A* 2*; haec om. B cum Sangerm.;*
p. 706, 7 cancellos] *X cum cod. Sangerm.;* cellos *B.*

Uno igitur loco cum codice Sangermanensi convenit, qui item homiliam exhibet ex vita depromptam, sed alibi eum longe superat.

Cum de condicione codicum A 2 *et X in ambiguo versaremur, Henricus Lebègue vir doctissimus iterum officiosissime nobis subvenit, cumque locis singulis inspectis res decidi non posset, omnia quae edidimus cum utroque contulit collataque mox denuo percucurrit, id quod grata beneficii memoria reminisci oportet.*

B. Kr.

1) *Scr. rer. Meroving. III, p.* 446. 2) *Cf. L. Delisle, 'Catalogue des manuscrits du fonds Libri et Barrois', Parisiis* 1888, *p.* 36. 3) *V. supra p.* 653. 4) *L. Delisle l. l. p.* 39*; v. supra p.* 652. 705, *n.* 1.

INCIPIT PREDICACIO SANCTI ELIGI EPISCOPI[a].

(1[b]). Rogo vos, fratres karissimi, et cum grande humilitate ammonio, ut intentis animis auscultare[c] iubeatis, que vobis pro salute[d] vestra suggerere volo. Omnipotens etenim[e] scit Dominus, quod[f] prumpta erga vos caritate ista[g] vobis pro[h] vestram salutem 5 profero; quae[i] si non fecero[k], procul dubio reus debiti tenebor. Vos ergo non pro mea parvitate, sed pro vestra[l] que dico salute libenter suscipite, ita dumtaxat ut que aure percipitis opere conpleatis, ut ego[m] et de meo obsequio et de vestro profecto merear vobiscum gaudire in celeste[n] regno. Si[o] cui forte displicio[n], quod tam frequenter vobis predicare contendo, rogo, non mihi molestus exsistat, sed magis periculum meum con- 10 sideret et audiat Dominum per prophetam terribiliter sacerdoti comminantem[p]: *Si non adnunciaveris,* inquid, *iniquo iniquitatem suam, ipse quidem*[q] *in*[r] *iniquitate sua morietur; sanguinem autem eius de manu tua requeram. Quod si adnunciaveris*[s] *impio, et ille non fuerit conversus a pravitate sua, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem liberasti*[t] *animam tuam;* et illud: *Clama*[u] *ne cessis, quasi*[v] *tuba exalta vocem tuam*[v] *et adnuncia populo meo* 15 *peccata eorum.* Considerate ergo, fratres, quia oportit me sine cessacione vestrus animus ad tremendum Dei iudicium et ad desiderandum celeste premium excitare, ut vobiscum pariter merear in angelorum consorcio perpetua pace gaudire[w]; ideoque rogo[x], ut diem iudicii semper pertimiscatis, diem mortis suspectum cotidie ante oculos habeatis.

Ezech. 33, 8.

Is. 58, 1.

(2). Considerate, quales eritis presentandi purissimis[a] angelorum conspectibus, vel 20 qualem[b] pro meritis vicessitudinem recepturi, si[c] poteritis in illo die inlibatum referre, quod in baptismum[d] promisistis. Mementote, quia tunc pactum cum Deo fecistis atque abrenuntiare vos diabolo et omnibus operibus eius in ipso baptismo[e] promisistis. Qui potuit, tunc ipse per se et pro se haec respondit; qui vero non potuit, fideiussor pro eo ad eius vicem ista Deo promisit, ille scilicet qui eum de sacro fonte suscepit. Considerate ergo, 25 quale pactum cum Deo fecistis, et requirite apud vos ipsos, si post ista[f] promissione opera maligni diaboli, cui renuntiaratis[g], secuti[h] estis. Abrenuntiastis enim diabolo et omnibus pompis et operibus eius, id est idolis, sortibus, auguriis, furtis, fraudibus, fornicationibus, ebrietatibus[i] et mendaciis. Haec sunt vero opera et pompae eius. Promisistis e[k] contra credere vos in Deum patrem omnipotentem et in Iesum [Christum[l]], 30 filium eius, unicum dominum nostrum, conceptum de Spiritu sancto, natum ex Maria virgine, passum sub Pontio Pilato, tertia die resurrexisse[m] a mortuis, ascendisse in celis, atque[n] inde venturum iudicare vivos et mortuos[n]. Promisistis deinde credere vos et in Spiritum[o] sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, carnis re-

Capp. 1. 2. *A* 1 *(ad l.* 20*)*. 2. *B. X.*

35 *Cap.* 1. a) *ita A* 1; *praescr.* In nom̄ Christi incipit predic̄ ad populum *A* 2; Incipit homelia sancti Eligii episcopi *X.* b) *capita ipse distinxi.* c) aus | tare *A* 1. d) v. s. *A* 1. e) *ita A* 1. 2; enim *B. X.* f) *om. A* 1. g) istam *A* 1. h) *ita A* 1; ob v. profero s. *A* 2; pro v. s. *om. B. X.* i) quia *A* 1. k) fecere *A* 1. l) *superscr. A* 1. m) *ita A* 1. 2; et ego *B. X.* n) *ita A* 1. 2. o) sicuti f. *A* 1. p) comminante *A* 2. q) *ita recte A* 1. 2 *(cf. v.* 13*); om. B. X cum Vulg.* r) im *A* 2. 40 s) adnuncioaveris *A* 1. t) *ita A* 1. 2; a. t. l. *B. X cum Vulg.* u) Clame *A* 1. v) *ita A* 1. 2; quasi — tuam *om. B. X.* w) *ita pr. m. A* 1. x) ergo *A* 2.

Cap. 2. a) *ita A* 1. 2; (pur. *om.*) c. a. *B. X.* b) qualis *A* 1. c) si — memoria *(p.* 752, 4*) om. A* 1 *(habent A* 2. *B. X).* d) *ita B* 2*a. c.* 3. *X*; baptismo *A* 2. *B* 4. e) *ita A* 2. *B* 2*a. X*; baptismi *B* 2*c.* 3 *(pr. m.).* 4; sacramento *add. solus B* 4. f) *ita A* 2; ipsam promissionem *B. X.* g) *ita B* 2*c*; 45 renuntiaveratis *A* 2; renuntiaretis *B* 2*a (pr. m.). b*; renuntiar : tis *pr. m. X*; renuntia:: tis *pr. m. B* 3; *m. al. corr.* renuntiastis *B* 3. *X*; renunciastis *B* 4. h) securi *pr. m. A* 2. i) aebr. *X, constanter.* k) et c. *X.* l) *om. A* 2. m) *ita A* 2. *X;* resurrexit *B* 2*a*; surrexisse *rell.* n) *ita solus A* 2; atque — mortuos *om. B. X.* o) s. S. *X.*

surrectionem[a], vitam aeternam. Haec procul dubio cautio et confessio vestra[1], quae[b] tunc promisistis, semper apud Deum tenetur.

(3). Quapropter vos, karissimi, moneo, ut ista confessio vel promissio vestra semper in vestra teneatur memoria, et hoc quod christiani vocamini, non ad iudicium vobis sit, sed pocius ad remedium[a]. Nam ideo christiani facti estis, ut semper opera christiana[b] faciatis, id est ut[c] castitatem ametis, luxoriam fugiatis[d], ebrietatem caveatis, humilitatem teneatis, superbiam detestetis[e], quia dominus Christus[f] humilitatem[g] et ostendit exemplis et docuit verbis, dicens: *Discite a me, quia mites[h] sum et humiles[h] corde, et invenietis requiem animabus vestris.* Invidiam etiam respuatis, caritatem in[i] invicem habeatis et semper de futuro seculo et de eterna[k] beatitudine cogitetis ac plus pro anima quam pro corpore laboretis, quia caro pauco tempore erit in hoc mundo, anima vero, si bene agitis[l], sine fine regnabit in celo; aut[m] si male egeritis[n], sine misericordia ardebitis in inferno[o]: qui enim[p] non cogitat nisi de ista tantomodo[q] vita, animalibus et bestiis similis[r] est.

Matth. 11, 29.

(4). Non[2] ergo vobis sufficit, karissimi, quod christianum nomen accepistis, si opera christiana non facitis. Illi enim prodest, quod christianus vocatur, qui semper Christi praecepta et mente retinet et opere[a] perficit; qui furtum scilicet[b] non facit, qui falsum testimonium non dicit, qui nec mentitur nec periurat, qui adulterium non committit[3], qui nullum hominem odit[c], sed omnes sicut semet ipsum diligit, qui inimicis suis malum pro[d] malo non reddit, sed magis pro ipsis orat, qui lites non concitat, sed etiam[e] discordes ad concordiam revocat. Haec enim praecepta ipse dominus[f] Christus per semet ipsum dignatus est in euangeliis tradere, dicens: *Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, non periurabis;* et: *Fraudem ne[g] feceris. Honora patrem tuum et matrem;* et: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum;* et: *Quaecumque[h] vultis ut faciant vobis homines, et vos facite eis. Haec est enim lex et prophetae[i].* Et adhuc his maiora, sed valde fortia atque fructifera dedit mandata, dicens: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos et orate pro persequentibus et calumniantibus[k] vos.* Ecce! forte mandatum et videtur hominibus durum, sed magnum habet praemium: audite quale: *ut sitis,* inquid, *filii patris vestri, qui in caelis est.* O quanta gratia! Per[l] nos servi digni non sumus et per inimicorum dilectionem filii Dei efficimur. Ideo ergo fratres et amicos diligite in Deum et inimicos diligite propter Deum: *Qui enim diligit,* sicut dicit apostolus, *legem inplevit.*

ib. 19, 18. Levit. 19, 12. Marc. 10, 19. Matth. 19, 19. ib. 7, 12. ib. 5, 44. ib. v. 45. Rom. 13, 8.

Capp. 2—4. *A* 1 *(l.* 4—13*)*. 2. *B. X.*

Cap. 2. a) *ita A* 2. *B* 3; et *add. rell.* b) *ita A* 2; quam *B. X.*

Cap. 3. a) r. anime. Ideo *A* 1. b) *ita A* 1. *X*; Christi *A* 2. *B* 4 *et e corr. B* 3; christiani *B* 2*a. c et pr. m. B* 3. c) *om. A* 1. d) *ita A* 1. 2; l. et ebr. f. (*om.* cav.) *B. X.* e) *ita A* 1. 2; detestemini *B. X.* f) Iesus *A* 1. g) humiliantem *A* 1. h) *ita pr. m. A* 1. i) *ita A* 1. 2; *om. B. X.* k) aeterne *A* 2. l) *ita A* 1. 2; agit *B. X.* m) *ita A* 1. 2; at *B* 2*a. X*; Ad *corr.* At *B* 2*c*; Ac *B* 3. n) *ita A* 1; egeritis — ardebit *A* 2; egerit — ardebit *B. X.* o) *desinit A* 1, *rediens infra c.* 10. p) *ita A* 2. *X*; vero *B.* q) *ita A* 2; tantummodo *rell.* r) factus *add. edd.*

Cap. 4. a) opera *A* 2. b) *om. A* 2. c) hodit *pr. m. X.* d) *ita A* 2; pro m. *om. B. X.* e) *ita A* 2; *om. B. X.* f) *post* dominus *vocabulum eras. X.* g) non *B* 4. h) *ita B* 4 *cum Vulg.*; quaecunque *A* 2; quodcumque *rell.* i) propheta, *omissis verbis* Et adhuc — m. dicens *A* 2. k) calumnientibus *pr. m. A* 2. l) Per nos *om. A* 2.

1) *De symbolo Eligiano v. supra p.* 652. 2) *Haec cum Caesarii sermone n.* 266 *(Migne XXXIX, col.* 2241*) conveniunt.* 3) *Sequuntur in Caesarii sermone n.* 266. *verba:* qui ad eccl. frequentius v. *(p.* 753, 7*)*.

(5). Nam qui verus christianus vult esse, haec ei necesse est praecepta custodire; si enim non custodit, ipse se circumvenit. Ille itaque[a] bonus christianus est, qui nulla filacteria vel adinventiones diaboli credit, sed omnem spem suam in solo Christo ponit; qui peregrinos tamquam ipsum Christum cum gaudio suscipit[b], quia ipse dicturus[c] 5 in fine est: *Hospes fui, et suscepistis me;* et: *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis.* Ille, inquam, bonus christianus est, qui hospitibus pedes lavat et tamquam parentes carissimos diligit; qui iuxta quod habet, pauperibus elemosinam tribuit; qui ad ecclesiam frequentius venit et oblationem, quae in altario Deo offeratur, exhibet; qui de fructibus suis non gustat, nisi prius ex[d] ipsis Deo aliquod[e] offerat; qui stateras dolosas 10 et mensuras duplices non habet; qui pecuniam suam non ad usuram tribuit; qui et ipse caste vivit et filios[f] vel vicinos suos docet, ut caste et cum timore Dei vivant[g]; et quotiens[h] sanctae solemnitates adveniunt, ante dies plures castitatem etiam cum propria[i] uxore custodit[k], ut secura conscientia ad Domini altare accedere possit; qui postremo symbulum[l] vel[m] orationem dominicam memoriter tenit[n] et filios ac filias[o] eadem docet. 15 Qui talis est, sine dubio verus christianus est, sed et Christus in ipso habitat, qui dixit: *Ego et pater veniemus et mansionem apud eum faciemus;* similiter et per prophetam[1] dicit: *Ego inhabitabo in eis et inter illos ambulabo et ero illorum Deus.*

Matth. 25, 35. Ib. v. 40. Ioh. 14, 23. 2. Cor. 6, 16.

(6). Ecce![2] audistis, fratres, quales sint christiani boni. Ideo, quantum potestis, cum Dei adiutorio laborate, ut nomen christianum non sit falsum in vobis, sed ut veri 20 christiani esse possitis[a], semper praecepta Christi et cogitate in mente et implete in operatione. Redimete[b] animas vestras de poena, dum habetis in potestate; redimete[c] vos ipsi, dum vivitis, quia post mortem nemo vos redimere potest[c]. Elemosinam[3] iuxta vires facite, pacem et caritatem[d] habete, discordes ad concordiam revocate, mendacium[e] fugite, periurium expavescite, falsum testimonium non dicite, furtum non facite, oblationes et 25 decimas ecclesiis offerte, luminaria sanctis locis, iuxta quod habetis, exhibite[f], symbulum et orationem dominicam memoria retinete et filiis vestris insinuate. Filios etiam quos ex baptismo suscepistis docete et castigate, ut semper cum timore Dei vivant; scitote vos fideiussores pro ipsis apud Deum esse.

ITEM[a] UNDE SUPRA.

30 (7). Ad ecclesiam quoque frequentius convenite, sanctorum patrocinia humiliter expetite, diem[4] dominicum pro reverentia resurrectionis Christi absque ullo servili opere colite, sanctorum sollemnitates pio affectu celebrate. Proximos vestros[b] sicut vos ipsos diligite; quod vobis vultis ab aliis fieri, hoc et vos aliis facite; quod vobis non vultis[c], nulli faciatis; caritatem ante omnia habete, quia caritas operit multitudinem[d] pecca-

cf. Rom. 13, 9. cf. Matth. 7, 12.

35 *Capp.* 5—7. *A* 2. *B*. *X*.

Cap. 5. a) *om.* *A* 2. b) suscepit *pr. m.* *A* 2. c) *ita* *A* 2; dicit, *om.* in f. *B*. *X*. d) *ita* *A* 2. *X*; ex i. *om.* *B*. e) *ita* *A* 2; aliquid *B*. *X*. f) filio *pr. m.* *A* 2. g) vivat *B* 2c *et pr. m.* *B* 2a. 3. h) *ita* *A* 2. *B* 2b. 4; quoties *rell.* i) pria *B* 2c; proxima *X*. k) custodiat *B*. l) *ita* *B* 2a; simbolum *plerique, ut infra.* m) et *X*. n) *ita pr. m.* *A* 2; tenet *rell.* o) *ita* *A* 2. *B* 4; 40 familias *rell. cum* *X*.

Cap. 6. a) possetis *A* 2; positis *B* 2c. b) *ita pr. m.* *A* 2; redimite *rell.* c) *ita* *A* 2; *pro verbis* redimete — redimere potest *exhibent* remedia *B*. *X*. d) veritatem *B* 2b. 4. e) m. f. *om.* *X*. f) *ita pr. m.* *A* 2.

Cap. 7. a) *ita* *A* 2; Item u. supra *om.* *B*. *X*. b) *om.* *A* 2. c) fieri *add. edd.*; *om.* *A* 2. *B*. *X*. 45 d) multitudi *pr. m.* *A* 2.

1) *Immo Paulum apostolum.* 2) *Ita Caesarii sermo n.* 266 *(Migne l. l. col.* 2241*).* 3) *Ea quae insequuntur cum Caesarii sermone n.* 265 *(Migne l. l. col.* 2237*) conveniunt.* 4) *Inde ex hoc loco textus in homilia cod. Sangall. n.* 146. *expilatus est; v. supra p.* 705, *n.* 2.

torum. Estote hospitales, humiles, omnem sollicitudinem vestram ponentes in Deum, quoniam ipsi cura est de[a] vobis. Infirmos visitate, carceratos requirite, peregrinos[b] suscipite, esurientes pascite, nudos vestite, ariolos et magos spernite. Sit vobis aequalitas in pondere et in mensura, sit statera iusta, iustus modius aequusque sestarius[c], nec plus quam dedistis repetatis neque usuras pro fenerata pecunia a quoquam exigatis. Quod 5 si observaveritis, securi in die iudicii ante tribunal aeterni[d] iudicis venientes dicetis: 'Da, Domine, quia dedimus; miserere, quia misericordiam fecimus; nos implevimus quod iussisti, tu redde quod promisisti'*.

(8). Haec[a] ergo scientes, totis viribus vos ad Dei misericordiam tenete, opera bona semper, quantum[a*] potestis, agite et de substantia vestra pauperibus erogate; qui plus habet 10 plus tribuat, qui vero minus, ex ipso largiatur laetus[b] et hilaris; unusquisque quod praevalet tribuat[c], quia nimirum est, unde[d] gaudeat: scilicet, qui[e] dat parum, et[f] accipiet multum, sicut et Dominus promittit, dicens: *Centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit.* Dat, inquam, nummum et conparat caeleste regnum; dat parvam pecuniam et emet[g] vitam aeternam. Tenete ergo vos ad elemosinam, quia, sicut scriptum est, *elemosina de morte liberat,* et qui 15 eam fecerit, non ibit in tenebras. Unusquisque quantum praevalet, tantum porrigat; qui habet aurum, det aurum, qui habet argentum, det argentum; qui vero non habet pecuniam, cum bono animo det pauperibus bucellam; et si non habet integram, ex eo quod habet frangat et partem egeno[h] tribuat, sciatque[i], quia[k] quamvis parum cum bono animo obtulerit, acceptabile Deo erit. Dominus enim non copia largitatis, sed benivo- 20 lentia et devotione delectatur et pascitur largientis[l]. Ut autem nullus pauper se ab elemosina excusare possit, ipse Dominus pro calicem[m] aquae frigidae mercedem[n] redditurum esse promisit. Qui enim plus[o] a Deo facultates accepit, magis utique iudicii periculum sustinebit: potuit[p. 1] nempe Deus omnes homines divites facere, sed pauperes[q] ideo in hoc mundo esse voluit, ut divites haberent, quomodo peccata sua redimerent. Redi- 25 mete[r] ergo vos, karissimi, dum habetis in[s] potestate pretium; date elemosinam de bono et[t] iusto labore et non de alterius rapina. Audite modo ante fores[u] vestras pauperes rogantes, ut ipsi pro vobis in die iudicii rogent[v]; prophetam[w] adtendite clamantem: *Qui avertit*[x], inquid, *aurem suam ab egeno, et*[y] *ipse invocabit Dominum, et non exaudiet eum.* Date ergo de id[z] quod vobis dedit Deus, quia ipse accipit[a] quod pauperibus datis; ipsi quidem 30 datis, sed vobis in futurum transmittetis[b], non unde ventrem impleatis, sed unde flammas extinguatis; quia sicut aqua extinguit ignem, ita[c] elemosina extinguit peccatum[d]. Hinc

cf. Tob. 4, 9. — Matth. 19, 29. — Tob. 12, 9. — cf. Matth. 10, 42. — Prov. 21, 13. — cf. Eccli. 3, 33.

*) *Sequuntur* Ante omnia — numquam desperate *(supra p.* 705, 3 — 708, 21*).* Quos bonos videtis — prorsus mali paterentur *(Migne LXXXVII, col.* 530, 11 — 532, 55*) B. X.*

Capp. 7. 8. *A* 2. *B. X.* 35

Cap. 7. a) *pr. m. om. A* 2. b) peregrinus *Hom. Sang.* c) sextarius *B* 4. *X.* d) aeterne *pr. m. A* 2.

Cap. 8. a) *ita A* 2. *B* 3. *X*; Hoc *edd.* a*) *ita A* 2; q. p. *om. B. X.* b) *ita A* 2; beatus *B. X.* c) tribuet *X.* d) inde *A* 2. e) quia *X.* f) *ita A* 2. *X*; *om. B.* g) *ita pr. m. A* 2; emit *B. X.* h) aegeno *X.* i) *ita A* 2; que *om. B. X.* k) *pr. m. om. X.* l) largientes *A* 2. m) *ita A* 2; 40 calice *B. X.* n) *ita B* 2*a*; se *h. l. add. A* 2. *B* 3 *(ubi superscr., sed eras.), post* redd. *(X).* o) *ita A* 2. *B* 2*a*; plures *B* 2*c*. 3. *(X).* p) potui *pr. m. A* 2. q) *ita B cum Caesario;* i. p. *A* 2. *X.* r) *ita pr. m. A* 2; Redimite *B: item infra.* s) *pr. m. om. A* 2. t) *om. A* 2; de *add. B.* u) portas *X.* v) rogant *pr. m. A* 2. w) profetae *X.* x) *ita A* 2; averterit *B. X*; obturat *Vulg.*; φράσσει *LXX.* y) *om. A* 2. z) *ita A* 2; eo *B. X.* a) accepit *pr. m. A* 2. b) *ita pr. m. A* 2; transmittitis *B. X.* 45 c) *ita A* 2; sic *B. X.* d) *ita A* 2; peccata *B. X*; peccatis *Vulg.*

1) *Haec cum Caesarii sermone n.* 308 *(Migne l. l. col.* 2336*) conveniunt.*

et Dominus per prophetam[1] dicit: *Dabunt singuli redemptionem animarum suarum, et non erit in eis morbus neque casus.* Date ergo, dum licet, redemptionem animarum vestrarum; redimete ergo[a] vos ipsi, dum vivitis, quia post mortem nemo vos redimere potest.

(9). Unusquisque de quale[a] ingenio vel artificio vivit, de ipso[b] decimam Deo in 5 pauperibus vel ecclesiis donet. Consideret, quia omnia Dei sunt per quem[c] vivit, sive terra sive[d] semina sive flumina, vel omnia quae sub caelo et super caelo[e] sunt; et si ipse[f] non dedisset, nihil utique haberet. Nam Deus noster, qui dignatur totum dare, decimam de suo dignatur a nobis repetere, non sibi penitus, sed nobis profuturam[g]; sic enim per prophetam ipse promisit, dicens: *Inferte*, inquid, *omnem decimam in horreis meis* (Malach. 3, 10.) 10 *et probate me in his, dicit Dominus, si non apperuero vobis*[h] *fructus terrae usque ad abundantiam.* Reddite ergo libenter ex omnibus quae possidetis super terram, quod cognoscitis Deo placere de[i] cuncta substantia vestra. Nolite fraudare decimam, ne vobis novem partes auferantur, et sola decima remaneat. *Convertimini ad hoc*, dicit Dominus, *ut aperiam vobis cataractas caeli et effundam vobis benedictionem meam.* (ib. 3, 18. 10.) Si igitur dederitis volun- 15 tarie[k], plus semper vobis Dominus dabit; si non dederitis, quanticumque pauperes in locis quibus habitatis fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum rei eritis. Insuper inmittet[l] vobis Dominus peccatis[m] vestris facientibus pestilentiam et famem, et perdetis[n] totum quod habetis[o] necnon[p] adhuc et[q] animas vestras. Ut[r] autem haec vobis non veniant, festinate cum bono animo dare, unde animas vestras possitis redimere, nec eligatis, cui 20 misericordiam faciatis, ne forte praetereatis eum qui meretur[s] accipere, et[t] quia nescitis, in quem Christus dignetur advenire. Scitote, quia quod pauperi vel peregrino in terra largitis[u], sedenti in caelo datis, qui dixit: *Qui vos recipit, me recipit*; et: *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis*[v] *. (Matth. 10, 40. ib. 25, 40.)

(10). Perpendamus, qualis[a] erimus in die iudicii Dei in[b] conspectu eciam angelo- 25 rum presentandi, quando opera nostra nobis[c] sunt ante oculos ponenda; qualis illa erit confusio, cui contingerit[d] pro peccatis suis in conspectu Dei omniumque hominum et angelorum tunc[e] erubescere[f], qui hic nec unum quidem hominem in se peccantem vult nunc[e] inspicere; vel que[g] pavor erit Deum[h] iratum videre, quem placatum non valet universitas conprehendere. [Illum[i] ergo diem semper timeamus, quem modo praevidere 30 nullatenus possumus; illum diem iugiter pavescamus et vel sic actus nostros a malo revocemus. Consideremus, qui[k] terror in die illo erit, cum de caelo[l] Dominus ad iudicandum saeculum venerit; qui metus erit Deum videre, ad cuius adventum universa ele-

*) *Sequuntur*: Inter haec autem omnia — cuncta quae hic videntur *(Migne LXXXVII, col.* 534, 22 — 545, 11*) B. X.*

35 *Capp.* 8. 9. *A* 2. *B. X.* *Cap.* 10. *A* 1. *B. X.*

Cap. 8. a) *ita A* 2; *om. B. X.*

Cap. 9. a) *ita pr. m. A* 2; quali *B. X.* b) ipsa *X.* c) *ita A* 2; quae *B*; que *X.* d) s. s. *eras. A* 2; sive semita *X.* e) *m. al. corr.* caelos *B* 2a. *b, et ita B* 2c. 3. f) ipsi *pr. m. A* 2. g) profutura *A* 2. h) cataractas coeli *(v. infra l.* 14*)* et effudero vobis *add. edd. ex Vulg.* i) *ita A* 2; 40 Nolite de c. s. v. *B. X.* k) voluntarii *A* 2. l) inmittit *pr. m. A* 2. m) *ita A* 2; p. v. f. *om. B. X.* n) perdi *pr. m. A* 2. o) habe:: *pr. m. A* 2. p) *om. A* 2. q) *om. X.* r) (Ut *om.*) hec autem *A* 2. s) mereretur *X.* t) *ita A* 2; *om. B. X.* u) *ita A* 2; largimini *B. X.* v) *desinit A* 2.

Cap. 10. a) *ita A* 1; quales *B. X.* b) *ita A* 1 *(cf. v.* 26*)*; (in *om.*) conspectibus et ang. *(cf. p.* 751, 19*) B. X.* c) *ita A* 1; nostra erunt nobis ante *B. X.* d) contigerit *B. X.* e) *ita A* 1; 45 *om. B. X.* f) erupiscere *pr. m. A* 1. g) *ita A* 1; qui *B. X.* h) tunc *add. B. X.* i) Illum — commovebuntur *om. A* 1. k) quid *X.* l) *ita B* 2a. *X*; c(a)elis *rell.*

1) *Locum non repperi.*

menta quatientur ac caelum cum terra contremescet virtutesque caelorum commovebuntur]. Tunc nimirum, precinentibus[a] angelorum tubis, omnes gentes, quecumque sub celo fuerunt, et omnis homo, tam viri quam femine, in eo sexu unusquisque quo[b] natus fuit[c] in mundo, boni[d] simul et mali, sancti et peccatores, vel quicumque ab inicio mundi nati et mortui fuerunt[e], sive a bestiis devorati sive ab igne consumti sive eciam ab 5 aquis absorti[f], omnes simul in momento temporis adque[g] in ictu oculi resurgent, in ipsis sine dubio corporibus adque in ipsa carne, que[h] hic habuerunt: scilicet in virum perfectum et in mensuram etatis plenetudines[i] Christi, in qua et ipse Dominus resurrexit a mortuis. [Et[k] omnes ante iudicium Christi venient, pariterque eum et electi et reprobi oculis suis videbunt, sicut et ipse Dominus in[l] euangelio dicit: *Tunc videbunt filium* 10 *hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa et maiestate*, constipatum agminibus angelorum]. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes, et plangebunt*[m] *se omnes tribus terre, et separavit*[n] *eos ab invicem, sicut pastor*[o] *segregat oves ab hedis; et statuit*[p] *iustus quidem ad*[q] *dextris suis*[r], *impius*[s] *autem ad*[t] *sinixtris. Tunc dicit*[u] *ad eus qui ad*[v] *dextris eius*[w] *erunt: Venite, benedicti*[x], *possidete*[y] *paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et* 15 *dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collexistis*[z] *me; nudus, et operuistis me; infirmus et in carcere, et visitastis*[a] *me. Haec quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis*[y].

cf. 1. Cor. 15, 52. — Marc. 13, 26. — Matth. 24, 30. ib. 25, 32. ib. 24, 30. 25, 32—36. — ib. v. 40.

(11). Tunc, omnibus aspicientibus, ostendit[a] livores fixurasque clavorum, in ipso sene[b] dubio corpore, quod pro nostris peccatis vulneratum est, et ita peccatores con- 20 pellans dicit[c]: 'Ego te, homo, de terrae[d] limo manibus meis formavi et inter[e] paradisi dilicias, quod non merebaris, collocavi; sed tu me meaque iussa contemsisti[f], [deceptorem[g] sequi maluisti], unde et[h] iusta pena damnatus, [inferni[i] suppliciis] es [deputatus[k]]. Postea misertus tui carnem adsumsi et[l] in terris inter peccatores habitavi, contumilia[m] et verbera pro te sustenui: ut te eriperem, colaphos[n] et sputa suscepi; ut tibi dulcidinem 25 paradisi redderem, aceto[o] putatus sum; [propter[p] te vepribus coronatus], cruci adfixus, lantia vulneratus sum; propter[q] te[r] mortuos[s] et in sepulcrum[t] positus, ad inferna discendi; ut te ad paradisum reducerem, tartari claustram[u] adii; ut tu[v] in celo regnaris[w], inferni[x] profunda penetravi. Agnosce ergo, quae pro te, impietas humana, pertuli! Ecce livores quos pro te excepi! Ecce clavorum foramina, quibus adfixus in cruce pependi! 30 Suscepi dolores tuos, ut te possem sanare; suscepi poenam, ut darem tibi gloriam; suscepi mortem, ut tu viveres sine fine; conditus iacui in sepulchro, ut tu regnares in

Capp. 10—11. *A* 1. *B. X.*

Cap. 10. a) *ita B. X*; precinentem *A* 1. b) qo *A* 1, *corr.* c) fuerit *X.* d) boni[s] s. et malis *A* 1. e) fuerint *X.* f) *ita A* 1. *B. X.* g) adque — corporibus *per homoeoteleuton om. A* 1. 35 h) *ita A* 1. *B* 2*c. X*; qu(ā *m. al. in litura*) *B* 3; quam *B* 2*a*. 4. i) *m. al. corr.* plenetudinis *A* 1; plenitudinis *B. X.* k) Et — angelorum *om. A* 1. l) d. in e. *X.* m) plangent *B* 4. *(X).* n) separabit *B. X.* o) pa::tor *corr.* pastor *A* 1. p) statuet iustos *B. X.* q) *ita A* 1. *B* 2*a (pr. m.). X*; a *rell.* r) *ita A* 1. *B* 2*c*. 3. 4; sui *(B* 2*a. X).* s) *corr.* impios *A* 1, *et sic B. X.* t) *ita A* 1; a *B. X.* u) dicet ad eos *B. X.* v) *ita A* 1. *X*; a *B.* w) *ita A* 1; *om. B. X.* x) patris mei *ex Vulg. add. B* 3. 40 y) percipite regnum, *omissis verbis* a constitutione — mihi fecistis *A* 1. z) *ita B* 2*c*. 3 *(pr. m.)*; collegistis *B* 2*a*. 4. *X cum Vulg.* a) visitatis *(B* 2*a*. 4. *X).*

Cap. 11. a) ostendet *B. X.* b) *m. al. corr.* sine *A* 1, *et sic B. X.* c) *ita A* 1; dicet *B* 2*a. c.* 3. 4. *X*; dicat *B* 2*b.* d) terra *A* 1. e) *ita A* 1. *B* 2*c*. 3. 4. *X*; intra *(B* 2*a).* f) contempnens *B. X.* g) d. s. m. *om. A* 1. h) *ita B. X*; unde (et *om.*) iuste *A* 1. i) infernis suplitiis *X*; *haec om. A* 1. k) *om. A* 1. l) *ita A* 1; *om. B. X.* m) *ita A* 1; contumelias *B. X.* 45 n) colaphas *X.* o) *ita A* 1; *pro verbis* a. p. sum *haec exhibent:* acetum cum felle bibi *B. X.* p) p. te v. c. *om. A* 1. q) proter *A* 1. r) *superscr. A* 1. s) *ita A* 1; mortuus *B. X.* t) *ita A* 1; sepulchro *B. X.* u) *ita A* 1; claustra *B. X.* v) *ita B. X*; *om. A* 1. w) regnares *B. X.* x) inferni — ut tu regnares in caelo *(v.* 32*) per homoeoteleuton om A* 1. 50

celo. Hec omnia pro vobis[a] sustenui; ampliora horum quid vobis debui facere, et non feci? Dicete[b] nunc vel ostendite mihi, quid passi estis propter me dominatorem[c] vestrum, vel[d] quid boni egistis pro vobis. [Ego[e] cum essem invisibilis, sponte propter vos incarnatus sum; cum essem inpassibilis, propter vos pati dignatus sum; cum essem dives, propter vos[f] egenus factus sum: sed vos et humilitatem meam et praecepta mea semper rennuentes, seductorem magis quam me secuti estis[e]]. Ecce modo non potest aliud iusticia mea iudicare, nisi quod merentur opera vestra recipere! Ergo quod ipsi elegistis, tenite[g]: contemsistis lucem, possedite tenebras; amastis mortem, ite in perditionem; secuti estis diabulo[h], ite cum eo[i] in gehenna eterna'.

(12). [Qui[a], putas, erit tunc meror, qui luctus, quae tristitia, quae angustia, cum haec fuerit prolata adversum impios sententia? Tunc enim erit malis dura separatio a dulci sanctorum consortio, et traditi in potestate daemonum, ibunt in ipsis corporibus suis cum diabolo in supplicium aeternum et permanebunt semper in luctu et gemitu. Procul quippe exiliati a beata paradisi patria, cruciabuntur in gehenna, numquam lucem visuri, numquam refrigerium adepturi, numquam poenas finituri, numquam requiem accepturi; sed per milia milium annorum in inferno cruciandi nec umquam in saecula liberandi, ubi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur umquam moritur: sic enim ibi ignis consumit, ut semper reservet, sic tormenta aguntur[b], ut semper renoventur. Iuxta qualitatem vero culpae poenam ibi unusquisque sustinet gehennae et similis culpae regi[c] suis similibus iunguntur cruciandi. Non ibi auditur aliud nisi fletus et planctus et stridor dentium; non erit aliud consolamentum quam flammae et terrores poenarum, ardebuntque miseri sine fine in ignem aeternum semper in saecula saeculorum]. Iusti autem ibunt[d] in vitam eternam [in[e] ipsa sine dubio carne, quam hic habuerunt, et sotiabuntur angelis sanctis in regno Dei, gaudiis deputati[f] perpetuis]: numquam iam ulterius[g] morituri, numquam[h] corrupcionem visuri; sed semper letitia[i] ac dulcedine[k] Christi satiati, fulgebunt sicut sol in claritate et gloria, quam preparavit Deus diligentibus se. [Et[l] quanto amplius aliquis alio oboediens Deo in hac vita fuit, tanto ampliorem illic mercedem accipiet; quantumque amplius hic Deum amavit, tanto[m] tunc propius[n] eum videbit].

cf. Matth. 8, 12.

cf. ib. 25, 46.

(13). Ecce! karissimi, predixi vobis simpliciter, ut intellegere possitis, que sint unicuique ventura. Nemo se[a] iam de ignorancia excusare poterit, quoniam et[b] vita et mors prenunciata sunt vobis; supplicia impiorum et gloria iustorum palam[b] vobis denunciata sunt. Iam vero in arbitrio vestro consistit elegere, quid[c] teniatis et[d] quid respuatis; unusquisque enim quod hic concupiverit et adsecutus fuerit, hoc utique illic possedibit. Vitam [ergo[e]] eternam toto animo[f] concupiscite, vitam[g] temporaliam tota virtute contemnite[g]. [Nec[h] emendationem vestram diutius differatis, sed ad lucranda caelestia regna ultro ipsi relinquite, quod lucis istius fine perdendum est. Surgat iam, quaeso,

Capp. 11—13. *A* 1. *B*. *X*.

Cap. 11. a) vobi^s^ *A* 1. b) Dicite *B*. *X*. c) *ita A* 1; d. v. *om*. *B*. *X*. d) *ita A* 1. *B* 4; aut *B* 2*a*. *c*. 3. *X*. e) Ego — estis *om*. *A* 1. f) *ita B* 2*c*. 3. 4. *X*; quidem *add*. (*B* 2*a*). g) tenete — possidete *B*. *X*. h) *ita A* 1; diabolum *B*. *X*. i) *ita A* 1; ipso in ignem aeternum *B*. *X*.

Cap. 12. a) Qui — saeculorum *om*. *A* 1; Quis *B* (2*a*). 4; Quid *X*. b) auguntur *m*. *al*. *corr*. augentur *X*. c) *ita scripsi*; re : i *X*; rei *B*. d) *pr*. *m*. *om*. *X*. e) in — perpetuis *om*. *A* 1; *cf*. *supra p*. 756, 7. f) *ita B* 4. (*X*) *et e corr*. *B* 3; deputatis *B* 2*a*. *c*. 3 (*pr*. *m*.). g) *ita A* 1; *om*. *B*. *X*. h) ultra *add*. *B*. *X*. i) *ita B*; leti, *om*. ac d. Chr. s. *A* 1. k) ac dulcedinem *pr*. *m*. *B* 2*a*. l) Et — videbit *om*. *A* 1. m) tantum *B* 4. n) *ita B* 2*c*. 4 *et e corr*. *B* 3; proprius (*B* 2*a*. *X*) *et pr*. *m*. *B* 3.

Cap. 13. a) iam se *B*. *X*. b) *ita A* 1; *om*. *B*. *X*. c) quod teneatis *B* (*non X*). d) *ita bene A* 1; et q. r. *om*. *B*. *X*. e) *om*. *A* 1. f) *ita A* 1; nisu *B*. *X*. g) *ita A* 1; vitam — contemnite *om*. *B*. *X*. h) Nec — futurum sit *om*. *A* 1.

quicumque peccati catena adstrictus tenetur, et expergefactus a somno suae mortis evigilet. Recurrat ad confessionem et agat paenitentiam nec erubescat publicae paeniteri super inmunditiis quae gessit, quia re vera multo melius est hic[a] pauco tempore paeniteri quam per tot milia annorum[b] inferni supplicia sustinere. Si ex corde ergo paeni-
cf. Ioh. 11, 39. tuerit, cito succurret illi redemptor, qui quatriduanum suscitavit iam fetidum[c] Lazarum. 5
Paratus est semper ille misericordiae sinus et clementer expectat, ut suscipiat paenitentes. Non est enim, sicut scriptum tenemus, de quamvis magnis[d] criminibus remittendis Dei umquam misericordia desperanda, quia ipse cotidie clamat per prophetam,
Ezech. 33, 12. dicens: *Quacumque die conversus fuerit peccator ab immundicia sua, omnes iniquitates eius in*
Is. 43, 25. *oblivione erunt coram me;* et rursus per alium[e] prophetam dicit: *Ego sum dominus Deus* 10
Luc. 15, 7. *vester, qui deleo iniquitates vestras;* et illud de euangelio: *Gaudium erit in caelo super uno peccatore paenitentiam agente, quam supra nonaginta novem iustis, qui non indigent paenitentiam*[f];
Ezech. 33, 11. et illud: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur ad me et vivat, dicit Dominus.*

(14). Considerate, fratres, quam larga est bonitas Dei nostri, quam ineffabilis misericordia eius! Cotidie contemnitur, et cotidie nos ad paenitentiam benignissima pietate 15
invitat; fiduciam nobis pia eius largitio praestat, ut nec[a] disperemus de Christi misericordia nec tamen nobis absque fructu paenitentiae[b] veniam concessam[c] praesumamus. Dominus enim quantum patris pietate indulgens semper et misericors est, tanto[d] iudicis magestate[e] severus et metuendus. Potest quidem indulgentiam regis[f] dare, potest ipse sententiam suam reflectere, potest paenitenti[g] gratis indulgere; non potest tamen nisi 20
iustissime iudicare, quoniam non est apud eum commutatio nec vicissitudinis obumbratio. Aequissime enim iudicat atque aequaliter secundum uniuscuiusque facta repensat, bona scilicet bonis et mala malis. Ideoque, karissimi, reminiscimini, quae egistis, et si vos deliquisse cognoscitis, sine aliqua dilatione ad paenitentiae medicamenta confugite. Audite
Eccl. 5, 8. prophetam admonentem: *Nolite,* inquid, *tardare converti ad Dominum nec differatis de die in* 25
Iac. 4, 14. *diem, quia nescitis, quid crastino futurum sit].* Mementote semper, quod ante conspectum omnipotentis Dei conversamini[h], qui prospicit[i] omnium hominum non solum facta, sed
Hebr. 4, 13. etiam cogitaciones, sicut[k] apostolus Paulus dicit: *Non est ulla creatura invisibiles*[l] *in conspectu eius, sed omnia nuda et aperta sunt oculis eius.*

(15). Hec iugiter cogitantes, intentissima vos[a] sollicitudine costodite, ultimique[b] diei 30
vos adventui cum bonis operibus semper preparate. Ecce[c] iam, ut certissime tenimus[d], fines mundi in prumptu[e] est, iam finis seculi instat, et quod lugiendum[f] est[g], tanta mala cotidie fiunt, tanteque tribulationes crebrisciunt[h], ut per hec eciam[i] mundus finem suum quodam modo proclamare vidiatur[k]! Ecce omnia que prophete vaticinaverunt, que[l] apostuli predixerunt, pene iam conpleta sunt, solusque dies iudicii et orrebiles[m] 35
Antechristi adventus adhuc restat[n]! [Ecce[o] bellum super bellum, tribulatio super

Capp. 13—15. *A* 1 *(l.* 26—36*). B. X.*

Cap. 13. a) in *pro* hic *X.* b) annore *pr. m. X.* c) fetitum *pr. m. B* 3; infetitum *pr. m. X.* d) magis *B* 2c *et pr. m. B* 2a. *b.* 3. e) aliam *B* 2c *et pr. m. B* 2a. *b*; Eliam *B* 3; per alium *bis scr., sed corr. B* 4. f) penitentia: *X*; p(a)enitentia *rell.* 40

Cap. 14. a) ne *X.* b) penitentiam *pr. m. X.* c) concessa *pr. m. X.* d) tantum *B* 4. e) magestatæ *B* 3; maiestate *rell.* f) *ita pr. m. B* 2a. 3; reis *B* 2c. 4. *X.* g) *ita B* 4; paenitendi *B* 2a. *c*; penitendi *m. al. corr.* poenitenti *B* 3, *et sic X*; tempus *add. edd.* h) conservamini *A* 1. i) propicit *A* 1. k) et *add. B* 2a. *c.* 3. 4. l) invisibilis *B. X.*

Cap. 15. a) *ita A* 1; s. vos *B. X.* b) ultime dies (vos *om.*) adventus *A* 1. c) Ecia ut c. *A* 1. 45
d) tenemus, finis *B. X.* e) prumptus *A* 1; promptu *B (e corr.* promptum *B* 2a. 3*)*; promtu *X.* f) lugendum *B*; legendum *pr. m. X.* g) *om. X.* h) crebrescunt *B*; crebescunt *X.* i) ecia *A* 1. k) videatur *B. X.* l) quaeque *B. X.* m) horribilis (orr. *X*) Antichristi *B. X.* n) *ita B (in litura B* 3*). X*; respectat *A* 1. o) Ecce — iterum *(p.* 760, 3*) om. A* 1.

tribulationem, famis[a] super famem, pestilentiae super pestilentiam et gens super gentem consurgit! Omnia quaeque dudum sunt praedicta, nos iam videmus impleta[b]: quare ergo sumus lapidei et ferreum possidemus pectus, ut pro remedio animae nostrae inter tot malis minime cogitemus? Diu enim est, quod vox divina minatur, sed nullatenus 5 hominum pertinatia mutatur. Caelestis olim intentatur ultio, et nulla hominum adhibetur satisfactio; Dei proximat ira, et tepide agitur paenitentia; venturum prophetae testantur supplicium, et raro[c] ab hominibus Dei imploratur auxilium. Quapropter, dilectissimi, moneo, ut vel mundo iam finiente humana finiatur malitia soliusque Dei[d] toto nisu quaeratur misericordia: non nos iam divitiarum onera[e] ad terram premant, quia cito 10 omnia hic relinquemus, nec pariter et Christum habere velimus et saeculum, sed, saeculo spreto, liberi festinemus ad caelum.

cf. Matth. 24, 7.

(16). Reminiscamur, quam gravia sunt scelera quae commisimus, quamque dira inferni supplicia quae timemus, et iuxta qualitatem culpae medicamentum adhibeamus paenitentiae. Cogitemus, quia secundum apostolum *nihil in hunc mundum intulimus,* 15 *nihilque ex eo morientes auferre poterimus:* nudi nati sumus, nudi utique morituri. Quicquid autem hic inventum est, hic[a] procul dubio relinquetur; opera tantummodo bona si hic egerimus, ipsa nobiscum ad caelum portabimus, immoque nos ipsa ad caelum portabunt. Tamquam peregrini ergo sola sufficientia contenti[b], illas nobis divitias hic adquiramus, quas[c] nobiscum ad patriam paradysi feramus. Deum supra omnia diligamus, 20 quia re vera impium est hunc non diligi, cui vicem repensare non possumus, etiam et cum diligimus. Quid enim nos impii pio Domino retribuere poterimus pro omnibus quae retribuit nobis? Qui, nullis nostris praecedentibus meritis, tanta nobis praestitit indignis, ut nos a iugo dirae dominationis redimeret. De[d] sede paternae magestatis[e] ad nos descendit, iniurias in terris pertulit, probra sustinuit, mortem indebitae[f] subiit; et haec 25 quidem omnia patienter tulit, ut nobis humilitatis et patientiae exempla monstraret, unde et sequentibus se discipulis dicit: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.*

1. Tim. 6, 7. cf. Iob 1, 21. Matth. 11, 29.

(17). Oportet igitur, ut quemadmodum ille pro nobis[a], ita et nos cuncta adversa que nobis propter peccata nostra adveniunt aequanimiter toleremus, ut patientiae fructum 30 in vita eterna capere possimus. Urgeamus ergo, fratres, cursum nostrum, dum tempus habemus; odiamus[b] hunc mundum, quem diu possidere non possumus; nulla nos iam malorum operum contagia polluant, sed divinus nos respectus semper a peccatis arceat. Si enim homines nostri similes peccatores et ex eodem luto formatos, ne nos peccantes inspiciant[1], erubescimus, quanto magis aeternum et solum sine peccato omnipotentem 35 Dominum reverere[c] ac timere debemus, qui non solum facta, sed etiam secreta cordis considerat et videt? Hunc ergo cotidie timeamus, huius reverentiam nobiscum semper feramus; sicque nos spes indulgentiae erigat, ut metus gehennae semper affligat.

(18). Ante omnia et super omnia caritatem habeamus, reminiscentes dominico praecepto, quo[a] dicitur: *Habete in vobis sal et pacem habete inter vos;* et illud: *Mandatum,*

Marc. 9, 49. Ioh. 13, 34.

40 *Capp.* 15—18. *B 2a. b. c.* 3. 4. *X.*

Cap. 15. a) fam : : : per *corr.* famis super *B* 3; famē s. *corr.* fames s. *B* 4. b) implete *pr. m. X.* c) roro (?) *pr. m. X.* d) *postea suppl. X.* e) honera *B 2a. X.*

Cap. 16. a) *om. X.* b) contempti *X.* c) quos *pr. m. X.* d) Sed *X.* e) *ita B* 3, *corr.* f) *ita X*; indebite *B.*

45 *Cap.* 17. a) *om. X.* b) hodiamus *X.* c) revereri *B* 4. *X.*

Cap. 18. a) quod d. *B 2a.*

1) *Similia supra p.* 755, 27. *leguntur.*

Coloss. 3, 14. inquid, *novum do vobis, ut vos invicem diligatis.* Nam et alibi dicitur: *Habete caritatem,*
Eph. 5, 1. 2. *quod est vinculum unitatis;* et iterum: *Estote imitatores Dei tamquam filii karissimi et*
ib. 4, 31. *ambulate in dilectione;* et iterum]: *Omnis amaritudo et ira et*[a] *indignatio tollatur a vobis*
ib. v. 26. *cum omni malicia;* et: *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Nemphe sicut nullum
proficit[b] in vulnere medicamentum, si sit interius ferrum, ita nihil proficit oracio illius, 5
in cuius pecture mortiferum versatur odium[c]. Habeamus ergo, fratres, karitatem, quia
si illam habuerimus, omnibus virtutibus replebimur; si vero caritatem non habuerimus,
quidquid boni habire[d] videmur, totum perdimus[e]. Nec in arepto[f] bene agendi pro-
cf. Luc. 9, 62. posito[g] penitus lassiscamur[h], precipue cum Dominus dicat nullum ponentem manum in
aratro et respicientem retrorsum dignum esse regnum[i] celorum. Respicere autem retrorsum 10
nihil est aliud quam in eo quemquam[k] penetire[l] quo ceperit bonum[m] et rursum mun-
danis desideriis obligari. [Denique[n] ab[o] spe veniae[p] nulla nos malorum quantitas
revocet, quia quamvis sit gravis culpa humana, largior nihilhominus est misericordia
Ps. 129, 7. divina; unde[q] per psalmistam dicitur: *Multa est apud Dominum misericordia et copiosa*
ib. 50, 19. *apud eum redemptio;* et iterum: *Cor contritum et humiliatum Deus non spernit.* 15

(19). Haec nos, fratres, diebus ac noctibus memoria refoveat, haec nos praecepta
frequenter sollicitent; debitum vitae finem iam iamque adfuturum putemus vicinumque
speremus mortis diem, quem longinquum esse nescimus]; modo emendimus[a] que[b] delin-
quimus[c], ne tunc penetire[d] incipiamus, quando iam non valebimus. Erit quidem et in
inferno penetentia, sed omnino infructuusa, et[e] erit ibi penetentia dolorem habens, sed 20
medicinam[f] iam non habens. Ibi enim[g] nullatenus poterit a Deo promerire[h] quod
petit, qui hic noluerit audire quod Deus iussit. [Ideoque[i], karissimi, quantum possumus,
praeceptis Dei[k] in omnibus obtemperemus, ut ibi praemium muneris capiamus. Ipsi,
dum licet, hic nos castigemus], ipsi nobiscum de actus[l] nostros rationem faciamus, ipsi
nos iudici nostro accusemus, ne[m] sevos illos nostros accusatoris peccata celandi[n] incur- 25
ramus[m], adque emendationem nostram[o] non ad extremum vite differamus, sed quociens
in[p] peccatis labimur, per penetenciam resurgamus, ac totis viribus voluntatis[q] pessimas
carnisque inlecibras vincentis[r], illud omnimodis precaveamus, quoniam cotidie ad mortem
properamus, et dum nescimus et[s] neglegimus, repente mors venit[t]. Ibi ergo festinemus,
ubi mors iam non timebitur, et ubi nos sancti omnes suscipere vel videre desiderant, 30
ubi nos rex celestes[u] Christus et superni cives angeli, expansis caritatis brachiis, ex-
pectant. Ibi, inquam, festinemus, ubi sine fine vivamus, et ubi angelicis agminibus con-
sortes esse possimus. Ita postremo in exiliu mundi istius agamus, ut ad futurum
iudicium cum secura consciencia bonis operibus ornati veniamus, ibique[v] gratissimum
Deo munus nostras animas offeramus, ut pro hoc ab eo commertio[w] eternitates[x] beati- 35
tudinem accipere et in seculum seculi gloriari possimus.

Capp. 18. 19. *A* 1 *(a l.* 3*). B. X.*

Cap. 18. a) *om. A* 1. b) profecit *A* 1. c) hodium *X.* d) habere *B. X.* e) *ita A* 1. *B. X.* f) *ita A* 1. *X.* g) preposito *A* 1. h) la : ssiscamur *A* 1; lassescamus *B*; lasescamus *X.* i) *ita A* 1. *B* 3 *(pr. m.). X*; regno *rell.* k) quemquem *A* 1. l) *ita A* 1; p(a)enitere *B (at* non remanere, *m. al. add.* per *super* re *B* 4*). X.* m) *ita A* 1; bono *B. X.* n) Denique — nescimus *om. A* 1. o) a *B* 4; absque *pro* ab spe *X.* p) venia *X.* q) et *add. X.*

Cap. 19. a) *corr.* emendemus *A* 1 *et sic B* (emundemus *B* 2c). *X.* b) *ita A* 1; quod *B. X.* c) deliquimus *B* 2c. 3. 4. d) p(o)enitere *B. X.* e) *ita A* 1; *om. B. X.* f) *ita A* 1; iam m. (medicina *pr. m. B* 2a. b) *B. X.* g) *ita A* 1; ibique n. *B. X.* h) promereri *B. X.* i) Ideoque — castigemus *om. A* 1. k) *om. X.* l) *ita A* 1; actibus nostris *B. X.* m) *ita A* 1; ne — incurramus *om. B. X.* n) *malim* celando *aut* celantes. o) n. non ad e. *om. A* 1. p) in p. *om. A* 1. q) voluntates *B. X.* r) vincentes *B. X.* s) *ita A* 1; securique consistimus *pro* et n. *B. X.* t) *ita A* 1; veniat *B. X.* u) c(a)elestis *B. X.* v) ubique *A* 1. w) *om. A* 1. x) aeternitatis *B. X.*

(20). Hec nus, karissimi[a], mandata hactenus quasi lac vobis gustanda porregimus[b], et ecce modo sub testimonio Dei et[c] sanctorum[d] angelorum, qui nos loquentes audiunt, absolvimus debitum nostrum! Celestia vobis precepta[e] tradimus[f]: amodo iam vestrum est cogitare, quatenus et admonicio nostra effectum habeat salutis, ut[g] semper volun-5 tatem Dei facientes ab omni vos malo costodiatis adque demum[h] liberi ab omne[i] contagione[k] peccati ad regna celestia trepudiantes pervenire pussitis, prestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in[l] secula seculorum.

Cap. 20. *A* 1. *B. X.*

10 *Cap.* 20. a) k. m. h. *om. A* 1. b) *ita A* 1; porreximus *B. X.* c) *om. A* 1. d) sancto *X.* e) *om. X.* f) *ita A* 1; tradentes *B. X.* g) *ita A* 1; et vos s. *B. X.* h) *ita B. X*; dummodum *A* 1. i) omni *B. X.* k) cogitacione *A* 1. l) *ita A* 1; per cuncta s. s. Amen *B*; *extrema verba partim discerni nequeunt X.*

EPILOGUS EDITORIS.

Schola quae dicitur legendaria edito tomo tertio vehementissime in me commota est, cumque iudicio nimium severo me usum esse crederet, aegre ferens inter apocrypha aevi Carolingici iam reiecta esse monumenta, quae antiqua et fide digna religiose usque adhuc coluerat, densis phalangibus acerrimum in me impetum fecit. Latuerant autem ante me vitae passionesque sanctorum aevi Merowingici quasque admiseram antiquiorum in editionibus obsoletis neglectae atque primigeniam earum faciem ne sapientissimi quidem viri divinare potuerant. Veteres enim editores hunc vel illum codicem, in quemcumque fortuito inciderant, exscribentes neque pluribus inter se comparatis textum diligenter recensentes, immo quem in libris scriptis deprehenderant sermonem genuinum ad grammaticae leges corrigentes praestantissimo ad examinandam fidem subsidio et se ipsos privaverant et alios, cumque post Mabillonium nullus totam seriem percurrisset atque genuinis illius aevi scriptis intentum studium impendisset, sed plerique occasione data hic illic in rem inquisissent, factum est, ut ab auctoribus aequalibus aut fere aequalibus aut supparibus hocce litterarum genus magna ex parte editum esse crederetur. Sane temerarius vestigiis decessorum relictis aliam viam ingressus sum tantamque fraudem totque dolos passim patefeci, ut advocati illius partis mihi minime gratularentur, sed telis venenatis mox obrutus intellexi, quid sibi vellet vesparum examen lacessisse. Quod utinam ne fecissem, utinam ne codices tetigissem neve argumenta conquisissem interiora et exteriora ad distinguendam molem indigestam, utinam ne viris reverendis contradixissem, sed omnia ita accepissem, sicut pia mente nobis tradita sunt! Quodsi traditioni laudabiliter me subiecissem, quam accepta parti illi editio mea venisset, summisque laudibus celebratus caelestibus patronis nunc uterer, quos hodie timere mihi opus est et dona ferentes. Duo scriptorum genera in hac litterarum parte distinguenda esse mihi videbantur, scilicet qui ipso aevo Merowingico aut antea degerant viri fide digni magnaeque auctoritatis alterique Karolorum aetati aequales, qui cum res gestas maiorum ignorassent historiae loco fabulas fictas memoriae prodiderant, utilitatibus haud raro consulentes sive ecclesiae sive monasterii, quibus addicti erant, hisque speciem peculiarem attribui eorum, qui ad confirmandas has fabulas se ipsos rebus interfuisse simulaverant. Adversarii mei prius genus, scilicet scriptorum aequalium, quosque ad illud emendandum et interpretandum impenderam labores omnino non curantes, ita ut praestantissimum totius voluminis fontem, scilicet V. Caesarii, ne verbo quidem commemoraverint, mox in alterum se verterunt idque potissimum studuerunt, ut hoc vel illud fraudis indicium stare non posse meque errasse demonstrare nisi concluderent parum me in his disciplinis versatum esse: neque enim praeter errores quicquam in argumentationibus meis deprehendisse sibi visi sunt. Probavi aevo Carolingico Aridii biographum attribuendum esse, eo quod eiusdem aevi auctorem expilaverat, scilicet V. Eligii, atque persuadere mihi vix possum argumentationes eiusmodi per analogiam concutiendas esse. At age, sit ita: viros illos doctissimos in studiis hagiographicis atque historicis aevi Merowingici multo magis me ipso versatos esse, qui scriptorum illorum partem tantum ediderim quamvis non minimam, certe

nomina illorum in longa quam feci via vix repperi. Dubitare quidem non ausim, quin qui tam superbe tamque contemptim de me locuti sunt operibus hagiographicis muniti sint sat amplis neque solis verbis glorientur vanis, sed me imperitum illa latuerant, quae si novissem, propriis laboribus procul dubio parcere potuissem. Consilium autem eorum 5 *dilucidius erat, quam ut celari potuisset, scilicet ut imperitum imparemque me declarantes iudicem impetrarent minus severum, multumque eorum intererat iterum iterumque asseverare ipsum societatis nostrae praefectum venerabilem studiis meis diffisum esse, cumque eius humanitate socii libere eligendi facultatem accepissem, cuius opera adiuvarer, gaudio magno exultantes diem atrum mihi venisse vociferabantur, qui a prophetis nescio quibus* 10 *praedictus esset. Nihilominus Deo optimo maximo summas gratias toto pectore et habeo et semper me habiturum esse promitto, quod tam clementer ab inquisitoribus haereticae pravitatis mecum actum est: exemplis enim docemur saeculis ante longe aliam poenam tam pertinaci imminuisse contumaciae. Rebus autem meis adversis non est ut adversarii nimium exsultent, nam et ipsi in ius vocati ipsique causam dicere* 15 *coacti sunt, atque nisi me omnia fallunt pro tribunali iam probatum est et alios errare posse vel viros altissimi et ingenii et vultus meque unicum non esse peccatorem: solamen autem miseris iam inde antiquitus erat socios habuisse malorum. Praeterea me nec dimissum esse nec exspirasse, sed has adhuc carpere auras vitales, ex praesenti volumine concludi licet, et spero fore, ut vel invita parte illa hocce opus ad finem perducere* 20 *possim. Modo a certamine cessandum est, quod alibi aptius continuabitur, illaeque controversiae in universum infra non tangentur. Porro aequiores iudices mihi minime defuerunt vel inter eos qui eandem atque ipse fidem non confitentur, immo amicos carissimos inter eosdem sortitus sum, iique non solum ea quae negaverim, sed etiam quae affirmaverim attendentes huius litterarum generis fundamentum aliud multoque solidius* 25 *per me iactum esse agnoverunt, id quod eo gratiore animo reminisci decet, quo vehementius pars adversa in me incurrerit.*

ADDENDA ET EMENDANDA.

AD TOMUM III.

Additamenta hoc loco colligere propositum mihi est ea, quae tomo tertio absoluto 30 *e codicibus eruta sunt potissimum socii mei ope. Ingens codicum numerus, quo ad tot auctores recensendos me usum esse praefatio praefecti nostri testatur, opere progrediente constanter multiplicatus est. Cum enim collatis et vetustioribus et praestantioribus libris toti seriei providissem, scripta singula edenda praeparantibus nobis eos ipsos haud raro arcessere opus erat, qui nec aetate nec condicione praestare videbantur, atque inter eos* 35 *unum repperi longe meliorem opinione. Sanctum autem erat nobis, ut quotquot nacti essemus codices, textus quos continebant omnes examinaremus ad studia nostra pertinentes, itaque multa quidem levia viliaque lucrati sumus, nonnulla vero eo maioris momenti. Sane haec materia difficilis collectu est et scriptorum copiae causa, qui plerique paucas tantum paginas occupant, ita ut brevibus intervallis apparatus mutetur, aliis aliis* 40 *succedentibus codicibus, et eo quod per totius fere orbis bibliothecas hoc litterarum genus diffusum est, maxime eorum sanctorum acta, qui velut Acaunenses fere ubique a fidelibus summis honoribus colebantur. Incidi igitur in Passionarium maius Sangallense in bibliotheca urbana Turicensi asservatum eodem quo dixi modo, V. Columbani editurus*[1]*, neque quisquam*

1) *V. supra p.* 38.

aetatem, auctoritatem, ubertatem ipsius ex iis colligere potuerat, quae in annalibus nostris de eo relata erant[1]. *Ope huius codicis, cui alia accessere subsidia, Passionem Floriani et V. Lupi in annalibus nostris denuo edendas curabo. Reliqua vero, quae hoc loco supplevi, non omnia eiusdem auctoritatis sunt, ne ea quidem quae ex Sangallensi erui, sed et is ipse farraginem exhibet inutilem, neque Gaugericus aliique sancti ex eo quicquam proficere poterant, qui etiam in scriptis Ionae edendis votis nostris non satisfecerat.*

Pag. 44, *l.* 4. *Actorum* A f r a e *codicibus quos enumeravi proximo loco post A* 1*a addendus est*

A 1*a**) *T u r i c e n s i s C.* 10 *i, olim Sangallensis, saec. X. ex., n. LI, praescr.*: **Incipit conversatio** *(corr.* **conversio)** **sanctae Affrae et passio eiusdem, quod est VII. Id. Aug.** *Attamen illo libro antiquissimo, quocum arte convenit, multo recentior soloecismos minus accurate servavit, sermoque expolitus idem atque in codicibus deterioribus classium seu A seu B in eo nonnumquam deprehenditur. Discrepantibus inter se singulis huius familiae libris, Turicensis et cum codice Mombritii A* 1*a*[3] *(p.* 61, 3 *g) et cum A* 1*a*[2] *(p.* 51, 15 *g) concordat, sed alias ad primarium exemplar propius accedere videtur. Discrepantiam lectionum variantium adnotavi inprimis eam, qua auctoritas codicis A* 1*a aut confirmetur aut debilitetur.*

P. 55, *l.* 3. **episcopus] superveniens** *add.* (= *A* 1*a).*
l. 9. **stupefacta] in stupore ducta** (= *A* 1*a*; *cf. p.* 48, 31).
l. 13. **inquinatae] inquinati.**
l. 16. **filia] filiola** (= *A* 2. *B).*
l. 17. **alacritate] alaritate** *pr. m.*
l. 24. **Eum : nia : : : : pia** *m. al. corr.* **Eunomia et Eutropia.**
P. 56, *l.* 2. **ierit] ieris** *pr. m.*
l. 4. **sermocinantur] sermocinarentur** (= *A* 1*a).*
l. 10. **habierunt] abierunt se(?)** *eras.*
l. 21. **tibi ostenditur lux, quae] o. tibi lumen quod** (= *A* 1*a).*
l. 23. **coruscus venire solet] venit.**
P. 57, *l.* 7. **facto]** *om.* (= *A* 1*a).*
l. 8. **domum] domo** *pr. m.*
l. 14. **ieiunare] tenere** (= *A* 1*a).*
l. 21. **inde venerunt] v. autem i.** (= *A* 1*a).*
l. 22. **quae] qui(?)** *pr. m.*
fuerint fornicatae] meretricate fuerint (= *A* 1*a).*
P. 58, *l.* 2. **quae] qui** *pr. m.*
l. 4. **suum] Felicem** *add.* (= *A* 1*a.* 2*).*
l. 16. **sputis] sputamentis** *(similiter A* 1*a).*
l. 18. **a mortuis resurrexisse] r. a m.** (= *A* 1*a).*
l. 20. **fugit] fugiens** (= *A* 1*b.* 2*).*
l. 22. **scindebantur] findebantur** (= *A* 1*b.* 2*).*
P. 59, *l.* 12. **Effractor] Efuretur fur et latro** *(similiter A* 1*a).*
l. 19. **sic]** *om.* (= *A* 1*a).*
l. 20. **tibi] tu ibi.**
l. 27. **bibentis] et digerentis** *add.* (= *A* 1*a).*
vigilantis] evigilantis (= *A* 1*a).*
iube me] iube mihi.

1) *'Arch.' VII., p.* 181: *'Handschriften der Universitätsbibliothek (sic!) zu Zürich. A. Vitae SS. Pertolfi abbatis, S. Regulae. Passio S. Lamperti'.*

P. 60, *l.* 1. tuas] *om.* (= *A* 1*a*).
l. 2. tua] *om.* (= *A* 1*a*).
non] *om.*
l. 15. Dei] Domini (= *A* 1*b.* 2. *B* 2).
in potestatem — *l.* 17. in abyssum] *om.*
l. 22. in tuam potestatem redige animam eius] a. e. in t. r. p. (*similiter A* 1*a*).
l. 25. adsensit] abscessit (= *A* 1*a*).
P. 61, *l.* 3. ordine rebus] ordinibus (= *A* 1*a* [3]).
l. 7. Afra] Afram (= *A* 1*a*).
subscr. Explicit conversio sanctae Afrae in civitate Augusta.
l. 9. *praescr.* Incipit passio eiusdem sanctae Afrae martyris.
l. 10. provincia Retia] provinciam Regenas *pr. m.*
l. 14. iudex et agnovisset] et a. i.
l. 17. Capitolium] meum *add.* (= *A* 1*a*).
l. 19. et peccata mea] mea et p.
l. 20. ipsi] ei, *insequentibus verbis* sacr. offerre.
me ipsam] ipsa (= *A* 1*a*).
l. 21. Iudex] Gaius *add.* (= *B*).
P. 62, *l.* 1. Dominus] Deus.
l. 3. lacrimis rigaverit] r. l.
l. 14. Christiana quidem ego] (Ego *m. al. superscr.*) Quidem chr.
nec dici] *item A* 1*a**.
l. 25. tot oras tecum certare] tot horis tecum loqui (= *A* 1*a*).
l. 29. nam *et* meam *om.*
P. 63, *l.* 4. Laechae] Lace.
l. 5. suos] *om.* (= *A* 1*a*).
orabat cum lacrimis] l. orabat.
l. 9. meam] *om.* (= *A* 1*a*).
l. 11. et corpus simul] s. et c. (= *A* 1*a*).
l. 16. Patre] tuo *add.* (= *A* 1*b. B* 2. 3).
l. 18. Eumenia] Euminia *pr. m.* (= *A* 1*a*), *item infra.*
Euprepia] Eupremia *pr. m.*
l. 19. que] *om.* (= *A* 1*a*).
et simul] simulque (= *A* 1*a*).
l. 20. rogaverunt] milites *add.* (= *A* 1*b.* 2. *B* 2).
l. 22. Hilariae] *om.* (= *A* 1*a*).
P. 64. *l.* 3. eis] his (= *A* 1*b.* 2), *sequentibus verbis* ev. v.
l. 10. fuerunt — unianimis] *om.*
l. 11. qui — regnat] qui regnat cum P. et Sp. s. (= *A* 1*b. B*).
l. 12. *Sequitur additamentum ad martyres Romanos pertinens* (*ed. p.* 51), *quod subscriptio excipit haec:* Explicit vita vel passio sanctae ac beatissime Afrae, quae passa est apud provintiam Retiam in civitate Augusta, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est cum Patre honor et gloria cum Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

P. 73, *l.* 13. *V. Maximini auctore Lupo continent:*

1*b*) *Codex Berolinensis Ms. theol. lat. oct.* 155 (*olim Phillippsianus n.* 16372), *saec. XII, fol.* 131—142′, *addita doxologia, quae in reliquis libris desideratur. Speciminis causa nomina propria exscripsi haec:*

P. 79, *l.* 37. Clodobertus] Chlodbertus.
P. 80, *l.* 4. Rodoara] Hrodoara.
P. 81, *l.* 23. Hellarium] Erlarium.
l. 28. Herricum] Henricum.

1*c) Codex Coloniensis archivi urbani n.* 164, *antea bibliothecae Wallrafianae VI,* 21, *in usum monasterii Coloniensis Corporis Christi canonicorum regularium a.* 1463. *exaratus a fratre Symone, scilicet volumen primum passionalis sanctorum aestivi ex Kal. Mai. ad Id. Iul., fol.* 273—279, *absque prologo textum exhibet minus constantem, nam praeter* 1a *lectiones cum aliarum classium tum* 2 *in ipso deprehendi. Vitam Maximini Greg. Tur. in Glor. conf. c.* 91. *excipit, sicut in* 1a. 2.

P. 84, *l.* 36. *V. Servatii altera praeterea codicibus inest his:*
1*a*) Turicensi C.* 10*i, olim Sangallensi, saec. X. ex., n. XIIII,*
1*a**) Monacensi lat. n.* 21551 *(Weih.-Steph. n.* 51*), saec. XII, fol.* 140′—144,
1*f) Coloniensi archivi urbani n.* 164, *antea bibliothecae Wallrafianae VI,* 21, *a.* 1463. *scripto, fol.* 36′—39′.

A decessoribus meis dissentiens classem eam in capite posueram, quae recentiores eorum codices continebat, atque potissimum ad vetustum eiusdem classis librum a me repertum, scilicet Vindobonensem n. 430, *saec. XI (*1*a), textum recensueram; iam ipso adhuc vetustior Turicensis (*1*a*) emersit cum socio Monacensi (*1*a**), quibus Coloniensis accedit similis recentioribus* 1*c. e. Interim libri* 1a *quamquam aetate inter reliquos huius familiae praestant, tamen non ubique anteponendi sunt, locisque nonnullis cum recentiorum codicum* 1, *tum Londiniensis saec. XIII (*1*c), aliis etiam* 2*a et* 3*a lectiones in textum admitti necesse est, neque quam rationem observari liceat, quisquam divinare potest nisi in iis partibus, quarum fontes adhuc supersunt. Auctoribus quos adnotavi expilatis novum W. Levison socius adiecit Sulpicium Severum, ex cuius epistula II, § 7, sqq. et § 18 biographus p.* 91, *v.* 12—20, *deprompserat. Utroque loco cum vita collato iam melius quam olim temptaveram verae lectiones a malis discerni possunt atque praeterea discrepantiam codicis* 1*a* fere solam curavi, qua a societate libri* 1*a se seiunxit; sunt autem loci illi perpauci inprimis ad sermonem spectantes, qui in* 1*a* paulo rudior, idem antiquior servatus videtur esse.*

P. 89, *l.* 29. Treiectensi] Treiectense *pr. m.* 1*a**.
pietas divina] pietatis divinae 1*a**.
l. 31. virginis] Dei *add.* 1*a* (=* 1*c. d).*
P. 90, *l.* 5. etheria — in aula] etheriam — in aulam 1*a**.
l. 17. fruatur] fruat *pr. m.* 1*a**.
arce] arche 1*a**.
P. 91, *l.* 5. patronum] patronem *pr. m.* 1*a**.
l. 6. Isti] Iste 1*a* (=* 1*c.* 2*a);* Istę 1*a***.
l. 12. victum] evictum *Sulp.*
l. 14. patronum] patronem *pr. m.* 1*a**.
consors] consertus *recte* 2*a cum Sulp.*
l. 15. prophetis] et *recte add.* 2*a.* 3*a cum Sulp.*
l. 16. agni] *recte om.* 1*a* cum* 3*a et Sulp.*
l. 18. Qui si in] Nam licet ipso *recte* 1*c;* Nam licet ei *Sulp.*
l. 19. martyrii] martyrum 1*a. a**; martyr : um, *ras.* i 1*a***; martyris *Sulp.*
carebat] carebit *recte* 1*c.* 2*a cum Sulp.*
l. 20. saltem] saltim 1*a**. 3*a cum Sulp.*
l. 21. antistite] antestite *pr. m.* 1*a**.
Servatio] mereatur *add.* 1*a**. *a** cum* 3*a.*

P. 106, *l.* 17. *V. Aniani codicem repperi, ex quo libri 4a. b pendent, scilicet 4) Turicensem C. 10i, olim Sangallensem, saec. X. ex., n. LXXIX, eadem praescriptione distinctum, quae in 4b legitur. Textus primigenius ut solet manu librarii cuiusdam ad sermonem expoliendum moderate correctus est correctumque auctor exem-* 5 *plaris exscripserat, per quod ille ad libros 4a. b pervenit. Avus autem veste candidiore splendet nepotibus, cum lectiones primigeniae adhuc discerni possint, atque quae illis adhaeserint, patris menda absint, neque eum infra curavi nisi a progenie discrepantem, ita ut totam apparatus communis copiam neglexerim. Praestantissimi codicis 1 lectiones nonnullae per hunc librum optime confirmantur.*

10 P. 108, *l.* 15. dire] *pr. m.* 4 *cum* 1. 2.
l. 17. caelestem tramitem] *pr. m.* 4 *cum* 1. 1*.
P. 109, *l.* 6. inposito vixillo] inpositum vexillum *pr. m.* 4.
l. 11. officium] *pr. m.* 4 *cum* 1.
l. 13. et] *eras.* 4.
15 *l.* 18. ad] 4 *cum* 1.
l. 21. a suo] *eras.* 4.
bulliret] flueret *pr. m.* 4 *cum* 3.
l. 22. fuerat] quod *m. al. add.* 4, *habent* 4a. b.
l. 24. protinus ad eum] 4; ad eum pr. 4*a. b.*
20 *l.* 25. ad eum] *versu ex. om.* 4; *om.* 4a. b.
P. 110, *l.* 6. antestiti] antistite *pr. m.* 4.
l. 8. enim] *pr. m.* 4; enit 1; autem *m. al.* 4 *cum* 4a. b; quoque 3.
l. 10. Maioriani] *pr. m.* 4; maior Aniani *m. al.* 4 *cum* 4b.
l. 11. omnem vulgum] omne vulgum *pr. m.* 4.
25 *l.* 15. tormentorum] tormentis 4.
l. 18. domui] *pr. m.* 4 *cum* 1.
matris familiae] 1; matris familias *pr. m.* 4.
l. 19. se terram genibus] terra se genibusque 4.
l. 20. lamentabili] lamentabile 4.
30 *l.* 22. Obtento quoque] Obtentq̊que *pr. m.* 4.
eadem cubiculi] eodem cubile *pr. m.* 4.
P. 111, *l.* 4. facto] *pr. m.* 4 *cum* 1. 2.
l. 6. confisus deplorat] f:::::::::::::: 4.
l. 7. dubio] dubitatione 4.
35 *l.* 11. Tantus se — vigor] Tantusque *(om. se)* — vigor *pr. m.* 4.
l. 14. pontificali] pontificale *pr. m.* 4.
l. 20. spatio] spatium 4.
l. 21. ait] Id *pr. m.* 4 *cum* 1. 3.
ipsum — conglutinato] *pr. m.* 4 *cum* 1.
40 P. 112, *l.* 10. conteruit] et *m. al. add.* 4 *cum* 2. 4a. b.
l. 11. reddito (redditum 1) mixto linuit] reditum mixtum linuit *pr. m.* 4.
l. 12. quod] quae *m. al. corr.* quaem 4.
l. 21. actionibus] actibus 4 *cum* 2. 3.
P. 113, *l.* 12. omnem v. falanges] *pr. m.* 4 *cum* 1.
45 repellendas] repellendam *pr. m.* 4.
l. 15. diffuse] effusae *eras.* 4.
l. 18. suggessionibus] 4 *cum* 2.
vivi] *pr. m.* 4 *cum* 1.
prestum] *pr. m.* 4 *cum* 1.

P. 113, *l.* 26. iuxta orationibus vestris] *pr. m.* 4 *cum* 1.
P. 114, *l.* 3. quid] quod *m. al. corr.* quae 4.
l. 6. viator] *pr. m.* 4.
l. 18. tela] telis *pr. m.* 4.
P. 115, *l.* 4. sanguis] *pr. m.* 4 *cum* 1.
l. 14. sputum] sputo *pr. m.* 4 *cum* 2.
l. 15. ingentem] *pr. m.* 4 *cum* 1. 2.
l. 20. Aurelianensium] Auril. 4.
P. 116, *l.* 1. sarcinulis] *m. al.* 4; sarcinibus *recte pr. m.* 4 *cum* 1.
l. 18. Aurel.] Auril. 4.
P. 117, *l.* 2. ipsos] ipso *pr. m.* 4 *cum* 1.

P. 167, *l.* 35. *Severini abbatis Acaunensis vitae amplioris A codex quem interim nacti sumus*

1*a) Montepessulanus H n.* 1, *saec. XIII. in., legendarii magni S. Mariae Claraevallensis tom. V, fol.* 9—11′, *cum libro vetustiore* 1 *convenit p.* 168, *l.* 13. fudit exequendo, *sed cum Chesniano in his verbis desinit:* supplicia recompensans iustus iudex, id est dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus immensus et aeternus ante omnia et in cuncta et per infinita saecula saeculorum. Amen. Explicit prefacio.

P. 196, *l.* 45. *Codicibus V. Apollinaris ep. Valentianensis addas*
2*c) Montepessulanum H n.* 1, *saec. XIII. in., tom. II, fol.* 126—128.

P. 381, *l.* 30. *V. Aviti conf. Aurelianensis codices interim examinati sunt:*

A 1*) Turicensis C.* 10*i*, *olim Sangallensis, saec. X. ex., n. XXII, cui eadem praescripta sunt atque A* 1a. *b*, *subscriptio vero deest, et*

A 1*d) Coloniensis archivi urbani n.* 164, *antea bibliothecae Wallrafianae VI*, 21, *a.* 1463. *exaratus, fol.* 78′—82′.

Tribus igitur quos adhibueram huius classis codicibus iam vetustissimus accedit A 1, *adeo cum A* 1a *conveniens, ut scriptura ipsius non solum primigenia, sed etiam correcta haud raro in hoc deprehendatur, qui procul dubio ex illo parente originem duxit. Lectiones libri A* 1 *infra adnotavi meliores, quibus progeniem suam superare videtur, neque iterandas esse duxi easdem, quas ex A* 1a *iam attuleram. Speciminis causa pauca ex A* 1*d addita sunt ad condicionem eius illustrandam.*

P. 383, *l.* 1. cretus] *A* 1 *(pr. m.).* 1d. *cum A* 2.
l. 10. cum] *om. A* 1 *(pr. m.) cum A* 1c.
l. 13. capiti] capite(?) *A* 1 *(pr. m.).*
l. 19. debitos] debito : , *ras.* s *A* 1.
l. 20. Ligerico in littore] Luere con : : : : : : *A* 1 *(pr. m.);* Luere conlitore *A* 1*d*; conditum *A* 1 *(m. al.) cum A* 1a.
l. 21. suboles] sobolis *A* 1 *(pr. m.).*
l. 25. pubeque] *A* 1 *(pr. m.);* bube : : : *A* 1 *(m. al.).*
Pertici] vertice *A* 1 *(pr. m.);* vertices *A* 1 *(m. al.) cum A* 1a.
P. 384, *l.* 13. pro obtinendo] pro obtinendum *A* 1.
l. 15. Miciacense] Micciacense *A* 1.
sibi] si *A* 1 *(pr. m.).*
Aurel.] Auril. *constanter A* 1.
l. 16. recesserat] recens : | rat *(ras.* u?*) m. al. corr.* recens | erat *A* 1.
l. 17. a] ad *A* 1.

P. 384, l. 19. segnes A. phal.] segnis *(pr. m.)* A. fal. *A* 1.
l. 21. celeris] celeri : , *ras.* s *A* 1.
l. 23. limina] lumina (?) *A* 1 *(pr. m.)*.
l. 25. laribus] cladibus *m. al. in litura A* 1.
5 l. 29. ducis] duciae *A* 1 *(pr. m.)*; fiducie *A* 1c.
P. 385, l. 1. Eleusius] Lęsor *A* 1.
iurgantium] iurgantum *A* 1.
l. 3. agerem] ager *A* 1.
l. 4. spargunt] parcunt *A* 1 *(pr. m.)*.
10 l. 11. pontifices] pontificis *A* 1 *(pr. m.) cum A* 1c.
l. 14. inclitus Childebertus] Hildibertus i. *A* 1; i. Chil|bertus *A* 1*d*.
l. 15. Gallias] Gallia *A* 1 *(pr. m.)*.
l. 16. Audita t. v. fama] Auditam t. v. famam *recte A* 1.
l. 18. incolomis] incolomes *A* 1 *(pr. m.)*.
15 Aviti] *eras. A* 1; *om. A* 1*a*.
l. 22. regio] *A* 1 *(pr. m.)*; regem *A* 1 *(m. al.) cum A* 1*a*.
l. 24. sollertia] sollertia : , *ras.* m *A* 1.

P. 388, l. 27. *Etiam V. Carileffi uterque codex exhibet, scilicet*
1*a) Turicensis C.* 10*i, olim Sangallensis, saec. X. ex., n. I, qui exordio desti-*
20 *tutus a verbis* refugii fugiens *(p. 391, 23) incipit, et*
1*b) Coloniensis archivi urbani n.* 164, *antea bibliothecae Wallrafianae VI,* 21,
a. 1463. *exaratus, fol.* 159 — 165′ *(praescr.* Incipit vita sancti Kereleffi sacerdotis,
II. Kal. Iulii*)*.
Uterque textum continet simillimum veteris quo usi sumus libri 1, *licet praestan-*
25 *tiam eius non plane consecuti sint.*

P. 391, l. 2. perendinationis diebus emensis] perendinatis diebus et mensibus 1*b*.
l. 24. turbis] turbas 1*a*.
l. 32. Carileffus] Areleffus *plerumque,* Ereleffus *semel* 1*a*.
l. 35. mereamur] meremur *m. al. corr.* mereremur 1*a*.
30 P. 392, l. 2. liquoris] licoris 1*a (pr. m.)*.
l. 5. regirans] regi gerans 1*a (pr. m.) cum* 1.
l. 8. equi parator] equiperator 1*a*.
l. 25. ac] et 1*a cum* 2.
l. 32. implere] impleturum 1*a cum* 2.
35 l. 38. inpertiret] inpertiet 1*a cum* 2.
P. 393, l. 21. Carileffi] episcopi *add.* 1*a cum* 1 *(non* 1*b)*.
l. 27. vero] *om.* 1*a cum* 1 *(habet* 1*b)*.
P. 394, l. 10. quid] qd 1*a*.

P. 395, l. 16. *V. Leonardi codicibus accedunt postea examinati*
40 1*a*′*) Monacensis n.* 14473 *(Emm. E* 96*), saec. XII/XIII, qui fol.* 130′—138.
V. Leonardi, fol. 138—141. *Miracula eiusdem ad verba* quod optabat hospitium *per-*
venientia, fol. 141—141′. *Missam de eodem sancto continet,*
1*d) Montepessulanus H n.* 1, *saec. XIII. in., legendarii magni S. Mariae*
Claraevallensis volumen I, fol. 5′—8′. *Vitam, fol.* 8′—9′. *Miracula exhibens, quae in*
45 *his verbis desinunt:* per beatum Leonardum laudabant magnalia Dei. Explicit de
miraculis sancti Leonardi,
6*) Hagensis L* 29, *saec. XV, fol.* 279′—281′, *cui haud pauca desunt.*

P. 404, *l.* 12. *Vitae* *Vedastis auctore Alcuino postea vidi*

A 5) *codicem Caroliruhensem inter Augienses n. XXXII, saec. IX, formae maioris, fol.* 99—103, *n. LX, epistula destitutum. Is in universum cum textu nostro convenit, nisi quod mendis nonnullis inquinatus est propriis (e. gr. p.* 416, 27. liberati, *p.* 417, 34. adscivit *pro* adsumpsit, *p.* 420, 33. longe — celebraretur *om.), atque inter codices quos adhibui A* 2. 3 *et A* 5*a. b medium quendam cursum tenet (p.* 416, 29. deus] dominus *A* 5 = *A* 2. 3; *p.* 417, 25. videlicet] scilicet *A* 5 = *A* 2. 3; *p.* 424, 20. qua] quo *A* 5 *cum pr. m. A* 5*a. b), vel cum B* 2 *nonnumquam concordans (p.* 418, 19. cum digno *A* 5 = *B* 2, *p.* 420, 30. civitate *A* 5 = *B* 2), *etsi ad priorem classem certo certius pertinet. Rationem scribendi librarius sibi formavit parum communem, pro littera* e *substituens passim* ae:

acc. caedaem;

abl. caliginae, fulgorae, lucae, luminae, noctae, ruborae;

adv. facillimae, oportunae;

praeterea caeler, piaetatis, praeces, veraecundiae,

raro vice versa, sed e contrario alia haud pauca ita immutavit, ut consuetudinem communem grammaticorum revocaret loco antiquitus usitatae quamvis pravae (e. gr. itineris, religio *A* 5 *pro* iteneris, relegio).

P. 450, *l.* 10 *sqq. Testamentum Caesarii, cuius fidem in dubium vocaveram, post me examinavit Germanus Morin ord. S. Benedicti, vir reverendissimus, 'Le testament de S. Césaire d'Arles et la critique de M. Bruno Krusch' ('Revue Bénédictine, Maredsous'* 1899, *XVI, p.* 97—112), *collatisque apographis quae supersunt textum purgavit ipsumque cum elocutione Caesariana comparatum genuinum esse probavit. Sane interiora quae collegeram suspicionis indicia — exteriora enim quae aderant haud pauca consulto suppresseram — iam stare nequeunt, etsi difficile dictu est, quomodo factum sit, ut quam ab Hormisda papa abrogandam curaverat potestatem episcopi Arelatensis in monasterium virginum condito testamento Caesarius canonicam restituerit. Verbis exprimere vix possum, quantum gavisus sim, sagacitatem viri illius nugis meis in arenam provocatam esse, vixque crediderim illas tanto honore dignas fuisse, ut artis meae perversae atque exsecratissimae eiusmodi monumentum conderet. Meminisse autem oportet documentum tale quale illud olim legeram quam maxime depravatum atque interpolatum fuisse, ita ut ipso editore novissimo teste parum auctoritatis fideique haberet, ideoque id potissimum vitio mihi dandum videtur esse, quod eundem atque ille laborem non susceperim, quodque non ediderim praeter scripta quae edenda mihi erant ea quoque quae occasione data in praefationibus seu commentariis adhibueram. Porro vel is qui iam editus est textus adhuc in meliorem statum redigi potest, nam sensum haud raro assequi nequeo neque locus de quo inprimis agitur:* sub potestate Arelatensis pontificis canonice sit (*fortasse* canonica scilicet), *satis recte traditus videtur esse aliaque ii facile emendabunt lectores, qui praeter testamentum Caesarii alia eiusdem generis scripta legerint, id quod editor novissimus neglexisse videtur (p.* 101, 18. exheredes sint. Totum quod *lege* exh. sint tote. Quod *cum B N atque eodem modo ea quae insequuntur emendes aut corrupta aut male interpuncta). Errorem si et ipse commiserim, qui tot in aliis deprehensos tacite correxeram, veniam me impetraturum esse spero nisi ab aequalibus certe tamen a Caesario ipso, cui tantam curam impenderim. Iis inprimis operam meam gratam acceptamque esse arbitratus eram, qui et ipsi ad vitam scriptaque sancti studium contulerant, atque Germanus Morin sicut eisdem adnumerandus est, ita in eadem nunc est opinione qua eum futurum esse quondam speraveram. Cum vero dissertationem suam ediderat, non contentus mediocri quem de pusilla operis mei particula egerat triumpho me totum prostravisse sibi visus erat neque praeter errorem illum quicquam memorabile per totum volumen reppererat,*

nec in Caesario nec alibi, cumque inter adversarios meos meque ipsum diutius haesitasset, illis iam se adiungens facere non poterat, quin per analogiam eundem errorem multiplicaret, ita ut quae terribili iudicio meo sanctorum choro inflicta essent damna innumerabilia facile sarciri posse sibi viderentur. Attamen cum mitiora verba interim acceperim a viro sane doctissimo eodemque acuto, osculo pacis dato, manum porrectam libenter apprehendi.

P. 565 *sqq.* Miraculorum M a r t i n i abbatis Vertavensis auctorem L e t a l d u m monachum felici casu eruere successit e codice

2a) M o n t e p e s s u l a n o H n. 1, olim S. Mariae Claraevallensi, saec. XIII. in., tom. II, cui inter cetera praeter V. Martini Vertavensis C, incip. Praeclara caeli (fol. 148—150), et Vita A (fol. 234'—238') et secundus eiusdem auctoris liber, scilicet Miracula (fol. 238'—242') insunt, haec quidem non integra, cum foliis deperditis textus in c. 13. ita desinat: Cunctisque fratribus accitis cum respirasset. Vitae A et prologus praecedit (praescr. Incipit prologus in vita sancti Martini Vertavensis abbatis) et laterculus capitum (praescr. Incipiunt capitula, inc. De ortu beati Martini, et quomodo ipse scolis renunciarit, des. De Vertavensibus qui eum asportaverunt, et de virtutibus in via ostensis. Expliciunt capitula); textui haec praescripta: Incipit vita sancti Martini, haec vero subscripta sunt verba sane memorabilia: Explicit vita sancti Martini abbatis, edita a L e t a l d o nomine monacho. Miracula quae subsequuntur praemissa praefatione, quae praeterea non reperta est nisi in codice 1a, lemma ferunt hocce: Incipit praefatio secundi libelli, qui (m. al. del.) continens gesta sancti Martini, quae partim scripto, partim etiam veterum relatu (pr. m. relaturum) comperta sunt.

Letaldus monachus Miciacensis[1], vir singularis scientiae, Abbonis Floriacensis aequalis inter scriptores ecclesiae Gallicanae saec. X. nomen magnum habet, cumque stilo aliquid valeret, notarii munere in monasterio suo fungebatur, cui infantulus traditus erat. Altiora quae speraverat minime assecutus ad Cenomanos se contulit, ubi Avesgaudus episcopus (c. a. 996 sqq.) virum litteratum optime excipiens ad ecclesiae propriae monumenta renovanda adhibuit. Eo enim auctore vitam S. Iuliani episcopi Cenomanensis composuit, postquam Miracula Maximini abbatis describens Miciacensibus suis consuluit. Eundem etiam actorum Martini Vertavensis auctorem esse ex elocutionis similitudine facile intellegitur:

Martini Miraculi p. 567.	*V. S. Iuliani Cenoman.* (*Migne CXXXVII, col.* 781 *sq.*).
l. 13. qui in quo et per quem vult hominem operatur	qui potens est operari in quo et per quem vult hominem
l. 25. planiori oratione contexui	ut — ipse planiori et luculentiori ordine texerem
l. 35. de his quae veritas gessit falsitas fugienda est.	Dicenda ergo cum veritate sunt, quae veritas gessit.

Auctor igitur multo post vixit quam eum vixisse credideram, scilicet saec. X, atque Alanus Britannus, cuius c. 5. meminit, utrum tertius huius nominis rex fuerit, id quod de Buck statuerat, an quartus, nepos illius (a. 937—952), dubito. Martini Miracula auctori suo restituta iam multo magis auctoritate privantur, qua in interpretandis rebus Merowingicis vel apud saniores antiquarios nonnumquam fruebantur.

Codex Montepessulanus quamvis multo recentior eo quem adhibueram 1a saec. XI, tamen ipsi anteponendus est, cum et ea capita exhibeat, quae in illo et in consanguineo eius paulo uberiore 1b desiderantur, et praescriptiones capitum integrae adsint. Haec

1) Cf. 'Hist. litt. de la France' (1742) VI, p. 528 sqq.

97*

omnia in codice Silvae maioris (2) reppererat Mabillonius, unde editioni suae additamentum subiecit, sed praefatio libro nunc deperdito deerat. Ad Montepessulanum potissimum eam editionis nostrae partem emendari licuit, quam exemplo Bollandianorum ex Mabillonio deprompseram, atque etiam reliqua discrepantia lectionum ipsius alicuius momenti est, etsi menda nonnulla attentum lectorem non fugient. 5

P. 567, *l.* 12. Ipsius est enim, quicquid virtutis — *l.* 13. operatur *post l.* 16. fontis aeterni *transposita* 2*a*.
l. 13. id est Christus, quem in pr. l. n. rogantes] Christum rogitantes in pr. l. n. 2*a*.
l. 15. sapientiae suae rorem] gratiam sap. suae 2*a*.
l. 17. exustus] 2*a*. 10
l. 19. ipsius] *om.* 2*a*.
l. 26. ex] e 2*a*.
l. 27. dilatavi] dilatam 2*a*.
l. 29. id est] idem 2*a*.
exigit] exegit 2*a*. 15
l. 30. non erant] noverant 2*a*.
l. 32. incipientes] ab his *add.* 2*a*.
l. 34. vota sint] nota sit *recte* 2*a*.
l. 36. ipse] ipsa *recte* 2*a*.
P. 568, *l.* 3. commendate] *add.* Explicit proemium. Incipit narratio sequentis operis 2*a*. 20
l. 5. continue] continui 2*a*.
l. 6. memoriam] memoria 2*a cum* 1*a*.
l. 14. cum] dum 2*a*.
venissent] pervenissent 2*a cum* 1*a*.
l. 15. petivit] petit 2*a cum* 1*b*. 25
l. 16. aselli custos] c. a. 2*a cum* 1*b*.
l. 19. conqueritur] conquiritur 2*a*.
l. 20. reliquias] reliquiis 2*a cum* 1*b*.
cruentos] cruentas 2*a cum* 1*a*.
l. 23. fias successor] s. f. 2*a cum* 1*b*. 30
l. 26. fera imperium] i. f. 2*a cum* 1*b*.
non] *om.* 2*a cum* 1*b*.
virtutem pectori eius] p. e. Christi v. *recte* 2*a cum* 1*b*.
l. 30. hoc] *in litura* 2*a*.
P. 569, *l.* 7. ferre] conferre 2*a*. 35
nequicquam] necquicquam 2*a*.
l. 13. lustrarent] lustrent 2*a*.
l. 14. Emenso] Emenso legati *recte* 2*a*.
l. 18. Dominus] Deus 2*a*.
l. 28. iacentem puellam] p. i. 2*a*. 40
l. 32. offerri] offerre 2*a*.
retorquere] intorquere 2*a*.
l. 40. disposuit] disponit 2*a*.
P. 570, *l.* 1. generaretur] gigneretur 2*a*.
l. 4. eademque] eandemque *pr. m.* 2*a*. 45
tranquillime] tranquillissime 2*a*.
l. 7. ipse Christus] Chr. i. 2*a*.
l. 10. honore] honorem 2*a*.
l. 12. adsint multi] m. a. 2*a*.

l. 13. Arnulfus] Arnustus 2*a*.
barbara Normannorum] gens b. Nortmannorum *recte* 2*a*.
l. 15. Attarde] Atarde 2*a*.
l. 22. coaluerit] coluerit *pr. m.* 2*a*.
5 signa] signata *pr. m.* 2*a*.
l. 29. stirpibus] stirpitibus *pr. m.* 2*a*.
P. 571, *l.* 6. percussi] perculsi 2*a*.
l. 11. ignavia] ignave 2*a cum* 1*a*.
l. 16. primaevo] primevae 2*a*.
10 *l.* 18. suffragium] suffragia 2*a*.
l. 20. Salionum] Salionnum 2*a*.
l. 21. afferri] efferri 2*a*.
l. 22. advenit] venit 2*a*.
l. 23. limina peraccederet] p. l. 2*a*.
15 *l.* 25. vehebatur] vehabatur 2*a*.
l. 27. satis] datis *recte* 2*a*.
P. 572, *l.* 4. similia cum] cum s. 2*a cum* 1*a*.
l. 5. Vertavum] Certavum 2*a*.
l. 8. fuerat praediorum] pr. f. 2*a*.
20 *l.* 9. dividere id quod remanserat] id q. r. d. 2*a cum* 1*b*.
l. 14. fieri] et — ad p. r. *pergit* 2*a cum* 1*b*.
l. 29. despexisti] disp. 2*a*.
l. 33. in capite graviter] gr. in c. 2*a cum* 1*b*.
l. 35. patrato, defuit] punito, defuit 2*a*.
25 *P.* 573, *l.* 1. Namnetensis clades per Normannos] De invasione urbis Namneticae et de effossione sancti viri 2*a*.
l. 4. depopulata] est *add.* 2*a*.
l. 10. sedis] aedis *recte* 2*a*.
l. 17. fortitudine] formidine *recte* 2*a*.
30 *l.* 32. iidem] idem 2*a*.
l. 34. corpus eius sanctum] s. c. 2*a*.
l. 35. Pipinus] Pippinus 2*a*, *ut infra*.
l. 36. mandram] moderamen 2*a*.
l. 40. lecticam] lectica 2*a*.
35 *P.* 574, *l.* 3. Ventum] est *add.* 2*a*.
l. 6. sunt evecta] e. s. 2*a*.
l. 7. sui iuris] i. s. 2*a*.
Ension] Ensyon 2*a*.
l. 10. honori] honore 2*a cum* 2.
40 *l.* 12. Rainaldus] Raimbaldus *recte* 2*a*.
l. 14. dominium] dominum 2*a*.
l. 16. Arvernicum] Avernicum 2*a*.
l. 21. voluissent] suscipere v. 2*a*.
l. 26. Miraculum de Bodilonis vulnere curato] De Bodilone sauciato et mirabili
45 modo sanitati reddito 2*a*.
l. 37. maesti] mestum 2*a*.
P. 575, *l.* 3. praesentit] praesensit 2*a*.
l. 4. festinanter] eum *add.* 2*a*.
l. 5. reperiunt] reppererunt 2*a*.

P. 575, *l.* 8. ingruentem] ingentem *recte* 2*a*.
l. 12. translatus est] est tr. 2*a*.
l. 13. dedit] dederit *recte* 2*a*.

P. 650, *l.* 24. *Ad V. Gaugerici episcopi Camaracensis recensendam apparatus tam copiosus praesto fuerat ex antiquissimis codicibus summae auctoritatis conquisitus, ut ex eo quem postea nacti sumus* 5

2*a*) codice Turicensi C.* 10*i, olim Sangallensi, saec. X. ex., n. LIII, vix quicquam boni erui potuerit. Est autem liber ille admodum propinquus codici quo usi sumus* 2*a (p.* 653, 8. es] multum *add.* 2*a. a*; p.* 656, 23. fogaciter subtraxisse] fugaciter abstraxisse 2*a. a*; p.* 657, 2. habuerat] advenerat *pr. m.* 2*a**; invenerat *pr. m.* 2*a) atque raro inter se differunt iis locis, qui in utroque correcti erant (p.* 652, 9. christianitates] christianitate *pr. m.* 2*a*:* christiani : : : : s *pr. m.* 2*a; p.* 653, 3. decoro] decore *pr. m.* 2*a**; decorum *pr. m.* 2*a): nonnumquam ille lectionem primigeniam servavit, quae in hoc erasa penitus evanuerat (p.* 654, 3. ut] *m. al. in ras. maiore* 2*a*; cum 2*a*; p.* 656, 20. negavit] neg : : : avit 2*a;* negotiavit 2*a*). Barbarum vero sermonem librarius* 2*a* constanter expolivit, et casus et verborum formas ad grammaticae leges corrigens, atque nonnulla summa licentia immutavit (p.* 654, 24. pior] plus pia 2*a**; pientior 2*a; p.* 655, 10. psallentium] psalmodia 2*a*). Itaque loci quibus reliquos classis suae libros superare videtur perrari sunt (p.* 655, 19. qua] 2*a**; quibus 2*a. b; p.* 656, 3. quem] 2*a* cum* 1*a;* quod *rell.; p.* 656, 12. ut] 2*a*; om.* 2*a. b).* 10 15 20

2*e) Codex Guelferbytanus inter novos n.* 404, 6, *saec. XII, ex exuviis librorum deperditorum compositus, initium Vitae Gaugerici continet (praescr.* Incipit vita sancti Gaugerici episcopi et confessoris III. Idus Augusti*) ad p.* 653, 3. hilari, facie, *deinde has particulas p.* 653, 24. fontis excepit — *p.* 654, 17. iuberet sua, *p.* 655, 10. caput ad caelum — *p.* 656, 3. signum cru |, *p.* 656, 22. (tene)bantur beati — *p.* 657, 21. quadam nocte in | . 25

AD TOMUM IV.

Pag. 3, *n.* 1. *Codicem Bobiensem antiphonarii Benchorensis arte photographica accuratissime expressum atque suo ingenio diligenter transcriptum emendatumque edidit F. E. Warren, 'The Antiphonary of Bangor' ('Henry Bradshaw society', Londinii* 1893. 1895, *tom. IV. X). Extremus huius corporis hymnus (praescr.* Memoriam abbatum nostrorum*) Cronano quidem abbate vivo, scilicet a.* 680—691, *compositus est, sicut ex versibus colligitur hisce:* 30

Christo nunc sedet supprimus
Ymnos canens quindecimus: 35
Zoen ut carpat Cronanus,
Conservet eum Dominus,

atque codicem eodem tempore in Hibernia exaratum esse editor doctissimus statuit, sed scripturam Scotticam — sunt litterae minusculae paucis maioribus intermixtis — paulo recentiori aevo attribuere malim neque saec. VII. quamvis exeunti. Antiphonarium per Dungalum Scottum aevo Karoli M. in bibliothecam Bobiensem transiisse coniecerat Muratorius, at in catalogo librorum, quos liberalitate illius monasterium acceperat, idem agnosci nequit neque ullam cum eodem necessitudinem intercedentem adhuc indagare successit. Exemplar igitur iam inde antiquitus monasterii Bobiensis fuisse potest, atque antiphona communionis quae eo continetur (fol. 33*) ad verbum cum ea convenit, quam sanctimoniales Evoriacenses aevo Burgundofarae cecinisse Ionas, V. Columbani II,* 16, *tradiderat. Quod eam originis Gallicanae fuisse coniecerat Warrenius (l. l. II, p.* 74*),* 40 45

nescio an contraria opinio multo magis admittenda sit, scilicet cum codex unicus inter libros Bobienses repertus sit alterumque vestigium ad Gallicanum sectae Columbanianae monasterium spectet, filias eodem antiphonario usas esse atque matrem Benchorensem, id quod supra statueram. 'Versiculi familiae Benchuir' in hac recentissima editione leguntur 5 *tom. I, fol.* 30.

P. 5, *n.* 10. *Nova de ecclesia Celtica dissertatio in tertia corporis Herzogiani editione (tom. X, p.* 204 *sqq.) recens vulgata (a.* 1901*) auctore Henrico Zimmer composita est.*

P. 16, *l.* 27. *Locum difficilem regulae Columbani interpretatus de cursus* 10 *psalmorum ratione egit G. Morin, 'Explication d'un passage de la règle de saint Colomban relatif à l'office des moines celtiques' ('Revue Bénédictine, Maredsous* 1895', *XII, p.* 200 *sq.).*

P. 18, *l.* 29. *J. Schmitz ne in novissimo quidem quod edidit opere 'Die Bussbücher und das kanonische Bussverfahren', Dusseldorpii* 1898, *p.* 146 *sqq., adversariis suis* 15 *quicquam concessit, sed iterum negavit Columbanum libri paenitentialis esse auctorem.*

P. 19, *l.* 1. *Litterarum scientiam studiumque Scottorum etiam Henricus Zimmer, 'Pelagius in Irland', Berolini* 1901, *p.* 5, *quod ad aevum Columbani spectat, iusto pluris existimasse mihi videtur. Codici cuidam evangeliorum Wirceburgensi manu saec. IX. schedula ad computum Graecorum spectans illata est (G. Schepss, 'Die ältesten* 20 *Evangelienhss. d. Würzburger Universitäts-Bibliothek'* 1887, *p.* 27*), abbatem scilicet quendam Benchorensem (†* 610*) primum Hibernensium a Graeco quodam sapiente illum memoriter didicisse, alumnum vero ipsius a Romanis doctorem totius mundi nominatum hanc scientiam litteris mandasse, ne e memoria excederet. Haec sane ad commendandum computum alumni illius Scottici spectant atque Graecorum nomine Scotti crebro abusi* 25 *sunt, ut praecepta propria commendarent, cuius rei Pseudo-Anatholius testis luculentus est, hii vero tam insulse Graecum ipsius abbatis Benchorensis veteris magistrum statuerunt, ut de eiusmodi nugis vix disputari liceat. Huic opinioni ne Zimmerus quidem accessit, sed inter verba* compotem a greco quodam sapiente *et* memoraliter didicit *participium 'compositum' inserens Paschale Theophili episcopi Alexandrini abbatem illum* 30 *iam didicisse voluit, quod annos* 380—479. *comprehendens tunc quidem abrogatum erat, itaque locum ad studium Graecum monachorum Benchorensium commode referre poterat, qui non interpolatus longe aliud testatur. Verba nonnulla Graeca in antiphonario Benchorensi deprehenduntur, sed in eiusmodi doctrina semper quaerendum est, unde eam auctor expiscatus esse possit; constat enim Scottorum fuisse vocabula peregrina, unde-* 35 *cumque ea arcessere poterant, diligenter colligere, ut occasione data hac pompa se ostentarent.*

P. 27, *l.* 12. *De fide testamenti Burgundofarae adhuc sub iudice lis est, neque qui novissime de ipso egerunt inter se conveniunt, nam Mauricius Lecomte, 'Le testament de sainte Fare, fondatrice et première abbesse de Faremoutiers' ('Extrait du* 40 *Bulletin de la conférence d'histoire et d'archéologie du diocèse de Meaux'* 1898, *p.* 321*) illud inter scripta apocrypha reiecit, dum qui dissertationem eius examinavit Leo Levillain ('Bibliothèque de l'école des chartes'* 1899, *p.* 95*) contrariam opinionem defendit. Denique H. Auffroy, 'Évolution du testament en France', Parisiis* 1899, *p.* 228, *n.* 4, *auctoritatem ei abrogavit. Sane exemplar saec. XI. specie autographi compositum suspicione* 45 *non caret.*

P. 30, *l.* 5. *De vita scriptisque Ionae interim disseruit Seebass (Herzog, 'Real-Encyclopädie' IX, p.* 340[3]*).*

P. 39 *sqq. Utriusque Ionae libri membra disiecta adhuc in aliquot quos postea inspicere nobis licuit codicibus deprehendimus, neque vero quicquam eruimus memoria*

dignum, sed maxima ex parte materiem infimae notae, quam summatim percurrisse satis erit.

A $1b^{3**}$*) Codex* M o n a c e n s i s *n.* 21551 *(Weih.-Steph. n.* 51*), saec. XII, olim S. Stephani Wihenstevensis, fol.* 124′—131′, Incipit vita beatissimae Burgundaforae virginis, quae est quarta Nonas Aprilis *(II,* 11—22*), fol.* 131′—136. *V. Bertulfi (II,* 23—25*) absque praescriptione, nisi quod manu aequali margini inferiori adscripta sunt:* Vita s. Berhtolfi abbatis Bobiensis coenobii, *fol.* 136—140′. Incipit vita sancti Eustasii discipuli sancti Columbani abbatis, cuius depositio IIII. Non. April. colitur *(II,* 7—10*), scilicet textus integer, sicut in A* $1b^{4}$*, cui in A* $1b^{3}$ *m. s. XI demum praefatio interpolata accessit. Ultimam vitam haud recte in calce collocatam esse librarius non multo posterior intellexit, V. Burgundofarae praescribens:* Hic inseratur vita s. Eustasii abbatis, quam in sequentibus invenies, *Vitae vero Eustasii haec subiciens:* Hic vita s. Burgundaforae subiungatur.

A $1c^{**}$*) Codex* G u e l f e r b y t a n u s *inter novos n.* 404, 2, *saec. XII, membranas de tegminibus librorum detractas continens, V. Eustasii interpolatae particulas exhibet, incipiens a verbis* | virtutes largitus est —, qui in caelis est *(supra p.* 120, 27*), desinens:* vel Amatum repedat, ut | *(p.* 127, 25*). Cum codice A* 1c *cum alibi, tum p.* 126, 18. discisci] discindi, *convenit.*

A $2c^{4}$*) Codex* M o n t e p e s s u l a n u s *H n.* 1, *saec. XIII. in., legendarium magnum S. Mariae Claraevallensis, tom. I, fol.* 133—144, *V. Columbani librum I. absque laterculo et praescriptionibus capitum, subsequentibus Miraculis* [1] *(incip.* Incipit praefatio in miraculis eiusdem. Que Dominus noster per merita*), tom. V, fol.* 180—184, *V. Eustasii textum continet notae inferioris neque vero praefatione interpolata auctum, cui lemma praescriptum est idem, quod in A* $2c^{3}$ *legitur (supra p.* 42, 13*). Dies depositionis huius sancti falsus* IIII. Kal. Aprilis *pro IIII. Non. Apr. ut praescriptioni irrepsit, ita in calce post verba* cum victoriae pace *(supra p.* 130, 1*) interpolatus est.*

A 3^{**}*) Codex* M o n a c e n s i s *bibliothecae* G o e r r e s i a n a e *n.* 72, *saec. XIII, olim monasterii S. Mariae Himmenrodensis ord. Cisterc., dioec. Trevericae, fol.* 61—80, *V. Columbani librum priorem exhibet, incipiens absque epistula et laterculo capitum:* Prologus in vitam sancti Columbani abbatis et confessoris. Rutilantem *(I,* 1*). Praescriptiones capitum marginibus additae per glutinatorem partim perierunt. Bini loci eodem modo transpositi sunt atque in A* 3. 3^{*} *et una cum hoc codice, item Treverico, scilicet S. Maximini, ab altero differt non hians I,* 16*; in parte vero posteriore haud raro cum A* 1c *convenit.*

A $5b^{**}$*) Codex* H a g a e - C o m i t u m *L* 29, *saec. XV, fol.* 297′—308′, *textum V. Columbani persimilem A* 5b. b^{*} *continet, quorum lectiones variantes aliquot supra p.* 42. *collegi.*

B $1a^{*}$*) Codex bibliothecae comitis de* L e i c e s t e r *in Holkham Hall (Norfolk) asservatae n.* 129, *saec. XI/XII, olim episcopi Concordiensis ideoque Italicis adnumerandus, fol.* 35—55, *lemmate praescripto hoc:* Incipit vita sancti Columbani abbatis *medio in capite I,* 1, *scilicet a verbis* Natus ergo *(supra p.* 67, 10*), incipit arteque cum B* 1a *coniunctus est. Praescriptiones capitum desiderantur solusque liber prior codici inest.*

P. 43, *l.* 17. *Specimen scripturae codicis Taurinensis F IV,* 26, *inter Monumenta palaeographica sacra, Augustae Taurinorum* 1899, *tab. XV, publici iuris factum est, de cuius operis auctoritate vitiisque L. Traube in annalibus nostris XXVI, p.* 230, *docte disputavit.*

1) *Bibliotheca hagiogr. lat. n.* 1904.

P. 70, *l.* 44. *Hymnum Comgilli post Muratorium edidit Warrenius l. l. I, fol.* 15'.

P. 82, *n.* 2. *Locum V. Columbani ab auctore anonymo compositae e codice Parisiensi n.* 11759, *fol.* 236 *(v. supra p.* 60*), iam plenum exscripsi:* In eodem Luxoviensi 5 cenobio vir Domini Columbanus cellerarium ad se vocari praecepit. Qui ea hora in cellario gillonem, quo fratribus in refectorium potum portare consueverat, vasi quod vulgo tonna dicitur apposuerat et eo liquore qui cervisia dicitur recipiebat. *Auctor ille exemplar retractavit, quod ad classem A pertinebat, cum* vicesimum etatis sue annum *(I,* 4*) scripserit, atque quod addidit* Childebertus rex Francorum 10 *loco Sigiberti (I,* 6*), ita textus in codice A* 3 *immutatus est.*

P. 124, *n.* 1. *De carmine Stefani et quaestione trium capitulorum a.* 1898. *disseruit W. Meyer, 'Die Spaltung des Patriarchats Aquileja' ('Abhandl. d. Ges. d. Wissensch. z. Göttingen, phil.-hist. Kl. N. Folge', tom. II, n.* 6, *p.* 5 *sqq.).*

P. 124, *n.* 2. *Nunc* lanionio *intellegere malim.*

15 *P.* 135, *n.* 1. *Antiphonam communionis sub utraque specie Benchorensem edidit Warrenius l. l. I, fol.* 33. *Textus iam cum Iona omnino convenit, postquam vocabulum unum ad codices emendavi, quod discrepare idem editor monuerat tom. II, p.* 74.

P. 162, *l.* 7. *Verba* Crescente — *l.* 12. plenus *ex V. Fursei c.* 1. 2. *deprompta sunt.*

20 *P.* 163, *l.* 2. *Hymnum de Columbano, supra p.* 111, *auctor V. Walarici expilavit neque V. Columb., sicut statueram.*

P. 166, *n.* 2. *scribe 'Oise' pro 'Isère'.*

P. 171, *l.* 13—15. *Locus* nullum tempus — insisteret *ex V. Martini auctore Sulpicio Severo* 26, 2. 3, *pendet.*

25 *P.* 177, *l.* 41. *V. Lupi codicibus addas:*

2*) Monacensem lat. n.* 4618 *(Bened. n.* 118*), saec. XII, fol.* 119'—126. *Librum ante hos annos ad recensendas vitas sanctorum stirpis regiae adhibueram neque vero (cf. Scr. rer. Meroving. II, p.* 349. 361. 450*) textus reppereram nisi deteriores atque etiam in V. Lupi edenda duo quos examinaveram Monacenses codices inutiles se prae-* 30 *stabant, quippe qui recensionem immutatam continerent (*4*a. b). Cum vero denuo ad illum recurrissem quamvis mediocrem V. Haimhrammi editurus (supra p.* 462*), cumque reliqua quae restabant iam conferenda curassem, V. Lupi melioris condicionis esse perspexi, quam divinare licuerat. Est quidem classis alterius, continens quae a codicibus* 1 *absunt capita* 28. 29. *in fine subiecta, atque socium* 2*a religiose subsequitur, participia* 35 *convertens in verba finita, casus falsos corrigens vel tanta licentia, ut p.* 186, 26. *pro* claustra *uterque scripserit* antro, *tollens accusativos absolutos (p.* 185, 10 *m;* 186, 28 *a), sed ut multa in eo vituperanda sunt falsa arbitrariaque, ita aliquot locis priscum loquendi morem procul dubio servavit, superans* 2*a, immo etiam libros* 1, *et inprimis ea pars ex ipso proficere poterat, quae in* 3*a desideratur. Praescriptiones adsunt altera prologi:* 40 Incipit prologus de vita sancti Lupi episcopi, *altera textus (p.* 179, 11*):* Incipit liber sancti Lupi episcopi; *subscripta autem sunt haec:* Explicit vita sancti Lupi episcopi *(m. al. add.* quod est K. Sept.*). Iam lectiones variantes collegi eas, quae aut omnino rectae aut certe memorabiles mihi videntur esse, necessitudinis quae cum* 2*a intercedit ratione nulla habita, quippe quae extra quaestionem sit.*

45 *P.* 179, *l.* 11. sanguini] sanguine 2 *(=* 3*a).*
l. 13. avunculi] avunculis 2.
l. 18. ac] a 2 *(=* 1*a.* 3*a).*
P. 180, *l.* 1. functus est] funxit *recte* 2.

P. 180, *l.* 3. aures r. u. p.] auribus r. u. p. *recte* 2.
P. 181, *l.* 1. populis] poculis *recte* 2 (= 2*a*).
l. 2. Iesus] *recte om.* 2 (= 1*a*).
l. 13. inlustribus] inlustris 2.
P. 182, *l.* 4. in magna] inmani *recte* 2 (= 2*a*), *praecedentibus verbis* dignitatis s. 5
l. 15. *post* itaque *verba* nefarius felle commotus *ex* 1*a*. 2 *in textum admittenda sunt.*
l. 27. illuminavit] humiliavit *recte* 2 (= 2*a*).
P. 183, *l.* 1. Senonici] Senonicae 2.
P. 184, *l.* 22. discretione] dissertione 2 (= 1*a*. 2*a*).
P. 185, *l.* 14. signato, plumatio suo substrato, capite, strictum] signatum plumacium, 10 quod suo capiti substernere consueverat, strictim, *manifesta interpolatione* 2 (= 2*a*); *iam praeferam* signato pl. suo, subserato c., strictim.
P. 186, *l.* 4. Titiaco] Diptiacum 2.
l. 5. aurora] eurora 2 (= 2*a*); *fortasse nomen vici latet.*
l. 21. *post* spiritum *interpolata sunt verba:* sub die (Kl. Sept. *in litura*) 2. 15
l. 23. multis] a multis 2.
P. 187. *l.* 18. sicque] *recte om.* 2 (= 3*a*).

P. 236, *l.* 11. *J. Seemüller, 'Studie zu den Ursprüngen der altdeutschen Historiographie' ('Abhandlungen zur Germanischen Philologie. Festgabe für Richard Heinzel', Halae Saxonum* 1898, *p.* 280—352), *de ratione quae inter singulas* G a l l i *vitas inter-* 20 *cedit atque de natura hagiographiae Sangallensis eodem fere tempore disseruit quo ego, sed cum neque vetustissimae vitae reliquiae neque disquisitiones Rettbergii aut Sickelii ipsi in notitiam venissent, haud multum profecisse mihi videtur atque consilium dolosum scholae illius legendariae omnino non perspexit. Rhythmo ab Ekkehardo IV. in sermonem latinum verso (ed. Müllenhoff et Scherer, 'Denkmäler deutscher Poesie und Prosa',* 25 *Berolini* 1892, *I, p.* 27 [3] *sqq.*), *quem germanice olim composuerat Ratpertus, ille studiis nostris sodalis adiunctus est atque de metrica Galli vita Notkero attributa pluribus egit, quem eiusmodi operi studium navavisse ex eius epistula ad Liutwardum episcopum Vercellensem data recte conclusit:* Metrum quod de vita sancti Galli elaborare pertinaciter insisto, quamvis illud fratri meo Salomoni prius pollicitus fuerim, vobis exa- 30 minandum, habendum ipsique per vos explanandum dirigere festinabo (*E. Dümmler, 'St. Gallische Denkmäler', l. l. p.* 224). *Sane P. de Winterfeld opinionem nuperrime pluribus defendit, fragmenta illa vitae metricae re vera esse Notkeri neque auctoris recentioris; cf. 'N. Arch.' XXVII, p.* 744 *sqq.*

P. 243, *l.* 25. *Codicibus V. Galli auctore Walahfrido accedunt* M o n a c e n s e s 35 *n.* 5513 (*Diessen n.* 13), *saec. XII, fol.* 107—135, *qui utrumque librum absque prologo et laterculis capitum continet, et n.* 13 101 (*Ratisbon. civ. n.* 101), *olim Pruveningensis, saec. XII/XIII, fol.* 131', *qui in ipso prologi exordio desinit* limitibus. Ego | (*supra p.* 281, *l.* 8).

P. 244, *l.* 33. *Specimen scripturae codicis Taurinensis F IV,* 26. *extat inter* 40 *Monumenta palaeographica sacra, tab. XXII,* 2 (*v. supra p.* 776).

P. 367, *l.* 40, *et p.* 376, *n.* 1. Consuetudo nefanda *aut* prava *ad tributa refertur etiam in Miraculis Austrigisili episcopi Biturigi* (*supra p.* 201, 2. 8), *unde lectio recensionis A* subitam consuetudinem *non adeo improbanda videtur esse.*

P. 386, *l.* 3. *Postquam V.* R i c h a r i i *codicem Bruxellensem n.* 7460, *saec. XIII.* 45 (= 4*b*) *amici cura collatum accepi, ad V. Bavonis edendam iterum eodem opus erat, cumque liberalitate Fétis bibliothecae praefecti Hannoveram transmissus esset, etiam*

apparatum textus editi W. Levison socius recognoscens lectiones nonnullas addere poterat praeter peculiares quos iam pridem consulto suppresseram librarii errores.

P. 392, *l.* 18. *a)* solatio *post* spirit. *add.* 4*b* (= 4*a*).
P. 393, *l.* 1. *b)* iocundarentur 4*b*.
5 *l.* 17. *s)* maximeque *corr.* maxime qui 4*b*.
l. 21. *y)* manu 4*b*.
l. 25. *b)* ad *pro* et 4*b*.
P. 394, *l.* 27. *l)* sed *om.* 4*b*.
P. 395, *l.* 4. *b)* ei *pr. m. om.*, *post* facta est *add.* 4*b*.
10 *l.* 32. *x)* convivius 4*b*, *corr.*
l. 34. *y)* est *om.* 4*b*.
P. 396, *l.* 13. *g)* sedente — audiente 4*b* (= 4*a*).
P. 397, *l.* 9. *g)* sibi *om.* 4*b* (= 4*a*).
i) regente 4*b* (= 4*a*).
15 *l.* 19. *t)* anxiatos 4*b*.
l. 30. *d)* cupivi 4*b* (= 4*a*).
P. 400, *l.* 16. ab illis *post* virtutem *add.* 4*b* (*cf. n. c*).

P. 407. *V. Goaris codices editione absoluta a nobis examinati sunt hi:*

A 3*b*) *Monacensis n.* 5513 (*Diessen n.* 13), *saec. XII, fol.* 182'—186', *textum* 20 *exhibens expolitum.*

B 4) *Monacensis n.* 18956 (*Teg. n.* 956), *saec. XI, fol.* 31—42', *quam maxime immutatus atque interpolatus, in quo praeterea cum classis A tum libri A* 3 *lectiones deprehenduntur.*

B 4*) *Monacensis n.* 21551 (*Weih.-Steph. n.* 51), *saec. XII, fol.* 74'—80, *ex* 25 *B* 4 *exscriptus, antequam prisca scriptura corrigente librario saec. XV. passim deleta est.*

X 8) *Montepessulanus H n.* 1, *saec. XIII. in., legendarii magni S. Mariae Claraevallensis tom. IV, fol.* 13—16, *cum X* 5 *conveniens textum editionis Mabillonianae continet retractatum.*

P. 410, *l.* 34. *Tertia V. Goaris recensio in codice Coloniensi archivi urbani inter* 30 *Wallraf. n.* 164 (*olim VI,* 21), *fol.* 227—228', *asservata ad Speculum historiale* (*XXIII, c.* 13—16; *cf. Biblioth. hagiog. lat. p.* 1355) *Vincentii Bellovacensis pertinet, collatisque et hoc opere et codice quarta praescriptio ita emendanda est:* Qualiter in archiepiscopum postulatus [et] rennuens beneficio mortis evasit.

P. 424, *l.* 25. *In historiam monasterii Perronensis abbatumque priorum facete et* 35 *acute ut solet nuper inquisivit Ludovicus Traube, Perrona Scottorum* ('*SB. d. philos.-philol. u. d. hist. Classe der Bayer. Akad. d. Wissensch.*' 1900, *p.* 477 *sqq.*), *versibusque memorabilibus repertis, quos Cellanus abbas* († 706) *sedente Transmaro episcopo Noviomagensi componendos curaverat, nova nonnulla haud parvi momenti eruit. De anno quo Furseus obiit annales quos neglexeram Tigern.* (*a.* 649. *aut* 654) *et Ulton.* (*a.* 647) 40 *minime inter se conveniunt, etsi ad calculum nostrum* (*a.* 641—652) *propius accedunt. Quod viros peregrinos, scilicet Scottos, ab Erchinoaldo Perrona expulsos esse Additamenti Nivialensis auctor tradidit, locum ad monachos indigenas minime referam, ita ut totum monasterium dissolutum esset, sed sicut Luxovienses quondam, ita iam Perronenses peregrini expulsi, indigenae vero retenti esse possunt* (*V. Columb. I,* 20, *supra p.* 92), *unde* 45 *fidem documenti illius in dubium vocare nolim.*

P. 428, *l.* 20. *Ea de causa eodem die* 16. *Ianuarii et Furseus et Fuilanus coniuncti sunt in Calendario Rhenaugiensi, nunc bibliothecae Turicensis, Reich. n.* 30, *saec. VIII:* XVII. Kal. [Febr.]. Dormitio Fursei abbatis. Et Fulviani, *quod editor*

doctissimus L. Delisle ('Mémoire sur d'anciens Sacramentaires', Parisiis 1886, *p.* 310; *cf. p.* 84) *ex ecclesia quadam Galliae septemtrionalis originem duxisse statuit mihique ipsius Nivialensis monasterii fuisse videtur.*

P. 430, *l.* 17. *Addas V. Fursei alterum codicem*

C 1*b*²) *Monacensem lat. n.* 14031 (*Ratisb. Emm. A* 31), *saec. XI, fol.* 70′—75 5 (*praescr.*: Vita sancti Fursei ex laico convers : i, *ras.* e).

P. 431, *l.* 36. *Additamenti Nivialensis V. Fursei adhaerentis adhuc duo codices editione absoluta collati sunt ad classem D* 2 *pertinentes:*

D 2*c*) *Monacensis n.* 18583 (*Teg. n.* 583), *saec. XI., fol.* 148—167′ (*praescr.*: Incipit vita Fursei monachi), 10

D 2*d*) *Lambacensis n. LXXVII, saec. XII, fol.* 132′—146 (*praescr.*: Incipit visio Fursei abbatis).

V. Fursei textum, qualem libri D 2 *exhibent, ex exemplari quodam A pendere supra demonstravi* (*c.* 9. loco nuncupante Latinia *D* 2*c. d cum D* 2*a*) *atque lectiones eorum nonnullae cum A* 1. 2 *conveniunt* (*p.* 435, 4. gratia Dei providente *D* 2*c. d*; 15 *p.* 436, 3. dicentes *D* 2*c. d, p.* 436, 14. enim] eum *D* 2*c*; *p.* 437, 17. vitae] viae *pr. m. D* 2*c*; viam *D* 2*d*) *neque vero ex communi codicum A* 2. 3. 4 *fonte originem duxerunt multaque nimium licenter immutata exhibent* (*p.* 435, *l.* 6. clarus] largus *D* 2*c. d*; *l.* 13. monasterii incola constr. locum *D* 2*c. d*; *l.* 21. proximam] propriam *D* 2*c. d*) *aut velut nomina propria omittunt, ita ut ad textum recensendum nihil faciant. In codice* 20 *D* 2*c post primam visionem, scilicet inter verba:* ipso die et altera. Finit prima visio Fursei abbatis *et* Media vero nocte (*AA. SS. Ian. II, p.* 37), *locus interpolatus est hic:* Tres gradus sunt, quibus promittitur regnum caelorum: unus laycorum, secundus clericorum et viduarum, tertius vero monachorum et virginum. — — et inhabitat lumen inaccessibile, cui est gl. et h. et i. in s. s. Amen, *neque inter-* 25 *positio librarium fugit in marg. adnotantem:* Quod hic deest, post duo folia invenies. *Additamentum cum V. Fursei ita coniunctum est, ut doxologia* (*p.* 440, *l.* 2, adiuvante et *q. s.*) *praetermissa eam medio in versu excipiat, atque lectiones D* 2*c. d cum iis quas ex D* 2*a. b exscripsi in universum conveniunt neque has superant nisi raro, sed dissentientibus his libris inter se exemplar commune paucis locis iam melius restitui potest.* 30

P. 449, *l.* 18. Post vero discessum *D* 2*c. d.*
l. 19. christianissimis, *om.* r. A. *D* 2*c. d.*
P. 450, *l.* 1. peregrinos despicientes (disp. *D* 2*c*) *D* 2*c. d.*
l. 2. Idoberganae] Idobertia *D* 2*c*; Dobertia *D* 2*d cum D* 2*a. b.*
Itane] Ittane *recte D* 2*d.* 35
l. 5. construxit] construxere *recte D* 2*c. d cum D* 2*a.*
l. 6. Itane] Ittane *recte D* 2*c. d.*
l. 10. cum s. nobili] quam s. mobilia *D* 2*c. d.*
l. 14. Nivialihensi *D* 2*c. d cum D* 2*b.*
l. 15. mors ei c., fr. — redderetur *D* 2*c. d cum D* 2*a. b.* 40
l. 21. aliquod] aliquando *D* 2*c. d cum D* 2*b.*
P. 451, *l.* 14. Nivialcham] Nivialham *D* 2*c. d.*
l. 15. Pictavensis] Pectavi *recte D* 2*c* (*pr. m.*). *d.*
Grimaldus] Grimoaldus *recte D* 2*c. d.*
l. 17. adventantibus] advenientibus *recte D* 2*c. d cum D* 1. 45
l. 18. ageret] agere *D* 2*c* (*pr. m.*). *d cum D* 2*a.*
l. 19. quantotius] tanto eius *D* 2*c. d.*
Haelyae] Eligię *D* 2*c*; Elege *D* 2*d.*
l. 27. const. in loco] in l. c. *D* 2*c cum D* 1.

P. 452, *l.* 20. *Titulum Ratisbonensem in C. I. L. III. inter Supplementa fasc. III, n.* 11965, *editum Hirschfeldius monuit cum anno quem prae se fert* 179. *p. Chr. non convenire, sed postea demum perscriptum esse, ita ut inter opus coeptum et perfectum non satis distinctum esset.*

5 *P.* 532, *l.* 31. *V. Bavonis codicibus addas* 3*b similem Bruxellensem n.* 9120, *saec. XIII, fol.* 4—6. XXXXI. Incipit vita sancti Bavonis. Sanctus Adluinus, quem vulgus Bavonem nominat *et q. s. absque prologo et c.* 1, XXXXII. De transitu sancti Bavonis.

P. 646, *l.* 16. *E. Vacandard, 'Vie de saint Ouen évêque de Rouen (*641—684*),*
10 *étude d'histoire Mérovingienne', Parisiis* 1902, *omnia comprehendens, quae de Audoino passim ediderat, vitam resque gestas viri eximii, immo historiam ecclesiasticam politicamque una cum institutis moribusque aevi illius iudicio subtili ad fontes descripsit atque hunc librum inter praestantiores enumerem, qui in hoc litterarum genere iam inde a multis annis editi sunt. De V. Eligii eadem (p.* 235 *sqq.) eodem fere tem-*
15 *pore posuit atque egomet ipse, scilicet eam a monacho quodam compositam atque genuinum Audoini opus per eundem suffocatum esse ('noyée') nihilque naufragium effugisse nisi epistulas auctoris et Chrodoberti, quem Parisiensem episcopum habere maluit, loco V. Balthildis c.* 5. *nisus; ipsos bonorum et malorum fines idem mecum (supra p.* 651*) consentiens determinavit, scilicet libro priori a c.* 33, *posteriori a c.* 39. *fidem*
20 *abrogandam esse, quibus apocryphis ipse Eligii homiliam (II,* 16*) addidit.*

P. 665, *n.* 1. *Locum esse Irenaei atque biographum pendere ex Hieronymi libro de viris illustribus c.* 35*:* Irenaeus subscripsit: 'Adiuro te, qui transcribis librum istum, per dominum nostrum Iesum Christum et per gloriosum eius adventum, — — ut conferas, postquam transcripseris, et emendes illum ad exemplar,
25 unde transcripsisti, diligentissime, *monuit W. Levison. Hanc Irenaei clausulam fortasse etiam Gregorius, H. Fr. X,* 31, *legerat aut apud Hieronymum l. l. aut apud Rufinum, H. eccl. V,* 20.

P. 674, *l.* 15. iacebat — *l.* 18. peccavi *et l.* 27. O felix — traxit *magna ex parte verba sunt Hieronymi, Ep.* 77, *§* 4.

30 *P.* 706, *l.* 12. transire] *conicias* transigere.

INDEX.

SCRIPSIT WILHELMUS LEVISON.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.

Aridius, Arigius, Aregius.

Audo-, Aude-, Aut-, Ot-.

E *cf.* Ae, H.

Erchan-, Erchen-, Erchon-, Ercan-, Erchyn-, Herchen-, Haerchem-.

Ermen-, Hermen-.

F *cf.* Ph.

G.

Gari-, Gare-, Gere-, Ger-.

K *v.* C.

L.

M.

T.

U.

V *cf.* W.

W *cf.* V.

LEXICA ET GRAMMATICA.

SCRIPSIT WILHELMUS LEVISON.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat [1].

a, ab *praepositio loco ablativi:* *suppremas eum privet ab auras **117**, 1; *privari ab externo *(lumine)* **131**, 30; *se a corpore Domini privare **133**, 15.

*abactus = *coactus* **88**, 10.

abbates = *principes cleri urbani* **571**, 20. **593**, 20. — abbatiam basilicae gerere **579**, 1; abbatia regalis basilicae **563**, 15; abbatia palatini oratorii **564**, 10.

abitus = *obitus* **728**, 5.

ablativus pro accusativo:

post praepositiones accusativum requirentes:

*ante circulo **128**, 10.

*ad omni oportunitate **101**, 5.

in: *his adventasti in locis **91**, 10.

*intra vastitate **73**, 30.

*ob imperio **75**, 25. — *ob quibusdam erroribus **98**, 20. — *ob quibusdam neglectis **127**, 5.

*per annis **144**, 20.

abrenuntiare diabolo **751**, 20; abrenuntiare diabolo et omnibus pompis et operibus eius **751**, 25.

abscessus = *decessus, obitus* **565**, 20.

*absinthium **95**, 20.

absolutio *excommunicati* **252**, 1.

accitare gratias **590**, 15.

accusativus pro ablativo:

1) *post praepositiones ablativum requirentes:*

*ab mores **89**, 1.

*absque damna **64**, 20. **82**, 1.

*cum damna **105**, 1. — *cum socios **149**, 1.

*de septa **89**, 5. — *de ista **87**, 20. — *de falangas **70**, 15.

*e Brittanica arva **92**, 10. — *ex honorabilem reginam **86**, 15. — *ex offensam **87**, 20.

*in domus commorare **72**, 5.

*pro culpam **91**, 20. — *pro pondera **92**, 10.

2) *accusativus loco ablativi qualitatis, instrumenti:*

*nomen **84**, 20. **89**, 5. *saepe.*

*vim **90**, 20. **91**, 15. **92**, 10.

3) *accusativus loco ablativi absoluti:* *Quae audita **88**, 1. — *deletam stirpem **106**, 10. — *vocatum ministrum **96**, 20.

4) *verba ablativum requirentia faciunt accusativum:*

carere: *bella **67**, 5; *crucianda **110**, 10; *decorem **62**, 10; *domum **68**, 20; *erroribus, quos aula caret **98**, 20; *gloriam c. aeternam **100**, 10; *ultimus (= *ultimos*) (h)alitus c. **84**, 20; *exteriorem *(scil. lumen)* **94**, 25; *necessarium lumen **131**, 30.

frui (fruere): *optatum donum **118**, 5; †gaudium perennem **505**, 1; †lucra **516**, 1; *solamina **86**, 15; talem *(scil. vitam)* **154**, 25. — perfrui praemium sempiternum **567**, 25.

fungi (fungere): diem **180**, 1; *suppremas horas **118**, 20; *legationem **108**, 1. **680**, 5; officium **183**, 5. **617**, 10; *vitam beatam **129**, 20.

potiri: clarum aspectum **207**, 35; *lucra **149**, 10; *monarchiam **106**, 10; *regnum **86**, 10; *supplimentum **100**, 15; *triumphus (= *triumphos*) **99**, 1; *vota **137**, 10.

accusativus pro dativo:

condere: *animam caelos **141**, 15.

imperare: *gubernatorem **95**, 5; *vicinus (= *vicinos*) **87**, 10.

mederi, medere morbos **538**, 1. **620**, 25.

oboedire: *Quod imperium oboediens **115**, 15.

suadere: *eum suadet **105**, 1.

valedicere: *coetum **150**, 25; *omnes fratres **119**, 15; *virum Dei **96**, 15.

accusativus c. inf. loco coniunctivi:

*cur se non habere **148**, 5.

*quantam sibi claritatem promissam esse **150**, 30.

*respondit, se (si *B* 1*a*. 2) melius esse **95**, 20.

*reor contrarium esse r., si coclea — muniri **125**, 25.

*consulens, ut — se — dimicare **98**, 25.

acidia = *taedium* **575**, 10.

acredo (= *acerbitas*) febrium **273**, 30; acredo *oculorum* **275**, 30.

acta sanctorum **612**, 20.

activum significatione passiva aut reflexiva:

participium praesentis:

angentes = *anxii* **220**, 30.

caleficientibus membris **165**, 10.

cognominare: villam — cognominante Solemniaco **680**, 20.

culpantes = *culpati* **155**, 20.

incommodantes = *aegrotantes* **595**, 15. **599**, 1.

movere: *palpebris moventibus **134**, 30.

nuncupare: †filio nuncupante **481**, 1; Gallum nuncupante tradidit **257**, 20; *loco nuncupante **129**, 5. **438**, 10. **587**, 1. **730**, 30. **739**, 10; pago — nuncupante **182**, 15; possessionem suam noncupantem Macerias **442**, 10; †villam nuncupantem **485**, 5. **495**, 25; †villa publica Aschaim nuncupantem **505**, 5.

tegentem = *tectum* **340**, 30.

*vexantium = *vexatorum* **65**, 1. **90**, 5.

participium futuri: *delituros **96**, 1. — *dimersurum **88**, 25. — *ditaturum **72**, 15. — *ducturam **135**, 5. — *inlaturam **89**, 1. — *percussurum **93**, 25. — *portaturum **114**, 25. — *segregatura **138**, 10. — *sustentaturum **88**, 20. — *visurum **69**, 10.

concremare: ut domus illius concremaret **373**, 10.

concutere: acsi — locus ille concutere videretur **378**, 5.

delectare: cur — in quorundam animalium multiplicatione delectaret **377**, 15.

exsiccare: nervi qui exsiccaverant **166**, 30.

1) *Asterisco * Ionae, cruce † Arbeonis sermo distinctus est, atque inprimis illius rationem habuimus, dein huius. Conferas praeterea ea quae de genere scribendi uniuscuiusque auctoris in praefationibus exposui.* *B. Kr.*

iucundare: ut — iocundarent in Domino 393, 1.
reficere: *Sinite — membra a labore reficere 78, 10; *ut uberi gaudio omnes reficerent 78, 10; ut et legentes — reficiant 348, 10.
subicere: †ut — elimentorum dicione subicere (subiacere *B*) non debuisset 498, 1.

activum usurpata forma deponentis, deponentia usurpata forma activa v. deponentia.

actores episcopi (hi qui rebus episcopii praeerant *Walahfr.*) 270, 30.

*aculeus superbiae 86, 20; aculei detractionis 180, 20; *aculei irae 90, 20; *aculei scismatis 124, 10.

adamas = *magnes* 166, 15.

adauctius consurgere 673, 5; adauctius proficere 679, 1.

*adeps farris 103, 20.

aditus] *consilii aditus 113, 20; ex adito oris 298, 5; †ad aditum oris perducere 476, 20. 499, 20; aditibus (= *liminibus*) sancti Galli deferre 280, 1.

*adminiculum fidei 115, 15; *pollicitationis 101, 5; *tanti viri 100, 15; *adminiculum regale 108, 10; *per amminiculum roborare 150, 10; amminicula orationis 258, 35. — adminiculus = *minister* 196, 10. *Cf.* maniculus.

†adopertus 478, 10.

†adoptare = *optare* 491, 20. 514, 25.

(adsiduare), assiduare 698, 5.

*a(d)spirare 67, 20. 70, 15. 73, 5. 80, 15. 122. 127. 128, 20. 131, 10. 132, 1. 138, 30. — *adspiratio divina 103, 20.

adstipulare (= *destinare*) morti 616, 30.

*adtrectare linguam 99, 15; *bestias manu blandiens adtrectare 85, 10; *de oleo adtrectatus 142, 1.

†adulterina conmiscio 511, 25; †adulterina miseria 511, 15: *adulterinae permixtiones 87, 5.

advocatus *ecclesiae* = *episcopus* 591, 20. 601, 25; advocatus monasterii 327, 10. — advocatrix ad Christum pro aliquo 351, 10.

aedes] (a)editibus = *aedibus* 571, 25. 578, 10.

aedituus *ecclesiae* 580, 10. 599, 15.

aemulatus = *aemulus* 740, 30.

aestimatio = *destinatio* 258, 1. — aestimatum iter 259, 20.

aether = *caelum*] *supra aethera vehi 132, 15; in aethris 258, 1. — *aetherea axis 67, 25; *aetherea regna 130, 1. — aethrale regnum 256, 30. 273, 20. 275, 1; aethrales melodiae 278, 35.

*agapis = *caritas* 62, 5.

agenda missarum = *officium divinum* 271, 5.

agonistae 194, 1.

albis indutus *in baptismo* 701, 1; clerici in albis vestibus 193, 5. — albati, *caelestes* 225, 15. *Cf.* candidati.

†alces 478, 25.

*aligeros cibos praebere 103, 20.

aliqui *v.* qui.

almificus 227, 20. 228. 610, 5. 611. 614 —616. 618, 5—620, 10. 622, 25—625.

almifluus 363, 15.

almipotens 615, 1.

almitas vestra, *in allocutione* 573, 1.

(alphabetum), alfabetum, scribere 161, 10.

altiboare 625, 20.

†altithronus 274, 40. 490, 10.

alvear = *alvarium* 318, 1; alvearium pectoris 679, 10.

amantissimus = *amatissimus* 569, 5.

*ametistus, *lapis* 110, 5.

amm. *v.* adm.

amphibalum, amfibalum, *vestis villosa* 669, 5. 677, 10. 699, 5. 736, 5.

amphora, anfora 195, 20. 581, 20. 582, 1.

anachoritae 179, 5.

anas] *ales, quam a nando anatem vulgo vocant, 151, 30.

anastasis 187, 25.

*angularis lapis 110, 5.

†an(h)elare carmen 490, 15; *anhelare ad cultum Dei 80, 10; *anhelare ad religionis studia 144, 5. — anelabundus 194, 10. — *in extremis anhelis 120, 10.

antae 574, 20.

antechristi adventus 758, 35.

*antidoti potum dare 113, 25; *antidoto salubre curare 124, 15; *antidoto viscera desecare 126, 25; antidotum sanitatis praebere 725, 25.

antiphona 151. 227, 20. 451, 10. 525. 526. 684, 10. 722, 25.

antistes, antestis, antistis = *episcopus* 133, 20. 162, 15. 165, 35, *saepe;* antistes sedis Romanae 223, 30; antistis = *abbas* 440, 10.

anula = *anus* 192, 25.

apex pontificalis gradus 298, 25; apicem imperii Romani gubernare 689, 10. — apices = *litterae* 266, 35. 569, 20. 573, 1.

apologia 280, 20. — apologiticum 669, 20.

apostata 667, 1. 692, 20.

apostolici culminis princeps (Petrus) 258, 30; apostolicae reliquiae 173, 1; apostolica benedictio *episcopi* 696, 1; iuxta apostolicam institucionem *episcopus benedicendus* 573, 5; apostolica tonsio 688, 1. — apostolicus *spectat* 1) *ad episcopum:* apostolicus domnus 572, 20; apostolicus vir 342, 1. 345, 20; apostolico culmine sublimatus 741, 15; 2) *ad papam Romanum:* †apostolicus vir 487, 5; *apostolica sedes 123, 30. 145. 223; sententia 223, 40.

apotheca = *horreum* 184, 15; apoteca = *vas, tunna* 709, 30.

aquae aquarumve ductus 746, 20; *aquae calidae cultu eximio constructae 76, 5; aquae calidae 286, 15.

aquamanile 202, 5.

*arbiter aequus 82, 20; *clemens 132, 1: *iustus 93, 25. 133, 1. 141, 15—143, 10. 616, 25; *arbiter dictorum nostrorum 66, 10; arbiter orbis 257, 35; poli 279, 5; *vademonii arbitres 108, 1.

arbori honorem inpendere 708, 5; fontes vel arbores quos sacrivos vocant 708, 1; ad arbores luminaria facere aut vota reddere 706, 5. 708, 1; per arbores filacteria exercere 707, 10; pecora per cavam arborem transire (*i. e.* transigere) 706, 10.

arbusta = *arbor* 714.

arca altior *sepulchri* 314, 30.

arcanus] †ex archana cordis verba praeferre 488, 25; †archana eructuans 474, 10. 525, 15.

arce (= *ἀρχή*) metropolitani tenere 573, 1; †in metropolim gentis in arce decrescere 476, 10; †ex imo cordis arcae 517, 1.

archidiaconatus officium 563, 15. 564, 10. 565, 25. — archidiaconus 183, 5. 609, 35.

archiepiscopus 160, 25. 658.

architerium, archeterium, *asceterium, monasterium* 678, 5. 682, 25.

*aream pectoris purgare 137, 15.

argumenta medicorum = *medicinae genera* 595, 20; argumentum recuperandi 598, 5.

aromatica unguenta 735, 15.

arreptitia = *daemoniaca puella* 298, 1.

artes *v.* liberales artes.

†articulis evacuatis 490, 10; sub unius diei articulo 696, 1. 708, 20; articulum ad clausulam coartare 599, 25; articulum deflectere 592, 1; articulum membranis infigere 694, 15.

arva = *ager arvus*] *confectam glebis arvam 84, 5; spatia arvarum 275, 35; †arvam aridam 475, 30. — *arvum:* *arva 79, 1; *Brittanica arva 92, 10; *Gallica 71, 5. 111, 10; *Tuscana 145, 25; †praecordiorum arva 473, 30.

*ascus, *navicula* 62, 5.

asp., ass. *v.* adsp., ads.

*ast 114, 10. 120, 15.

astrifero splendore micare 187, 25.

*atrium ecclesiae 90, 20. 207; *atria ecclesiae 90, 25; atrium beati martiris Saturnini, ubi pauperes ad petendam stipem sedere consueverant, 623, 1; atrium presidis, dominicum 256, 5. 279, 40.

auctoritas *(= charta)* ac privilegium *papae Romani* 223, 35; auctoritas sacratissima manu *(regis)* roborata 748, 15; praesenti auctoritate decernimus *(rex)* 572, 10; data auctoritate *(regis)* ad episcopum 573, 10; falsam auctoritatem ostendere 193, 25; *regalis auctoritas 125, 1; regia 268, 1. 287, 20. 300, 10. 320, 25. *Cf.* canonica.

*augmentum praemii 72, 20; augmenta fidei 179, 5; †in augmentum 477, 1. 479, 10.

auguria 287, 25. 705, 5. 751, 25.

CORRIGENDA.

Pag. 63, *l.* 24. *scribe*: sucino. — *P.* 105, *l.* 1. *pro* Interque *lege*: Inter quae, *collato loco p.* **135**, 11, *atque* inter quae *pro 'interea' accipitur ab auctoribus antiquis*. — *P.* 587, *l.* 28. *scribe*: *'dép. Tarn-et-Garonne'*. — *P.* **604**, *l.* 45. *dele verba* ludificantes a diabolo *(cf. p.* 620, *l.* 3*)*.